Teſtes quot ſint neceſſarij in reuocatione diſpoſitorum per teſtatorem in vltimis voluntatibus,lib.2.tit.4. num.16. 41
Teſtes duo ſufficiunt ad probandum errorem teſtatoris vel notarij,eo loco,nu.17.
Teſtis in cauſa falſi vel inofficioſi teſtamenti indignus eſt ex eo capere,lib.2.tit.7.nu.17. 50
Theſaurus quid ſit, lib.4.titu.2.nu.1. 100
Theſaurus Magica arte inuentus,Cæſaris eſt, ibi.n.2.

Theſaurus inuentus in fundo meo, ſiue caſu ſiue induſtria meus eſt, nu. 3.
Theſaurus fortuito caſu inuentus in alieno ſolo, diuiditur inter inuentorem, & loci dominum, ibidem, num. 4.
Theſaurus de induſtria in alieno inuentus cedit domino, ibi, nu. 5.
Theſaurus fortuitò inuentus in locis ſacris & religioſis, pro dimidia fiſco cedit, ibidem, nu. 6.
Theſaurus ex induſtria inuentus in locis ſacris & religioſis fiſci eſt nu. 7.
Theſaurus inuentus in locis publicis, an inuentori pro aliqua parte cedat, nu. 8. 101
Theſaurum inueniens, & ſuprimens partem fiſco debitam, punitur, ibi nu. 9. 101
Theſaurum adinuentum eſſe, alleganti, onus probandi incumbit, eo loco, nu. 10.
Theſaurarius principis ex pecunia eius acquirens, domino acquirit, lib. 6. tit. 3. nu. 12. 174
Tollerantia ſuperioris diuturna confirmat titulum aliàs inualidum, lib. 6 tit. 8. nu. 26. 202
Et confirmat conſtitutiones inferioris, aliàs nullas & inualidas, ibidem.
Traditio rei operatur, vt is præferatur primo, etiam in contractibus principum, lib. 1. tit. 3. nu. 48. 24
Tutor an ſuccedat pupillo defuncto, abſque hærede, ad excluſionem fiſci lib. 4. tit. 3. nu. 18. 103
Tutores & curatores minorum, citari debent: cum ex auctoritate Magiſtratus bona eorum venduntur, aliàs non valet venditio, lib. 6. tit. 4 nu. 5. 176
Tutores & curatores vectigalia conducere nequeunt, lib. 6 tit. 5. nu. 12. 183

V

Vacante aliquo ſtatu an ſuccedat Papa vel Imperator, lib 1. tit. 2. nu. 43. 9
Vaſalli & feudatarij non de maioribus dignitatibus an poſſint inſiſcare bona delinquentium, lib. 1. tit. 2. num. 83. 13
Vaſallus infeudatus habet vtile dominium cum effectu, lib. 1. tit. 2. nu. 91. 13
Vaſallus eſt citandus cum princeps agit illum priuare de feudo, aut iuriſdictionem in aliquo diminuere, lib. 1. tit. 3. nu. 55. 25
In pleriſque tamẽ caſibus etiam non citatus priuatur, ibid. nu 56.
Vaſallus alienans feudum domino inconſulto, conſtitò de alienatione notoria poteſt feudo priuari, & alius inueſtiri, poſſeſſio tamen non niſi iudicialiter ſibi aufertur, in eo tit nu. 59. & 60. 26
Et an ob alienationem factam domino irrequiſito, feudum deuoluatur ad Dominum, an verò ad agnatos, & deſcendentes, lib. 5. titu. 1. nu. 113. 140
Vaſallus committens feloniam ob quam feudo priuatur tenetur ad fructuum reſtitutionem, lib. 2. titu. 5. nu. 7. 42
Vaſallorum fiſcus capit bona ſub ſuo territorio ex vi confiſcationis maioris domini, lib. 5. tit. 1. nu. 139. fol. 145
Vaſallus dominum ſuum ſine veniæ impetratione an in iudicio conuenire poſſit, lib. 7. tit. 3. nu. 2. 209
Vaſallus tenetur oſtendere domino titulum ſuæ inueſtituræ, eod tit. nu. 18. 210
Alioquin omnia eius bona præſumentur eſſe feudalia, ibidem, nu. 19.
Vectigal quid ſit, lib 6. tit. 5. nu. 1. 183
Vectigales fundi qui ſint, ibidem, nu. 2.
Vectigalia iure communi per triennium locantur, dicto titu. nu. 3.
Vectigalia non ſoluuntur pluribus in caſibus, d. titu. nu. 23. 184
Vendens rem alienam ſciẽter emptori ſcienti indignus eſt pretium retinere, lib. 2. tit. 10. nu. 12. 53
Venditor promittens de euictione ſub pœna dupli, tenetur, quamuis venditio ſit nulla, quia de re litigioſa, lib. 4 tit. 6. nu. 35. 115
Vendita re prohibita alienari fauore publico, venditor & emptor puniuntur ad fiſci cõmodum, lib. 4. titu. 7. nu. 15. 118
Venditio omnium bonorum an arguat fraudis ſuſpitionem, lib. 5 tit. 1. nu. 157. 149
Venditiones fiſcales plurimam ſolemnitatem deſiderant, lib. 6. tit. 4. nu 1. 175
Venditiones rerum fiſcaliũ fieri nequeunt ſine ſpeciali principis commiſſione: ſecus in venditionibus rerum debitorum fiſcalium, ibid. nu. 2.
Venditiones de bonis debitorum fiſcalium per officium cameræ expediuntur. ſecus cum ad inſtantiam gabellariorum res debitorum ſuorum venduntur, in eo loco, nu. 3.
Venditionum fiſcalium, de rebus fiſci, aut debitorum fiſcalium, ſolemnia, numerantur, d. tit. nu. 4. 175
Venditio mala fide facta retractatur, num. 6. 176
Vendi non debet res magni valoris pro paruo debito, ibidem.
Venditionibus fiſcalibus facta inſolita inſeri non debet, nu. 7.
Venditiones fiſcales an ſubiaceant moderationi, l. 2. C. de reſcin. vend. nu. 8. 176
Venditiones fiſcales fieri debent pretio præſente non habita fide de eo, ibi nu. 9. 176
Venditiones fiſcales tribuunt emptori ius perpetuo poſſidendi, nu. 19. 179
Venditiones fiſcales non retractantur per agnatos, & coherentes ex vi retractus agnatitij aut lateranei, ibidem, declara tamen, vt ibi illum rehabere ſoluendo totum debitum, nu. 22. 179
Vendita per cameram pro debito vnius ſtationis non poteſt fiſcus vendicare pro debito alterius ſtationis etiam anteriori, nu. 29. 180
Venditiones fiſcales admittunt licitatorẽ maioris pretij, nu. 42. 181
Venditiones factæ per cameras fiſci de bonis fideicommiſſarijs & conditionatis, an validæ ſint, num. 43. fol. 181
Veneti iure imponunt vectigalia nauigantibus per Mare Adriaticum, lib. 1. tit. 1. nu. 18. 2





Venetorum Reſpubl. non recognoſcit Imperatorem in ſuperiorem, eo. lib. tit. 2. nu. 69. 11
Venetorum Reſpubl. non exigit pœnas ab hæredibus defunctorum, lib. 4. tit. 5. nu. 46. 112
Venetorum lex defert bona confiſcati, filijs occiſi cum pro homicidio penſato confiſcantur, lib. 5. titu. 1. num. 33. 130
Verba in quacunque materia latè ſunt accipienda quatenus patitur illorum proprietas, lib. 5. tit. 1. numero 51. 131
Viæ publicæ de regalibus ſunt, lib. 1. tit. 1. nu. 16. 2
Et illarum vſus publicus eſt, ibidem, nu. 19. 19
Et an princeps poſſit earum vſum inhibere & tranſeuntibus vectigalia indicere: declaratur, ibidem, num. 20. & 22.
Vidua committens ſtuprum indignam ſe reddit capere ex teſtamento mariti, lib. 2. tit. 7. nu. 5. 49
Et incidit in omnes pœnas, quas incurrit ſecundo nubens, nec quo ad eam iure canonico ſublatæ ſunt, lib. 3. tit. 15. nu. 5. 80
Et ſi ſtuprum committat intra annum luctus cadit in pœnas, l. 1. & l. 2. C. de ſec. nup. poſt annum verò in aliàs pœnas, ibid. nu. 7.
Et ſtuprans poſt annum luctus adhuc viri indigna amittit ſibi relicta per priorem virum, eo loci, numero 8. 81
Et tales pęnas non euitat, licet poſtea cum Amaſio, aut cum alio matrimonium contrahat, eodem loco, num. 9.
Quæ autem intra annum luctus ſtuprum commiſit non poteſt donare Amaſio ſuo vltra tertiam ſuorum bonorum, ibidem, nu. 11.
Vidua nubens infra annum luctus quas pœnas patiatur, lib. 3. titu. 15 nu. 1. 79
Vide ſupra in verbo, mulier nubens, & in verbo, mater.
Vſurarum vſuræ non debentur, lib. 6 tit. 7 nu. 31.
Vſuræ dotales non debentur pro augumento dotis voluntario, ibid. nu. 33.
Vſuræ non debentur pro contra dote voluntaria. ibid.
Vſus facti plurimum prodeſt ad interpretationem rei geſtæ lib. 1. tit. 2. nu. 99. 15
Vſusfructus, cum patri quæri nõ poteſt: remanet apud filium proprietarium, lib. 3. tit. 18 nu. 51. 91
Vſusfructus per attractionem conſolidatur proprietati: cum vſufructuarius aliquo reſpectu eſt incapax, ibi. nu. 52.
Vſusfructus commoditas in alium & in fiſcum ad vitam fructuarij tranſit, lib. 5 tit. 1 nu. 73. 134
Niſi vſufructuarius pateretur maximam aut mediam capitis diminutionem, nam ſic finiretur, eo. loco, nu. 116. 142
Vſufructuario reſtituto an reintegretur vſusfructus finitus per illius damnationem, lib. 5 tit. 2. nu. 78. fol. 166
Vtilitates ex confiſcationibus prouenientes an pertineant, ad iudicem inquirentem, vel condemnantem, an verò ad exequentem, lib. 5 tit. 1. nu. 195. 155
Vtilitates debitæ camerarijs ex venditionibus fiſcalibus, eis debentur per relationem ad quantitatem pretij defluentis in camera, lib. 6. titu. 4 num. 27. fol. 180
Vulnerans aliquem an reddatur indignus ab eo habere, lib. 2. tit. 3. nu. 14. 19
Vulnerans coniunctum teſtatoris poſt eius mortem, an ſimiliter reddatur indignus, lib. 2. titu. 8. nu. 4. fol. 49
Vulnerans ſeipſum incidit in pęnas ſtatuti de vulnerante aliquem, lib. 4. tit. 4 nu 7. 105
Vxore per virum occiſa, lucra dotalia non ad virum, ſed ad vxoris hæredes pertinent, lib. 2. tit. 3. nu. 8. fol. 39
Vxorem ducens, quam ex legibus ducere prohibitus erat, non poteſt ab ea capere per vltimam voluntatem, lib 2. tit. 10 nu. 5. 52
Vxor in ſucceſſione præfertur fiſco, lib 4. tit. 3. nu. 4. fol. 102
Vxor confiſcatis bonis mariti deducit dotem, & contra dotem, lib 5 tit. 1. nu 82. 135
Vxoris bonis publicatis, maritus aduerſus fiſcum deducit lucrum dotale, prout aduerſus eius vxoris hæredes eo loco, nu. 83. 135
Vxori inopi publicatis bonis mariti, an quarta debeatur, nu. 81. 135
Vxores publicatis bonis maritorum, pro dotibus ſuis retinere poſſunt, bona eorum & deducunt dotes confeſſionatas quando lapſa ſunt tempora excipiendi de dote non numerata, dicto loco, nu. 82. 135
Vxor non eſt domina dotis nec rerum dotalium, eod. loco, nu. 117. 142
Vxoris bonis confiſcatis non publicatur eius dos matrimonio conſtante, nu. 118. 142
Vxoris pro debito contracto matrimonio conſtante, bona dotalia non capiuntur, ibid.

F I N I S.

## Errata grauiora:

FOl.3.col.3.ibidem : lege itidem.col.4.ibidem,itidem. republ.reipubl.fol.10.col.4. nil mirandũ,nec mirandum. fol.11.col.3.videndis,videndus.& col.4.ne Regnicolæ,nec. fol.12.col.3.Franciſcus Decius,Becius.fol.13.col.2. ſi is haberet,& is.col.3.in princ.in primo.fol.14.col.1.in princ.in primo.fol.15.col.1.ipſi caſtri,ipſius Caſtri.& col.2. Conſueuiſſe,conſueuiſſent : item ibi, quòd obſeruatur,quod obſeruantia.fol.18.col.2. ſiſci,fiſcus.fol.19.col.1. vt ſic, vt ſit.col.2. an principatum,ante.fol.20.col.4.quid appareret,quod. & inferius,lege iuſtus pater & prælatus.fol.21. col.3.eccleſiaſticarum perſonarum,eccleſiarum,perſonatuum.fol.22.col.3.conceſſum,cõceſſam.fol.29.exigunt,erigunt.fol.30. col.4. aſſentibus,aſſentibus. & infra demonialium,demanialium. fol.31.col.2. prout etiam priuatis,in priuatis.fol.34.col.4.declarat Iaſ.fol.35.col.1.per conſequens.fol.37.col.1.odij cauſas. fol.38.col.3.idem ſuccedat, eidem.col.4.Auguſt.Anguſc.fol.39.col.4.fiſci,fiſcus.fol.41.col.3.Quod autem,Quot.fol.46.col.3.legittimaſſet,legittimas &.fol.59.col.1.Cum eius,cum eis.fol.61.magis,abumdat.fol.69.lege,non deliquerunt,ſed perſona.fol.71. col.3.lege.vt plenius fol.78.col.2.haberet, habere.fol.84.col.4 tanta fuerit,tenta fuerit.fol.93.col.4.lege,nihil releuabit.fol.95.col.1.lege,iure accreſcendi.fol.98.vt promiſſor, aut promiſſor.fol.105,col.4.bona non confiſcantur. fol.109.col.1.D.Beroum.fol.111.col.1.apoſtatibus,apoſtantibus : deferunt,deferuntur. fol.120.Nat.deciſ.Nam deciſio : noſtris,noſtri : ſenſus,ſecutus.col.3.ita &,ita vt.fol.140.col.1. fideicommiſſis,fideicommiſſarijs.fol.155. col.2. operibus,oneribus: cõdictionis,conductionis.fol.158.col.4.generalem,generale.fol.160.col.4.idem,ideo.fol.162. col.3.delegatur,deregatur.fol.166.col.2.iſti minori,non minori.fol.167.col.3.Nellum,Nellus. fol.170.col.3.quod ſi,quod ſic.fol.171.col.3.gratias,varias.fol.176.col.1.pretio,pretia.fol.177. col.4.tantum dicit, tutum dicit. fol.179. col.1.temperat,recuperat.fol.182.col.3.ſenſu,ſenſit. fol.190.col.1.plures,pares. fol.190.col.3.viuẽt,iuuent.fol.199. nu.11.viuent,iuuent.fol.200.poterit,petierit. fol.212.Butrigatius, Butrius.



# MARCI ANTONII PEREGRINI

# DE IVRIBVS, ET PRIVILEGIIS FISCI.

## Liber Primus.

## FISCVS QVID SIT, ET VNDE DICATVR, Titulus Primus.

1 *Diffinitio deſignat eſſentiam, & quidditatem rei diffinitæ, & pluræ in materia diffinitionis.*

2 *Fiſcus eſt Camera Imperij, complectens quæ ad commodum pecuniarium pertinent.*

3 *Camera Fiſci dupliciter accipitur.*

4 *Fiſcus proprie eſt Papæ, & Imperatoris.*

5 *Ciuitates & Caſtra poſſunt habere burſam communem, quamuis fiſcum non habeant.*

6 *Princeps habet patrimonium priuatum.*

7 *Procurator Fiſci, & procurator Cæſaris differunt.*

8 *Fiſci res ſunt, quæ in principatus patrimonio ſunt.*

9 *Regalia non ſunt priuatorum, ſed Principum, ac duplicis generis ſunt.*

10 *Iuriſdictionalia de regalibus ſunt.*

11 *Iuriſdictio hactenus pertinet ad officiales Principum, quatenus eorum mandata demonſtrant.*

12 *Fiſco nulla ineſt iuriſdictio.*

13 *Superioritas principis, & ſubditorum obedientia de regalibus ſunt.*

14 *Armandiæ ſunt de regalibus, & quæ ſint Armandiæ.*

15 *Bellum iuſtum gerere non poteſt alius, niſi princeps ſupremus, & populus liber.*

16 *Publiæ flumina publica, & portus publici de regalibus ſunt.*

17 *Maria non ſunt ſub dominio principum, ſed ſub eorum protectione, & iuriſdictione.*

17 *Venetorum Reſpublica licitè exigit gabellas à nauigantibus per mare Adriaticum.*

19 *Fluminum, & viarum publicarum proprietas, an principum ſit.*

20 *Principes poſſunt impedire nauigationes per flumina publica, & itinerationes per vias publicas.*

21 *Item piſcationes in fluminibus publicis, & venationes.*

*Item conſtituunt vectigalia pro nauigationibus, paſſagijs, piſcationibus, & venationibus.*

22 *Principes de iure non poſſunt impedire nauigationes per flumina publica, paſſagia per vias publicas, piſcationes, & venationes, niſi ex cauſa.*

23 *Aluei flumiuum publicorum, ſunt iuris publici.*

24 *Ripatica ſunt de regalibus, & quæ ſint.*

25 *Monetas cudere ius regale eſt.*

26 *Pallatia Principum ſunt publici iuris.*

27 *Principes in iuſtis priuatis rebus eorũ vtuntur, ſoluta tamen mercede.*

28 *Fiſcalia iura in pucuniaria vtilitate cõſiſtũt.*

29 *Fiſci quæ ſunt, Cæſaris ſunt, ſed non è contra.*

30 *Fiſcus & Reſpubl. quandoque pro eodem, aliquando vti diuerſa accipiuntur.*

31 *Ethimologia eſt reſolutio vocis in proprium effectum rei, quæ demonſtratur.*

32 *Ethimologia proprium præbet rei ſignificatum.*
33 *Fiſcus dicitur quaſi fixus, & eſt ſemper ſiluendo.*
34 *Fiſcus releuatur ab onere ſatiſdandi.*
35 *Fiſcus non eſt idoneus fideiuſſor.*
36 *Fiſcus eſt perpetuus, & nunquam moritur.*
37 *Fiſcus duplex eſt, generalis & particularis.*

TRACTATVRVS iura & priuilegia Fiſci, cuius ſanè materia diffuſa, & admodum vtilis ex tractatu ipſo apparebit, opportunum fore exiſtimaui primũ quærere, quid ſit Fiſcus, ac de ipſius nominis ſignificatione & ethimologia.

1 Cùm autem diffinitio pro ſui natura deſignet quidditatem, & eſſentiam rei diffinitæ, ſicuti Dialectici dicunt, & ex noſtris Bald. in l. 1. ff. de vſufru. proinde conſtare debet ex genere, & differentijs, ut Bar. inquit in l. 1. ff. de teſta. & cum ſuo diffinito, ut bona ſit, conuerti debet, l. 1. §. dolum. ff. de dolo. nec tradenda eſt per rei diffinitæ effectus, ſicuti idem Bar. ſcripſit in l. 1. ff. de appellation. nil mirum ideo Vlpiano ſapienter enunciauit: ut omnis diffinitio in iure ſit periculoſa, ſic ut facilè ſubuerti poſſit: in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iuris, quare ſi non diffinire poterimus, ſaltem deſcribere, quid ſit Fiſcus aptè curabimus.

2 Fiſcus eſt camera Imperij, complectens quicquid ad illius pecuniarium cõmodum pertinet: ſic colligitur ex dictis per Bar. in Rubr. C. de iure Fiſ. lib. 10. ad hoc tex. in l. ſed Celſus. ff. de contrahen. emp. & idem clarè ſenſit Card. in Clem. Nolentes. §. inquiſitoribus. nu. 3. de Hæret. inde Bart. infert, idem eſſe, procurator Fiſci, & procurator Cameræ.

3 Quandoque tamen Camera accipitur pro loco, vbi eſt domus, quę vocatur camera Fiſci, in qua reponuntur ſcripturæ fiſcales, & patrimoniales Imperii. ſic Bar. ibi, & Guido papa. q. 453. nec mirum; nam & ius quandoque accipitur pro loco, in quo ius redditur, l. pen. ff. de iuſt. & iure.

4 Dicitur autem camera Imperij: ideſt principis Reip. vel ciuitatis habẽtis ſummum imperium: nam licet fiſcus propriè ſit Papæ, & Imperatoris, vt inquit Bald. in c. 1. §. ad hæc. in titulo de pace iur. firm. attamen Principes alij, Reſp. & Ciuitates non recognoſcẽtes aliquem in ſuperiorem, fiſcum habent, & iura fiſcalia, vt infra dicetur: ideoque Fiſcus rectè dicitur camera ſui Imperij.

5 Municipia verò, Caſtra, & ciuitates ſubditæ, quia ſummum imperium non habent: fiſco carent, Burſam tamen communem habent, ſeu habere poſſunt. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. Bal. & Sali. in l. 1. C. de priui. fiſ.

6 Item cum miſterio Fiſcus dicitur camera Imperij, ad differentiam bonorũ, quæ Princeps habet vti priuatus, non iure Imperij & Dominatus, quæ ſanè bona appellantur res priuatæ. C. de fund. rei priui. lib. 11. ſubſtantia priuata, l. 3. C. de quadr. præſcrip. fund. patrimoniales. C. de fund. patrim. dicto libro, per plures leges illius tituli: & tradit Lucas de Penna in l. quęcunque, la ſecunda, col. 2. C. de om. ag. deſ. in eodem libro.

7 Item appellantur prædia Cæſaris, l. apud Iulianum, §. conſtat. ff. de leg. 1. proinde in iure reperitur procurator Cæſaris, qui curam habet de proprio Cęſaris patrimonio, quod habebat ante, vel etiã habuit poſt adeptum Imperium, ex cauſa tamen priuata. Et procurator fiſci, qui curam habet de publico principis patrimonio, quod vti Princeps habet: ad hoc text. in d. §. conſtat: & in l. 1. ff. de off. procur. Cęſ. Cin. & Iaſ. in l. procurator, C. de eden. Alex. conſi. 6. col. 2. in 4. Craue. de Antiq. temp. in 4. par. in §. Abſolutis, q. 9.

8 Fiſci autem res ſunt, quæ in principatus ſunt patrimonio: quorum adminiſtratio quaſi ſtipendia laboris in vſum & vſumfructum Principi conceſſa eſt, pro tuitione Imperij, & populorum bono regimine, l. pacta conuenta. §. fin. ff. de





contrah. emp. l. fin. §. fi. ff. qui pot. in pig. hab. melior tex. in l. 2. §. hoc interdictũ, ff. ne quid in loco publ. ibi. Res enim fiſcales quaſi proprię, & priuatę, principis ſunt: & in l. 2. C. de quadr. præſcr. quod & tradidit Lucas de Penna in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. in d. l. quæcunque la 2. C. de om. agr. deſ. lib. 11. col. 2. & Franciſc. Ottoman. in 3. quæſt. idcirco patrimonalia poteſt princeps pro ſui libito ex ſpeciali mandato alienare, d. §. conſtat: & l. 2. C. de quadr. præſcrip. Fiſcalia autem & quę principatus ſunt, non ſic licet, quia Princeps eſt ad inſtar mariti Reipub. ſicuti latius explicuit idem Lucas in d. l. quæcunque, in 4. col. de quo tamen copioſe dicetur infra.

9 Ex re autem dictum fuit, quicquid ad commodum Imperij pecuniarium pertinet, quia Regalia, quæ propriè ſunt Principum iura: & quorũ, qui fortunã agunt priuatam, incapaces ſunt, niſi ex eorundẽ principum cõceſſione: de quibus ſeu potius de eorum aliquibus meminit Bal. in l. vniuerſa, C. de precib. imper. offer. idẽ Bal. & Lud. Rom. in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iud. Aegid. Boſ. in ſuo tractatu: in tit. de principe: & omnium ampliſſime Matth. Afflict. in c. 1. in princ. in tit. quæ ſint regal. ubi collegit 126. priuilegia, ſeu reſeruata principibus. Horum ſane regalium, quædam dignitatem, Prærogatiuam, ac Imperij præeminentiam ſpectant; quædam verò vtilitatem, & commodũ pecuniarium immediate, vel mediate attinent, & hæc propriè fiſcalia ſunt, & ad ius fiſci pertinent, de quibus cõſtitutionem particularem edidit Fed. Impe. in tit. quæ ſint Regal. in uſibus feudorum, quam præ cæteris, doctiſſimis cõmentarijs nobilitarunt And. Iſer. & Matth. Afflict.

10 Sanè cum in illo tex. non connumerentur merum & mixtum imperium, & iuriſdictio, proinde iuriſdictionalia non eſſe de Regalibus, argumentatus fuit Aegid. Boſ. in tit. de Regal. nu. 18. vbi infert: quod conceſſo Caſtro, cum regalijs, nõ includantur iuriſdictionalia, merum & mixtum imperium, verùm licet in eo textu hæc ſpecialiter non exprimantur: attamen Regalia hæc eſſe in mille locis, ut ipſe ait, præſuppoſuerunt Doctores, & præſertim in ea quæſtione, an liceat Principi in præiudicium ſucceſſoris aliqua ex regalibus alienare: de qua in ſeq. titulo abunde ſcripſi: Sed hæc de regalibus eſſe euidenter conſtat: quia leges condere, creare Poteſtates & Magiſtratus ad exercendum iuſtitiam: proprium Principis munus eſt: in quem lege Regia Pop. Rom. hanc tranſtulit poteſtatem, l. 2. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de conſtit. princ. apud priuatos autem conſtat nullam ineſſe iuriſdictionem, l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iudi. conſequenter liquet, iuriſdictionalia eſſe de regalibus & Principi reſeruatis.

11 Ideo officiales hactenus poſſunt iuriſdictionalia exercere, quatenus Principum mandata eis permittunt, & non vltra: Glo. in verbo criminalibus, in tit. de pace conſtantiæ, Bal. in Authen. Caſſa. C. de ſac. ſan. Ecc. Alex. conſ. 24. col. 1. in 5. Dec. cõſi. 8. col. 1. Cag. in d. l. 2. nu. 190.

12 Fiſcus verò, & Fiſci officiales, nullam habent iuriſdictionem ex lege, ac ideo iuriſdictionem non exercent, niſi de conſuetudine; vel ſpeciali Principis decreto aliud ordinatum foret. Bald. in c. 1. §. ad hæc, in 3. col. in tit. de pace iuram. fir. Afflict. in d. c. 1. in verbo Mulctę, ſub num. 7. qui nimmo dum tex. in d. c. 1. inter Regalia adſcribit: poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ad iuſtitiam exercendã, ſatis expreſſit de iuriſdictionalibus, adeo vt non vlterius elaborandum ſit, & concludendum eſt, conceſſo Caſtro cum regalibus, iuriſdictionalia omnia videri tranſlata, ſalua concedenti ſuperioritate ratione maioris dominij, & latius dicam in tit. ſeq.

13 His ſuccedit, vt & ſuperioritas Principis & ſubditorum obedientia ad eum, de regalibus quoque ſint: adeo, vt qui obedientiam denegat, reus maieſtatis ſit, l. 3. & l. 4. ff. ad leg. Iul. Ma. Bart. in extrauagan. qui ſint rebel. in verbo tenore: declarando vt dixi in titu. de rebellib. nume. 6. & ex parte ſubditi impreſcripti

bile eſt, vt à Domini obedientia ſe ſubtrahat, dixi infra in titul. de præſcriptio. nume. 9. & ex parte Domini ſuprema ſuperioritas ab eo eſt inabdicabilis, dixi nume. 71. in 3. titulo huius primi libri.

14 Armandiæ de regalijs ſunt, inquit tex. in d.c. 1. quæ autem ſint Armandię: varijs modis explicarunt ſcribentes ibi: Mihi autem conuenire videtur, vt armãdias pro Armamentis accipiamus, & pro ijs quę ad armorum negocium ſpectant: quippe conſtat armamenta Principis eſſe, non priuati negocij, imò priuatis interdicta in Authent. de armis per totum & in Auth. vt neque miles. & l. 1. C. vt Arm. vſus. libro 11. ideoq; milites creare pedeſtres, vel equeſtres, Duces, & Capitaneos deligere, ad Principem ſpectat, non ad alios, niſi ex ſpeciali Principum conceſſione, C. de re milit. lib. 12. l. militem, & C. de off. Mag. offic. l. iubemus: alioquin maieſtatis tenetur, l. 3. §. eadem: cum gloſ. ff. ad leg. Iul. Maieſtat. & iccirco ad ſolum Principem ſpectat concedere ſaluam guardiam, vt inquit Ioan. Plat. in l. vlt. C. de errog. milit. Annon. lib. 12. & plura in propoſito ſcribit Caſſan. conſ. 66. nu. 16. & 17.

15 Rurſus iuſtũ bellum non poteſt alius gerere, niſi Princeps ſupremus & populus liber, Bar. in l. hoſtes. ff. de capt. Abb. in c. ſicut, nume. 7. ext. de iureiur. Didac. in c. peccatum. §. 9. nume. 1. de reg. iur. in 6. Et qui iniuſſu principis & habentis ab eo auctoritatẽ bellum gerit, vel exercitum comparat, is reus Maieſtatis eſt, d. l. 3. §. eadem: ſic Socin. iun. conſi. 68. num. 61. in 3. poſt Andr. Afflict. & Marr. Laudenſ. per eum relatos, vbi tamen limitat duobus modis, primo ad defenſionem, ſecundo, cum Principis copia non haberetur, & periculum inſtaret.

16 Viæ publicæ, Flumina publica etiam non nauigabilia, aquæ publicæ, plateæ publicæ, & loca publica: hęc quidem de Regalijs ſunt: ideoque priuatis in his aliquid facere, vel immittere prohibetur. ff. ne quid in loco publ. ff. ne quid in flum. publ. & ff. de via publ. & aquis publicis, in l. vſum aquę. C. de Aquæ ductu libro 11. pleniſſime autem Scriptores in dictis locis: & in d. c. 1. in verbo, viæ publicæ, & Flumina publica, & per Cepollam in tract. de ſer. ruſt. præd. in titu. de ſeruitut. viæ & in titu. de Fluminibus, & per Egid. Boſ. in ſuo tractatu in dictis titulis.

17 Et pro declaratione multorum in iſta materia: notandum eſt, quod maria Principum ſunt, reſpectu iuriſdictionis, & protectionis, vſus verò eorum eſt publicus, proprietas autem eſt in nullius bonis ſecundum Iacob. de Are. & Bal. in l. 2. ff. de rerum diuiſ. & licet idem quoque videretur in Fluminibus, & vijs, ac locis publicis, quorum vſus publicus eſt, verum maiores noſtri aliud in mari, aliud in fluminibus, & vijs publicis ſenſerunt, nil mirum: quia iura profitentur, maria iure naturali omnibus communia eſſe, idcirco verum eſt dicere proprietatem maris in nullius bonis conſiſtere: ſed reſpectu iuriſdictionis & protectionis, ad Principem pertinere.

18 Ideo Illuſtriſſ. Do. Veneti, quia Domini ſunt reſpectu, vt ſupra, maris Adriatici, imponere poſſunt nauigantibus vectigalia, & aduerſus contrafacientes pœnam commiſſi, & infiſcationis adijcere, ſic Bald. in l. 1. col. 2. ff. de rerum diuiſ. Sal. in l. 3. C. de Nau. Fen. Cepolla in tit. de mari col. 3. nu. 10. Firman. de gabell. in prima par. q. 6. Boſ. in tit. de aq. & flumin. nu. 36. vbi generaliter in omnibus Principibus.

19 Fluminum verò vſum, & viarum, publicum eſſe dicunt: & hæc regalia eſſe d. cap. 1. Vnde colligunt proprietatem principum eſſe: pro vt pallatiorum publicorum, & huiuſmodi.

20 Ideoque inferunt, Principes prohibere poſſe tranſeuntes per viam publicam, item nauigantes per flumen publicum: de primo ſcripſit Cepol. in tit. de ſeruitute viæ. q. 8. de ſecundo Bar. in rub. ff. vt in flumine publ. idem Cepol. in tit. de flumin. col. 1. & 2. Aegid. Boſ. in tit. de aquis. num. 4.

21 Item Princeps poteſt in fluminibus publicis inhibere piſcationes, Angel. & Alexan.



Alexand. in l. 3. §. Nerua. ff. de acquiren. poſſeſ. & eiſdem rationibus prohibere quoque poterit venationes. Aegid. Boſ. in tit. de regal. prope finem. & ea ratione in aquis publicis non licet priuato Molendina conſtruere, quia de Regalibus ſunt. Bero. conſ. 145. nu. 2. in 2. ſequitur Bertazo'. conſ. 89. nu. 47.

22 Item & vectigalia nauigantibus per flumina publica, ac tranſeuntibus per vias publicas: nec non pro piſcationibus & venationibus imponere poterunt: ſic Albe. in l. quo minus. ff. de flumi. ſentit Bart. in d. rubr. ff. vt in flum. publ. clarè Ang. conſ. 299. colum. 2. & Cardi. Zabar. conſi. 38. colum. item ſecunda, & eſt tex. in d. cap. 1. in verbo vectigalia, & in verbo Ripatica: & hoc iure, quò ad vectigalia principes vbique vtuntur, nil mirum: quia cum protectio & defenſio viarũ, ac earum reparatio, necnon fluminũ publicorum, & agrorum: pariterq; & maris protectio, & ab inuaſione piratarum defenſio, ad principes pertineat, ratio ſuadet, vt emolumenta inde prouenientia ad Principes ipſos ſpectent, porrò quòd Principes prohibere abſolutè poſſint nauigationes per flumina publica, piſcationes in ipſis fluminib. ac itinerationes per vias publicas, dura videtur hæc propoſitio iuri, & vſuigentium repugnans, ac legib. & conſtitutionibus ipſorum Cęſarum, & principum contraria: quib. expreſſe cauetur, vſum vię publicę, & fluminis publici publicum eſſe iure gẽtium, ac ideo interdici non poſſe, liberumq; eſſe vnicuique, per publica flumina nauigare, & omnibus ius piſcandi cõmune eſſe in fluminibus publicis, & portubus: ſic tex. in l. nemo, & in l. Riparum. ff. de rerum diuiſ. & in §. Flumina. & in §. Riparum, inſt. eo. & ff. de via publ. & vt in flumin. publ. & in alijs iuribus: quo circa Principum prohibitiones aduerſum licẽtiam hanc communem, iure, & vſu gentium vniuerſali probatam, & deinde per leges Principum confirmatam, non videtur iuris auctoritate ſubnixę, ſed de facto & contra iura: idcirco temperandæ ex cauſa: veluti vt prohibere poſſint, non ſoluentibus vectigal indictũ: vel aliqua alia honeſta cauſa: ad no. in c. quæ in eccleſiarum, ext. de conſtitu.

23 Aluei fluminum publicorum, & ipſi interim publici ſunt, & de regalijs, quia impoſſibile eſt, vt Alueus fluminis publici, non ſit publicus: inquit tex. in l. 1. §. ille etiam. ff. de flum. nil mirum, quia aqua incumbit Alueo: Bar. verò in tract. de Alueo, in verbo, cuius: exinde colligebat, quòd ſicut ſolum trahit ad ſe ſuperficiẽ: ita aqua ad ſe trahat Alueum: ſequitur Cur. Antiquus conſ. 73. nu. 30. Quæ ſanè ratio videtur arguere in oppoſitum, vt ſcilicet Alueus trahat ad ſe aquam quãobrem ratio iuriſconſulti ſupra relata concludit, & rectè ab impoſſibili, ex qua infertur: quòd ſi ſuperficies ſit publica, impoſſibili videri, vt ſolum ſit priuatum, cui ſuperficies ipſa incumbat: planè fluminibus publicis Alueum ſolitum derelinquentibus, Alueum ipſum priuatis cedere, propè Ripam prędia poſſidentibus pro modo agrorum; ſæpius in iure diffinitum extitit, d. l. 1. §. ſimili modo, & l. naturali. §. quod ſi toto. ff. de acquir. rerum domin. & §. quod ſi naturali, inſtit. de rerũ diuiſ. verũ ſub hoc Ser. Do. Alueos fluminũ public. ſępe publicatos legi. pretio ex eorũ vẽditione in camerã fiſci relato.

24 Ripatica de regalijs ſunt, inquit tex. in d. c. 1. & quæ Rapatica ſint, varijs reſponſis declararunt interpretes ibi: conſtat autem Riparum vſum fluminum publicorum, publicum iuregentium fore, vtilitatem verò eorum, qui propè Ripas prædia poſſident. l. Riparũ. ff. eo. & §. Riparũ, inſti. eo. tit. de rerum diuiſ. Ego autem Ripatica accipio pro omni iure publico, quòd Princeps habet in Ripis fluminum publicorum, vel reſpectu vectigalium: vel reſpectu agerum, vel etiam reſpectu iuris nauigandi, de Ripa ad Ripã: nam ius iſtud publicum eſt priuato, non competens, niſi ex principis cõceſſione.

25 Monetas cudere ius quoque regale eſt, ex illo tex. ideo priuatus etiam quod monetam bonam, & iuſti ponderis conflauerit, reus maieſtatis eſt, l. 1. C. de fal. mon. notant omnes. in d. c. 1. in verbo

monetæ:& adeo ius regale eſt,& de reſer
uatis:vt domini inferiores regalia haben
tes, monetas cudere nequeant,niſi præ-
ſcriptione, vel ſpeciali priuilegio auctoritatem quæſierint, Afflic.d.c.1.in verbo
monetę:& Aegid.Boſ.in tit.de monetis.
in principio, quod tamen dictum non
facile admitto, ſed me refero ad ſcripta
in titulo ſequenti, nume. 97.

26 Palatia item Principum, vel pro eo-
rum habitatione, ſeu pro iure redden-
do deſtinata,hęc publica,& regalia ſunt,
& cũ Caſtro,& ciuitate tranſeunt in eum
in quem dominiũ,& principatus tranſit:
ſicuti per ſcribẽtes in d.c.1 verb. palatia.

27 Item ius regale eſt:quia Principes pro
negotio ſuo,& multò magis pro negotio
publico, poſſunt vti nauibus, plauſtris,
equis, & alijs priuatorum rebus, ſoluta
tamen mercede; id autem priuatis non
licere, niſi domino volente,compertum
eſt:ſic ſcripſerunt Andr.Iſer.& Math.Af-
flic. in d. cap. 1. in verbo plauſtrorum &
nauium: ſunt & alia quamplurima iura
regalia reſeruata ſolis Principibus, &
quæ priuatis interdicta ſunt, niſi ex mu
nificentia, & Principum liberalitate eiſ-
dem communicata, & impartita ſint:ve-
luti legitimare naturales, reſtituere ſpu-
rios,& alios illegitime natos antiquis na
talibus,creare Doctores,notarios,comi-
tes,& equites, reſtituere bannitos, infa-
mes reintegrare,& multa alia congeſta,
vt dixi,per d.Afflic.in c.1.in prin.de qui-
bus ſcribere nõ expedit, quia propoſitũ
meũ eſt tractare iura & priuilegia Fiſci.

28 Fiſcalia autem iura, quæ ibidem rega
lia ſunt, in vtili pecuniario Principis ver
ſantur:ſicuti ſenſit Lucas de Penna,in d.
l. quecumq; la. 2. C. de om. agro deſer.
lib. 11.& in l.in prouincijs. C.de nume-
rar.lib. 12.& eſt caſus in l.pacta conuen-
ta.§.fin.ff.de contrahen. emp. vbi diſtin-
guitur inter ea,quæ ſunt iuris publici,&
inter, quæ ſunt in patrimonio fiſci.& eſt
melior tex.in l.2.§.hoc interdictum.ff.ne-
quid in loco publ.vbi iureconſ. expreſsè
dicit: interdictum illud, ne quid in loco
publico. non pertinere ad res fiſci patri
moniales:quia res fiſcales quaſi proprię
& priuatę Principis ſunt:huius autem cõ
ditionis ſunt domus, prædia, molẽdina,
Feuda, Emphyteoſes, & poſſeſſiones fi-
ſcales, ex quibus annua, vel menſtrua
percipitur vtilitas, in cameram fiſci de-
fluens. C.de location.præd.ciuil. per illũ
titulum. item ſalinarum vtilitates, & re-
ditus d.cap. 1.vbi plenè ſcriptores,Salic.
in l.ſi quis per illum text. C. de vectigal.
& l. inter publica. ff. de verb. ſigni. ideo
priuatus iniuſſu Principis ſalinas nõ cõ
tractat. Itẽ vectigalia omnia,guidagia,pe
dagia,gabella,& portoria,regalia ſunt,&
fiſcalia:ſimiliter tributa, cenſus,collectæ,
ſubſidia, homagia,recognitiones,anga-
riæ,perangariæ, & reales omnes contri-
butiones, regalia ſunt & fiſcalia:item cõ
fiſcationes,mulctæ, & pęnæ,delinquenti
bus indictę, bona vacantia,& quæ ab in
dignis ex variis, & diuerſis cauſis aufe-
runtur: Theſauri, auri, & argenti fodi-
nę,ac metallorũ,& piſcationum reditus,
hæc ſanè omnia ad rem, & fiſci cauſam
pertinere noſcuntur,declaranda tamen,
vt latius infra in diſcurſu dicetur.

29 Ex quibus planè cõſtat, oĩa quæ fiſci
ſũt ac iuris fiſcalis, continuò eſſe Cæſa-
ris,Principis,vel Reip.ſed nõ è cõtra,qa
multa ſũt principis, quę nõ ſunt fiſcalia:
vel quia ſint Prĩcipis priuata,vel quia nõ
cõſtent in re pecuniaria.Bal.& Ang.in d.
l.bene à Zenone,Martin.de fiſco.q.238.

30 Ideo iura quandoque fiſcũ, & remp.
pro eodem enumerant,quandoq; vti di
uerſa,Bar.in d.rubr. C. de iure fiſ. vbi in
id plura adducit,& licet Bal.conſ.271.in
primo,Caſtra,Molendina,& prædia,pa-
trimonium reipubl.appellauerit:attamẽ
cum in commodo pecuniario verſentur,
iuris fiſcali ſunt:quod ibidem, vt proxi-
me dixi, repub. eſt.

31 Vnde ex pręmiſſis correllarię infertur
fiſcum in effectu eſſe cameram,& repoſi-
torium publici Theſauri: & ſic tandem
breuioribus verbis circumſcribi,& diffi
niri poteſt, cui ſanè deſcriptioni con-
gruit, quod ſtatim dicam.

32 Quæro ſecundo de Ethimologia vo-
cabuli,vnde fiſcus dicitur: Ethimologia
enim eſt reſolutio vocis in proprium ef-
fectum

fectum rei, quę demonſtratur, ſecundũ
Bal.in c.1.§. ſi quis. de manſo.in vlt. col.
in ti.de controuerſ.inueſt.Et eſt explica
tio vocabuli per alia magis nota:ſic apud
nos iureconſulti explicarunt,mutuum eſ
ſe:quòd de meo fiat tuum:per hæc enim
magis nota, declarant proprium mutui
effectum, ideo vera eſt Ethimologia. ſic
etiam, teſtamentum dixerunt quaſi te-
ſtationem mentis.de qua re Alcia. diſſe-
ruit lib.1.Diſputatio.c.10.poſt Aulũ Gell.
Noctiũ Atticarũ.lib. 1.c. 22. & poſt eos
Nicol.Euerard.in loco ab Ethimo.voca.

33 Quare ab Ethimologia proprius ſum
mitur rei ſignificatus,niſi diffinitio repu-
gnet, l.notionem. §. inſtrumentorum. l.
quibus præcipue.l.vt Alphenus.l. Tugu
rij.& l.pupillus.§.territorium.ff.de verb.
ſigni.cap. 1.§. fina.in titulo per quos fiat
inue.& c.forus,extra de verborum ſigni
fic. per quæ iura ſic tradiderunt inter-
pretes, Bart.in rep.l.omnes populi.in 6.
q. princip. in verſic. Quæro vnde ſumi-
tur iſta proprie.ff.de iuſti.& iure,& in l.li
berorũ,in verſ.ſecundo prin.eſt vidẽdũ.
ff.de verbo.ſigni.& in l. 1.ff.de teſtã. Alua
rot.d.c.1.§.fina.& Euerar. loco pręalleg.

34 Fiſcus dicitur,quaſi fixus,ideſt firmus,
& hoc duplici reſpectu: primo,quia ſem-
per eſt diues & ſoluendo,l.2. ff.de fundo
dot.ſic Gloſ.& Bar.in rubr.C.de iure fiſ.
Bal.in l.1.nu.7.C.de hęred.ven. & conſi.
363. in primo.

35 Ideo ea ratione releuatur ab onere ſa
tiſdandi,quibus caſibus priuatus tenere
tur.l. 1.§.ſi ad fiſcũ,ff.vt legat.nom.cau.&
l.niſi.§.item. ff. ſi cui pluſquam, per leg.
Falci.proinde vſufructu fiſco legato,non
ſatiſdat fiſcus de vtendo & fruendo arbi
trio boni viri,Glo.in l.4.C.de vſuf.Ruin.
conſi. 44.nu.8.in primo.

36 Non tamen fiſcus, quamuis diues &
ſoluendo, idoneus fideiuſſor reputatur
ob difficultatem, in eum conueniendo,ſi
cuti Afflict.cenſuit. deciſ.88.

37 Secundo,quia fiſcus eſt fixus,& ſtabi-
lis,quia perpetuus,& nunquam moritur
not.in l.vnica.§.fina.ff.ſi quis iuſdic. non
obtemp. & per Bal.conſ.271.caſus conſi
lij.num.3. in princ. & quamuis mutetur
domini perſona; ſemper tamen idem fi-
ſcus eſt:ſic Bal.conſilio 363.col.2.

38 Alibi verò Gl.in l.in prouincijs. C.de
numerar.lib. 12.reſpõdit, quòd fiſcus,di
citur quaſi ſaccus, in quo imperij pecu-
nia reponitur:idẽ Bar.& ſcriptores. in d.
rubr.Bal. & Sal.in rub.C.de priuil.fiſ. &
idẽ Bal.in d.c.ad hęc,in 3.col.vbi inquit:
quòd eſt ſaccus ſine conſcientia, qui im-
burſat malè quæſita,ad l.ſine hærede.ff.
de calum.& in l. Papinianus.§.meminiſ-
ſe.ff.de inoffi.teſtam.& amplius ſubdit,ꝙ
fiſcus idem eſt, quòd cuſtos, ſacriſtia, &
armarius publici Theſauri, & ex Baldo
tradidit Lapus in rub. ext. de don. inter
vir.ꝙ fiſcus eſt iniqui lucri iuſtus ablator.

39 Quæro, quotuplex ſit fiſcus. Bal. in d.
§.ad hæc.Reſpondit:quòd eſt duplex,ge
neralis, & particularis: generalis eſt Pa-
pę,& Imperatoris,quod tu declara,quia
Papa vti vicarius Chriſti,per quem eccle
ſia regitur,fiſcum vbique habet: quia ec
cleſia vbique eſt: vt latius dixi infra titu-
lo primo,nu.10. Item Imperator fiſcum
generalem habet,quia quò ad iura fiſca-
lia vbique locorum fundatam habet in-
tentionem,veluti dixi in dicto titulo,nu.
21.particularem verò fiſcum habent Re
ges,Principes,Reſpub.& Ciuitates libe-
rę,& vt fuſius in ſequenti titulo dicetur.

## DE IIS QVI IVRA Fiſcalia habent. Tit. 2.

1 *Fiſcalia iura de regalibus ſunt.*

2 *Papa habet iura fiſci: Dominus totius mundi appellatur, Chriſti vices in terris gerit: ſuper omnia cœleſtia,terreſtia,& infernalia,& eius auctoritas maior eſt,quàm Sanctorum.*

3 *Papa ſupra omnes Chriſti fideles principatum obtinet: & eſt maior Imperatore.*

4 *Imperator iurat fidelitatem, & obedientiam Papæ.*

5 *Papa electionem de Imperatore approbat, & improbat.*

6 *Papa ex cauſis Imperatores, Reges, & Principes deponit.*

7 *Princeps nõ facile eijcitur, quia inſufficiens ad adminiſtrationem videatur.*

8 *Papa*

8 *Papa ſubuenire debet principibus aduerſus ſubditos contumaces, & rebelles.*

9 *Papa nō niſi ex magnis cauſis ad principum depoſitiones procedere debet.*

10 *Papa deponere poteſt principem denegantem auxilium Romanæ Eccleſiæ oppreſſæ aut oprimendæ.*

11 *Imperium quomodo ad Germanos poſſit videri tranſlatum.*

12 *Papa ſolus abſque conſenſu Illuſtr. DD. Cardinal. poteſt Principes ex cauſis deponere.*

13 *Papa in terris facere poteſt quæ Deus ipſe poſſet, claue non errante.*

14 *Papa quo ordine procedat ad Principum depoſitiones ex cauſis.*

15 *Electio Imperatoris, vel Regis, eo deiecto ex Papæ depoſitione, pertineret ad electores, ad quos aliàs ſede vacante electio pertinuiſſet.*

16 *Papæ electio pertinet ad collegium Illuſtr. DD. Cardinal. etiam quod Papa ex iudicio vniuerſalis conſilij depoſitus fuiſſet.*

17 *Papa deponi poteſt ex cauſa hæreſis propriè ſumptæ.*

18 *Sed an ex cauſa hæreſis præſumptæ deponi valeat: concertant doctores.*

19 *Papa iuriſdictionis auctoritate eſt ſuperior vniuerſali eccleſia, & ideo ab eius ſententia non appellatur ad S. Concilium.*

20 *Papa vtranque poteſtatem in terris habet.*

21 *Papa in ſpiritualibus & inde dependentibus actu habet omnem poteſtatem.*

22 *Papa in ſpiritualibus, & inde dependentibus habet fiſcum vniuerſalem vbique locorum.*

23 *Papa beneficialibus, & eccleſiaſticis habet plenitudinem poteſtatis.*

24 *Papa in perſonis eccleſiaſticis habet maiorem poteſtatem, quàm princeps in laicos ſubditos.*

25 *Papa in temporalibus ſubditis Rom. Eccleſ. habet tantam poteſtatem quantam Imperator in Imperio ſubditis.*

26 *Papa in terris ſubditis Ro. Eccl. in temporalibus quò ad iuriſdictionalia habet intentionem ſuam fundatam.*

27 *Conſtantini donatio omnem poteſtatem in temporalibus tranſtulit in Papam in vrbe Rom.*

28 *Roma non habet iura fiſci, ſed Papa.*

29 *Papa eſt Dominus rerum ſubditorum ſuorum reſpectu protectionis vniuerſalis: & ideo ſine cauſa non pōt res eorum auferre.*

30 *Papa non habet exercitium iuriſdictionis in temporalibus, in ijs quæ ſunt ſubiecta iuriſdictioni aliorum principum.*

31 *Papa eſt iudex inter priuatum non ſubditū, & inter principem non recognoſcentem ſuperiorem.*

*Papa eſt iudex in defectum ſuperioris.*

32 *Exempti à poteſtate Imperatoris recognoſcunt Papam in ſuperiorem.*

33 *Princeps eſt iudex in cauſa inter ſe & ſubditum, & ab eius ſententia ſubditus non appellat: ſed non eſt iudex in cauſa cum non ſubdito.*

34 *Papa eſt iudex competens inter principes non recognoſcentes ſuperiorem.*

*Item iudicat de dubio, orto inter ſe, & inter Imperatorem.*

35 *Papa vacante Imperio ſuccedit in adminiſtratione.*

36 *Papa confert dignitates maiores non minus quàm Imperator.*

37 *Chriſti aduentu omnia Imperia eius fuerūt, & nunc Papæ eius Vicarij.*

*Papa poſt Chriſti aduentum vti eius Vicarius omnia habet Imperia.*

38 *Imperator iura fiſcalia habet.*

39 *Imperator confert dignitates maiores.*

40 *Imperator quò ad iuriſdictionalia, dominus totius mundi appellatur.*

41 *Imperator, in iuriſdictionalibus vbique locorum habet intentionem ſuam fundatam.*

42 *Fiſcus Cæſaris vbique eſt.*

43 *Vacante aliquo ſtatu, an ſuccedat Papa, vel Imperator.*

44 *Reges, & Princeps non recognoſcentes ſuperiorem iura fiſci habent.*

45 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem tā tum poſſunt in ſuis ſtatibus, quantum Imperator in Imperio.*

46 *Rex quò ad ſubditos ſuos, eſt tanquam corporalis Deus.*

47 *Rex plus iuris habet in Regno, quàm Imperator in Imperio.*

48 *Succeſſio in Regnis, & maioribus dignitatibus quemadmodum deferatur.*

49 *Regni in ſucceſſione vnus tantum admittitur primogenitus, maſculus, non fœmina.*

50 *Regni*



50 *Regni in ſucceſſione ordinem pater in primogeniti præiudicium præuertere nequit,*

51 *Ius ſpe competens ratione primogenituræ in ſucceſſione Regni iure conſideratur.*

52 *Ius ſuccedendi ex ui primogenituræ tranſmittitur a primogenito in deſcēdētes ſuos.*

53 *Reges etiam recognoſcentes ſuperiorem, iura omnia regalia habent.*

54 *Famam reſtituere qui poſſint.*

55 *Poſſeſſio quo ad obedientiam, & iuriſdictionalia inſpicitur, non merum ius.*

56 *Poſſeſſionis in iudicijs factum attenditur, non ius.*

57 *Facto, quod ſeruatur perinde eſt ac ſi de iure valeret.*

58 *Superiorem non recognoſcentes qui ſint.*

59 *Præſcribi an poſſit libertas aduerſus ſupremam poteſtatem Imperatoris, & Papæ.*

60 *Papa per priuilegium, non poteſt exemptare aliquem à poteſtate ſua in ſpiritualibus.*

61 *Præſcriptio immemorialis, æquiparatur veritati, & pacto, & habet vim priuilegij.*

62 *Sententia principum non recognoſcentium ſuperiorem, non appellatur ad aliquem.*

63 *Regis ſententia non appellatur etiam quòd ſuperiorem recognoſcat.*

64 *Regalia præſcribuntur in loco per tempus immemoriale.*

65 *Præſcriptio immemorialis iuuat quo ad regalia.*

66 *Et currit etiam domino ignorante.*

67 *Principes Regalia iura habentes, noua vectigalia inſtituunt.*

68 *Ciuitates & prouinciæ non recognoſcentes ſuperiorē deligunt ſibi Re es, & Principes.*

69 *Venetorum Reſpub. Imperatorem non recognoſcit ſuperiorem.*

70 *Ciuitates recognoſcentes ſuperiorem iura fiſci non habent.*

71 *Paduæ ciuitas hodie non habet iura fiſci.*

72 *Conceſſio de aliquo Caſtro, cum mero & mixto Imperio, an includat auctoritatem confiſcandi.*

73 *Confiſcandi auctoritas exigit ſpecialem commiſſionem.*

74 *Caſtro conceſſo cum mero & mixto imperio, an regalia omnia videantur conceſſa.*

75 *Regalia per generalem verborum conceſſionem, non videntur tranſlata.*

76 *Principes erecti cum titulo maioris dignitatis: Regni, Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus Regalia omnia habent.*

77 *Plenitudo poteſtatis, an ſit cōmunis ad Principes perpetuos recognoſcentes ſuperiorē.*

78 *Principes perpetui recognoſcentes ſuperiorem, an vtantur plenitudine poteſtatis.*

79 *Sūt in poſſeſſione vtendi plenitudine ptātis.*

80 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem vtuntur plenitudine poteſtatis.*

81 *Principes perpetui facere poſſunt omnia, quæ ſunt de primo gradu meri Imperij.*

82 *Rectores ciuitatum temporales, non habent auctoritatem confiſcandi, niſi ſpecialiter eis demandata ſit.*

83 *Vaſalli & feudatarij, non de maioribus dignitatibus an habeant ius confiſcandi & cætera regalia.*

84 *Regalium conceſſio transfert in inueſtitum iura confiſcandi.*

85 *Publicare bona ius regale eſt.*

86 *Regalium conceſſio omnia regalia includit.*

87 *Publicare bona pertinet ad inueſtitum cum mero & mixto Imperio, & cum omnibus redditibus & prouentibus.*

88 *Idem ſi dictum ſit cum mero & mixto Imperio, & cum iuriſdictione.*

89 *Idem quoque ſi dictum fuit cum mero & mixto Imperio.*

90 *Publicare bona eſt de primo gradu meri Imperij.*

91 *Vaſallus infeudatus habet vtile dominium cum effectu.*

92 *Caſtro in perpetuum conceſſo intelligitur, cum mero & mixto Imperio, & oī iuriſd.*

93 *Reſeruatio maioris dominij in conceſſionibus feudalibus quid operetur, & an auferat ius confiſcandi.*

94 *Dominus maior offenſus à ſubdito ſui vaſalli pōt bona delinquentis ſibi confiſcare.*

95 *Iniuriæ ſine cauſa, quod quis aſſequitur proprium illius eſt.*

96 *Vaſalli ius non præiudicatur, ſi dominus publicauerit bona alicuius ſubditi vaſallo.*

97 *Merum, & mixtū Imperiarū includit fiſcalia, quæ pertinent ad bonū populi regimen.*

98 *Appellationes & recurſus maiori domino cenſentur reſeruatæ.*

99 *Facti vſus plurimum poteſt ad interpretationem rei geſtæ.*

*Re-*

100 *Regalibus conceſsis quæ videãtur traſlata.*
101 *Regalia ſibi conceſſa non poteſt acceptor in alium transferre ſine domini conſenſu.*
102 *Cõceſsiones factæ per Principes de quibuſlibet reb. an trãseãt ad hæredes extraneos cõceſsionarij, & an per eũ alienari poſsint.*
103 *Lex ſi ſocius, C. ſi liberal. Imperial. Socius: multipliciter declaratur.*
104 *Epiſcopi an habeant iura Fiſci.*
105 *Confiſcatio fit per habentem territorium & ius tenendi, merum & mixtum Imperiũ Epiſcopus eſt de maioribus magiſtratibus habens merum & mixtum Imperium.*
06 *Epiſcopus poteſt pro delictis pœnas pecuniarias impoſitas Cameræ ſuæ appropriare.*
07 *Delinquens ſi ſit laicus crimen verò Eccleſiaſticum cui Fiſco bona applicabuntur.*
108 *Fiſcus vter capiat perſona rei delinquentis ſpectatur.*
109 *Clerici deliquentis bona omnia an Epſicopus Fiſco ſuo infiſcare poſsit.*
110 *Clerici bona intuitu Eccleſiæ quæſita Fiſco Eccleſiaſtico ſpectant.*

FISCALIA aũt iura, cum de regalibus ſint, ſicuti ſupra dixi ex textu in d. cap. 1. in tit. Quæ ſint regal. & not. Bart. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. 10. Alexand. cõſil. 31. nu. 10. in prin. idcirco non niſi ratione ſuperioritatis competere palam eſt.

Papam vero fiſcalia iura habere apud omnes conſtat, ob eius ſupremam, & prę excellentem poteſtatem, adeo vt Dominus totius Mundi appelletur, ſicuti legitur in proh. 6. lib. & in cap. Conſtantinus 96. diſtin. & ex pluribus deduxit And. Sicul. conſ. 1. col. 19. in prin. Nil mirum, quia Chriſti vices in terris gerit, c. quanto. ex. de translat. Epiſc. c. vt noſtrum, ex. vt Eccleſiaſt. ben. c. pro humani. de homi. in 6. & in eo. libr. c. ad Apoſtolicæ, de re iudi. & in clem. Romani, de iureiuran. Ne dum circa Cęleſtia, Terreſtria, & infernalia, ſed etiam ſuper Angelos, quorum maior eſt, veluti poſt Epiſcopũ Florent. & Auguſt. de Ancona, pręclarè ſcripſit Felin. in cap. canonum ſtatuta, num. 6. extr. de conſtitut. Et eius auctoritas maior eſt, quàm Sanctorum ad gl. in cap. de libellis, 20. diſtinct. & per eam ſic tradiderunt Bald. in l. reſcripta. num. 7. C. de precib. imper. offer. Aluar. in titu. Epiſco. vel Abbat. num. 5. adeo, vt poſſit facere leges contra ſtatuta Sanctorum, ſicuti ex multorũ auctoritatibus tradidit Felin. in c. Quę in Eccle. n. 29. ext. de cõſt.

3 Ideoque communi omnium conſenſu receptum eſt, Summum Pontif. ſupra omnes Chriſti fideles principatum obtinere, eique omnem ſubeſſe humanam creaturam, veluti ſancti Doctores euincunt apud Matthęum cap. 16. Tibi dabo claues regni cęlorum, & ex illo Ioannis, cap. vlt. Paſce oues meas: quibus ex locis ſic in id argumentantur Innocen. III. in cap. ſolitæ, extr. de maior. & obed. & Bonifacius Octauus in extrauagan. Vnam ſanctam. & ex multis alijs probauit Cardin. de Turre Crem. in tract. de Eccleſ. lib. 2. cap. 15. & ex noſtris Bald. in Proh. Digeſt. nume. 9. vbi explicite dixit. Quòd Papa eſt maior Imperatore, & ſupra eius ceruicem, & idem Bal. in l. fin. C. de legib. & in l. reſcripta. C. dę precib. Imper. offerend. & non obſcure explicuit Clemens V. in clem. paſtoralis, ad finem: de re iudic. id autem exemplo docuit Valẽtinianus Inclitus Imperator, talem in pontificali ſede conſtituere procuretis, cui & nos qui gubernamus Imperium ſincere capita noſtra ſubmittamus, ſicuti Gratianus retulit in cap. Valentinianus, 63. diſtinct. & tranſumptiuè legitur in cap. nouit, extr. de Iudic. & in d. clem. Romani, de iureiuran. latius autem ſcripſerũt Canon. in d. cap. nouit, vbi etiam in Tẽporalibus, & ex cõmuni traditione fatetur Reſtau. Q. L. in ſuo tractatu de Imperatore.

4 Nil mirum, quia Imperator iurat fidelitatẽ, & obedientiam Papæ d. clem. Romani, & cap. tibi Domino, 64. diſtinctio. & approbat Papa electionem per electores factam de Rege Romanorum futuro Imperatore, vt in d. clement. & inde colligit Cardinalis in quarto notab.

5 Et ſi ex cauſis idoneus non videretur, electionem de illo improbat: Cuius ſanè rei exempla non deſunt: nempe Hono-
rius

rius Secundus fluctuantibus electoribus, & armis circa electionem Lotharij II. de Saxonia, & Corrãdi de Sueuia: Lotharium Imperatorem coronauit, veluti in vita Lotharij retulerunt Hiſtorici, ſic quoque Innocent. III. feciſſe legimus, in cap. venerabilem, extr. de electio. nam concordantibus aliquibus, in Othonem Quartum, itidem de domo Saxona, aliis vero in Filippum de Sueuia, Innocentius ex cauſis eo loco relatis, improbata Filippi electione, Othonis nominationem confirmauit.

6 Imò Imperatores, Reges, & Principes, etiam poſt Imperium, & Regnum adeptum, Papa ex cauſis deponit, ſicuti Bal. tradidit loco dudum allegato, & in d. l. reſcripta. colum. 2. C. de precib. Imper. offer. & in d. l. fin. & poſt Pet. Palud. Card. de Turre Crem. d. lib. 2. ca. 113 in 4. arg. Reſtaur. poſt plures per eum relatos, cap. 81. veluti ratione grauis peccati manifeſti, & incorrigibilis, vel quia ſit Regno impar, & inutilis, ſic ex his cauſis Zaccariam, ſummum Pontificem depoſuiſſe Childericum Francorum Regem, & in eius locum ſubrogatum fuiſſe Pipinum Caroli Magni Patrem, ſcriptum eſt, in c. alius, 16. q. 1. & poſterioribus temporibus Innoc. Quartum publicè excommunicaſſe, & excommunicatum depoſuiſſe Federicum Secũdum teſtatur Canon in d. c. ad Apoſtolicæ, de re iudi. in 6. & ante eum, Othonem Quartum ſupra memoratum, ab eodem Innoc. excommunicatum fuiſſe, profitentur Hiſtorici in vita Othonis.

Porrò non facile Princeps eijci debet
7 regno, & imperio ſuo, quia ob animi imbecillitatem, ſeu prodigalitatem, inſufficiens videatur ad regimen ſibi commiſſum, ſed de coadiutore idoneo ſibi prouidere paſtoralis ſollicitudinis eſt: ſic enim moderatè cum Rege Portugalliæ, actum fuiſſe ab eodem Innocen. Quarto legimus, in c. grandi, de ſupplen. negligen. prælat. in 6. & inde adnotarunt ſcribentes, ibi.

8 Item ſi Rex impotens ſit regere ſubditos ſuos, quia in armis ſibi reſiſtẽtes pręualeant, non eſt iuſta cauſa, vt Papa poſſit illũ de Regno deijcere, & ſubditos ab illius obedientia ſubtrahere, ſed pro munere ſuo, principem illum rebellionibus ſubditorum offenſum, adiuuare debet: ſubiectorum contumaciam, de facto, ac de iure, remediis ſpiritualibus, compeſcẽdo: ſicuti pręclarè poſt Inn. tradidit Ab. in c. licet ex ſuſcepto, in 4. col. extr. de fo. comp. & idem Abbas in c. 1. in vlt. col. extr. de offic. ordin. Iaſ. conſil. 9. col. 2. in 3.

9 Quocirca ad Principum depoſitiones non niſi ex maximis, & grauioribus cauſis, quæ Rempublicam Chriſti læderent, Papa deſcendere debet, quia cum deponi nequeant niſi magnis cum periculis, ac cum publicæ pacis perturbatione, detrahendum eſt rigori, ad text. in c. latores, ext. de cler. excom. miniſt. ſic Inno. & poſteriores ad eum, in d. c. ad Apoſtolicę, Bal. in d. l. fi. C. de legib. Abb. in d. c. venerabilem, nu. 7. & in d. c. nouit, in 5. col. & poſt alios pleniſſimè Reſtau. d. loco.

10 Et adde vltra alias, quia iuſta videtur cauſa, ſi Princeps requiſitus citra legitimam excuſationem, negaſſet opem, & auxilium Eccleſ. Roman. oppreſſę, vel opprimendæ, Abbas in d. cap. venerabilem, nu. 9. nam ob eam cauſam, quia Conſtantinus, & Leo, Græci Imperatores recuſarunt Roman. Eccleſiæ graui bello infeſtę ab Aſtulfo Longobardorum Rege, opẽ ferre: Stephanus Sũmus Pontifex Imperium à Græcis in Germanos tranſtulit Anno Domini 776. ſicuti ex noſtris tradiderunt gloſſ. & ſcriptores in d. c. venerabilem: Vnde Abbas in 2. colum. collegit, quod ſupra relatum extitit: Hiſtorici autem non ad Stephanum, ſed ad Leonẽ Tertium, factũ illud referunt in vitis Pontific. & Imperator. & circa tempus tranſlationis, variarunt itidem ſcriptores, ſicuti apud Reſtaur. q. 7.

11 Quomodo autem ad Germanos Imperium poſſit videri translatum, cum Carolus Magnus Frãciæ Rex Imperiali Diademate à Stephano, ſeu à Leone III. in vrbe Roma inſignitus fuerit, varie ſe inuoluunt Auctores, veluti ex Reſtaur. d. loco, colum. 3. ſed id contigit, quia eo
tem-

tempore Regnũ Franciȩ non erat ſegregatũ à Germanis, verùm longo tempore poſt, Io.XXII. conſtitutioné edidit, qua & Regnũ Germaniæ à Franciæ Regno, & Italiam ab Imperio diuiſit, veluti auctore Alberico, ſcripſit Lud. Gomes, in Prohem.Regul. Cancell.q.1.nu.25.

12 Et eſt notandum, quia ſolus Papa abſque conſilio & conſenſu Illuſtriſs. DD. Cardinalium ex cauſis poteſt Principes, & Reges deponere, ſic Abbas tradidit in cap.ex geſtis, ext.de cler.non reſiden.

13 Nil mirum, quia Papa in terris, Dei vices gerit, & facere poteſt, quæ Deus ipſe poſſet. ſic in puncto tradidit idem Abb.in d.cap.venerabilem, nu.18. ubi tamen cum moderatione intelligit, ſcilicet diſcretionis claue non errante, ad gl. notabilem in cap.quanto, ext.de iureiuran. quã doctores notant ibi, Decius in c.1. nu.5.extr.de conſtitutio. Iaſ. in d.l.reſcripta, col.2.C.de præc. Imper.off. & eſt indubitata apud me concluſio, quia ſi Papa potuit ex cauſa transferre Imperium à Græcis in Germanos, igitur & ex cauſa Imperatores, & Reges deponere poterit, adde ꝙ ſolus Papa expedire põt grauia quæq; ſine cõſenſu Illuſt.DD.Card.veluti cõis traditio eſt Canoniſt.in Rub.ext. de conſtitutio. de honeſtate tamen ob negotij grauitatem id cum fratribus, ſcilicet Illuſtriſs. DD. Cardinalibus, & ſancto Cõcilio deliberatum fuiſſe legimus, in d.c.ad Apoſtolicæ, ibi: nos autem cum fratribus noſtris, & ſancto Concilio deliberatione præhabita. & in ſpecie factũ illud honeſtati, non neceſſitati, adſcribunt Geminia.& alij. Pau.de Caſt.conſ. 414. col. pen.in princ.Reſtau.q.81.

14 Deponit autem Papa ſupremos iſtos Principes, præmiſſa prius in figura iudicij legitima cauſæ cognitione, ſuper criminibus obiectis, eos deinde monendo, & monitos negligenter, ac cõtumaciter ſe habentes, excommunicando, & eis in contumaciam vlteriorem perſiſtẽtibus. ſubditos à fidelitatis, & ſubiectionis iuramento abſoluit: ad tex.in cap.nos ſanctorum, & in cap.iuratos.16.q.1.& in d. cap.ad Apoſtolicæ, & not.Cardinal.Zabbare.in d.Cle.Romani.§.porro, nu.19.

15 Quo caſu, ſic eis deſtitutis, Imperatoris vel Regis electio, non ad Papam pertinet, ſed ad Electores, ad quos aliàs, vacante Imperio, vel Regno, electio pertinuiſſet, vt eſt caſus in d. c. ad Apoſtolicæ. in fine, & ſic intelligenda eſt glo. in d.cap. alius, & aliter intellecta male loqueretur, quia Papa non intendit ſibi vſurpare iura Electorum, ſicuti in puncto tradiderunt Pet. de Palud.& Cardinal.de Turrecrem. d.cap. 113. in 4.arg. Illis autem à Sum. Pontifice monitis, nolentibus, vel negligentibus, ſeu etiam nõ valentibus, intra congruum tempus eis conſtitutum eligere, deuoluitur eligendi poteſtas ad Sum. ipſum Pontificem, gloſſ.& ſcribentes, in d.c.ad Apoſtolicȩ, & eſt caſus in d.c.venerabilem, ibi moniti, & expectati, & inde pulchrè explicat D.Abbas, & ante eũ Car.in d.cle.nu.12.

16 Et idem eſt cum Sedes Apoſtolica vacat, vel per mortem, vel per renunciam, vel etiam per iudicium, in caſibus in quibus Papa deponi poteſt, nam Papæ electio ſpectat ad collegiũ Illuſt. DD. Cardinalium, nõn etiam ad Concilium vniuerſale, quamuis ex illius iudicio Papa deſtitutus fuiſſet, ſic glo. in clem.ne Romani.§.ſanè, ext. de electio. text.notab. & inde colligunt Abb. & Feli.in cap. Inquiſitionis.§.ad petitionem, ext. de accuſatio. & latiſſime diſſeruit Barba. in d. clem.in §.eo tamen, nu. 17.& ſi Cardinales non adeſſent ſpectaret electio ad Patriarchas, Bald.in l. ubi abſunt. ff. de tutor.& curator. Alij dicunt, quòd ad Concilium vniuerſale, alii vero quòd clerus Roma. eligit, ſicuti retulit Pet.de Anch. in clem.ne Romani, nu. 10.de iureiur.

17 Poteſt autem Papa, omnium conſenſu deponi, ex cauſa hæreſis propriè ſumptæ. ad tex. cum glo.in cap. ſi Papa, 40. diſt.glo.in cap. Anaſtaſius.19.quæſt. Archidiaconus, in c.in fidei, de hȩret.in 6. Roma.conſ.522. nu. 7. pleniſſimè Card. de Turrecrem. d.lib.2.c.92.102.& 103. Quo caſu, Concilium vniuerſale de eo tantum iudicat, non aliud tribunal, ſicuti habetur in dictis locis, & tradit Abbas





in c.quanto, extr. de tranſlat.Epiſco.

18 Sed an ex cauſa prȩſumptæ hæreſis, Cõcilium de Papa iudicare poſſit, veluti pro criminibus notorijs, quorum eſſet incorrigibilis, & pro quibus vniuerſalis Eccleſia ſcandalizaretur, aut quia Papa faceret, ſeu tractaret cõtra vniuerſalem ipſius Eccleſiæ ſtatum. Variarunt maiores noſtri. nam pro affirmatiua ſtat gloſ. in d.cap.ſi Papa, quam pleniſſimè tuetur Lud.Rom.d.conſil.522. Abbas d.c.cum veniſſent, col.4.extr.de iudic. idem Abbas in diſpu.incip. Epiſcopus. in fine ſecundi dubij, vbi inquit, quòd totus mundus approbat illam glo. & idem Abb. & latiſſimè Filip. Dec.in c.ſignificaſti, & in ſuo conſil.151.Felin.in cap.nulli, colum. 1.extr. de ſent.excom. Negatiuam verò conſtanter aſſeruerunt plerique ſacri doctores magni nominis, Auguſtin. de Ancona, Petrus de Palude, Archiepiſcopus Florentinus, & Petr. de Monte, relati per Dec.in d.c. ſignificaſti, quorũ ſententiam, poſt longam diſputationem, probauit Card. de Turre Crem. d. q. 103. concludentes, citra errorem fidei, Concilium de Papa iudicare non poſſe, quia prima ſedes à nullo iudicatur & in propoſito eleganter dixit Archid. 2.diſtinct. c.lex eſt, relatus per Cal. in l. cum multa, C.de bon.quȩ lib. quòd omnes eccleſiȩ mundi, & omnes clerici, non poſſunt auferre Papæ papatum.

19 Et quia Papa, iuriſdictionis auctoritate, ſuperior eſt vniuerſali Eccleſia, cap. cuncta per mundum, 9.quȩſt. 3. ex illo Matthæi. Tibi dabo claues Regni Cœlorum, quodcunque ligaueris: & tradidit idem Card.de Turre Crem.lib.3. q.40. Nil mirum, quia idem eſt conciſtorium Dei, & Papæ, Hoſti.per illum tex.in cap. quanto, ext.de tranſl.Epiſcop. cum alijs adductis per Pariſ.conſil.68.nume.160. in quarto. Menoch. conſil.257. nu. 80. Quibus rationibus, à ſentẽtia Papȩ non appellari ad ſacrum Concilium, communiter maiores noſtri tradiderunt, adducentes in id tex.in c. ipſi ſunt, & in d. c. cũcta per mundum.9. quȩſt.3, veluti probauit idem Cardin. de Turre Crem.lib. 3. quȩſt.47.& 48.& latiſſimè Andr. Sicul. in clement. ne Romani, à numero 31. vſque 91. de electio. ſed de his ſatis.

20 Superioritas autem, quam Papa in terris, vti Chriſti Vicarius, ſupra omnes gentes & Principes habet: verſatur, nedum in ſpiritualibus, & inde dependentibus, ſed etiam in temporalibus: nil mirum, quia Papa vtrumque gladium tenet, ſicuti diffinitur in dict. extrauagant. Vnam ſanctam, & tradunt communiter Canon. in dict. capitul. nouit, de iudic.

21 In ſpiritualibus autem, habitu, & actu vniuerſalis eſt eius poteſtas, nullis circumcluſa limitibus, & in ijs Papa eſt omnium iudex ordinarius, & totus mundus eſt ſibi territorium, ſicuti prȩclarè Abbas tradidit in capitul. vergentis, extr. de hæreticis, ac in eis poteſtatis plenitudine fruitur, Bald. poſt Innocent. in l.1.nu.23.C.de ſeruitut.& aqua.

22 Idcirco in ſpiritualibus, & inde dependentibus, Papa, qui eſt caput Rom. Eccleſiȩ, fiſcum generalem vbique habet, vt pro delicto in his commiſſo, ex quo iure ſcripto, bona delinquentis ſint conſiſcanda, in fiſcum Rom. Eccleſiȩ bona illius vbilibet ſint, cogantur, quia ſicut Rom. Eccleſia vbique eſt, ſic fiſcum Eccleſiȩ Rom. vbique exiſtere oportet. ſic Bald. in l.hȩreditas. ff. de hæredib.inſtit. Martin.de Fiſco.quæſtio.206. Abbas in dict.capitu.vergentis, & Auguſtin.Bero.
23 conſ.14.nu.50.in prin. Et in beneficialibus, ac dignitatibus Eccleſiaſticis, ſummam, atque plenam poteſtatem habere palam eſt, c.2.de præbend.in 6. clement. 1.vt lite penden.& clemen.dudum, §.verum, de ſepultur. adeo, vt pro libito ſuæ voluntatis poſſit beneficia, & dignitates vni auferre, & alteri dare, & prȩlatos Eccleſiaſticos ponere, & deponere, ad gloſ. in cap.per principalem.9.q.3.& dixi infra tit.ſeq.nume.24.

24 Et in perſonis Eccleſiaſticis maiorem poteſtatem habet, quàm Principes ſeculares in laicos ſibi ſubditos: ſicuti colligitur ex tex.in cap.ſignificaſti, extr. de foro comp.& ex Bart.in l. 1.§.& poſt ope-

ris.ff.de oper. nou. nunc. tradit Dec. in
cap.quę in eccleſiarum, nume. 33. extr.
de conſtitution. & in rebus eccleſiaſticis
ac quarumcunque eccleſiarum,dominiũ
habet, & de eis diſponit, ſicuti plenius
dixi infra nu.79.

25 In temporalibus autem, quæ iuriſdi-
ctioni Rom.Eccleſ.ſubiecta ſunt, habet
ſummus Pontifex eandem poteſtatem,
quam habet Imperator in terris ſui Im-
perij.Felin.poſt plures per eum relatos
in d.c.quæ in eccleſiarum,num.48.& eſt
text. in cap.per venerabilem,extr.qui fil.
ſint legit. & inde colligit Cardinal. Za-
barel. in 4. notab.

26 Et eſt communis traditio, idcirco tã
in vrbe Romæ,quàm in cęteris terris ec
cleſiæ,Papa quantum ad iuriſdictionalia
habet intentionem ſuam fundatam.Ab-
bas conſil.82.nu. 7.in princ. Ruin.conſi.
22.nume.item 7.in prin. Roland. conſil.
89. colum.1.in 3.

25 Nec mirũ,quia ex donatione,ſeu vt alij
aiunt, ex reſignatione Conſtantini Ma-
gni Imperatoris de qua haud dubitãdũ
eſt, ad text.in cap.Conſtantinus. 96.di-
ſtinctio. vbi Cardin.de Turre Crem.ple
niſſimè ſcripſit, & vbique tradiderunt
maiores noſtri,relati per Felin. in c.ſoli-
tæ,extr. de maior.& obedien. Card.Al-
ban.in Prohem.Digeſt.nu.55.& ſequen.
Burſ.conſ.124. p. vol. omniũ temporaliũ
poteſtas in eis translata fuit in Papam.

28 Ac ideo Rom. vrbs iura fiſci non ha-
bet.Abbas in c. fin. nume.45.ext. de fo-
ro compet. ſed camera Papæ, fiſci loc-
cum,tenet:idem Abbas in d.c.vergentis,
ext. de hęretic.

29 Proinde quò ad ſubiectos temporali
iuriſdictioni Romanæ Eccleſiæ, & eorũ
res,Papa dicitur dominus reſpectu pro-
tectionis vniuerſalis, ſicuti de Imperato
re dicitur quò ad Imperio ſubditos &
eorum bona: ſic Cardin. in clem. 2. in
principio ſec.col.de ſum. Trinit. & ſicut
Imperator ſingulorum ſubditorum bo-
na, ex cauſa, & non aliter, auferre po-
teſt, ad not. in l. fin. C. ſi contra ius, &
in d. cap. quæ in Eccleſiarum: ſic etiam
Papa poteſt,& non aliter,veluti in termi
nis tradiderunt Pau. Caſt.conſ.287. pri-
mum dubium.colum.1. & col.2.ibi, aut
quæritur, in primo vol. & in conſil. 46.
colum. vlt.in 2. Cardinal. conſil. 85. D.
Nicolaus: Socin. ſenior in conſil. 164.vi
ſa bulla,colum.3.verſicul.ſecundum fun
damentũ,intellige etiam in clericis, quò
ad eorum patrimonialia, ſibi in tempo-
ralibus ſubiectis,nam quò ad eorum bo
na temporalia,par eſt illorum ratio cum
laicis, ſicuti cenſuit Paul.Caſtr.in dictis
conſilijs, Anto.Butr.& Abb.in cap.con
ſtitutus, extr. de religioſ. dom. Felin. in
d.cap.quæ in Eccleſiarum,nu.46. & idẽ
Socin. apud Brunum; conſil. 10. co-
lum. vlt.

30 In ijs verò,quę ſunt ſubiecta iuriſdi-
ctioni temporali Imperatoris, & aliorũ
Principum, Papa reſpectu temporalium
non habet exercitium iuriſdictionis in
actu, ſed tantum in habitu & potentia,
ſicuti p'eniſſimè ſcribitur in d. c. nouit,
& per Abba.conſil.28.in prin.D.Reſtau.
de Imperat. q.5.50. & 52. ideoque non
poteſt Papa iura, & res non ſibi tempo-
raliter ſubiectorum,cum cauſa, vel etiã
de plenitudine poteſtatis eis auferre,
quia nullam iuriſdictionem in tempora-
libus ſupra eos habet, ſic Pau. Caſt. d.
conſil.287.colum.1.in 1. Innocent. in c.
inquiſitioni,extr.de ſentent.excommu.
Abb.poſt D.Anto.d. c.conſtitutus, nu.
13. eum pluribus adductis per Felin. in
d.cap.quæ in eccleſiarum,nume.46.per
Socin.d.conſil.164.numer.9.nil mirum
quia aduerſus non ſubditum, Princeps
nõ vtitur plenitudine poteſtatis, Socin.
apud Brun.conſil.7.num.22.& late con
firmat idem Socin.conſ.120.nu.11.in 3.
vbi multa vtilia congerit: Illa autem ſu-
perioritas,quam Papa ſupra omnes gen
tes & Principes tenet, non ſolum quate
nus ea ſit vtilis,& neceſſaria, ad Eccleſię
catholicę regimen, & ſpiritualis pote-
ſtatis vſum,ſicuti cẽſuit D.Didacus poſt
plures per eum relatos, in c. peccatum,
in relection. part.2.§.9.nu.7.ſed & aliter
operatur, veluti communiter maiores
noſtri diffinierunt. in d. cap. nouit, &
in cap. cauſam quæ,el ſecondo,extr.qui
fil.



fil.ſint legit.& in alijs locis,per eũ relatis,
ſicuti ex pluribus facile deduci poteſt.

31 Primò enim in defectum ſuperioris
temporalis,ad Papam recurſus habetur
vti omnibus ſuperiorem,veluti Innocẽt.
tradidit in c.licet ex ſuſcepto, extr.de fo
ro competen.quem ſequuntur poſterio-
res ad eum,vbi inquit,quòd cum neceſſi
tas ſubeſt,ſiue ſit iuris, quia nullus ſit iu-
dex ſuperior,ſiue ſit facti,vt quia iudices
inferiores, ſententias de facto exequi
non poſſint,ſemper ad Papam vti omni-
bus ſuperiorem recurendũ eſt: ſequitur
Pau.de Caſ. cõſ.287.col.1.ĩ pr.pręclare
Abb.in d.c.nouit,nu.15.vbi infert,quòd
habens cauſam cum non recognoſcente
ſuperiorem,poſſit illum directè conueni
re corã Papa vti eius ſuperiore,ratione il
lius ſupremæ vniuerſalis ſuperioritatis,
ſubſequitur.Felin.ibi ſub num.11.& in c.
cũ non liceat,itẽ ſub nu.11.de pręſcriptio.

32 Nec mirum,quia exempti à poteſtate
ſeculari Imperatoris,ſubſunt Papæ: aliàs
eſſent acephali,quod natura,nec ius pa-
titur,c.nulla.93.diſt. ſicuti Card. relatus
per Abb. & Fel.tradidit in clem.paſtora
lis.§. vt illud, de re iudi. & idem Card.
poſt Paul.de Eleazar.in clem.pręſenti.q.
7.de cenſi.vbi concludunt, quòd aduer-
ſus Papæ ſuperioritatem nullus pręſcri-
bat, licet aduerſus ſuperioritatem Impe
ratoris,& idem Abb.in c.ad audientiam,
col.vlt. de præſcrip. Felin.d. .cum non li
ceat,ſub nu.12.Balb.in tract.pręſcrip. in
2.par.5.par.principal.ſub nu. 11. ſequi-
tur Firman.de Gabell. p.1.nu. 42. & eſt
vera d.Abbatis concluſio.quamuis ab ea
receſſerit Philip.Dec.d.c. nouit, nu. 11.
motus,quia à ſententijs principum non
recognoſcentiũ ſuperiorẽ, non appella-
tur ad Papam, vt dicetur infra, nu.62.

33 Quæ ſanè ratio nihil me mouet, quia
arg.procedit cum lis agitur inter Princi
pem & ſubditos, quo caſu princeps eſt
iudex competens.l.& hoc Tiberius.ff.de
hæredi.inſtit.l. proximè. ff. de his qui in
teſta.delen.c.Guiliſarius.23.q.4. ſiue ſit
actor,ſiue reus ſit, veluti pleniſſimè ſcri-
pſerunt Aret.& Dec.ſub.nu.8.in c.1.ext.
de prob.Abb.& Feli. in c.cum veniſſent,
extr.de iudi. Alex. & Iaſ.in l. eſt receptũ.
ff.de iuriſd.om.iud.& eo caſu fas eſt,vt à
ſententijs Principum ſubditi non appel
lent, ſed vbi lis agitur inter Principes nõ
recognoſcentes ſuperiorem in tempora
libus, vel inter priuatum, & Principem
non ſibi ſuperiorem, quia in his caſibus
princeps nõ eſt,nec poteſt eſſe iudex cõ-
petens in cauſa nõ ſibi ſubditi,veluti ple
niſſimè ſcripſerunt Abb. & Felin.in d. c.
cum veniſſent,Alex. Iaſ. & alij in d. l. eſt
receptum,Socin.ſen.conſi.187.nu.19.in
2. & in Imperatore Reſtaur.Q.91. nu.4.
Menoch.in conſ.2.nu.115.proinde neceſ
ſitas iuris & facti poſtulat iudicẽ,ac idcir
co ad Papã recurſus habetur, & ſic pro-
bat tex. in d.c.nouit,& in c. per venera-
bilem,ext.qui fil.ſint legit. & eſt caſus in
d.clem.paſtoralis, de re iudi.& per ea iu
ra tradidit Bal.conſ.218.& ſeq.in 2.& ſic
quoq;ſentit Pau.Caſ.cõſ.229.n.3.in pr.

34 Ideoque,orta lite, inter Imperatorẽ,
Principem non recognoſcentem eũ in
ſuperiorem, Papa erit iudex competẽs,
& ſic repeti ſenſiſſe d.Menoch.d.conſ.2.
nu. 138. quamuis dubitauerit Reſtaur.
q.91. immo de cauſa, vel dubio aliquo,
inter Papam,& Imperatorem,cognoſcit
Papa,d.cle.Romani.§.cæterũ,de iureiu.
& inde no. And.Barb. Amplius ſenſerũt
Ab.Are.& Dec.in d.c.1.ext. de prob.In
cauſis arduis,& valde grauibus occurrẽ
tibus inter Imperatorẽ,& Principes ſub
ditos,Papam immediate adiri poſſe.

35 Secundus notabilis effectus inſurgit,
vt cum vacat poteſtas tẽporalis:ſuccedat
Papa in adminiſtratione.ſic enim,vacan
te Imperio,concludũt maiores noſtri,In
no. Abb. & Feli.in d. c.licet ex ſuſcepto,
per illum textũ,ext.de fo.comp.& eſt ca
ſus in clem. paſtoralis, in fine de re iud.
Bal.in l.bene à Zenone.C.de quadr.pręſ
cri.Roman.ſingu.412.vacante,Abb.d.
c.nouit,nu.16.Bellam.cõſ.48.nu.36.Af-
flic.in Rub.quę ſint regal.nu.56.Reſtau.
q.90.Card. Alban. in annotationib. ad
Bar.in l.j.ff.de legi.& ita eſt de iure,quia
imperij iura habet, Bar. in extrauag. ad
reprimẽdũ.in verbo totius orbis,ideo va
cãte Imperio appellatur ad Papã,omiſſo

 medio:

medio: Abb. & Fel. in d. c.licet ex ſuſcepto. Maranta de ord.iudi.in vlt.par. nu. 305.ſed per cõſtitutiones aliter fuit pro
36 uiſum. Tertius notab.reſultat effectus,vt rõne illius ſupremę ſuperioritatis,regnorum & dignitatum maiorũ collatio,non minus ad Papam, quàm ad Imperatorẽ ſpectet: ſicuti cenſuerunt Martin.Laud. Card.Alex.& Matth.Afflict.in c.1.in tit. de feudo March.& ante eos pulchre Bal. conſ.324.& conſ.353. præſupponẽdum eſt, in pr. immo qui dignitatem habet à Papa,prę̨ualet:ſimilem habenti ab Imperatore: ſic in concertatione Ducũ,Ferrariæ,& Florentiæ,Natta conſ.637.nu.14. quamuis idem Bal.in d.c.j.cui Aluar.ſubſcripſit, ſimpliciter dixerit, ꝙ Papa ſibi vſurpat eam prærogatiuam, & malè.

37 Quia poſt Chriſti aduentum,Imperia & Regna omnia Chriſti fuerunt,& nunc ab eius Vicario procedunt, & pendent: veluti Barto.pulchrè ſcripſit in verbo,totius orbis, proximè adductus: gl. quam poſt Abb. pleniori calamo ſecuti ſunt: Aret.And.Sicul.Felin.& Dec.d.c.nouit, nu.11.Item quia ſi Papa ex cauſa deſtituit Reges,Principes,&Imperatores,vt ſupra dixi, fortius ergo ordinare & inſtituere poterit:facilius enim conceditur,vt quid fieri poſſit,quàm vt factum tollatur,nam conſtitutio,& inſtitutio,fauorabilis quidem eſt: deſtructio verò, & deſtitutio, odioſa: Plures præterea notabiles effectus inſurgentes ex ſuprema omnium poteſtate Papæ, in temporalibus, adduci poſſent:Hęc autem exempla ſufficiant ad demonſtrandum reſtrictionem datã per D.Didacum & ſequaces,ad poteſtatẽ Papę in tẽporalibus,improbandã eſſe,vti ẽt contrariã cõmuni ſcriptorũ intentioni.

38 Imperator quoque indubitãter iura fiſcalia habet:quia quò ad exercitium temporalium ſummam habet iuriſdictionẽ, & poteſtatem in eum,per Po.Ro.tranſlatam, l. 2. §. deniq; ff. de orig. iur. l. 2. §. cum vrbem.ff.de off.prę̨ſ.& §. ſed quod principi. inſti. de iur. nat. & in his vices Dei in terris fungitur:ſicuti Bal. tradidit cõſ.328. nu.7.in pr.,ꝑinde dignitates inſtituit,& reuocat ne dum vacantes,ſed ẽt exiſtentes in ſubſtantia,immo etiam ſine cauſa, & hoc iure vtuntur Imperatores, & Reges,quia ponunt, & deponunt Duces,Comites, & Marchiones in ſuo Regno,& Imperio: ſicuti idem Bal.tradidit in conſ.327.col.2.& colu.pen.& in conſ. ſeq. & conſil. 353. in pr. de quo tamen dubitauit idem Bal.in conſ.326.eiuſdem vol. nil mirum, quia dignitates creatas, & in ſubſtantia exiſtentes, non facilè Imperator reuocare poteſt, niſi cum cauſa & culpa cõuicta,vt infra latius ſcripſi ſub nu.51.Porrò dignitates regales,maiores
39 & minores,Imperator ipſe confert,ſicuti notatur in c. 1. de feudo March. & in titu. quis dicatur Dux, & in ſpecie dixit Bal.in d.c.1.quòd collatio dignitatum regalium ſpectat ad ſolum Imperatorem, & quòd Papa quantum poteſt ad ſe vſurpat, quod tamen dictum communiter improbatur, quia non minus ad Papam quàm ad Imperatorem pertinet maiorum dignitatũ collatio,ſicuti dixi ſupra, nume.36.vt idem Bal.conſ. 333.ad intelligentiã,in p.vbi inquit, ꝙ gradatio & degradatio pertinet ad Imperatorẽ, vnde omnes dignitates ſunt ſcabellũ pedũ ſuorũ,& poteſt eas infringere,remouere,& transferre, cum ſit Deus in Terris, vt in Auth.de conſulib.in princ.

40 Imperator ergo, ex vi tranſlatæ poteſtatis,ſummam auctoritatem habet,ideoque in temporalibus, quò ad iuriſdictionalia, Dominus totius mũdi appellatur, l.deprecatio.ff.ad leg.Rhod. de iactu.§. conſideremus.in Auth.vt Iud.ſine quoquo ſuffrag.Oldr.cõſ.176.in 2.dub. Bar. in l.hoſtes nu.7.ff.de capti.& in l.1.§. per hanc.ff.de rei vend.quibus in locis declarant,Dominum eſſe reſpectu vniuerſitatis,non reſpectu rerum ſingularum,quæ dominos particulares habent.ſequũtur. Alex.conſ.112.nu.6.in 4.Dec. conſ. 528. col.pen.& vlt.Reſtau.de Imperatore, q. 52.& eſt vera,ac communis propoſitio, quamuis Didac.loco ſupra alleg. contra attẽtauerit:& malè,ſicuti etiam poſt plures tradidit Rolan. conſ.88. nu. 7.in pr. Natta conſ.636. nu.42.& 640.nu.7.

41 Ideoque,quò ad iuriſdictionalia, ha-

bet

bet Imperator vbique locorum intentionem ſuam fundatam, veluti Bal. cenſuit in c.1.in 1.col.in titu.de his qui feuda.poſ.Alexand.conſi.87.ad finem:in 6. Cur. ſen.conſi.66.nu.4.Dec.conſi.307. col.2.Reſtaur.d.loco.col.2.Natta conſi. 640.nu.7. Menoch. d. conſ. 2. nume.5.

42 Idcirco fiſcus Cę̨ſaris vbique, ea ratione eſſe dicitur,Bal. in l.hæreditas. ff. de hę̨red. inſtit per tex. in l.2.& 3.C.de quadr. præſcrip. idem Bal.in l. 1. nu. 14. C.per quas perſon.nob.acq.

43 Ex quibus infertur, quòd cum iuriſdictionis exercitium in temporalibus, actu,penes Imperatorem reſideat,proin de vacante aliquo ſtatu, ſuccedat Imperator,& nõ Papa, de quo tamen puncto an ſuccedat Papa, vel Imperator, altercantur Canon.in d.c.licet: extra de foro compet. & pro Papa, vt ad eum ſpectet ſucceſſio, determinauit Afflict.in d. c. 1. col.2.de feudo March. alij verò permulti pro Imperatore decidũt:non ab re autem de hoc ambigitur, quia Papa & Imperator ſunt duo Principes ſupremi, & ſupra omnes alios, veluti duo luminaria magna, ſicuti poſt Innoc.in c.ad abolendam.ext.de hæret.tradidit Bal.in l. 1.nu. 7.ff.de conſti.Princ.verum ex ordinationibus particularibus ſtatuũ, & Regnorũ in his prouiſũ extitit,adeo,vt oĩs diſputatio ſuperuacua ſit,&dicetur infra nu.68.

44 Reges inſuper,Principes,& Ciuitates non recognoſcentes Imperatorem, vel alium in ſuperiorem de iure,aut de facto iura Fiſci habent:quia ſuperioritate vtũtur.Bart. in l. 1.§.de qua re.ff. de poſtul. & in l. prima.§.ait ſenatus.ff. de petit.hę̨red.in l. quominus in 2.q.ff.de flum. in l. hoſtes.ff.de capti.in l.1.col.pe.C.de ſum. Trin.in l.1.C.ne quis in ſua cau. & in l. 1. C.de bon.vac.lib. 11.ſequuntur ſcriptores ad eum Alber.& Bal.in l.1.C.de indign.Alex.conſ.31.in 1.& 111.nu.4.& 5.in 4.Ruin.conſ.111.nu.13.in 5.Roland.cõſil.29.col.1.in 3.& eſt caſus in c.per venerabilem, & inde notat Abbas nu.10.ex. qui filij ſint legit.

45 Nil mirum, quia huiuſmodi tantum poſſunt in ſuo ſtatu, quantum Imperator in ſuo Imperio, Bart. in d. §. de qua re, & in l.infamem.ff.de publ.iud.Andr. Iſer.in c.1. col. 2.in tit. de vaſal. decrep. ę̨tat.quem ſubſequitur Afflict.ibi in 2.q. Sebaſt.Sapia in l.Imperium, num.34.ff. de iuriſd. omn. iud. & in Duce Mediolani Alex. conſ. 11. nume. 9. in 7. pleniſſime Decian. in conſ. 41. col. 1. in 2.

46 Et Rex in ſuo Regno,quò ad ſubditos ſuos, eſt tanquã quidã corporalis Deus; ſic Bald. in cap.Imperialem.§.vlt.colum. item vltima,in tit.de prohib.feudi alien. per Fed. Et in l. exemplo. C. de probation. dicebat: quòd Rex cenſetur tamquam Imperator: Et idem Bald. in cap. cum veniſſent: col.2.ext. de eo qui mittitur in poſſeſ. dixit: quòd Rex in ſuo Regno eſt Monarcha, & totum continens.

47 Imò plus iuris habet in Regno, quàm Imperator in Imperio, quia Rex loco domini habetur, & Regnum magis aſſimilatur Dominio, quàm ſimplici Regimini, idem Bald. conſil. 271. numer. 3. in pr. Imperator verò non eſt proprietarius, ſed maximus Imperij adminiſtrator, cuius ad hoc per Principes habentes auctoritatem eligitur induſtria, ſic pulchre idem Bald. conſil. 327. numer. 7. in eo. volu. Item Rex tranſmittit Regnum in filios, & ſucceſſores ab illis. Imperium autem non per ſucceſſionem,ſed per electionem confertur: ſic in ſpecie arguunt Andr. Iſer.& Afflict.in d. c.1.de Vaſal. decrep. ætat.

48 Obiter tamen ſcias, quòd in Regnis, & maioribus dignitatibus ſucceſſio non defertur iure hę̨reditario, pro vt in Allodialibus, & Burgenſaticis, vel pro vt in feudalibus minoribus,ſed iure Regni ſucceſſio defertur,inquit tex.in c.Grandi.de ſupl.neglig.prælat.in 6.

49 Iure enim Regni, quia Tronum natura ſui plures in ſolio non patitur,vnus tãtum ſuccedit,& conſuetudo ciuilis apud omnes gentes obtinuit,vt primogenitus ſuccedat, excluſis interim ſecundò, & tertiò genitis,c.licet,ext.de voto.& inde adnotarũt Inno.Hoſtien.Ioan. And. Anto.But.Abbas,& quotquot ſcripſere feudiſtæ omnes in c. 1.§.præterea Ducatus:

in tit. de prohib. feudi alienat. Et ex noſtris Bal. in l. ex hoc iure in 4. quæſt. ff. de iuſt. & iure, notabiliter dixit: ꝙ ſemper fuit, & ſemper erit, vt primogenitus ſuccedat in Regno. Et maſculus præfertur fęminæ ſi extat, ſin autem fœmina ſuccedit, niſi Regni lex particularis reſiſtat: veluti lex Salica in ſucceſſione Regum Franciæ: ad hoc tex. in c. ſignificauit: ext. de reſcr. Deciſ. Delfi. 516. Tiraquell. de iure primigen. q. 10. & q. 11. Quocirca linea maſculina, & à maſculo proueniens, pręualet lineæ fęmininæ, & quæ à fęmina deſcendit, & linea primogeniti præualet lineæ ſecundo geniti, & huius linea anteponitur lineæ tertiogeniti, & deinceps, & iſte eſt ſucceſſiuus & ſubalternatus ordo ſuccedendi in Regijs, & maioribus dignitatibus, in quibus ſic viciſſim ſucceditur, donec extat aliquis de deſcendentibus à primo Regnatore, etiam quòd diſtaret ab vltimo defuncto per centeſimum gradum, quãuis ſecus in hæreditarijs ſucceſſionibus, quæ vltra 10. gradum non deferuntur, ſicuti pulchrè tradiderunt Bal. Aluarot. & alij in c. 1. §. Capitanei: de feudo March. Dec. in l. certum, num. 8. C. vnde Cogn. & in ſuo conſi. 85. Iacob. in ſua inueſtit. in verbo: Dux turc. de feudis in 3. parte tertię partis principal. Cephal. conſil. 173. ad fin.

50 Qui ſanè ordo, nec præuerti poteſt, nam pater ſecundo genitum primo, nec tertium ſecundo, in Regni ſucceſſione anteponere poteſt, nec fęminam maſculo: quia filius non habet à patre ſucceſſionem in Regno, ſed à lege, vel conſuetudine: ſic tradiderunt Canon. ſupra relati in d. c. licet: Felin. in c. prudentiam, col. 2. extr. de offic. deleg. Iaſon in l. nemo poteſt, col. 1. ff. de leg. primo, Io. Ciri. de primogen. in 3. q. lib. 3. & d. Tiraq. q. 21.

51 Et ius ex conſuetudine quæſitum ex vi primogeniturę & maſculinitatis in ſucceſſione Regni, quamuis ſpe competens à iure conſideratur, tex. in terminis in d. c. licet, & inde ſic adnotarunt ſupra relati, & adeo conſideratur, vt etiam Papa ius ex conſuetudine Regni in ſuccedendo alicui quæſitum, auferre nequeat, puta legitimando naturalem, aut habilitando aliàs inhabilem, ſicuti tradiderũt Ioan. de Imol. & Dom. de S. Gemin. in c. grandi, quos ſequitur Alex. conſi. 25. col. 2. in prin. Natta conſi. 258. in 4.

52 Ideoque ius illud ſuccedendi, cum ſua prærogatiua tranſmiſſibile eſt ad deſcendentes ab eis, quamuis ſucceſſio illis realiter quæſita non ſit, veluti de iure conſulti reſponderunt Oldr. de Laude Armandus de Narretio, & Io. de Lauduno inſignes iureconſulti apud Oldrad. cõſ. 224. iſta ſunt in facto, ſuper ſucceſſione comitatus S. Seuerini, & ſecundum eorum conſilium fuit iudicatum per Sereniſſ. Siciliæ & Hieruſalem Regem Robertum, cum aſſiſtentia duorum Illuſtriſſ. Cardinal. Et illam Oldradi deciſionem probarunt communiter Doctores Io. And. in Addition. ad Specul. in Rubr. de ſucceſſ. ab inte. Pau. Caſt. conſi. 164. colum. 3. in 2. Abbas in d. cap. licet, nu. 8. & in ſuo conſi. 85. in pr. & conſ. 3. in 2. dubio, vol. 2. Feli. d. c. prudentiam, nu. 7. Iaſ. in l. is poteſt, nume. 41. ff. de acq. hæred. Tiraquell. de primogen. q. 40. num. 39. & nume. 66. Et quamuis primogenitura non tranſmittatur: quia perſonalis eſt, attamen in propoſito ſatis eſt, quòd ius ſuccedendi cum prælatione pro iure primogeniturę, aut ſecundò genituræ, tranſmittatur. ſicuti doctè explicuit Bar. Soci. conſ. 252. nume. 11. & poſt eum Tiraq. d. loco, numer. 88. vbi conſiderat, quod ſtatim cum primogenitus, vel ſecundogenitus natus eſt, acquiritur ſibi ius quodam, & qualitas quædam excluſiua poſt natorum, & fęminæ alterius ſexus: Et tale ius in eſſe formatur, adeo vt in illius perſona videatur implicitus quidam quaſi ſtatus regalis: & huic intentioni adheruit Didac. in practicis cap. 38. ſub nume. 11. ideo ſi daremus caſum, quòd linea primogeniti deficeret poſt curſum centum annorum, ſucceſſio pertineret ad deſcendentes ex linea ſecundo geniti: deinde his deficientibus ad lineã tertiogeniti: ſic etiam linea ex maſculo proueniens vti priuilegiata excluderet lineam



lineam ex ſorore maſculi, quamuis primogenita prouenientem: Nec refert, quòd inter tranſuerſales ratio primogeturæ non videatur conſiderabilis, quia tranſuerſalis tranſuerſalem nõ generat, nam conſiderabilis eſt, reſpectu genitoris ipſorum trãſuerſalium concurrentiũ, & ſi vnus eorum fuiſſet communis genitor, ſpectandum foret quis ex eis eſſet primo natus: ſic in puncto clarè ſentit Paul. Caſt. d. conſ. 164. ſub nu. 5. in 2. Afflict. in c. 1. de ſucceſſ. feu. nume. 77. Aret. conſ. 164. in 2. dubio. Socin. in pręall. conſil. Pariſ. conſi. 72. ſub nume. 113. in 4. Didac. d. cap. 38. in verſ. vndecimo illud eſt. ex quibus infero malè ſenſiſſe eundem Afflict. in c. 1. § omnes filij: ſub nume. 11. & infra: in tit. ſi de feu. fuer. cõtr. & in c. 1. ante nume. 18. in tit. de grad. ſucced. Hæc autem intelligas in iure primogenituræ ex lege, ſeu ex conſuetudine, vel ex pacto: ſecus in iure primogeniturę per vlt. vol. conſtituto, in quibus terminis procedunt quæ ſcripſit Alba. conſi. 60. nume. 12. Roland. conſ. 49. nume. 50. in 4. & ſentit Paul. Caſt. in d. conſi. 164. ſub nume. 7. debilius etenim eſt ius per vltimam voluntatem quo ad effectum tranſmiſſionis: Sed de his ſatis.

53 Amplia quę de Regibus dicta ſunt, ad Reges etiam recognoſcentes ſuperiorẽ in temporalibus, Papam, aut Imperatorem: nam & hi ob excellentiam Regię dignitatis, Regalia omnia habent. Bald. in c. 1. in fine: in tit. quę ſint Regal. Bertachin. de Gabell. in 1. par. numer. 13. ideo & quo ad hos Maieſtatis crimen per ſubditos committitur, veluti in Rege Sicilię feudatario Eccleſiæ Rom. tradidit Bellam. conſi. 15. nu. 7. poſt Paul. Eleaz. in clem. paſtoralis: de re iudic. Cepolla in nouis conſ. 3. nu. 24. vbi quòd tributa, & vectigalia imponere poteſt: & ab eorum ſententijs non appellatur, etiã ad ſuprem ũ dominũ, ſicuti infra dicetur nu. 63.

54 Nec his negotium facit quòd tradidit idem Bart. in d. l. infamem, col. vlt. ff. de pub. iud. dum inquit, quòd ſuper fama ſolus Imperator diſpenſare poteſt, d. l. 1. §. de qua re. Item Papa in terris Eccleſię, & Collegium Illuſtr. DD. Cardinalium, Sede vacante, nam vel eius dictum non eſt verum: vt inquit Gaſpar Valla in l. Imperium. nume. 54. ff. de iuriſd. omn. iud. vel melius diſtinguendum eſt, quòd Papa, & Imperator poſſunt plenarie reſtituere apud omnes, aduerſus infamiam iure communi irrogatam; Reges autem, Principes, & ciuitates liberę non, niſi intra ſuum Regnum, & territorium: quia ius commune extra tollere, aut obũbrare nequeunt, ad l. fin. ff. de iuriſd. om. iudic. quòd ſi ex lege ſua particulari irrogata foret, eam penitus tollere poſſent, ſic Bar. in d. §. de qua re; & in l. fin. in fine, C. de ſenten. paſ. ſentit Bal. in l. generalis, C. eod. Alex. ad Bar. in d. l. infamem. Lucas de Pen. in l. cõtra. C. de re mil. lib. 12. Fel. poſt alios, in c. cũ te. extra de re iud. Caſſa. de gloria Mundi. cõſide. 24. n. 26.

Dum autẽ ſupra dixi de principibus de iure, vel de facto non recognoſcentibus Imperatorem, vel alium ſuperiorem in temporalib. de facto enim multi ſunt Principes, Reſp. & Ciuitates, illũ non recognoſcentes, & quicquid ſit, an de iure deberent obedientiam pręſtare, ſtatus pręſens conſideratur.

55 Quia quò ad obedientiam, & exercitium iuriſdictionalium, inſpicitur poſſeſſio & ſtatus, non merũ ius, l. 1. C. de ſum. Trin. Bal. in c. olim. extra de reſcript. Reſtaur. de Imperatore: q. 53. nume. 20. & idem Bald. in Rubr. C. de fruct. & lit. expenſ. Boſ. in tit. de crim. læſæ Maieſtat. numero 82.

56 Nil mirum: quia in poſſeſſoriis factum non ius attenditur. Bald. in l. ſolent: §. an verò in 10. q. ff. de offic. Proconſ. & conſ. 425. viſis. volum. 3. Dec. conſ. 136. Rip. in l. 2. ff. quo. bon. Ratio horum eſt: quia poſſeſſio plurimum facti habet l. 1. in princi. ff. de acquiren. poſſeſſ.

57 Item quod de facto ſeruatur, perinde cenſetur ac ſi de iure eſſet validum, pulchre Dec. in l. 1. num. 22. ff. quod quiſq; iur. per illum tex. & per tex. in l. qui habebat. §. fin. ff. de manum. teſt. & per plura alia; & idẽ Dec. conſi. 456. col. 1. Cur. iun. conſ. 173. col. item 1. Crau. conſ. 173. ſub

ſub numer. 8.& 9.& ante eos Alberic.in dicta l. 1. C.de ſumma Trinit.

58 De iure verò illi non recognoſcunt, vel quia liberi nati ſunt, vel quia libertatem quæſierint ex conceſſione Imperatoris, vel gratuita ex priuilegio, aut ex contractu venditionis; poteſt enim Imperator aliqua de Imperio transferre, modo id cedat ad modicam Imperii diminutionem,& præſertim ex cauſa,Bar. in l. prohibere. §. plane, ff. quod vi aut clam.Canon. in c.intellecto.ext.de iureiuran.Iaſ.in prælud.feud.nume.77.Moder. in d.l.Imperium; Barbar.in tract.de pot. & excell. Reg. in 4.q. vbi in effectu ita diſtinguit Fel.in c.cum non liceat; in fine,extra de pręſcript.Crau.conſi.54.in 1.dubio.Reſtaur.de Imperat.q. 104.de quo tamen puncto latius dicam infra, vbi tangam an omnis ſuperioritas videatur tranſlata,multum tamen intereſt,an ex priuilegio, vel ex contractu, libertas fuerit quęſita,quia primo caſu poteſt Imperator reuocare priuilegium; Bar.in d. l.hoſtes.ff.de captiu.colum.1. nam Princeps poteſt,licet decere nõ videatur,priuilegium à ſe conceſſum reuocare.c.Decet, de reg. iur. in 6. maxime conceſſum ſubdito.Innoc.in c.in noſtra.extra de iuiur. Alexan. conſi. 216. col. 3. in 2.late Dec.in c.nouit col. 10.ext.de iudic.Cum verò ex contractu non poteſt, quia ex cõtractu etiam ſupremus Princeps obligatur.Bal.& Iaſ.in l. 1.ff.de pact.per illum tex.idem Bal.in l.pen. C.de donat. inter vir.& l.vlt.C.de quadr.præſcript. per illa iura; & adeo obligatur, vt nec etiam de plenitudine poteſtatis poſſit contrauenire, vt inquit idem Bal.in l.digna vox: C. de legib.& ſubſequitur Paul. Caſt.de his autem latius dicam infra tit.ſeq.

59 Rurſus,qui libertatem præſcripſerũt, exempti ſunt ab Imperio, nam licet maxima ſit dubitatio, an Reges, Principes & Ciuitates poſſint pręſcribere libertatẽ aduerſus ſupremam ſuperioritatem Papæ, & Imperatoris; communis tamen diſtinctio eſt; quòd aduerſus ſuperioritatem Papæ, & Eccle. Rom. in Spiritualibus quidem præſcribi non poſſit, vt habetur in extrauag. Bonifacij: Vnam Sanctam. & notat Innocen. in cap.bonæ.extra de poſtul. pręlat. Fely. poſt Butr. & Abb.in c.cum nobis,in pr.Not.& in cap. cum non liceat, colum. 6. extra de præſcri.Balb.in eod.tract.in 1.p.5.par.prin. numero 24. vbi late ſcribit. Alex. conſi. 11.nu. 10.in 4.

60 Nil mirandum, quia nec ẽt ex priuilegio poteſt Papa quem ſic exemptare, vt in ſpiritualibus nõ ſit ſibi ſubiectus.Ioan. And.in c.cum inſtantia, extra de cenſib. Marian.Socin.in c.accepimus,col.3. extra de priuileg. Fely.d.c.cum non liceat, col.vlt. nam vel ille eſſet Acefalus, aut in Eccleſia duo eſſent capita: In temporalibus verò ſuperioritatem, tam aduerſus Papam, in actu reſpectu certi loci,quàm contra Imperatorem, præſcribi poſſe, ſenſerunt magis communiter Doct.Bar. in d.l.hoſtes.ff.de capt.in 1.coll.& in d.§. de qua re, & in alijs locis ſupra adductis: Bald.in terminis in l. 1.nu.22.& 25.C.de ſer.& idem Bal. in l.1. C. ne rei Domin. cum concordantibus congeſtis per Fely. in d. cap.cum non liceat, & in d. c. cum nobis, & per Balb.loco pręall. in 2. ſub numero 9.& 10.

Contra verò,quòd præſcribi non poſſit,firmauit Abb.in d.c. cum non liceat, & in c.per venerabilem. ad finem, extra qui fil. ſint legitim. ſequuntur Gaſpar Val.in d. l.Imperium.num. 79. & plures alij relati per Felyn.in dicto cap.cum nõ liceat, & pulchre Natta. conſ. 640. numero 18.& infra, adeo,vt ob varietatem opinionum, ſubſtiterit Reſtaur. dicto loco. q. 54.

61 Prior opinio verior videtur ĩ præſcriptione immemoriali: quia immemorialis præſcriptio æquiparatur veritati.l. 1. C.de ſeruitur.l.ſi pupillus,ad finem.ff.de adminiſt.tut.Bal. conſil. 23. & ſubtiliter in 4. Item equiualet pacto. l. 2. & quod ibi notat gloſ. C. de dot.promiſſ.Bal.d. conſi. 23.Socin.ſen. conſi. 86. in cauſa, nume.12.in princ. & conſi. 166. nume. 12.in 2. Immo fortius operatur pręſcriptio, quàm pactum, ſicuti ex pluribus docuit Fely.in c.cum acceſſiſſent.nu.48.

ext.



ext. de conſtit.& pręterea habet vim priuilegij à ſuperiore conceſſi, vt latius dicam infra, ita, vt omnia quęſibilia priuilegio, quæruntur etiam conſuetudine, & præſcriptione immemoriali,ſic eleganter Abb. & Dec. in cap. cum contingat, extra de foro compe.Cardin.in clem.2. de relig. dom. in fine, & hæc opinio pro pręſcriptione ex communi obſeruantia eſt recepta.

62 Quamobrem à ſententijs iſtorum Regum, Ducum,Principum,& Ciuitatum, non recognoſcentium ſuperiorem in tẽporalibus,Papam,vel Imperatorem,non appellatur ad eos,Specul.in tit.de appel. §. nunc tractemus in Princip. Cyn. in l. fin.C.de petit.hæred.& in l. fi. C. de donat.vbi quòd à ſententia Sereniſſ.Ducis Venet.non appellatur,Bal. in prohemio digeſt.ſub nu. 11.vbi, quòd horum ſentẽtiæ ſunt diffinitiuæ,& pro legibus habentur,ad text.in l.fin.C.de leg.& idem Bal. in l. 1.ff.de offic.pręf.prętor.per illũ text. & idem Bal.in d.l.fin.Oldrad. conſil. 53. col. vlt. vbi quòd à ſententia Regis non appellatur, & quòd error ſuus emendari non poteſt: quia ſuperiorem non habet, ſequitur Fely.in d.c.cum non liceat ſub nu. 11.& 14.Afflict.in Rub. quæ ſint Regal. nu.35. & latius Philip. Franc. in Rub.de appellation.col-4.& Philip. Dec. in c.nouit,nu.12.extra de iud.niſi in cauſis arduis, ex cauſa notorię & manifeſtę iniuſtitiæ,ſicut plenius notatur in d.cap. nouit. Et pulchre Afflict.in d. loco ſub numero 49. & ſeq. vbi optime declarat; & ante eum D. Abb.in c.expoſita,col. 1. extra de arbitr.Abb.& Dec.in Rub.extr. de appellat.& idem Dec. in c.ſi duobus, numero 5.extra eod.Nil mirum autem ſi appellatio non datur: quia illorum poteſtas in ſuis ſtatibus ęquiparatur poteſtati Imperatoris,à cuius ſententia ſimiliter non appellatur ad Papam ſicuti cenſuit Cardinal. quem retulit Dec.loco præalleg.poſt gl.in cap.quoniam: 10. diſtinct. item quia in ſtatibus ſuis plenitudinem poteſtatis habent,Felyn.d.c.quę in eccleſiarum ſub nume.53.

63 Amplia etiam, quòd Regnum eſſet feudum Eccleſiæ,vel Imperij: ſic Felyn. in d.cap.cum non liceat, nume. 14. poſt Bal.in d.l. 1.ff.de off.pręf.pręt.& addent. ad eum in prohem.Digeſt.& in Rege Sicilię tradit Andr. Iſer. poſt glo. in Prohem.cõſtitut.Regni,à quo non diſſentit Lucas de Penna,in l. pręd ia col.pen.verſicul. quinto,ex his.C.de location.pręd ciuil.Felyn.dicto loco, & in Principibus perpetuis Romandiolæ feudatarijs Eccleſię,quòd ad Papam non appellatur in ciuilibus,vel in criminalibus,Cæpol.cauſarum crimin.conſ. 17.nume.6.& in alijs principibus, veluti in Marchione Montisferrati.Brun.conſi.45.Natta poſt multos conſi. 608.ſub nu. 7.& licet nonnulli contra: eorum opinio poteſt procedere ratione notoriæ,& manifeſtę iniquitatis, in magnis tamẽ cauſis,ſicuti pulchre Afflict. ſcripſit in d.Rub.numero 55.& ſeq.

64 Quicquid autem ſit circa punctum ſupremæ ſuperiotatis, concedunt ſcriptores,alia Regalia,& quæ competunt Papę & Imperatori in ſignum ſingularis priuilegij,& prærogatiuę, præſcribi poſſe,merum, & mixtum Imperium in aliquo loco, cum omnimoda iuriſdictione. Bart. conſi. 189.primo quæritur, latiſſime.Iaſ. poſt Oldra.Alber.Bal.Paul. & Alex.in d. l.Imperium. Alex.in diſputat. ſua. Sigiſmundus,in 2.dubio. Balb. loco præcitato numero 13. Reſtaur. de Imperator. q. 59.

65 Intelligendo tamen de præſcriptione immemoriali: quia per eam Regalia pręſcribuntur.cap.ſuper quibuſdam. §.præterea,extr.de verb.ſign.l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.aqua quotid.habet enim huiuſmodi pręſcriptio vim priuilegii conſtituti,& conceſſi à ſupremo Principe,& inducit pręſumptionem iuris,& de iure, pro titulo,& conceſſione priuilegii, quæ non admittit probationem in contrarium:Bar.in l. 1.col.vlt.C.de ſum.Trinit. Butr. in cap. peruenit, extra de cenſib. text. optimus in cap. 1. de præſcript. in 6.cum gloſ.Oldrad.conſil. 172.Bal.conſil.439.amplius, colum.4.in 3.Alexand. conſil.6.in pr.Socin.ſen.conſil. 297.viſu in 2.Decius conſi.85.col.2.& conſi. 152.

in

in cauſa, Crauet. conſ. 10. nume. 11. Boſius in titu. de Regal. nume. 21. Rolan. à Valle conſi. 59. nume. 17. in 4. & plura de vi huius præſcriptionis ſcripſit D. Ceſal. in re hac videndis, conſ. 468. nu. 61. & infra, & conſ. ſeq.

66 Et pręſcriptio huiuſmodi operatur etiam domino ſupremo ignorãte, vt Doctores ſupra relati tradiderunt, & pręter eos Alex. conſ. 24. nu. 15. in 4. Dec. conſ. 468. col. 1. & melius conſi. 496. nume. 5. & 271. num. 14. & idem Dec. conſi. 586. col. 1. cum alijs in id cumulatis per Fely. d. c. cum nobis, num. 3. per Rolan. conſ. 89. nume. 9. in 3. & latius in conſi. vlt. nu. 97. cum ſeq. & in 4. quibus in locis etiam concludunt in tali pręſcriptione non eſſe neceſſarium edocere de bonafide, quid etiam tradidit Alex. d. conſ. 6. in pr. Dec. d. conſi. 586. col. 1. & Cur. iun. conſ. 158.

67 Ideoque Reges, & Principes, qui Regalia, & iura Imperij præſcripſerunt, noua vectigalia inſtituunt, ſpurios legitimant, leges condunt, & omnia faciunt, quę Imperator facit in ſuo Imperio. l. ſi publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publican. Bal. in rub. ff. de rerum diuiſ. nu. 3. & conſuluit Guliel. à Pern. conſ. 17. Firman. in tract. de Gabel. in prin. prim. par. Felyn. d. c. cum non liceat, numero 13. Afflict. in cap. 1. in verbo vectigalia: in 1. colum. quę ſint Regal. Item confiſcant bona delinquentium. Angel. dict. l. 1. C. ne ſine ius, & ita etiam vbique ſeruatur.

68 Hæ autem ciuitates, & prouinciæ, quę Imperatorem in ſuperiorem non recognoſcunt, poſſunt ſibi deligere, & deligũt Principem Sede vacante. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. numero tertio, vbi inquit, quòd ſi in Regno Caſtellæ deficeret omnino linea Regia, Regnicolæ poſſent ſibi deligere Regem. ſequuntur Angelus, Paul. Iaſo. & Claud. Acq. numero ſexto. Aluarot. in capitulo primo, columna nona, in titulo quis dicatur Dux. Iacob. à S. Georg. in ſua inueſt. in verbo Dux Sabaudię. numero ſecundo, & in ciuitate Mediolani, quòd potuerit ſibi eligere Ducẽ Franciſc. Sfortiam tradit, Roland. Vall. conſilio vltimo, numero nonageſimoprimo, in 4. vnde quæſtio illa an Papa, vel Imperator ſuccedat vacante Regno, fortè procederet cum de iure dubitaretur, ne Regnicolę de Rege ſibi deligendo agerent. Plura autem ſunt Regna, & Principatus, quæ in temporalibus non recognoſcunt Imperatorem in dominum: Et vtrum id ſit de iure, vel de facto in Regibus Galliarũ, & Hiſpaniarum, contendunt ſcriptores: Gallici, & Hiſpan. Io. Ferald. in tract. de priuileg. Regum Franciæ, Io. Igneus in ſua diſput. an Rex Francię: & Didac. Hiſpan. in cap. peccatum, in relectione. 2. par. §. 9. ad finem.

69 Conſtat autem Sereniſſ. Venetorum Rempublic. liberam omnino eſſe tam de iure, quàm de facto, ſicuti apud omnes compertum eſt: adeo vt nulla de hac re poſſit eſſe quæſtio: Et pro libertate huius Sereniſs. Dominij profitentur vbiq; Maiores noſtri.

70 Ciuitates verò, & populi ſubditi, qui ſuperiorẽ recognoſcunt, iura fiſcalia non habent, ſic Baldus in lege prima, numero octauo. C. de hæred. vend. Barto. in lege prima. C. de bon. vacan. libro decimo, & in l. item veniunt. §. ait Senatus. ff. de petit. hæredit. nec mirum: quia iſtæ ciuitates ſunt ad inſtar priuatorum. l. eum qui vectigal. ff. de verbor. ſignifica. l. ſimile. ff. ad municip. & ita de conſuetudine ſeruatur. propterea nec priuilegiũ tacite hipotecæ habent: Bal. in l. 2. C. in quib. cauſ. pig. Ceſal. conſ. 317. nu. 28.

71 Ideo ciuitas Paduæ hodiernis temporibus: quia ſubeſt Excelſæ Reipubli. Venet. iura fiſci non habet, licet alias habuerit, Bald. conſi. 400. quod Iacobus. numero tertio, in p. proinde leges de iuribus fiſci loquentes, non habent locum in iſtis ciuitatibus, Bal. in l. aduerſus. colum. 2. C. de furt. Afflict. in cap. 1. in verbo. bona vacantia: in titu. quę ſint Regal.

72 Iuxta prædicta ſtat pulchra dubitatio quid ſi Imperator conceſſerit Caſtrum, vel ciuitatem cum mero, & mixto Imperio, an videatur conceſſiſſe iura fiſcalia, pręſertim ad effectum confiſcandi bona omnia alicuius delinquentis. nam pro negatiua determinauit Afflict. in cap. 1. in verbo condemnatorum. nume. 39. in titu. quæ ſint Regal.

73 Vbi inquit, quòd ad effectum confiſcandi requiritur ſpecialis commiſſio ad tex. in dict. l. 1. C ne ſine ius. not. Bald. in l. fin. ff. de off. pręf. vigil. vbi ita inquit, ſequitur Alexand. in l. 1. numero ſeptuageſimoquinto, ff. de off. eius, Riminald. ſenior in l. Imperium, numero 26. Afflic. poſt Bal. in cap. primo, in 10. notab. nume. 5. in tit. hic finitur lex. Item quia ius confiſcandi eis tantum videtur competere, qui in loco Imperium habent, & qui præterea ius in fiſcandi quæſierunt ex priuilegio, vel per præſcriptionem. Bar. in l. prima, columna penulti. C. de ſumma Trinita. adeo, vt non videatur ſufficere, quòd habeant merum, & mixtum Imperium ex conceſſione Imperat. & ita viſus eſt ſentire Alex. conſi. 13. col. 3. verſiculo ſexto, præſupponi, & col. 4. verſi. ex prędictis, vbi fundat ſe in præſcriptione confiſcandi.

74 Rurſus quod habentes Caſtrum, cum mero & mixto Imperio non habeant alia iura Regalia, & fiſcalia, qualia ſunt ius imponendi talias, & collectas ſubditis ſuis, ius ſuccedendi in bonis vacantibus, ius exigendi victigalia, vel noua imponendi, firmauit Iacobin. à S. Georg. in ſua inueſtit. in verbo. cum mero, & mixto Imperio. numero decimoſeptimo, & decimonono, & vigeſimoprimo, hoc etiam expreſſe voluit Lucas de Penna in l. 1. columna ſeptima. C. de priuileg. ſchol. lib. 12. vbi; quòd conceſſo Caſtro, tranſeunt ea, que poſſunt per priuatum poſſideri, ſed non ea, quæ ſunt merè Regalia, vt eſt poteſtas condendi leges, creare magiſtratus, & tabelliones, monetam cudere, & huiuſmodi: & idem clare ſenſit Alberic. in l. ſecunda, in fine. ff. de offi. eius, & in d. l. Imperium. nu. 53. quem ſequitur Iacob. à S. Georg. nu. 14.

75 Nec mirum: quia Regalia vti de reſeruatis principi, per generalem verborum conceptionem non intelliguntur tranſlata, ſed requiritur ſpecialis expreſſio, c. quod ad tranſlationem, extr. de off. legati, & ibi plene notatur, & idem Alber. in l. quoties. C. de præcib. Imp. offer. Calcan. conſ. 102. quia quibuſdam, Anchar. conſil. 331. viſis. columna tertia: Abbas conſil. 61. in cauſa, & quęſtione, volum. pr. Ripa in l. obligatione. ff. de pignorib. in 1. colum. Boer. qui plures adducit, deciſ. 50. nume. 12. & 13. Boſ. in tit. de Regal. num. 25. Alciat. conſil. 1. libro ſeptimo. Natta conſ. 179. nu. 10.

76 Pro ſolutione huius difficultatis, quę admodum notanda eſt: colligendo ſcripta Doctorum varijs in locis diſtinguendum eſt: Nam aut conceſſio fuit facta à ſupremo, puta Papa, Imperatore, Rege, aut alio Principe neminem in temporalibus recognoſcente ſuperiorem: in titulum maioris dignitatis: quia creatus ſit Rex, Princeps, Dux, Marchio, aut Comes, & in his caſibus fiſcalia, & Regalia videntur translata: Bald. in capitulo primo, in vl. not. in titulo, quæ ſint Rega. Afflictus in Rubric. numero ſexageſimo octauo, cum ſequent. Felyn. in c. cum nobis. numero quinto, extra de præſcriptionib. Iacobi. in ſua inueſtit. in principio, verſi. dubitatur. Egid. Boſ. in titul. de Regal. columna ſecunda, ideoque iſti Principes poterunt in ſuis ſtatibus leges condere, creare magiſtratus, penas, & confiſcationes bonorum deliquentibus indicere, noua vectigalia inſtituere, collectas imponere, monetas cudere, Tabelliones creare, illegitimè natos in ſuo ſtatu reſtituere, & ea omnia facere, quę ipſe ſupremus concedens facerę poterat: ſic Doctores in locis præcitatis: & conſulendo tradiderunt in Duce Mediolani, Angelus conſil. 217. Paul. Caſtr. in ſuo famoſo conſil. 34. ſuper primo in ſecundo, & in eodem Duce Anton. Craſſ. & Laurent. Calcan. conſilio ſexageſimoſeptimo, & ſexageſimooctauo, Alex. conſil. 11. nu. 10. in 7. Curt. ſen. conſ. 70. ſuper memorata re. 5. dub. & pro Illuſtriſſ. DD. Malateſtis. Cuma. conſi. 162. viſa copia, & pro Illuſtriſſ. Domino Pandulpho Roman. conſilio quinquageſimonono, columna ſecunda. Et pro Illuſtr. Dom. Mamfredis. Alexand. conſilio decimotertio,

tertio, numero decimo, in 6. & pro alijs Dominis idem Alexand. conſilio primo numero 30. in 5. Socin. ſenior. conſil. 165. colum. 2. in 2. & conſil. 3. colum. penultim. in 3. Curt. ſenior. conſil. 48. col. 10. Curt. iunior. conſil. 61. nume. 9. vbi pro Illuſtriſs. Domino Caſtri Giufredi, & idem Cur. conſil. 100. vbi in Duce Mediolani, & in Duce Mantuę, Pariſ. conſil. 69. in pr. & pro Illuſt. Dom. Carpi, Ruin. conſil. 83. colum. 2. in 3. Et pro Illuſtr. Domino Luzarię. Socin. iunior. conſ. 33. & pro Illuſtr. Dom. Saxoli idem Socin. conſ. 76. in 3. & pro Illuſtr. Domino de Scandiano idem Socin. conſil. 126. in eod. volum. & pro Illuſtr. Dom. à S. Vitale D. Decian. conſ. 41. in 2. idem Socin. conſ. 75. in 4. & pro Illuſtr. Domino Sigiſmundo Eſtenſe in conſil. ſeq. ſubſecuti autem ſunt Aimo. Crauet. conſil. 132. Roland. conſil. 48. & 78. in 2. & conſil. 21. in 4. Franc. Decius conſ. 56. nu. 61. & alibi ſępe Doctores.

77 Horum tamen dicta temperauit Fel. in cap. quæ in Eccleſiarum. nume. 52. extra de conſtitution. & Dec. ſub nume. 29. vbi reſtringunt quò ad ea, quæ ſunt de poteſtate ordinaria, & non de abſoluta, & de plenitudine poteſtatis ſequitur Bonus de Curtili: in tractat. de nobilit. in 3. par. nume. 218.

78 Nec mirum: quia Principes recognoſcentes ſuperiorem, plenitudinem poteſtatis nõ habent, ac ideo ea vti nequeũt, & proinde ius tertij auferre nõ poſſunt, ſic pulchrè ſcripſit Alberic. in l. quoties. C. de precibus Imper. offer. quem ibi ſequitur Paul. Caſtr. vbi refert, ſe ita conſuluiſſe tempore Illuſtr. Dom. Pandulfi de Malateſtis, qui fuit Dominus Bergomi, & idem dicit in Duce Mediolani, qui recognoſcit Imperatorem in ſuperiorem: ſecutus eſt Iaſo. in l. reſcripta. colum. 2. C. de precib. Imper. offer. & in conſ. 177. in 2. & in Duce Ferrariæ: quia Papam ſuperiorem in temporalibus habet Dec. conſil. 373. nu. 15. Reſtaur. de Imperat. q. 110. colum. 2. & in Duce Vrbini. Socin. iunior. conſil. 69. nume. 63. in pr. D. Panciroĺ. conſil. 2. nu. 35. & fortè eſt ratio: quia in hos Pop. Rom. poteſtatem non tranſtulit: & horum ſententiæ accedit Ruin. quoque conſil. 23. nume. 13. in 2. Natta conſil. 179. nu. 15.

79 Sed aduerte: quia quicquid de iure ſit: iſti Sereniſſ. Duces perpetui, quamuis ſuperiorem recognoſcant, de conſuetudine vtuntur in ſtatibus ſuis plenitudine poteſtatis: ſic in Duce Mediolani, & in alijs perpetuis dominis tradiderunt. Bal. conſi. 457. nu. 5. in v. Angel. d. conſil. Iaſ. conſi. 101. immunitas. in 3. & in Duce Ferrarię Alex. conſ. 1. nu. 31. in 5. & in Duce Mediolani idem Alex. conſ. 11. nu. 9. in 7. Rol. poſt plures conſi. vlt. nu. 45. & 95. in & in 4. Sereniſſ. Duce Mantuę. Soc. iun. conſil. 60. numer. 7. in 4. Natta conſi. 402. nume. 19. Siluan. conſi. 50. nu. 30. & ita deciſum refert Mohedan. in ſuis deciſionibus, quas in ſcriptis habeo: ſub ti. de maior. & obed. deciſ. 45. vbi inquit: huiuſmodi Principes eſſe in tali poſſeſſione. & fuit verbũ Bal. conſ. 267. ad euidentiam, nu. 9. in primo, vbi inquit: quòd omnes Domini Lombardiæ, de conſuetudine vſuali, & de quadam Theorica & practica, ponunt hęc verba de plenitudine poteſtatis, & ſunt in quaſi poſſeſſione verbi, & facti, vñ dicit, ſalua ſubſtantia veritatis, credendum eſſe eorum ſermoni: quia non eſt veriſimile, quòd falſa voce vterentur, refert Natta d. loco. puto ſic poſſe diſtingui: quòd aut recognoſcunt ſuperiorẽ reſpectu Alti Dominij tantum, & locum habeat horum opinio: aut etiam, quia ab illorum ſententijs appellatur ad ſupremum, & habet locum priorum ſententia, ſic colligo ex Natta d. conſ. 179. nu. 15. 16. & 17.

80 Alij autem Principes non recognoſcentes ſuperiorem, plenitudine poteſtatis in ſtatibus ſuis vtuntur, quia ſupremi ſunt. Paul. Caſt. in d. l. quoties, & pro confirmatione prioris concluſionis.

81 Adde quod iſti Domini perpetui poſſunt condere leges, & ſtatuta etiam contra ius commune, & omnia poſſunt quę pertinent ad merum, & mixtum Imperium. Bart. in rep. l. omnes populi, in 4. q. 1. quæſt. princip. ff. de inſtit.





& iure. Angel. Alex. Aret. & Iaſ. in l. 5. in princip. ff. de verb. oblig. Roland. conſ. 4. in pr. dubio, vol. 3. Crau. conſil. 135. poſt Alex. conſil. 124. in 4. & nouiſſime Franc. Decius conſil. 4. colum. 1. & 3. & pro Illuſtr. Domino Matelicæ Soci. iun. conſ. 105. nume. 16. in 3. & licet paſſus ſit ſatis inuolutus: quia pleriq; ex relatis per Rolandum tenuerunt hos reeognoſcentes ſuperiorem non poſſe ſtatuere cõtra ius commune. quam opinionem latè defendit Natta d. conſ. 179. attamen eorum opinio non placet in Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, erectis à ſupremis Dominis, ſed fortè procedet ĩ erectis ab iſtis, quorũ inferior eſt conditio, vt proximè dicã, vel dicamus, vt ſupra diſtinxi,

82 Quandoque verò conceſſio reperitur facta Rectoribus terrarum, & Dominis temporalibus non perpetuis, & eo caſu meri & mixti Imperij translatio, cũ omnimoda iuriſdictione pertinet ad iuriſdictionalia in ciuilibus, & criminalibus, non tamen importat auctoritatem confiſcandi, nec alia Regalia exercendi. l. 1. C. ne ſine ius. & ibi notat Ang. Felyn. d. c. cum nobis, num. 5. dixi infra in ti. de publ. bonorum. nu. 25. ſimilem diſtinctionem tradidit idem Felyn. c. quod ſedes, col. vlt. de offi. ordin. de qua infra nu. 88.

83 Aliquando verò conceſſio reperitur facta à ſupremis Dominis tamen inferioribus, vel facta reperitur à Ducibus, & Principibus recognoſcentibus ſuperiorem. Et in his caſibus feuda licet perpetua non ſunt Regalia, ſed inferioris qualitatis, vt per ſcriben. in tit. quis dicatur Dux: & per Socin ſen. conſ. 165. nu. 3. & per Socin. iun. conſ. 98. ſub nume. 20. in 3. & ſic facta cõceſſione in hos dominos inferiores Regalia non tranſire, quæ de primis gradibus meri imperii ſint, ſentit Iacob. Aluarot. in c. 1. §. ſi quis aliquem, in tit. de pace tenen. vbi concludit, quòd pœnę, & mulctę pertinent quidẽ ad Barones feudatarios: quia ſunt de 6. gradu meri Imperij: non autem bonorum confiſcationes: quia ſecũdum eum pertinent ad maiorẽ dominum. per illum tex. vbi tamenli mitat in feudis, & alijs recognitis ab ipſo Barone, vt ad eum redeant, & idem voluit Afflict. ibi in 10. notab. nec diſſenſit Præpoſ. quod etiam voluit And. Iſer. in §. hæreditatem: cum confiſcatio fieri contingit ex cauſa delicti cõmiſſi, ita quòd condemnatio principaliter reſpiciat perſonam, & ſequitur Mar. Laudenſ. ibi, & hos inferiores dominos non poſſe indicere collectas, aut noua vectigalia inſtituere: voluit Bal. in l. cum multa, in fine. C. de bon. quę lib. Alex. conſ. 145. quoniam abunde, in 2. Ripa lib. 2. reſponſ. cap. 4. nu. 1.

84 Ego autem pro reſolutione articuli: primò recurrendum eſſe cenſeo ad tenorem inueſtituræ, qui quidem ante omnia in materia feudali aduertendus, & attendendus eſt: ſicuti vbique feudiſtę admonent: Nam ſi inueſtitura facta eſſet de Caſtro cum Regalibus, abſque dubio confiſcationes continerentur, & ad feudatarium ex pacto inueſtituræ pertinerent: Abb. conſi. 60. in 2.

85 Nil mirum: quia publicare bona ius Regale eſt: c. 1. in ti. quæ ſint Reg. Affl. ibi in verbo condemnatorum, ſub num. 39. Aymo. Crau. conſ. 128. col. 2. Parpal. in rep. l. 1. mihi col. 13. ff. ſolu. mat. Rol. conſi. 78. nu. 20. in 2. & iterum conſ. 21. nume. 19. in 4. Natta conſil. 594. nume. 21.

86 Et hoc caſu ſic Regalium facta conceſſione, omnia Regalia videbuntur tranſlata. Bar. in l. 1. C. de bon. vac. Afflict. in Rubr. quæ ſint Regal. in 6. quæſt. num. 68. Egid. Boſ. in ti. de Regal. nu. 23. quia indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. pręd. & l. ſi pluribus ff. de leg. 2. ſi is haberet iura Principis Soc. iun. conſ. 75. nu. 1. & conſ. 76. nu. 20. in 4. nec mirum: quia conceſſio interpretaretur facta de omni, & toto iure concedentis, Bald. in capit. 1. in titul. de Cap. qui cur. vend. Dec. conſil. 292. numero 4. Socin. idem conſil. 80. numero 43. in 3. Ceſal. conſil. 154. nu. 5.

87 Idem ſi dominus conceſſiſſet Caſtrum cum mero, & mixto Imperio, & cum omnibus ſuis iuribus, iuriſdictionibus, reditibus, & prouentibus, ſic Bal. in ſpecie in conſi. 306. diſtinguendum eſt. & con-

nu. ſeq.in 4.hoc etiam ſenſit Paul. Caſtr. conſi. 354. commodum. in princi. vbi quòd omnes vtilitates,& obuentiones, ex cauſa, & occaſione rei feudalis prouenientes, pertineant ad feudatarios,& nō ad directarios. Cepol. in cōſiliis nouiter impreſſis conſ.34.nu.30.vbi adducit Io. And.in c. paſtoralis,ex.de donation. Et eſt apud me indubitata concluſio: quia bonorum confiſcationes ſunt de reditibus, & emolumentis Caſtri, veluti latius ſcripſi in 3.par. in ti.de conductorib.nu. 41.&42. immo ex vi illorum verborum Regalia omnia includuntur, Cuman.cōſ. 162.col.1.& 2.vbi de Salinis,& aliis regalibus, Pau.de Caſt.conſ.63.quod d.reditus.in 5. fundamento vol. 1. Socin.iun. conſ.80.nu.39.& 40. in 3.

88 Similiter cōceſſo Caſtro in perpetuū cū iuriſdictione, adhuc confiſcationes ad conceſſionarium pertinerent: quia ex vi indefinitæ, omnem iuriſdictionem videretur donaſſe, & idcirco omnes reditus cauſarum ciuilium, & criminaliū ad eum pertinerent: Bald. in l. fin. col. 1. ff. de conſtit. princip. ſequuntur relati per Iaſ.in l.Imperium:colum.5.verſic. ex hoc vltra alios.ff.de iuriſdict.om. iud. & poſt eum Dec. vbi de communi, Crau. conſ. 128.col.2.& idem, quòd omnis iuriſdictio cum mero, & mixto Imperio videatur, & ſit translata, pulchrè probauit Paul. Caſt.conſ. 187.notandum eſt, colum. 3. in 2. ſecutus eſt Felyn. in capit. quod ſedes:colum. pen. & vlt.ext. de off. ordin.vbi ſecus concludit, cùm iuriſdictio in loco conceditur alicui, non per viam infeudationis, vel donationis perpetuę, ſed per viam magiſtratus,& eſt cōmunis concluſio: Natta conſ.659.col.vlt. & Rolan.conſ.48.nu.27.in 2.& latius in eo.vol.conſ.42. nu. 16.cum ſeq. vbi poſt plurimos per eos relatos concludūt, conceſſo in feudum Caſtro cum iuriſdictione, merum & mixtum Imperium videri translatum, cū omnibus reditibus cauſarum ciuilium, & criminalium, pœnis, mulctis,& confiſcationibus, & fortius ſi dictum fuiſſet cum omni, vel omnimoda iuriſdictione, vel cum omni iure ſuo, vt per Doctores dictis in locis, & in ſpecie per Old.conſ. 252. ad quæſtionē, quem retulit,& ſecutus fuit Ioan.And.ad Specul.in ti.de iuriſdictio.om.iudi.in addit. incip.habeo conſiliū.Cepola.d.conſ.34. nu. 13. & plenius D. Panciro. conſ. 185. nu.5.Immo non poſſet Dominus de cauſis cognoſcere, ſtante infeudatione vt ſupra facta, ſicuti dixi infra nu. 97.

89 Idē ſi dictum fuiſſet cum mero,& mixto Imperio: nā eo caſu confiſcationes ad feudatarium, non ad directarium pertinerent: Guido Papa, q.76.vbi in crimine hæreſis: Lucas de Pen.in l.1.col. pen.C. de priuil.ſcholar.lib.12.Cępol. conſ.17. col.6.Iacobi.in verbo:cum mero & mixto Imperio,nu.6.& nu.8.Brun. conſ. 31. in 2.dub.Egid.Boſ.in ti.de pęnis,nu.25. & de Regal.nu. 15. Rolan. Val. in dictis conſiliis,& præciſe conſ.78.in 3.col.Natta conſ.240.in tertia col.& latius d.conſ. 659.nu.3.& ſic etiam ſenſit Alber. in 3. part.ſtat.quæſtio.19.

90 Ratio eſt: quia confiſcationes bonorum ſunt de primo gradu meri Imperii: Iaſ. poſt alios in l. Imperiū,nu.24. ff. de iuriſ.om.iud.Riminal.ſen.nu.26.Gaſpar Valla nu.86.& Sapia n.64.vbi id cōprobant rationibus,& auctoritatib. quibus adde Albe.& Cepol.in locis prox.adductis, Bal.in c.1. de pace tenen.& in l. 3. ff. de off.pręf.vigil.Nata conſ.594.nu. 21.

91 Item, quia vaſallus infeudatus habet vtile dominiū in re, cōſequenter omnes vtilitates inde prouenientes, ſic arguit Bal.in l.1.in q.43.ff.de rerum diuiſ.Paul. Caſt.d.conſ.354. commodum. col. 1.in pr.vbi inquit: quòd habere vtile dominium in feudo, nihil aliud eſt, quā habere rei vtilitatem,& poteſtatē de ea diſponendi, cum ſuperioris auctoritate; inde reſoluitur: ſi obiiceretur, ius & auctoritatē confiſcandi pertinere ad hos feudatarios, vti officiales maioris domini, vtilitatē verò ad dominū ipſum pertinere: quia nō ſunt officiales in rē dñi, ſed perpetui ī rē ſuā: ſic Egid.ſentit, de Rega.d.loco,& fuit reſolutio Bar. in extraua. qui ſint rebelles in gl.rebellando,col.2.Amplia ēt, ꝙ vaſallus cōfiſcaret bona delinquētis ex





vi nouæ legis vniuerſalis in prouincia, & regno, per Regem, & Principē promulgatæ, ſic poſt Boſium in locis pręallegatis cōcludit Natta: per pręmiſſas & alias rationes. Natta d.cōſ.659.n.5.& d.Pancir. cōſ.185.nu.17.vbi ad hoc plura adducit.

92 Hiſdem rationibus, idem quoque dicendum videretur: cum Caſtrum in perpetuum ſimpliciter conceſſum fuiſſet à Principe, nā videretur conceſſio facta de caſtro ipſo cum territorio, ac cū omni iuriſdictione concedentis mero, & mixto Imperio: ad tex.in l. 1.§. cū vrbem, ff. de off. pręf. vrb.per quem ſic Old.ſcripſit d. conſ.252.Io.And.ad Specul.in titu.de iuriſ.om.iud. in add.incip.vidiſti duas.Cepola d. conſ. nu.9.Bar. in l.2. C.de bon. vac.& in l.inter. ff.de acq.rerum dom.& in l.1.ff.de iuriſ.om.iudi.vbi Riminal.ſub nu.23.de cōmuni, Bal.& poſt eū ſcribentes omnnes,& latiſſime Math. Affl.in c.1. de Cap.qui cur.ven.Pau.Caſt.d.cōſ.187. col.2.in 2.Romā.conſ.444.in ſec.dubio. Calcan.conſ.68.nu.11.Boer.deciſ.50.itē ſub nu.11.Iaſ.conſ.45.col. pen. in princ. pulchrè Cuman. conſ. 162.Bar. Cepola in ti.de flumin.col.pen.in ver. ſed aduerte: vbi inquit in tali cōceſſione perpetuò & abſolutè facta, flumina quoque publica cōtineri. Dec.cōſ.292.nu.4.Natta cōſi. 98.nu. 28.& in conſ.405.& conſ.636. num.180.cum verò conceſſio facta ſit de Caſtro cum mero, & mixto Imperio, & omni iuriſdictione, nō ſimpliciter, ſed cū clauſula reſeruatiua maioris dominij: hoc caſu (niſi aliud in datione dictum foret) confiſcationes quò ad vtilitatē pertinerent ad maiorem dominum, exercitium autem meri,& mixti Imperij ad feudatarium ſpectaret: ſic in ſpecie decidunt Laudenſ.& Præpoſ.in c.1.col.vlt. qualiter vaſ. iur. deb.ſequitur Boſius in ti. de pęnis: nu.25.exercitium autem meri, & mixti Imperij in quibus verſetur, egregiè ad rem iſtam declarauit Iacobin. in verbo:cum mero, & mixto Imperio:col. 2.& in his terminis vidētur reſtringi ſcripta per Aluarot. & alios relatos ſupra nu.72.qui tamen fatentur ad hos feudatarios pertinere mulctas & pęnas: quia non ſunt de primo, ſed ſexto gradu meri Imperij, ac ideo ſub reſeruatione iu-
93 ris maioris dominii nō includūtur. Ego autem de huiuſmodi concluſione valde dubito, quia in priuilegiis, & in inueſtituris ſolet adiici clauſula iſta reſeruatiua iuris maioris dominij: vt eo loco ſcripſerūt Laudenſ.& Præpoſ.& vbi nō eſſet facta reſeruatio expreſſe, adhuc facta intelligeretur, ſicuti Ang.tradidit, quē ſequitur Riminal.ibi in l.2.ff.de off.eius: Boſ. in ti.de crim.lęſę Maie.nu. 100.& latè dixi infra nu.158.quamobrem clauſula illa nō videtur trahenda ad inhibendum vtilitates confiſcationū, ſed ad alia, quæ concernunt ius ſupremi dominii: veluti appellationes, ſuplicationes, recurſus, leges generales, recognitiones, obſequia, animaduerſiones in feudatariū ex iuſtis cauſis,& hmōi, nempe ſupremū Imperiū circa plura alia verſatur, quā circa cognitiones ciuiles, criminales, pęnas, mulctas, & confiſcationes, ſicuti ampliſſime ſcribitur in d.l.Imperiū,ff.de iuriſ.om. iud. & ſic poſt hæc ſcripta reperi ſenſiſſe Socin. iun.conſ.126.nu.37.in 3.& conſ.76.col. pen.in 4. & in terminis ſic etiam reperi conſuluiſſe Nattam conſ.659.nu.4.& D. Pancirol. conſ. 185.nu.16.

94 Limita pręmiſſa: cum reus deliquiſſet in dominū directū: nā in vltionē ſuæ iniurię permitteretur maiori domino de eo crimine cognoſcere, & cōfiſcare bona illius delinquentis, ēt exiſtentia intra territoriū feudatarii patroni vtilis dominii,& illa ſibi appropriare: ſic Old. conſ. 148. cuius deciſionem ſequuntur Bald. Prępoſ.& Affl.in d.c.1.de Cap. qui cur. ven.Guido Papa q.341.Iacobin. in verbo:de caſtro rubei mōtis,col.2.Grāmat. conſ.6.nu.5.Egid.Boſ.in ti.de pęnis, nu. 28.Brun.conſ.31.col.vlt.Crau.conſ.128. col.vlt.Soci.iun.conſ.76.nu.3.in 3.latiſſimè Rolan.d.cōſ.78.ſub n.22.& ſeq.Natta conſ.580. nu.6.cū pluribus ſeq.vbi ita tenet & comprobat: in cōfiſcationibus,& in pęnis indictis per maiorē dominū, propter cōtumaciā rei, vel aliud delictū in ipſum maiorē dominū commiſſum, quamquā in his terminis cōtra deciderit. Affl.

deciſ.282. col.pe.& Crau.d.cōſ.128.ſed
nō eſt curandū:quia ipſemet Affl.in c.1.
in verbo:& bona cōmittentiū: n.21.in ti.
quæ ſint regal.tenuit priorem cōem ſen
tētiam,vbi tamen inquit,quòd ab ea ge-
nerali cōceſſione videtur excepta cogni-
tio de tribus criminibus lęſæ Maie.Hæ-
reſis,& falſę monetę,poſt Lucam de Pen
na per eum relatum in l. 1. C. de priuil.
ſcholar.libro 12.ſecutus eſt Soci.iun.cō
ſil.126.nu.2. in 3.quæ tamen reſeruatio
intelligitur de crimine læſæ Maie.in ſu-
premum cōmiſſo,ſed ſi in Dominum in-
feriorē ſubditus deliquerit,poterit Do-
minus ipſe illum punire pro crimine lęſę
in eum Maie. ſic eleganter idem Socin.
conſ.105.nu.25.in eo vol.vbi illam clau-
ſulam exceptiuam poſitam in priuilegio
īueſtiturę ſic intelligit, & declarat,& idē
in conceſſione priuilegij generalis cogni
tionis cauſarum ciuilium,& criminalium
tradidit Gramat.conſ.6.in omnibus au-
tem caſibus,cum dominus ipſe ſuperior
confiſcat,pręterquam pro crimine in eū
commiſſo, vaſalli infeudati, bona exiſtē
tia ſub eorum territorio capiunt, ſicuti
latius dixi ſub tit.de public.bon.nu.139.
cum autem pro crimine in eum commiſ
ſo,ratio expoſtulat, vt ipſe capiat: quaſi
in vltionē ſuæ iniuriæ, videatur in eo ca-
ſu ſibi ius reſeruaſſe,ad tex.cum materia
in c.1.§.deniq;,& §.fi.in ti.q̃ fuit pr.cau.

95 Et quia quod alicui in vindictam ſuę
iniurię debetur,proprium illius eſt, nec
alteri confertur.l.2.§.emancipatus.ff.de
coll.bon.l.at vbi.ff.de petit.hęre. l. bouē.
§.ſi quis ſeruum.ff.de edil.ædict.c.1.§.ſi-
quis aliquem: in tit. de pace tenen.cum
pluribus ſimilibus,qua ratione,Bal.No-
uell.de dotibus in vi.par. priuil.38.dixit
lucrum quæſitum filio famil. ob thorum
uiolatum per illius vxorem,proprium il-
lius eſſe, nec ex eo acquiri vſumfructum
parti,& hęc limitatio indubitāter proce
dit cū in inueſtitura repitur adiecta clau
ſula, ſaluo iure ſuperioritatis, & alti do-
minij,ſicuti aduertit Rol.d.cōſ.78.n.28.

96 Intellige ſic tamen,vt per eam appro-
priationem ius domini inferioris non
lędatur reſpectu ſuarum vtilitatum,& ob
uentionum, quę ſibi debebantur in bo-
nis illius rei confiſcatis:quia ex delicto il
lius dominus,in iure ſuo grauari non de
bet.l.ſancimus.C. de pęnis: & alteri per
alterum non debet afferri iniqua condi
tio.l.id quod noſtrum. ff. de reg. iur. ſic
Henrich. Boich. in c. vergentis, ext. de
hæret.Guido Papa.q.341.nec ob.quod
notatur in d.§.denique: quia ibi de iure
quęrendo,hic de iure realiter quęſito.

97 Sed adhuc reſtat dubium an conceſ-
ſo Caſtro cū mero & mixto Imperio,Re
galia videantur in recipientē tranſlata,
ſupponēdo,ꝙ ea cōceſſio ſit facta in per
petuū,ab habente auctoritatē,concluſi-
ue reperij,ꝙ Old. in cōſ. 75. quis poſſit:
poſt Hoſtien.per eum relatū concluſit,ꝙ
ea cōceſſio perpetua id importat,vt om-
nia videantur conceſſa,quæ inde proue-
niunt,& quę pertinent ad rectū,& bonū
regimen illius Caſtri,& populi, ideoque
clauditur poteſtas in eo loco condendi
leges & ſtatuta,pro bona adminiſtratio-
ne,quia talis ptās eſt de primo gradu me
ri Imperij, item auctoritas creādi magi-
ſtratus pro iuſtitia adminiſtrāda,itē creā
di notarios, qui magiſtratibus ipſis inſer
uiant,itē & auctoritas condēnandi delin
quētes in ęre,& ī perſona eos mulctādo,
pęnas indicēdo, ac ēt pro facti qualitate
cōfiſcando illorum bona, quia eiuſmodi
caſtigationes pertinent ad rectā populi
adminiſtrationem: nam publicè intereſt
delicta puniri:adeo vt Princeps infeudās
non poſſet de primis cauſis cognoſcere:
ſed cognitio ad vaſallū pertinet. ad quē
vtile dominium pertinet.Bal.in l.1.q.43.
ff.de rerum diuiſ.Abbas in c.cæterū,col.
2.ex.de iudic.Curt. iun.conſ.11.Cagnol.
in l.conſilij,in fi.ff.de reg.iu.Natta conſ.
408.nu.7.Grama.deciſ.30.nu.11.Berta
zol.in conſ.14.col.1. vbi ꝙ nec delegare
poterit, cętera verò Regalia quę ad ius
ſupremi dominij ſpectant,veluti mone-
tas cudere, legitimare illegitimos: bona
vacantia occupare,noua vectigalia inſti
tuere, nouas collectas indicere, & alia
quæ de reſeruatis ſunt, nō vidētur tranſ-
lata,ſed dn̄o reſeruata,& ita in effectu di
ſtinguendo concludunt Imo.conſi. 121.
Cal-

Calcan.conſil.68.colum.3.& 4.Boer.de-
ciſ.50.ſub nu.12.& ſequent. Aegid.Boſ
in tit.de Regal.nume.15.24.& 25.Gigas
in tracta.de crimin.lęſę maieſti.in 2.par.
quæſt.1.Ripa in l.obligatione generali,
nume. 1. ff. de pignor. nec diſſenſit Ro-
land. conſil.43. nume. 33.& 34. in 2. in
hanc quoque ſententiam concurrunt di
cta per Bald.in l.cum multa,in fine.C.de
bon. quæ liber.& in l.hi quibus.C.de fi-
deicommiſſ.liber.dum concludit, Feuda
tarios non poſſe hominibus ſuis impo-
nere nouas collectas,angarias, & peran-
garias, quia hæc vti regalia pertinent ad
maiorem dominum,& in vaſallis inferio
ribus inueſtitis à domino recognoſente
ſuperiorem veluti à Duce Ferrariæ,ſcri-
pſit pleniſſimè Socin. Iun. conſil. 98. in
3.Illud quoque dictum Bald. ſecutus eſt
Iacobin. à S. Georg.in ſua inueſt.in ver-
bo.cum mero & mixto Imperio, nu.17.
in hanc etiam diſtinctionem cōſenſit Cu
man. in conſil. 162. colum. vlt. quod eſt
elegans conſilium in meteria. Ad hoc
etiam ſpectat deciſio Io.Fabr.in §.flumi-
na, inſtitu. de rerum diuiſ. vbi inquit,
quòd licet Principes ſuperiores poſſint
prohibere piſcationes in fluminibus pu-
blicis, non tamen poſſint prohibere Do
mini terrarum & feudatarij: & inquit
quòd ita ſeruatur in Regno Franciæ, ſe-
cutus eſt Iacobin.in verbo,& cum piſca-
tionibus, vbi tamen limitat,niſi per pro-
hibitionem dominorum,& ſubditorum
patientiam, prohibendi ius illis quęſitū
fuiſſet,ex Bal. doctrina, in l. item lapilli,
in 3.q.ff.de rerum diuiſ. Amplius voluit
Bertachin. de Gabell.in 1.par.nume.36.
quòd ius exigendi gabellas nō videatur
translatum, quòd dictum ſi intelligatur
de gabellis ſolitis exigi, nō videtur verū,
quia translatio,vt iam dictum fuit,cenſe
tur facta cum omnibus emolumentis,
redditibus, & vtilitatibus ipſis caſtri.

98 In hoc negotio, primò aduertendum
eſſe cenſeo, quòd per eam cōceſſionem,
iuriſdictionalia reſeruata ratione maio-
ris dominij,veluti appellationes, ſuppli-
cationes,& recurſus:non cēſentur abdi-
catæ à maiore domino,quia ſunt de ſibi
reſeruatis,c.venientes,& inde no.omnes
ſcribentes,ext.de iureiuran. Bal.in auth.
quas actiones,colum.penult.C.de ſacro
ſan. Eccle. Angel.in l.1.§.1.ff.de offi.eius,
Canon.poſt Innocent.in c.cæterum,ext.
de iudic.Iacob.in d. verbo.cum mero &
mixto Imperio,nume.16.Præpoſ.in cap.
Imperialem. §.præterea, in titu. de pro-
hiben. feudi aliena. copioſe Curt. Iun.
conſil. 2. Brun. conſil.101. Natta conſil.
580.num.22.vbi per eam rationem am-
pliat,etiam quòd dictum fuiſſet,cum me
ro & mixto Imperio & omnimoda iuriſ-
dictione,volens quòd lata ſententia per
Vicarum Baronis feudatarij primæ ap-
pellationes non ad Barones inueſtitos,
ſed ad maiorem dominum deuoluantur
contra Iaſ.conſ.161. in 2. qui in tali ſpe-
cie conſuluit ſecundas appellationes nō
primas ad dominum pertinere, & malè,
quia Principi reſeruata ſub generali ſer-
mone non clauduntur. dixi ſupra,num.
75.& Iaſonem reprehendit Crau.conſil.
209.nume.9.limita, cum Barones ex con
ſuetudine conſueuiſſe de primis appella
tionibus cognoſcere: idem Natta conſ.
98. vbi ampliſſime in hac re.

99 Secundò aduertendum eſſe cenſeo,
ad facti obſeruantiam,poſt conceſſionē,
nam facti ſequela plurimum prodeſt ad
interpretationē contractus,& actus præ
cedentis,& præſertim per ſpatium tem-
poris tollerata:ſic pulchrè Cuma.in prę-
alleg.ſuo eleganti conſ.162.col.2.Cepol
la in terminis conſ.34.nu.23.& ex pluri
bus Aymon Crau.cōſ.201.nu.11.& 12.
& conſ.211.ad finem,vbi non oportere,
quòd talis interpretatiua conſuetudo ſit
præſcripta:& conſ.294.nu.8.Siluan.cōſi.
66.nu.20.Bertazo.cōſ.33.nu.19.& cōſ.
97.num.25. vbi poſt Dec.conſi.156.col.
vlt.inquit, quòd obſeruatum eſt fida pri
uilegij interpres.& nō requiratur,ꝙ talis
cōſuetudo interpretatiua ſit pręſcripta;
& vltra eos Decius conſ.96.nu.13. & 14.

100 Pręterea aduertendum eſſe cenſeo,
an in cōceſſione ſit facta mentio de Re-
galibus,vt quia facta ſit de Caſtro cū me
ro & mixto Imperio, & regaliis, vel cū
regalis omnibus, & in iis caſibus regalia

quippe translata erunt,Bart. & Ioan. de
Plat.in l.1. C.de bon.vacan. libr. 10.Bo-
ſius in titu.de Regal.nume.23.Afflict.in
Rubr.quæ ſint Regal.num.68. vbi dicit,
quòd conceſſionarius facere poterit ,
quæ ipſe Princeps concedens, & idem
latiſſimè tradidit Socin. Iun. conſil. 75.
nu.1. & conſil.76.nume.20.in 4. vbi in-
quit, quòd is locum Principis tenet, ac
idcirco, ex vi illius conceſſionis,flumina
publica,aquæ publicæ, & viæ publicæ;vi
debuntur translatę, prout erant apud
Principem. cōſequenter poterit conceſ
ſionarius, penes quem ſunt Regalia,
prohibere nauigationem per flumina
publica in eo territorio ſibi cōceſſo,quia
vti Regalia in conceſſione continentur,
cap.1.quæ ſint Regal.ſic Bar.in Rubr.ff.
vt in flum.publ.Cardinal. conſi. 38.col.
2.Cæpola in titu.de flumin.colum. 1.&
2.Aegid.Boſ.in tit.de aquis,nume. 4.&
ſequen. Item poterit imponere vectiga-
lia tranſeuntibus per flumina ipſa publi
ca: ſic Doctores præcitati, & Boſ. in di-
cto loco,nume.12.& ſequen. Alberic. in
l.quo minus. ff. de flumin. Ange. conſil.
299.Item poterit per viam publicam im
pedire tranſeuntes, ad ea quę plenè ſcri
pſit idem Cæpol.in titul.de ſeruitut.vię,
in 8.quęſt.Afflict.in cap.1. in verbo viæ
publicæ,in titu.quæ ſint regal.& Aegid.
Boſ. in titu.de via publi.vel etiam peda-
gia & noua vectigalia eis indicere,ſicuti
Abbas tradidit,conſil. 20.vbi de Senen
ſibus. Adde quò ad impediendum na-
uigationem fluminis publici,& vſum vię
publicæ, ea quæ ſcripſi in principio ſu-
pra num.22. ſic etiam ſi Princeps ſupre-
mus conceſſiſſet Caſtrum, nihilo ſibi in
eo reſeruato, omnia viderentur transla
ta, Iaſon conſi.45.colum.penult.in prin
cip.ſecutus eſt Craue.conſil. 294. col.4.
Item ſi conceſſiſſet, prout Titius poſſide
bat,videretur conceſſio facta pro illis iu-
riſdictionibus, & iuribus, quæ apud Ti-
tium erant, ex vi illius relationis,ad l.aſ
ſe toto.ff.de hære.inſtit.& l.ſi quis prio-
re.ff.ad Trebellian.ſic Afflict. in cap. 1.
numer 34. in titu. de Capit. qui cur.
vend. Soc.Iun.conſil.80.nume.41.in 3.
Item ſi Princeps in concedēdo, quædam
ex regalijs ſibi reſeruaſſet. cætera videre
tur conceſſiſſe, ad regulam in l.cum prę-
tor.ff. de iudic. ſic Alciat conſi. 1.lib.7.ſe
cundum Venetam impreſſionem. Ruin.
conſ. 210. ante nume. 4. in pr. Panci-
rol.conſil. 185.ante num. 10.verſ. Quar-
to idem,& è contra, ſi quędam conceſſiſ
ſet, alia videretur denegaſſe, per reg.in
l.cum prætor. ff.de iudic.ſic Natta conſ.
179.nume.27.Item ſi in conceſſione Do
minus vendendo, aut donando, ſeu per
priuilegium aliter concedēdo,expreſſiſ-
ſet quædam ex regalibus,deinde adiecíſ
ſet clauſulam generalem, cum omnibus
& quibuſcunque alijs ſuis iuribus, alia
quoque regalia ſimilia tamen expreſſis
includerentur, ſic Roman. conſil. 271.
per rationes ab eo inductas, ſequitur
Afflict. dicto loco, nume.33.Boſ.in titu.
de regal.nume. 24.& 25.Haymon Cra-
uetta d.conſil.209.colum.2. Difficultas
eſt in caſu cum ſimplex reperitur facta
conceſſio caſtri, cum mero & mixto im-
perio,& omni iuriſdictione: nam adhuc
regalia contineri vltra iuriſdictionalia
voluit Iaſo. dict. conſil. 45. colum. pe-
nult.in princip.ex doctrina Innocent. in
cap.ex litteris,extr. de iure patronat. &
idem clarè voluit Cuman.conſ.162.Cra
uetta d.conſil.209.nume. 10.& ſenſerūt
permulti relati ſupra nume. 92. pleniſſi-
me Natta conſ. 435. per totum,& conſ.
661.conferunt optimè quę ſcripſit Dec.
conſil. 149. in primo dubio, & Rochus
Cur.de iure patronat.in §.ipſe vel is,nu-
mer.41.Et ego in reſpicientibus vtilita-
tem inde ex Caſtro & territorio proue-
nientem, & quę in conceſſionarium ca-
dere poſſunt,de quibus in d.cap.1.in ti-
tu. quæ ſint Regal. huic ſententiæ acce-
do, ſed alia quę concernunt ſuperiorita
tem Domini, vel aliter ſunt de reſerua-
tis Principi,de quibus ampliſſimè ſcrip-
ſit Afflict. in d. cap. 1. in principio, hæc
translata non erunt, & ita diſtinguendo
clarè ſenſit Lucas de Penna, in l.1.C.de
priuileg.ſcholar libr.12,vbi inquit, quod
conceſſo Caſtro, videtur conceſſum me
rum imperium,& omnia quæ erant pe-
nes



nes Regem, quę talia ſint,vt per conceſ-
ſionariū poſſideri poſſint: alia verò quæ
cohęrent perſonę Principis,non ſint trāſ
lata, & idem Lucas in l. 1. C. de veteran.
dixit,quòd ſi Rex donat Caſtrum alicui,
videtur donare omnia lucra,quæ in pri-
uatum cadere poſſunt, ſed non ea, quę
in ſolum cadunt Regem, eumq; decent:
& in propoſito eleganter dixit Bald. in
Rubr.ff.de rerum diuiſio.ſub nume. 11.
quod conceſſo Caſtro, venit omne ius,
quod in eo conceſſor habet de iure, &
de conſuetudine, ideoque poterit con-
ceſſionarius colligere pedagium,non ta
men venit, vt ſit legibus ſolutus,ſicut ip-
ſe Princeps,ſecutus eſt Sigiſ.Lofred.cō-
ſil. 24.numer. 12.& ſequent. Huc etiam
ſpectat deciſio Rolan.conſil.4.in primo
dubio, volum.3.vbi concludit,non vide
ri translatam auctoritatem reſtaurandi
inſtantiam. Amplius ſenſerunt aliqui,
quòd Regalijs conceſſis,veniant tantum
illa de quibus in d.capit.pri. non alia re-
ſeruata,ſic Aegid. Boſ.in titul.de Regal.
numer.29.poſt nonnullos per eum rela-
tos, non omitto,quòd etiam conceden
tis conſuetudo in his eſt exploranda, ſi-
cuti aduertit Socin. Iun. conſil. 98. nu-
me.18.& 19.in 3.

101 Notandum tamen eſt, quia regalium
ſic facta translatio, non operatur vt ac-
ceptor poſſit ea in alium transferre,ſine
domini aſſenſu:Bar.& Imol.in l.in diem.
ff.de aqua plu. arcend. idem Bar. in l. 1.
C. de petitis bon. ſublat.Socin.conſil.7.
in 3.volum.Bertachin.de Gabell.in 1.par.
quæſt.14.Boſ.in titu.de regal.nu. 35.

102 Addo ego, quòd conceſſiones factę
per Principes nedum de regalibus, ſed
etiam de poſſeſſionibus,prædijs,& offi-
cijs, quamuis factæ pro ſe,& hæredibus
nō protēduntur ad hæredes extraneos,
ſed ad liberos, ideſt ad hęredes ſangui-
nis ad exemplum feudorum, ſed non
per omnia,quia etiam fœminæ capiunt,
ſi eorum capaces ſint, & ita in ſpecie de
emphyteoſi Principis tradidit Bart.in l.
ſi patroni, in princip.ff.ad Trebell.& idē
quoque ſenſit Aegid.Boſ.in tit.de Prin-
cipe, nume.204.& ſic etiam ſeruatum vi
di apud nos in quadam conceſsione fa-
cta per Excelſum Concilium Decem
Olim D.Bartolomeo Spadaſino pro ſuis
benemeritis de quodam loco nuncupa-
to Saraleo pro ſe,& hæredibus ſuis:nam
ex iudicijs ſubinde ſecutis interpreta-
ta fuit ea conceſſio pro illius liberis, &
deſcendentibus maſculis, & fœminis,
excluſis extraneis ſucceſſoribus, & regu
lata in eis ſucceſſione, iuxta ordinem na
turæ, & ſanguinis,non ad mentem legis
municipalis: nil mirum, hæc ſic conceſ-
ſa, nec alienari, nec per creditores capi
& diſtrahi poterunt, & in puncto, quòd
conceſſiones Principum gratioſe ſic ac-
cipiantur, voluit gloſſ. in l. 1.ff. vnde vir
& vxor.& in l. 1. C. eo. quam ſequuntur
Iacob.Butrigar.Bar.& Dec.in vlt.colum.
Verum tamen eſt,quòd gloſſ. in l. vnica.
C.ſi liberal.Imperial.Soc.lib.10.quam ſe
quuntur Barto. & Ioan. de Platea, ibi.
Cyn.Salycet.Alexand.Iaſ.& communi-
ter Doctores in d.l.1.quorum opinio eſt
communis, vt retulit Socin. Iun. conſil.
73. nume. 9. in primo, tenuerunt quòd
verbum hęredibus in huiuſmodi conceſ
ſionibus prolatum, intelligatur largè
de quibuſcunque,quocirca curiarum &
Principum conſuetudines in hac re at
tendendæ erunt. Illud aūt compertum
eſt,quòd Inueſtitura facta de aliquo pro
ſe,& filiis,omnes deſcendentes includit,
Bal.in c.quæ in eccleſiarū.col.pe.ver.ſed
pone.ex.de conſti.Alex. in l.Gallus.§.in-
ſtituēs,col.fi.ff.de lib.& poſt. & conſ.17.
col.1.in 5.Iaſ.in l.de quib.col.5.ff.de leg.

103 Sed cum obiter inciderit ſermo de
illo textu in d.l.vnica:adde nonnullas de
clarationes ad ſingularem illius legis de-
ciſionem,volentem,facta donatione per
Imperatorē de aliqua re duobus ſimul,
quo caſu conceſſio viriliter facta intelli-
gitur,ad regulam in l.reos. §. cum in ta-
bulis.ff.de duob.reis,altero ſine hærede
poſtea defuncto,etiam poſt lucrum agni
tum, eius portionem ſocio cedere, non
fiſco, prima eſt, vt lex illa locum habeat
in conceſſis mera liberalitate donantis,
non ſi aliter.ſic Lucas de Penna ibi, So-
cin.Iun.conſil.92.colum.2. verſicul.ſed
&

& ſecundo in 4.vbi infert ad deciſionem
caſus, 2. declara in liberalitate proprio
motu conceſſa, Socin.ibi poſt gloſſ. Bal.
& Curt. ſeniorem per eum relatos ſub
num. 11.3.declara & intellige in Princi-
pibus non recognoſcentibus ſuperiorē.
ſic Socin.d.conſ.in primo dubio,vbi re-
ſpondit in Duce Ferrariæ non procede
re eam legis diſpoſitionem, quia reco-
gnoſcit Papam in ſuperiorem, & idem
Socin. dicto conſil.73.in primo item du
bio. vbi conſuluit locum habere in con-
ceſſione facta per Ser. Venet.Dom.quia
nullum recognoſcit ſuperiorē,& in Du-
ce Sabaudiæ ea ratione, Iaſ.conſil. 136.
nume.4.in 4.& in Duce Mediolani,quia
iura Imperij tenet, & plenitudine pote-
ſtatis fruitur, Curt.ſen.conſil.48.& 49.
& ſic etiam voluit Curt.iun.de feudis in
ſecunda parte,nume.71.4. declara vt ea
lex locum quoque habeat in feudis libe-
raliter à ſupremo Principe duobus de
nouo conceſſis,ſic ex communi latiſſimè
probauit Socin.iun.d.conſ.73.in ſecun-
do dubio, & in d.conſil.92. vbi concor-
dantes adducit,& licet d. Iaſ. in l. ſi mihi
& Titio.ff.de verbo.obligat.& in l.re cō
iuncti.ff.de leg. 3. tentauerit contrariam
opinionem,& poſt eum Curt.iunior lo-
co prę alle.attamen Crot. in d. l. re con-
iuncti, nume. 83. reſpondet eius funda-
mentis,& ipſemet Iaſ.d.conſil.136. ſequi
tur communem,à qua dicit in conſulen-
do, & iudicando non eſſe recedendum,
quamuis legendo, & ſubtilizando, ad
acuendum auditorum ingenia,quando-
que contrarium attentauerit.

104 Epiſcopi autem vtrum habeant iura
fiſci, & ius confiſcandi ſibi, vel cameræ
ſuæ. quęſtio non eſt leuis, nam Bald. in
Rubr.C.de priuile.fiſ.concludit,Epiſco-
pos non habere iura fiſci,& ſic non poſ-
ſe confiſcare bona delinquentium ſibi
ſubditorum. Item nec bona contrahen-
tium cum Epiſcopo ſibi eſſe tacite hy-
pothecata,quia nulla lex hoc dicit,l.ſimi
le. ff. ad ius municip. ſecutus eſt Salyc.
ibi, & idem Bal.in Authen.bona damna
torum. C.de bon. damn. vbi dicit,quòd
Epiſcopus condemnans ad pęnas pecu-
niarias debet illas applicare camerę Ec-
cleſiæ Rom.: non autem cameræ ſuæ,
quia eſſet iudex in cauſa propria,dicit ta
men,quòd contrarium ſeruatur,& malè.
Ang.verò in §.vt autem.in Auth.vt nulli
iudic. dicebat, quòd aut Epiſcopus ha-
bet ius dominij temporalis vnitum cum
authoritate ſpirituali,& eo caſu fiſco ſuo
applicare poſſit: aut non habet dominiū
temporale, & eo caſu infiſcare nequeat,
neque pœnas pecuniarias ſibi imburſa-
re, niſi in caſu neceſſitatis, ſed eas expo-
nere in pios vſus, allegat Canoniſtas in
cap. dilectus, extr. de offic. ordin.cuius
opinionis ante eum fuit Oldrad. conſil.
17.colum.3.vbi inquit,quòd Epiſcopus
non habens territorium,non poteſt cō-
fiſcare bona immobilia.

105 Quia confiſcatio fit per habentem ius
tenendi merum imperium,& iuriſdictio
nem,ſecutus eſt Alberic.in 3.par. ſtatut.
quęſt. 18.nu.5 Ioan. Andr. in addit. ad
Spec.in titu.de feud. §. quoniam, quæſt.
40. in magna addit.cum relat.per Boer.
deciſ. 263. colum.2.Fallit ſecundum eos
in crimine hæreſis,de quo puncto ſcripſi
in 2.par.in tit. de crimi. quæ mor.rei nō
exting.num.31.Sed contra, pro Epiſco
po determinauit gloſſ.in cap. quia diuer
ſitatem,extr.de conceſſ.præbend.vbi in-
quit argumentū eſſe,ꝙ bona clerici dam
nati pertineant ad fiſcum Eccleſiæ, & li-
cet nonnulli intelligant de fiſco Eccleſię
Romanę, attamen com.Canoniſtarum
op.eſt de fiſco Epiſcopi,colligentes Epi-
ſcopum iure ordinario habere fiſcum,
& iura fiſcalia, ſic Anto. Butr. Imol. &
Abb. ibi,Ioan.de Anan.Abb.& Marian.
Socin. in cap.excommunicamus, in prin
cip. extr. de hæret.Cardinal.in clement.
2.in 6. quæſt.ext.eo. & eſt com. op. vt la
tè per Felyn.in cap.irrefragabilis.§.cæte
rum,nume. 10.extr.de offic.ordi. vbi ad-
ducit plures concord. & ad hoc condu-
cit dictum Bald.in l.ſiue pars. C. de dila-
tion. vbi inquit, quòd Epiſcopus eſt de
maioribus magiſtratibus, habens merū
& mixtum imperium,vnde eſt Pręſes ſuę
ciuitatis, & diœceſis, ſequitur Gulielm.à
Perno conſil.5. in fine. Epiſcopus enim
præ-

pręſidi comparatur. Alexand.& Mod.in
Rub.ff.de iuriſdictio.om.iudic. & quod
decidit Rota deciſio. 7. mortuo Titio.
ſub Rub.de teſtamen.de clerico decedē
te ſine hærede, de quo latè ſcripſi in 2.
par.in titu.de bon.vacant.

106 Et iſta communis probatur, & confir
matur ex alia communi, quæ eſt, quòd
pro delicto Epiſcopus poſſit indicere pę
nam pecuniariam,eamq́ue ſibi,vel came
ræ ſuæ applicare, Hoſtienſ. Ioan. Andr.
Abb.& Felyn.latè in d.§.cæterum,in pri
ma concl.gloſſ.& Abb.in cap. licet,extr.
de pęn.Hoſtienſ.Butr.Cardinal.& Ioan.
de Anan.in cap.ad aures, extr. de ſimo-
nia cum pluribus congeſtis per Fely. di-
cto loco.vbi tamen ſub nume.7.conclu-
dit honeſtius eſſe,quòd Epiſcopus con-
uertat pęnas in pios vſus, ſicq́ue tempe-
rauit Didac.lib.2.var.reſo.c.9.nu.11.Cla.
in pract.crim.lib.5.§.fin.q.80.

107 Quid autem ſi crimen eſſet eccleſiaſti
cum, perſona autem eſſet laica? Petr.de
Ancha. conſi. 16.ſpiritualis iudex. ad ſi-
nem concludit, pęnam confiſcationis ap
plicandam eſſe fiſco ſeculari: per text. in
c.cum ſecundum, de hæret. in 6. & illud
conſi.ſequitur Probus in dicto cap.cum
ſecundum, col. 2. Rolan. Vall. conſil.
8. numer. 9. in 3. quorum opinio con-
firmatur.

108 Ex regula,quā tradiderunt Bal. Paul.
Caſ. & alij in l. ſi quis presbyter. C. de
epiſc. & cler.nam vter fiſcus capiat,per-
ſona delinquentis attenditur.Nec obeſt,
quòd iudex Eccleſiaſticus de crimine co
gnouit,nam quo ad captionem bonorū
præualet ratio iudicis ſecularis,d.c.cum
ſecundum, & cap.excommunicamus. §.
1.extr. eodem. de hæret. & in terminis
ad hoc eſt deciſio Oldrad. conſi.17.quā
ſequuntur plures relati.ſupra.nume.51.
intellige tamen cum agitur de confiſcan-
do totam, vel quotam bonorum, ſed ſi
ageretur de pęna pecuniaria inferenda,
exactio videtur committenda Epiſcopo
ad ea, quę proxime dixi. nu.106.& tra-
dunt Io. de Ann. & alij in cap. 2.extra
de maledicti.

109 Retenta autem op. Canoniſtarum,
Epiſcopum habere iura fiſcalia, alia eſt
quæſtio, an pro delicto, Epiſcopus infi-
ſcare poſſit omnia bona clerici delinquē
tis, & quidem conſtat bona Eccleſiæ in-
fiſcari non poſſe per tex.in clem.2.extra
de hęret. & in cap. excommunicamus.§.
1. extr. eo. quia alteri per alterum non
debet iniqua conditio afferri,& quia pę
na ſuos tenet authores.

110 Quod verò attinet ad bona ipſius cle
rici, Oldra. eleganter dicto conſi.17.cō
cludit diſtinguendo: mobilia clerici, &
quęcunque per eum intuitu Eccleſię ac-
quiſita, ad eccleſiam pertinere: quia iſta
ſequuntur perſonam, & illius conditio-
nem,per tex. in l.1.C. de impon. lucr.de
ſcript. & per alia iura ab eo adducta, &
iſta prima concluſio efficaciter cōproba
tur ex his,quę ſcripſi in tit. de publ.bon.
nu.141. & cōprobauit clariſſ. Menoch.
in conſ.223.colum.2.immobilia verò,ſe
cundum eum,pertinent ad dominum tē
poralem, & licet loquatur in immobili-
bus recognitis per clericum in feudum,
aut emphiteuſim à domino temporali,
rationes tamen ſuę concludunt etiam in
non recognitis; quia vt inquit Oldrad.
ipſe, confiſcatio extraordinaria, ideſt in
caſu non expreſſo à iure, non competit,
niſi poſitis in ſuprema poteſtate.d.l.1.C.
ne ſine ius:ordinaria verò in caſib. à iu-
re, vel à conſuetudine permiſſis fit per
quemcumque iudicem habentem merū
imperium ratione territorij, & non per
alium, quia fit ratione iuriſdictionis. l.
fin.C.vbi & apud quē. Vnde infert,quia
epiſcopus non habet territorium & iu-
riſdictionem in territorio. §. ſi quis au-
tem litigantium.in auth.de ſanctiſ.epiſc.
Proinde ſibi non cōfiſcat: ac ideo illa bo
na immobilia dominus temporalis ca-
piat, & ſequuntur quamplurimi relati
per Boer. d.deciſ.26.ſub nume.9. vbi re
fert, quod de conſuetudine ſeruatur in
regno Francię.

Quid autem ſit in nominibus debito
rum,an ſequantur perſonam debitoris,
an vero creditoris.vide quę plenius ſcri-
pſi inf.de publ.bo.nu.142. & 143.

## HABENTES IVRA FISCI an poſſint aliquid agere in præiudicium fiſci, & ſucceſſorum. Tit. III.

1 Fiſcalia iura habentes, an aliquid agere poſſint in præiudicium fiſci, & ſucceſſorum.
2 Princeps legitime electus, eſt quaſi Deus in terris.
3 Principes diuerſis ſublimioribus titulis in iure honorati.
4 Principis poteſtas in terris maxima eſt, & quanta.
5 Fiſcus ſemper eſt vnus, quamuis Principes mutentur.
6 Imperium durat, licet Imperator deceſſerit.
7 Principis factum in iudicialibus prodeſt, & nocet ſucceſſori.
8 Principis factum in extraiudicialibus an ſucceſſori præiudicet.
9 Princeps electus ante principatum adeptũ poteſt libere renunciare.
10 Papa poſt Pontificatum adeptum poteſt renunciare, & quomodo.
11 Papa an poſsit reſignare Papatum certæ perſonæ.
12 Imperator poſt aſſumptum Imperium non poteſt illud renunciare in manibus Electorum.
13 Renunciatio de aliquo officio non poteſt fieri niſi in manibus eius, qui renunciantem inuitum iudicialiter deſtituere potuiſſet.
14 Princeps poteſt viuens renunciare principatum proximiori ſibi ſucceſſuro.
15 Imperator & Rex non poſſunt alienare vel cedere quotam regni vel Imperij.
16 Gratiæ Principum priuilegia ſunt.
17 Priuilegiata ſeu gratioſa Principis conceſsio dominium transfert etiam ſine traditione.
18 Beneficialium conceſsio immediate ius transfert etiam ſine traditione.
19 Priuilegium conceſſum non facile Princeps reuocare debet, poteſt tamen ſi vult.
20 Principes omnes reuocare poſſunt priuilegia per eos conceſſa, etiam parte non citata.
21 Conceſsio ſecunda facta per Principem de eadem re in dubio non præualet primæ. amplia pluribus modis. Limita vt ibi.
22 Citatio non requiritur in conceſsionibus priuilegiorum.
23 Cõditionalis prouiſio facta primo, præualet ſecundæ pure factæ.
24 Papa poteſt pro libito ſuo ponere & deponere prælatos eccleſiaſticos.
25 Amplia etiam quod non fuerint citati.
26 Dominium ſubdito quæſitum ex gratioſa cõceſsione non poteſt Princeps auferre de poteſtate ordinaria.
27 Dominium ſubdito quæſitum ex titulo iuris ciuilis, Princeps de poteſtate ordinaria tollere non poteſt, & quid de plenitudine poteſtatis.
28 Priuilegium ſubdito conceſſum quod in contractum tranſiuit, Princeps reuocare nequit.
29 Datum non commenſuratiuum ad beneficium acceptum non excludit liberalitatem & gratiam.
30 Priuilegium non ſubdito conceſſum tranſit in contractum.
31 Iuriſdictionalium facta conceſsione, ſuperioris auctoritas intelligitur ſemper reſeruata.
32 Priuilegium cum princeps concedit intelligitur derogaſſe iuribus contra obſtãtibus.
33 Reſcripta fiſco damnoſa obſeruari non debent à parte impetrata.
34 Reſcriptum impetratum pro reſtitutione pœnæ fiſco incorporatæ non valet.
35 Lucra iam quæſita amittere damnum eſt.
36 Litteræ continentes remiſsionem delicti vel pœnæ, debent exprimere qualitatem delicti cum ſuis cauſis, alias inualidæ ſunt.
37 Reſcriptum impetratum de regalibus & fiſcalibus nullum eſt, & impetrantes puniuntur.
38 Motus proprius excludit omnem ſubreptionem & impetrantis importunitatem.
39 Reſcriptum geminatum habet vim motus proprij.
40 Clauſula, non obſtante, quid operetur.
41 Clauſula, de plenitudine poteſtatis, operatur ſupra ius & contra ius.
42 Clauſula, ex certa ſcientia, æquipollet clauſulis præmiſsis.
43 Reſcripta fiſco damnoſa, in re magni præiudicij non ſunt ſeruanda, niſi ſequatur ſecunda iuſsio.

44 Prin-



44 Princeps ex contractu obligatur, adeo vt nec de plenitudine poteſtatis contrauenire poſsit.
45 Princeps non poteſt nec illius ſucceſſor reuocare contractum.
46 Princeps reuocare poteſt contractum ſecundum illius naturam.
47 Conceſsio facta per Principem de aliqua re non irritatur per ſecundam, ſed vtrique Princeps obligatur.
48 Traditio rei operatur vt ſecundus preferatur primo, etiam in contractibus Principum.
49 Dominiũ ex Principis contractu non transfertur ſine rei traditione.
50 Donationes à ſe factas poteſt Princeps ex cauſis reuocare vti priuatus poteſt, & non aliter.
51 Princeps poteſt feudatarios, & vaſallos priuare ex cauſis in iure ſcriptis, & non aliter.
52 Principis aſſertioni de culpa vaſalli non creditur.
53 Cauſa in Principe non præſumitur cum feuda vaſallis aufert.
54 Vaſallus citandus eſt cum Princeps illum feudo priuare intendit.
55 Citatio non eſt neceſſaria, cum actus eo inuito fieri poteſt.
56 Notorium rebellem & criminoſum poteſt princeps ſine citatione damnare & feudis priuare.
57 Notorium delictum, quod aliquam pati poteſt excuſationem, non eſt tale, vt princeps ſine citatione procedere poſsit ad condemnationem.
58 Vaſallum alienantem feudum ſine domini conſenſu de cuius alienatione notorie poteſt dominus etiam non citatum priuare.
59 Poſſeſſor quamuis titulum & proprietatem amiſerit, non tamen de facto eijci poteſt, niſi prius citatus fuerit, fallit vt infra.
60 Princeps poteſt ipſo facto inuadere poſſeſsionem rerum rebellis notorij, aut hæretici notorij.
61 Notorio in delicto quomodo procedi debeat.
62 Princeps contrahendo certis caſibus indubitanter obligat ſucceſſorem.
63 Plenitudo poteſtatis eſt plenitudo arbitrij.
64 Principis voluntas omnis ſeruanda eſt ſaltem de facto.
65 Princeps de plenitudine poteſtatis an poſsit auferre priuatis dominia rerum ſuarum.
66 Princeps ex cauſa poteſt auferre dominium priuato quæſitum etiam ex contractu ipſius Principis.
67 Princeps ex cauſa poteſt recedere à ſuo cõtractu, dum tamen de voluntate conſtet.
68 Cauſa non præſumitur in Principe vt à conceſsionibus ſuis recedere poſsit.
69 Cauſa in Principe non præſumitur cum actum facit contra ius gentium.
70 Regalium alienationem ſucceſſor an reuocare poſsit.
71 Imperator & Rex non poſſunt maieſtatem Regiã & imperialẽ in alium tranſponere.
72 Plenitudinem poteſtatis poteſt princeps alicui communicare, non à ſe abdicare.
73 Imperator & Rex poſſunt infeudare Caſtra regni & Imperij etiam non ſolita.
74 Regalium & demanialium alienatio non valet ſi exinde magna ſequatur coronæ læſio.
75 Superioritas ſuprema intelligitur Principi reſeruata etiam in alienatione oneroſa.
76 Clauſula reſeruatiua maioris ſuperioritatis, intelligitur poſita in conceſsionibus Principum.
77 Appellari an poſsit à ſententijs dominorum habentium perpetuam iuriſdictionem ad ſupremum.
78 Præſcriptio immemorialis plus poſſe videtur quam pactum & priuilegium.
79 Princeps in alienatione regalium an debeat adhibere conſilium procerum.
80 Princeps ardua quæ expedire poſſunt abſque procerum conſilio.
81 Princeps mutuas pecunias recipiens an ſucceſſorem obliget ad illarum reſtitutionem.
82 Papa in rebus eccleſiarum an habeat dominium vel adminiſtrationem.
83 Papa non poteſt in malos vſus res eccleſiæ alienare, nec eas cõſanguineis ſuis cedere.
84 Papa in rebus eccleſiaſticis & de patrimonio eccleſiæ dominium habet.
85 Papæ principatus eſt Monarchicus & Regalis.
86 Dominium rerum eccleſiarum particularium eſt apud Papam Chriſti Vicarium.

87 Papa

87 *Papa eſt pater patrum & concurrit cum omni prælato in poteſtate & iuriſdictione.*

88 *Papa alienare poteſt res quarumcumque eccleſiarũ & vni auferre, & alteri dare.*

89 *Eccleſia Rom. habere poteſt rerum dominium per modos habendi de iure poſitiuo.*

90 *Papa ex cauſa alienare, & infeudare poteſt res quarumcunque eccleſiarum.*

91 *Papa ſi infeudat magnam aliquam ciuitatem vel Caſtrum de patrimonio Eccleſ. Rom. an interuenire debeat conſenſus Ill. D D. Cardinalium.*

92 *Papa concedere poteſt res Eccleſ. Rom. quæ ab infidelibus occupantur.*

93 *Prælati Eccleſiaſtici minus poſſunt in præiudicium ſuorum ſucceſſorum, quàm prælati laici.*

94 *Princeps delinquendo an præiudicet ſucceſſori ſuo.*

1 HACTENVS diſſeruimus de Principib. habentib. iura fiſci, & regalia, expedit, vt videamus, an Princeps quicquam agere poſſit in præiudicium ſui, & ſucceſſoris, adeo vt factum de iure retractari nequeat, ob auctoritatem à iure Principi impartitam: nec enim diſputatio noſtra pertinet ad ea, quæ quandoque de facto, & per iniuriam, non iure fiunt. Antequam autẽ ad tractatum accedam, pręnotanda ſunt
2 aliqua, & primò. quòd Princeps legitimè electus eſt quaſi Deus cœleſtis in terris, gloſ. in l. iubemus nullam. C. de ſacr. ſan. eccle. & vices Dei in terris fungitur, gloſ. quam Angel. exornat in rub. libri Authenticorum: nil mirum, quia Principes per Deum regnant.

3 Quocirca, non immeritò, Principes titulis ſublimioribus honorantur: ac idcirco ſanctiſſimi appellantur. l. Titia Seio. §. fi. ff. de leg. 2. prouidentiſſimi, & religioſiſſimi, in l. vnum ex familia. §. fi. ff. eo. nobiliſſimi, & ſanctiſſimi, in l. quæris. ff. de natalib. reſtit. optimi, & maximi, in l. in honoribns. ff. de vacat. mun. pijſſimi, & ſereniſſimi in l. fi. C. de don. inter virum, & in l. fi. C. de quadr. præſcr. diui, & diuini, in mille ferè iuris locis, imo & Principũ domus, diuina inſcribitur. l. ad inſtitutiones. & inde gloſ. & Fulgoſ. C. de ſacroſan. eccleſ.

4 Ideoque Principis poteſtas in terris maxima eſt, adeo, vt ſupra legem ſit. l. Princeps. ff. de legib. & poteſt ſupra ius, & contra ius ſtatuere. c. 2. ext. de conceſ. pręb. quia princeps eſt lex animata in terris. §. fin. in Auth. de conſulibus: nec Principi poteſt obijci, cur ita faciat: Specul. in ti. de delegato. §. nunc oſtendendum, verſ. 89. per textum, in c. quamuis. de pęnit. diſt. 1. Bal. in pręlud. feudorum, & in l. fin. C. ſent. reſc. non poſ. immo crimen ſacrilegij eſt, de potentia Principis diſputare. l. 2. C. de crim. ſacrileg. & eſt ratio: quia vt inquit Bal. in c. eccleſia. extra vt lite pen. cum princeps ſit cauſa cauſarum, non eſt de eius poteſtate requirendum: cum primæ cauſæ nulla ſit cauſa, & ad hæc plura congerit d. Iaſ. apud Brunum conſil. 8.

5 Secundo prænotandum eſt, quòd licet contingat Principes mutari, vel per deceſſum, vel per ceſſum, aut aliter, fiſco tamen non mutatur, ſed ſemper idem eſt fiſcus: quia idem eſt populus, eademque ciuitas, quamuis perſonæ mutentur: ad l. ꝓponebatur. ff. de iud. & in c. ſi gratioſe: de reſcr. in 6. & in pũcto tradidit Bal. cõſ. 363. in 1. nil mirum: quia fiſcus nunquã moritur, ſed perpetuus, & fixus ſtat: idẽ Bal. conſ. 271. caſus, in 2. notatur in l. vni. §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. dixi in prin. ſupra nume. 37.

6 Ideoque Imperium durat, licet Imperator illius Rector deceſſerit, ſic elegnter idem Bal. in tit. de pace conſtantiæ: in gl. deceſſerimus, circa medium, per tex. in §. qui igitur, in Auth. quomodo oppor. Epiſ. & in l. 2. C. de his qui vic. alter. ger.

7 Redeundo itaque ad tractatum propoſitum, factum Principis conſiderari dupliciter poteſt, ſcilicet in extraiudicialibus, & in iudicialibus. Et quidem in iudicialibus, an factum Principis, ſibi, vel ſucceſſori ſuo noceat, facilis ac breuis eſt tractatio: & eſt conſiderãdum, an cauſam agat cũ nõ ſubdito, quo caſu nõ eſt iudex competens, vt dixi in ti. præced.

nume-

nume. trigeſimotertio, an verò cauſam agat cum ſubdito, quo caſu Princeps eſt iudex competens, vt ibi dixi, & poteſt ipſe iudicare ſi vult: vt eſt caſus in l. & hoc Thiberius. ff. de hæred. inſtitu. & in l. proxime. ff. de his, quę in teſt. delen. ſolent aũt Principes cauſa ſui fiſci committere iudicandas iudicibus ſuis fiſcalibus, ac alias ſuas cauſas cum ſubditis ſuis, iudicibus per eos delegatis, & eo caſu ſuperior videtur ſe ſubmittere, & ſe ſubmittit iudicio, & iuriſdictioni inferioris, ſicuti doctores dicunt in l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. om. iudic. vbi Alexan. & Iaſ. plenè ſcribunt, & Andreas Iſern. in cap. Imperialem, §. præterea: in titul. de prohib. feudi. alien. per Feder. His itaque caſibus iudicium cum Principe actum, prodeſt & nocet eius fiſco, ac illius ſucceſſori, ſicuti in ſpecie conſuluit Oldrad. conſil. 94. colum. 6. vbi determinat, quòd ſententia lata contra Regem, noceat eius filio primogenito ſucceſſori in Regno: motus, quia ſucceſſor in principatu & in quacumque alia adminiſtratione & regimine, eſt ad inſtar hæredis, & hæredi comparatur: cui factum defuncti obeſſe & prodeſſe palam eſt. Item quia in iudicijs quaſi contrahitur: l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. ſed Princeps contrahendo præiudicat ſucceſſori, vt infra dicetur. igitur & iudicia pertractando: item quia ſequerẽtur abſurda, & vt latè in dicto eius conſilio, ſecutus eſt Tiraquel. de iure primigen. quæſtio. 35. nu. 18. & de nobilit. quæſtio. 37. Didac. in practicis cap. 13. verſicul. tertio hoc in tractatu, & omnium latius proſequitur Arius Pinel. in rep. l. 1. in 3. part. nu. 48. C. de bon. matern. vbi id ex communi concludit in omni legitimo adminiſtratore, per rationem, text. in l. ſingulis. ff. de except. rei iudic. vt ſic cum principibus, ac alijs prælatis, & adminiſtratoribus ab homine, vel à lege conſtitutis, aliquis litium finis, quod publice intereſt ad l. properandum, in princi. C. dę iudi. & in l. litibus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & in c. finem litibus, extr. de dolo & contum. & in c. iurgantium, extr. de re iudi. nec Princeps, aut eius ſucceſſor, poterit reuocare ſententiam latã aduerſus eum, vel eius fiſcum citra legitimam reſtitutionis cauſam, quia in iudicijs quaſi contrahitur. d. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. Princeps autem proprios ſuos contractus reuocare nequit, etiam cũm ſubdito ſuo: vt infra dicam, & ita arguit, Ruin. conſil. 21. colum. 1. in 5.

8 In extraiudicialibus verò an factum Principis ſibi, vel ſucceſſori ſuo priudicare poſſit, vt factũ illud reuocare nequeat, ampliſſimus eſſet huius rei tractatus: Ego autem perſtringendo materiã, infra ſcriptas ſubijcio concluſiones, conſiderãdo factũ Principis quatuor modis. renũciando, priuilegiando, ſeu reſcribendo, contrahendo, & delinquendo.

9 Capiendo itaq; primum modum, prima erit concluſio: Princeps electus ad aliquem principatum, etiam Papa, & Imperator, vel etiã ſuccedens iure ſanguinis, an principatum adeptũ, poteſt libere renunciare, nec illud acceptare cogitur, quia inuito beneficium non confertur. l. inuito. ff. de regul. iur. l. ſiquis in conſcribendo. C. de pactis.

10 Secunda concluſio: Papa poſt adeptũ Papatũ poteſt illi renunciare, vel abdicãdo ſe ab adminiſtratione, aut renũciando corã Illuſt. Colleg. DD. Car. ſicuti Cęleſtinus fecit, & determinatũ fuit renunciationẽ fieri potuiſſe ꝑ Bonif. VIII. eius ſucceſſorẽ, in c. 1. de renun. in 6. & gl. ibi refert alia exẽpla, & de cle. primo legit. 8. q. 1. ſi Petrus, & de Marcellino in c. nunc aũt, 21. diſt. & de Ioanne XII. ſcribit Cardin. de Turre Crem. in tract. de Eccleſ. lib. 3. cap. 103.

11 Sed vtrũ Papa poſſit ſe exuere Pontificali dignitate, eamq; alteri reſignare, Ludo Gomeſ. in q. 1. ſub Reg. de infir. reſignant. pręſuppoſuit poſſe. dũ diſputat, an illa regula locum habeat in Papa reſignãte, explicitè aũt id profeſſus fuit ſub nu. 10. ſed certè eius ſnĩa mihi nõ adeo placet, quia textus de renũciatione Cęleſtini in 6. loquitur in terminis renunciationis nõ fauore certę perſonę factę, & q̃a in effectu Papa ſibi de ſucceſſore, hac

via indirecta ſtatueret,qđ iure improba
tur, c.electionē,diſt. 79.gl.in c.Apoſtoli-
ca.8.q.1.Abb.in c.accepimus,ex.de pact.
Fel.in c. 1.ſub nu.30.ver.4.fallit,ex.de cō
ſti. cū alijs adductis per Gome.d.loco,&
ſolutio ꝑ eū tradita,diſtinguendo,an Pa
pa renūciet ad fauorē alicuius poſt mor
tem,& eo caſu non valeat,an verò in vi-
ta ſe exuendo à Papatu,& eo caſu valeat,
non adeo eneruat obiectum,& maximè
in negocio tanti ponderis , & poſt hæc
ſcripta ſic reperi determinatū per Card.
de Turre Crem.in d.ſuo tract.lib.2.c.51.
12 Tertia concluſio:Imperator poſt Im-
perium aſſumptum,non poteſt Imperiū
renunciare in manibus Electorū,& renū
ciatio facta nō valet, ſed renunciare de-
bet in manib. Papę,qui ſibi ſuperior eſt.
13 Bal.in l.Barb.in fi.ff.de offi.præt. nil mi-
rū,quia renūciatio de aliquo officio, vel
beneficio,non tenet , niſi facta ſit penes
eum,qui renunciantē inuictum ex cauſa
iudicialiter cognita deſtituere potuiſſet:
Archidiacon.in cap.deliberatione,num.
3.de offic.lega.in 6.& eſt generale,quòd
ſine licentia , & conſenſu ſuperioris,non
licet beneficia, & officia iam accepta di-
mittere.c.admonet,ext.de renun.in Pa-
pa autem ſecus permittitur,quia nullum
ſuperiorem habet, gloſ.in d.c. 1.
14 Quarta cōcluſio:Rex & quilibet alius
Princeps ſecularis,qui nō electione, ſed
iure ſanguinis in Regno & principatu
ſuccedit,ſponte ſua viuens cedere poteſt
principatū ſuū primogenito, aut alteri ,
qui poſt eius mortē ſucceſſurus erat. Ca
ſus eſt in c.1.in ti.de alien.feudi pater.ꝑ
quem,ſic ad Regē,arguit Affl.ibi nu.37.
15 Quinta concluſio : Imperator & Rex,
vel alius Princeps non poteſt alienare
quotam Imperij, Regni,& Principatus ,
& alienatio,ſeu ceſſio aliter facta, eſt ip-
ſo iure nulla , ratio eſt : quia diminueret
Imperij,& Regni maieſtatē : Regnumq́;
& Imperium diuideretur,& in ea quota
alius eſſet Imperator & Rex:ſic Bald. &
Ang.in l.ſi certarū.ff. de milit.teſt.& idē
Bal.conſ.327.col.3.in 1.& dicit Bal.in l.2.
col.7.C.de ſeruit. & aqua:ꝙ Imperator
non poteſt ſibi conſtituere parem , aut
ſuperiorē.ſequitur Siluan.cōſ.45.n.53.
15 Cum vero Princeps procedit priuile
giādo infraſcriptas alias ſubijcio conclu
ſiones , pręmittendo prius ꝙ priuilegiū
morte concedentis non expirat:& pete
re confirmationē à ſucceſſore cōſilii eſt,
non neceſſitatis. Cin. in l. priuilegia. C.
de ſa.ſan. eccl. Affli. deciſ.128.in princi-
pio:Alex.in conſ.33.col.pen.in 5.Natta
conſ.122.nu.18.quarum prima eſt: Con
ceſſiones Principum gratioſe,priuilegia
ſunt:nil mirum, quia quęlibet Principis
gratia priuilegiū eſt:Bal.ī c.1.§. 1.in ti.de
noua for.fid.Ioan. An.in c.olim:de verb.
ſig. Iaſ.in l.quoties nu. 10. C.de rei ven.
17 Secunda cōcluſio,conceſſio Principis
de re aliqua gratioſe facta,quāuis rei tra
ditio nō interuenerit,attamen ex ea do-
miniū,quod erat penes Principē,in con
ceſſionarium trāsfertur,Bal.& Feudiſtę
in loco dudū allegato,vbi inquit ita eſſe
de natura collationis gratioſe ad tex. in
c.ſi tibi abſenti:de præbend. in 6. Iaſ. ex
communi d.l.quoties,nu.10.Pariſ.cōſ.11.
nu.58.in primo, intellige, cū purè facta
fuit conceſſio . ſecus ſi ſub conditione. ſic
limitat Soc.iun.cōſ.94.nu.16.& 17.in 2.
& in conſ. anteced. ſed in eodē caſu con
tra conſuluit Pariſ. d. conſ.11. Item,ꝙ in
ꝓfanis,cōcluſio non procedat,arguit Af
fli.ī d.c.1.§.1.ſub n.7.& 8.cōiter tñ recipi
tur vt dixi. & adde Ang.in l.officiū.ff.de
rei ven.vbi in donōne Principis,& in feu
do gratioſe cōceſſo.Dec.cōſ.291. nu.2.
18 Tertia concluſio:conceſſio Papę in be-
neficialibus , etiā citra rei traditionem ,
immediate tribuit ius in rem ad fauorē
illius,cui facta eſt prouiſio,& ideo pręfer
tur ſecundo , cui de eodem beneficio fa-
cta fuiſſet poſterior collatio, ēt cū tradi-
tione poſſeſſionis,caſus eſt in c.capitulū.
ex.de reſcrip.& ibi plene notatur,& in c.
qui à cunctis,& in c.ſi tibi,de cōceſ.pręb.
in 6. Iaſo.dicta l.quoties nume. 12.
19 Quarta concluſio:Priuilegium conceſ
ſum non facile Princeps reuocare de-
bet:quia Principis priuilegium debet eſ
ſe perpetuum.§.illud,in Authen.conſtit.
quę de dignitat.Itē varietas & vacillatio
eſt legibus inimica,& doli mali materia,





& maxime conuenit Regib. & Imperato
ribus verbū illud,ſemel locutus eſt Deus.
& illud,quod ſcripſi, ſcripſi:ideoq; Prin-
ceps habere debet vnum calamū, & vnā
linguam, & nō plures:quia ſcriptum eſt.
Quæ proceſſerunt de labijs meis,nō fa-
ciam irrita;ac ideo debet eſſe immobilis
ſicut lapis āgularis,& ſicut polus in cęlo.
ſic pręclare Bal.conſ.327.pridie,col.2.in
primo,& in propoſito dicebat An. Iſer.
in c. 1. Qui ſuc. feu. dare ten. ꝙ non eſt
proprium Principis reuocare conceſſa .
Nam,vt inquit Innocen.in c.Apoſtolicæ
nu.4.de re iudi.Principis verbum debet
eſſe firmiſſimum , & ad hoc plura ſcribit
Dec. conſ.292.& in l.nemo pōt mutare,
ff.de reg.iur.Bertazol.conſ.124.nu. 13.
Poteſt tamen Princeps ſi vult,priuilegia
per eum,vel per prædeceſſorem ſuū ſub
ditis conceſſa, pro libito ſuæ voluntatis
reuocare,etiam poſt ius quæſitum:quia
pruilegium lex priuata eſt in derrogatio
nem iuris cōis,Princeps autem ſupra le-
gem eſt,l. Princeps. ff. de legib. ac idcir-
co lege ſua , vel ſui prędeceſſoris non li-
gatur,ſic gloſ.& communiter Doc.ad eā
in c.decet, de reg.iu.in 6.Innocen.& po
ſteriores in c.in noſtra, ext.de iniu.intel
lige etiam abſq; alia cauſa vltra eius vo-
luntatem. Bar.in l.hoſtes in 1.col.ff.de ca
ptiuis,Angel.in l. Anthiocenſium. ff. de
priu. cred. vbi pro cauſa ſufficere dicit:
quia ipſe conceſſit. Ant.& Abb.in c.con-
ſtitutus,ext.de religio.dom.Soc.ſen.cōſ.
156.nu.8.in 2.Dec.in c.quę eccleſiarum.
col.13.& idē Dec.in c.nouit,col.10. poſt
Fely.nu.18.ext.de iudic.& late idē Dec.
conſ.286. col. 3.392.col.vlt. & 604.col.
pen. pulchre & ſubtiliter idē Socin. cōſ.
87.in 3.dubio vol. 3. Curt. Iun. conſ. 1.
nu.34.& alibi ſępæ,quibus addo Afflict.
Deciſ.128.nu. 10.Natta conſ. 122.nu.12.
Amplia,ad priuilegium pręſumptum ex
vſu immemoriali,veluti ī terminis l. hoc
iure.§.ductus aquæ.ff. de aq. quotid.&
ęſti.& in c.ſuper quibuſdam.§.præterea,
ex. de verb. ſign. ſicuti pulchrè deducit
Natta conſ.511.per totum. Amplia ēt ſi
Princeps policitus ſit non reuocare pri-
uilegium. ſic idē Natta d. loco nu. 4. ex
tex. & quod ibi not.Bar.in l. cum preca-
rio.ff. de precar. & per Felin. in c. ſi dili-
genti : col. 10. in 9. fallent. ex : de foro
comp. immo etiā ſi iurauerit, vt infra ex
Socin. dicam : & priuilegium præſum-
ptum ex curſu temporis immemorialis ,
reuocati poſſe ſcripſit, ea ratione Caſſa.
conſ.66.num.34. Bal.tamen in ſuo conſ.
300.in 5.reſtrinxit,vt Papa & Imperator
poſſint de plenitudine poteſtatis abſque
alia cauſa reuocare priuilegia ab eis con
ceſſa:Alios vero Principes non poſſe;ſed
iſta Bal.reſtrictio non placet,quia gene-
raliter Principes omnes gratias & priui-
legia,per eos,vel per prædeceſſores ſuos
conceſſa, reuocare poſſunt ; & pro eorū
voluntate.reuocant abſque alia cauſa,&
cauſæ cognitione , & abſque partis cita-
tione,ſic Soci.d.conſ.156.nu.8.ac etiam
quod conceſſio foret iurata , idē Socin.
conſ.58.nu.5.in 3.& ita in omnibus Prin
cipibus pręſuppoſuerūt Doctores ſupra
citati,inferiores autem gratias,& priuile
gia,ab eis,vel anteceſſoribus ſuis conceſ
ſa,non reuocant,abſq; cauſa,ſic Felyn.in
c.nouit,nu.35.poſt plures ab eo relatos,
per tex.in c.ſi tibi de pręband. in 6.& in
l.quod ſemel.ff.de decr. ab ord.ſac. per
quem , ſic etiā cōſulendo tradidit Ruin.
conſ.229.nu.13.in 1.& idē, ꝙ cum cauſa
inferiores à Principe reuocare poſſint ,
& tertio in iure ſibi quęſito ex priuile-
gio pręiudicare,tradidit Alex.conſ.101.
nu.15.in primo,& cōſ.216.col.7.in 2.ex
gloſ. communiter recepta de epiſcopo.
in c.cōſtitutus,ext.de relig.dom.ſed idē
Ruin.conſ.130.col.pen.& vlt.in 5.diſtin
guit inter dominos inferiores laicos, vt
hi poſſint, abſq; cauſa,& ad hoc inducit
auctoritates Ant.Bu.& Imol.in c.quę in
eccleſiarū, extra de conſtitutio. & inter
dominos eccleſiaſticos,veluti epiſcopos,
& hi non poſſint ſine cauſa,quaſi ſint ma
gis canonibus & legibus affecti,25.quæ
ſtione 2.c.inſtitutionis,& ibi demōſtrat
Felyn.minus bene pro ea limitatione ad
duxiſſe auctoritatē Butr.Imo. & Abbat.
In profanis aūt conſtat,ante acceptionē
priuilegiū reuocari poſſe per quemlibet
cōcedentē,ſola ſui volūtate, ſic Fel. poſt

Card.& Aretin.in dicto capitulo,nouit, numero vigeſimono.nil mirum,quia ante acceptationem, in his ius abſenti non quæritur:attamen ſola ſcientia operatur effectũ acceptionis, ſic, vt ius quæratur, Bartol. in l. final. ff. de conſtitutio. princi. Cuius opinio communiter recipitur. Iaſo.ibi,& Alexan.in l.qui abſenti. ff. de acquirenda poſſeſſione. illud autem notum eſt,quòd inferior manum apponere nequit, niſi in exequendo priuilegia ſui ſuperioris, ſicuti poſt Baldũ, Deciũ, Ruynum, & Boſ. tradidit Roland.conſilio ſexageſimo primo,columna penultima, in tertio. Abb.in c.pen. nu. 7. ex.de cler. non reſident. concluſionem tamen ſic vt ſupra communiter firmatam declara nonnullis modis.

21 Primo cum conſtat Principem voluiſſe priuilegium conceſſum reuocare, nec ſufficeret, quòd ſecundo conceſſerit, ꝙ prius in alium contulerat, nam ſecunda conceſſio non valeret vti ſubreptitia, ad hoc tex.in c.ex parte.ext. de offic.deleg. ibi,ſi memor fuiſſemus ſcripſiſſe pro primo,non ſcripſiſſemus pro ſecundo. Immo etiam gratia ſecunda in ampliori forma conceſſa eidem, non valet, ſi de prima non meminerit: ad hoc tex. in c. veniens.extra de præſcription.& inde colligit Felyn. ſub nume. 3. poſt plures per eum relatos,& in terminis noſtris:quòd ſecunda conceſſio alteri facta non præiudicet primæ,vti ſubreptitia, notat Bald. conſi.300.in 5.& in tit.de pace conſtantiæ:in gloſſ. poſſideant. Bald. Fulgoſ.& Paul. in l. 2.C.de legib. idem Bald.Iſern. & feudiſtæ. in c. 1.in tit.de noua for.fid. amplia etiam, quòd motu proprio conceſſio ſecunda facta appereret. Bar. in l. fin. C. de location. præd. ciuil. lib. 11. Imol. in cap.mandatum,extr.de reſcrip. Abb.in cap. cum olim, extr. de re iud. Ruin. conſil 186. colum. 1. in 1. Curt. iun. in conſil. 142. numer. 7. Dec. in l. nemo poteſt, num.3.ff. de reg. iur. & in conſ.695.nnme.28. Rol. val. conſil. 11. nume. 149. in primo. Menoch. conſil. 1. nume.402.& nume.430. Crauetta conſi.241. col. 10. verſicu. tertio reſpõdeo.

Amplia etiam quid ſecundæ conceſſiones eſſent plures, & etiam factæ à Principe ſucceſſore,Bald.conſ.345.colum.ſecunda in 1. amplia etiam quod dictum fuiſſet, nõ obſtante conceſſione alteri facta:quia intelligeretur de conceſſione inualida,iuxta ſolemne dictum Compoſtellani in c. cauſamque: de reſcrip. ſequuntur pro notab. Alexan. conſil. 3. ex his, & conſil. 23. in 5. Iaſ. in d. l. quoties in 4. limitat. pręclare Dec.conſil. 689.nume.16. Afflict.in cap.ſi facta:nume.35. ſi de feudo fuer. controu. Ruin conſi. 116. col.vlt.in 1. & conſil.93. numer.9. in 4.& præſertim cum pręcedens priuilegium conceſſum fuiſſet in remunerationem grati ſeruitij, Cardinal. conſil. 147. in princ. Amplia etiam, quòd primum priuilegium fuiſſet vniuerſale,ſecundum verò particulare,declarando tamen,vt per Abba.in cap.1.col.3.& 4.de reſcrip.Amplia etiam,quòd in ſecunda conceſſionē adiecta fuiſſet clauſula, ex certa ſcientia, ſic pulchrè Socin. conſi.164. in 1. dubio.in 2.ad quod optimè facit, Rota in antiq. ſub titul. de reſcript. concluſ. 22. vbi inquit;quòd etiam ſi verba ſecundæ gratiæ videantur reuocatoria primæ: attamen ſi non clarè de mente Papæ appareat, non inducitur reuocatio:ſequitur in not. caſu Ruin. conſil. 21. colum. pen. in 5. nec mirum: quia clauſula iſta non operatur in præiudicium tertij, de quo non appareat Principem fuiſſe informatum, ſicuti poſt Paul. Caſt. tradidit. idem Ruin.conſi. 123. numero 20. in 3. cum verò Princeps fuiſſet informatus de iure illius tertij, & ex certa ſcientia conceſſiſſet ſecundo, vtique ſecunda præualeret, ſicuti doctores pręcitati, & in ſpecie Socin.pręſuppoſuit:& infra dicetur de vi illius clauſulæ: Illius autem declarationis ea eſt ratio: quia Princeps vti omnium illius pater,& pręlectus non præſumitur velle vni auferre, & alteri dare, ideoque eius reſcripta ſubaudiuntur ſine præiudicio iuris alterius l. 2.§.merito,& §.ſi quid à Principe.ff.ne quid in loco publ. l.nec auus.C.de emancip.liber. & c.quãuis,de reſcrip. in 6. vbi latiſſimè





in materia, & hęc interpretatio ſumitur etiam,quòd verba viderentur ampla, & importare cõceſſionem cum præiudicio tertij. ſicuti pulcherrimè docuit Ruin. conſ. 88.in 4.Dec. in c.ſuper eo, in p.no. ex.de off.deleg. Alciat.de præſump. Reg. 3.præſump. 11.quandoq; tamen clauſulę inſertæ in ſecunda conceſſione ſunt tantę efficaciæ, quòd ex eis colligitur concedentis intentio,vt voluerit primæ conceſſioni derogare, vt quia Princeps motu proprio, ex certa ſcientia,& de plenitudine poteſtatis, transtuliſſet in ſecundum quod alteri prius per priuilegium conceſſerat, nam ſecunda conceſſio ſic facta primæ præualeret: ſic voluerunt Paul. Caſt.conſi. 178.donatio.col.2.in 1.Alex. conſil. 101.nume. 16.in 1. & conſi. 216. nume. 18.in 2.Cur.iun.conſi. 174.col.2. Dec. conſi. 191.col. item 2. Socin. iun. conſi.17.nu.8.in 4.Siluan.cõſ. 50. nu.21.

22 Nec ad inualidandũ ſecundam cõceſſionem in præiudicium primę iuuaret, quòd ſecunda conceſſio facta fuerit,cauſa non cognita,& parte non citata: quia in conceſſionibus gratiarum, & priuilegiorum, pars non eſt citanda, quoniam priuilegium eſt donum ſuperioris.Bal.in l. nam ita diuus. ff.de adoption. per tex. in l.libertus.ff.de in ius vocan. idem Bal. in l.2.C. de tempor.appell.Roman.conſil.369 circa primum, cum pluribus alijs adductis per Ruin.conſil.98.col. 1.in 4. Aduertendum tamen eſt:nam in hoc pũcto reperio, ꝙ in d.l. 2.Bar.ibi intelligit cum priuilegium non lędit tertium, vel modice, ideo non requiratur cauſæ cognitio, ſequitur poſt plures Alex. conſi. 11.nu.4. in 7.indiſtincte tamen:quòd in impetratione, ac conceſſione gratię, & priuilegij: nemo ſit citandus firmauit Dec. in d.conſ. 191.ſub nume. 7. etiam quod ageretur de non leui præiudicio. Concluſiue dicendum eſt,quod aut agitur de gratia, & priuilegio, alteri non præiudiciali, & eo caſu nullus eſt neceſſaria citatio:aut verò priuilegium obtentum continet cauſæ in præiudicium tertij, & tunc difficile eſt, vt ius tertij non citati, tollat: pręſertim cum de eius bono iure conſtat: pulchrè Socin.conſ.120. col. vlt. in 3. vbi ad hoc plura inducit: & in conſ.164.col.pen.in 2.limitant tamen nonnulli, cum pars eſt præſens in curia, vel in ciuitate, vt citari debeat,alias non valeat reuocatio,declaratio, vel modificatio priuilegij,vti ſubreptitia,ex doctrina Innoc.in c.olim, de verbor. ſignifi.& per ſcripta à Paul.Caſtr.conſil.338.quia exceptiones.col.1.in 1.& in ſpecie Ruin. conſil.229. nu. 10. in 1.ſed iſta limitatio non procederet cum de Principis voluntate conſtaret ex ſcriptis infra.num.56. & 57.hæc autem intelligas velim in conceſſione primò purè facta.

23 Sed in conceſſione conditionali facta primo,an ſecundus, cui purè de eodem beneficio facta fuit prouiſio, præferatur illi,an verò primus conditione aduenięte:notabilis eſt articulus,& quidē in beneficialibus, cum de certo corpore beneficij facta fuiſſet prouiſio primo, quia ſtatim ex illa conceſſione acquiritur illi ius ad rem: proinde prima conceſſio,adueniente conditione, pręfertur ſecundę, quamuis purè factę, & cum poſſeſſionis traditione: ſic eleganter docuit Geminian. conſi. 107.per totum:per caſum in d.cap.ex parte: & quia primo quæſitum fuit ius ad rem,cui Princeps reſcribendo pro ſecundo, non præſumitur voluiſſe præiudicare,& reſpondet ad tex.in cap. ſi pro te:de reſcrip.in 6.qui in contrariũ obſtare videtur: in temporalibus autem maior eſt difficultas:&in hoc puncto extant reſponſa contraria:nam Dec.d.conſil.689.& Pariſ. in conſi. 11.ſupra allegato: in eodem caſu reſponderunt pro primo: at Socin.iun conſil.93.94.in 2. reſpondit pro ſecundo beneficiato cum rei traditione:hæc autem procedunt, cũ vterque nititur priuilegio, ſecus ſi primus ex priuilegio,ſecundus ex cõtractu: nam pro ſecundo de facili,aduerſus primum, præſumeretur priuilegii reuocatio.Afflict. d.cap.1.§.1.nume.7.

24 Ex cõcluſione autem præmiſſa,quòd Princeps poſſit pro libito ſuæ voluntatis gratioſas cõceſſiones reuocare,infertur: veram eſſe communem traditionem

quòd Papa poſſit pro libito ſuę volunta-
tis prælatos eccleſiaſticos ponere, & de-
ponere:ad gloſ. in c. per principalem . 9.
q.3. ibi: quòd Papa poteſt pro volunta-
te ſua,citra aliam cauſam,deponere epi-
ſcopum,ſed non omnes Epiſcopos: quia
turbaret vniuerſalem Eccleſiam:ſequun
tur Domin.& alij ibi. Abb.in cap. tranſ-
lato.extr.de conſtit. cum concordan ib.
adductis per Fel. d. cap. quæ in eccleſia-
rum.nume.60.& 62.& per d.Iaſ.in l.Bar
barius.ff.de off.prętor.nume. 39. nil mi-
rum,quia prælaturæ eccleſiaſticæ,gratio
ſe, & non ex contractu obligatorio con-
feruntur:& quia diſpoſitio eccleſiarum,
& omnium beneficiorum mundi,ad Se-
dem Apoſtol.pertinere noſcitur: inquit
tex.in cap. licet: de pręben.in 6.& in Cõ
cilio Vienenſi,vt refertur inclem.ſi duo-
bus . extr.vt lite pend. diffinitum extat :
quòd ad Rom. Pontificem ſpectat Eccle
ſiaſtica.perſonarum,dignitatũ,aliorum-
que beneficiorum plena, & libera diſpo
ſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine , & in
clem.dudum.§.verum : de ſepultur. legi-
tur,quòd Papa de plenitudine poteſtatis
reuocat gratias , & priuilegia per præde
ceſſores ſuos conceſſa,nempè in ſpiritua
libus, & temporalibus Eccleſiæ,Papa ha
bet plenitudinem poteſtatis, vt in dictis
clementin.& in cap.cum ex eo: de pęnit.
& remiſſio. & probauit Turre Crema.
in dicto ſuo tract.de eccleſia.libro 2.cap.
52.& ex noſtris Bal. in d. l. Barbarius in
fine:vbi quòd in beneficialibus Papa eſt
omnia,& ſuper omnia.latè Alexan.conſ.
2.col. 10.in 1.vbi,quòd in his,ſine cauſa
& ſine clauſula,non obſtante, poteſt ter-
tio pręiudicare.Quamuis,quòd nec etiã
prælatos eccleſiaſticos citra legitimam
cauſam Papa deponere valeat , grauiſſi-
mi attentauerint auctores,Card.conſi.
141.ſanctiſſimus.vbi inquit gloſ. in dict.
cap.per principalem,intelligendam eſſe,
cum cauſa. textum verò in d.cap. licet:
ſic intelligi debere, ne ſequatur incõue-
niens,& nè alicui fiat iniuſtitia, nã quod
iniuſtum eſt,continuo eſt illicitum,ac Pa
pæ inconueniens , & quaſi impoſſibile,
quia ſecundum Theolegos,omne inde-
cens eſt impoſſibile Deo . & ſequuntur
alij relati per Felyn. dicto loco.Abbas in
cap. conſtitutus . nu. 14. extr. de relig.
dom.& in ſua diſputatio.Epiſcopus .

25 Ampliatur concluſio proximè relata,
vt Papa de plenitudine ſuę poteſtatis pri
uare poſſit prælatos eccleſiaſticos,& eos
deponere etiam non citatos, ſic conclu-
dunt Hoſtien. & Abb.in cap.ſicut vnire,
extr.de exceſ. prælator. ſequuntur Are-
tin.conſ.165.col.7.Socin.d.conſ.164.nu.
14.& conſi.266.nume.46.in 2.& conſi.
87.nume.21.in 3.quorum deciſio funda
tur in ſuprema poteſtate Papæ circa be-
neficialia:Tu verò dicas,id generale eſſe,
vt Papa, & quilibet alius Princeps reuo-
care poſſit quaſcunque gratioſas conceſ
ſiones etiam ſine citatione partis,vel alia
cauſæ cognitione , ſicuti dixi ſupra num.
20.Notandum tamen eſt , quòd cum Pa
pa pro ſuæ volũtatis arbitrio, aufert be-
neficium alicui, & alteri concedit , tene-
tur illi de alio beneficio prouidere, Inn.
in c.niſi cum pridem,ex.de renunc.ſequi
tur Felin.in d. c. quæ in eccleſiarum, col.
11.Bal.in c. 1.§.ad hæc,col.6.in tit.de pa-
ce iur.fir. Natta conſ.122. nu.16.

26 Intellige ſecũdo,cum priuilegium ſtat
in ſuis terminis : ſecus autem ſi vlterius
ex priuilegio tranſlatum ſit dominium
directum,vel vtile in rem.nam Princeps
dominium ſic translatum ſine cauſa au-
ferre non poterit etiam ſubdito, quam-
uis ex gratioſa conceſſione translatum ,
ſic Aretin.& poſt eum Felyn. in d.c.no-
uit,nu.21.& ante eos Paul.Caſt. in l. di-
gna vox. C.de legib.vbi quòd nec etiam
de plenitudine poteſtatis ſine cauſa.

27 Et poteſt eſſe ratio:quia Princeps nõ
poteſt vtile dominium, vel directum,ſub
dito ſuo quæſitum , etiam ex titulo iuris
ciuilis,ſine cauſa tollere.l.3.vbi Bar.not.
C.de fund. patrimonial. libro 11. Abb.
conſil.3.num.6.in 2.pulchre.Paul.Caſt.
conſi.46.col.vlt. Alexand. in l.cum hære
des ff. de acq.poſſeſ.& in conſi.3.colum.
2.in 5.Felyn.d.c.quæ in eccleſiarum.nu.
70.cum ſeq.& nu.75.Iaſ.conſ. 177. in 2.
conſ. 86.& 93.in 3.adducit Bald. in ter-
minis in c. 1.de no.for.fidel. & idem tra-
diderunt



diderunt Dec.conſiſ.343.colum.3. pul-
chrè. Crau.conſi.7.nume.10.& 135.nu
mer.20.& 241.nu.12.Pariſ.conſi.1. nu.
32.in 1.Soci.iun.conſ.76.num. 13. in 1.
& 120.nu. 31. in 2. Decius conſil. 3.nu.
51.& conſi.56.nu.9.Ceſal.conſi. 27.nu.
53.& dicetur infra de vaſallis, & feudata
rijs.ſed contra,quòd princeps poſſit do-
miniũ per eum ex cauſa gratioſa in ſub-
ditum tranſlatũ reuocare , ẽt ſine cauſa,
præſuppoſuit Bal. in l. qui ſe patris . col.
pen.C.vnde lib.per tex. in l. qui agros .
C. de omni agro deſ.lib. 11.& idem Bal.
per illum tex.in l.nupta.ff.de ſenator.idẽ
clarè voluit Ange. in l.Anthiochenſium.
ff.de priui.cred.vbi inquit:quòd ſatis iu
ſta cauſa eſt reuocandi: quia princeps ip
ſe conceſſit ex gratia:ad hoc etiam eſt cla
ra deciſio.Iacob.Aluar.in cap. 1.in ti. de
his qui feud.dare poſ.& plures in hoc ad
ducit Dec.d.c.quæ in eccleſiarum,num.
36.& horum opinionem ſequitur , dum
tamen ex contractus cauſa dominium
quæſitum non fuerit. pro concordia pla
cet mihi diſtinctio Bar.Soci.d.conſ. 87.
ſub nume. 14.in 3.quòd Princeps de po
teſtate ordinaria nõ poſſit ſine cauſa ſub
dito auferre dominium quęſitum ex ti-
tulo iuris ciuilis , etiam quòd non ſit ex
contractu,ſed ex gratia, & priuilegio:&
ſic procedant dicta per Aretin.& Felyn.
in d. c. nouit,& per Felyn. in d.c.quæ in
Eccleſiarum.de plenitudine autem pote
ſtatis,poſſit ſubdito ſuo etiam ſine cauſa
auferre dominium ex titulo priuilegia-
to,non ex contractu oneroſo quæſitum,
& ita procedat deciſiones Bald. & alio-
rum,proximè relatæ,contra Paul.Caſtr.
in d.l. digna vox. ac idcirco feudalia ex
mero priuilegio ſubditis ſuis conceſſa ,
poteſt Princeps de plenitudine ſuę pote
ſtatis , citra aliam cauſam aduocare : ſic
probauit Socin.d.conſ.87.in 3.dubio,&
idem ſenſit Socin.ipſe conſil.4.nume.5.
& 7. in eo.volum. 3. Egid. Boſ. in tit. de
Principe.nume. 14.& nu.22.

28 Intellige tertiò cum priuilegium re-
manſit in terminis priuilegij , ſecus au-
tem ſi tranſiuiſſet in contractum:ex ſcri-
ptis autem per maiores noſtros, reperio
duobus modis in contractum tranſire :
primò cum conceditur ſubdito , pretio
accepto, nam trãſit in venditionem etiã
quòd Princeps vteretur verbo indulge-
mus:ſic Bal.in d. l. qui ſe patris,col. pen.
per tex.in l fin. C.de præd. curial. libro
vndecimo,vel cũ conceditur ob aliquod
factum,vel datum , implendum , vel im-
pletum commenſuratiuum ad priuile-
gium conceſſum : nam Princeps videre-
tur dolo facere,illud reuocando.l.ſi cum
mihi. ff. de dolo : & idem quoque notat
Bal.in ea.l.per illum tex.ſequuntur Pau.
de Caſt. in d.l.digna vox. Alex.conſi.101.
colum. 1.& 2.in 1. & 216.colum.2. in 2.
Aretin. & Felyn. in d. cap. nouit,nume.
21.idem Felyn.in c. 1. in 2.not. extr.de
probation.& Dec.poſt eum. Iaſ. conſil.
56.nu.2.in 1.Curt.iun. conſil. antepen.
& Natta conſi.268.nu.5. Ruin.conſi.29.
nu.4.in 1.conſ.230. col.pe.& 230.col.2.

29 Intellige, vt dixi , de pretio dato , aut
facto , quod ſit commenſuratiuum , vel
propè ad beneficium acceptum , aliàs ſi
gratia longe pręponderaret, non deſine
ret eſſe gratia,nec priuilegij nomen amit
teret,ſic Aretin.& Felyn.d.c. nouit. So-
cin.conſ.4.nu.5.6.& 7.in 3. Dec.pedem.
139.num. 10. & idem quoque eſſet,cum
priuilegium conceditur in remuneratio
nẽ grati ſeruitij:nam adhuc cauſę lucrati
uæ titulum retineret , ſicuti ex pluribus
tradidit Boſ. in ti. de Principe. nu. 323.
ſed contra,quod reddatur irreuocabile,
reſpondit Ruin. conſi.217. in 1. & hanc
contra Boſ. copioſe firmauit Roland.
cõſ.13.in 3.vbi latiſſimè in hac materia .

30 Secundò,priuilegium in contractum
tranſit cum non ſubdito conceditur , &
eſt ratio,quia in vim legis particularis ſu
ſtineri nequit : quoniam in non ſubditũ
collatum,idcirco ſuſtinetur in vim cõtra
ctus,ſic Cardinal.conſil. 147.col.vlt.& ſe
quuntur Doctor.communiter,vt per Fe
lyn.d.cap.nouit:ſub nume. 21. ideoque
ea ratione priuilegium non ſubdito con
ceſſum reuocari non poteſt.Innoc.& po
ſteriores ad eum in c. in noſtra , ext. de
iniur.Fely.poſt Aret.d.c.nouit.numerò
18, & ſeq. vbi concord. adducit Bald. &
Paul.

Paul. in d. l. digna vox. & idem Paul. d. conſil. 287. primum dubium: in 1. col. vol. 1. & conſil. 47. col. vlt. intellige etiam ſi poſtea iſte efficeretur ſubditus: ſic poſt Specul. Ioan. And. & cum plurib. aliis tradidit Alex. conſi. 101. colum. 1. & 2. in 1. latè Ruin. conſi. 105. in 5. quibus tamen caſibus Princeps proprium contractum reuocare poteſt, vt infra dicetur: eiſdem quoque, priuilegium, quod contractus naturam aſſumpſit, ſic Alexan. in dictis conſiliis 101. & 216. Item cum priuilegiũ non ſubdito conceſſum, pręter intentionem cõcedentis inciperet nimis lędere, reuocari, & reſolui poſſet: ſic Aret. in d. c. nouit per tex. in c. ſuggeſtum ext. de Decim. & in l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contr. emp. ſequitur Natta in conſil. 63. nume. 4.

31 Limita quæ modo dixi: cum Princeps per priuilegium iuriſdictionalia concedit: nam in his ſemper ſuperioris auctoritas intelligitur reſeruata, ad tex. cum materia in cap. venientes, extra de iureiuran. ac idcirco Princeps poteſt iuriſdictionem per priuilegium conceſſum pro ſuo arbitrio moderare, & ex cauſa reuocare, ſicuti Bal. docuit: in d. l. qui ſe patris. col. pen. ſecutus eſt Aretin. d. cap. nouit. colum. 3. Felyn. ſub nume. 19. Campeg. apud Brunum. conſ. 2. nume. 44. & pulchrè Cepol. in nouis conſ. 3. nu. 31. huic tamen limitationi adde nonnullas declarationes per Soci. iun. conſi. 126. nu. 33. & infra. in 3. Adde Bal. in c. 1. in ti. Quis dicatur Dux. circa princip. quod Princeps concurrit cum inferioribus in iuriſdictione, & poteſtate: ſicuti de Papa dixit Io. Monac. in c. ſi eo tempore: de reſcrip. in 6. quod dictum reaſſumpſit Natta conſ. 408. nu. 7. vbi intelligit cum princeps elegit ſibi officialem, vel ex priuilegio concedit iuriſdictionem, ſecus ſi ex contractu, ut per eundem nu. 8. & 9. & dixi infra nu. 51.

32 Quinta eſt concluſio: quòd vbi Princeps per viam priuilegii concedit aliqua, vel fiſcalia, non eſt neceſſaria clauſula, obſtantium derogatoria: quia ſatis apparet quòd Princeps procedẽdo per viam priuilegii, voluit derogare iuri communi, quoniam priuilegium eſt priuatio legis: ſic eleganter Bald. in l. item lapilli. colum. 2. ff. de rerum diuiſ. vbi inquit, quòd eo ipſo, quòd Princeps vocat priuilegium, & bullatur priuilegiorum bulla, priuilegium eſt: & idem quòd non ſit neceſſaria clauſula non obſtante, tradiderunt Hoſtienſ. Ioan. Andr. Domin. Butr. & alii relati per Felyn. in cap. nonnulli. numero quadrageſimoprimo. extra de reſcript. Cardin. poſt Lapum in clementina prima. in 3. quæſtio. de cenſibus, vbi in priuilegio in terminis illius clement. quam tamen concluſionem limitauit Felyn. ipſe, cum priuilegium tendit ad præiudicium tertii, quod latius proſequere, vt ibi.

33 Sexta eſt cõcluſio reſcripta fiſco damnoſa impetrari nõ debent. l. nec damnoſa. C. de precib. Imper. offer. canonizata 25. q. 2. nec damnoſa: & impetrata à iudicibus refutari debent. l. fin. C. eo. & ſi cõtinent impetrationem rei fiſcalis, ſeu in fiſcum deuolutæ, etiam poſſeſſione nondum per fiſcum apprehenſa, impetratio ipſo iure nulla eſt. l. 1. & 2. C. de petit. bon. ſubl. & l. fin. C. de fund. & ſaltib. rei domin.

34 Ideoque non valere reſcriptum impetratum ſuper reſtitutione pœnæ iam fiſco incorporatę, per illa iura decidunt Bal. Paul. & Iaſo. in d. l. nec damnoſa: vbi ſecus concludunt cum pœna adhuc non eſt incorporata, licet delinquens ſit condemnatus, per caſum in d. l. reſcripta: & ratio eſt, quia in pœnis nondum exactis, fiſcus agit de lucro. l. apud Celſum. §. de auctoris. ff. de doli excep. l. 1. C. pœnis fiſcal. cred. præfer. ideo reſcriptum fiſco damnoſum non eſt, cum autem pęna eſt iam incorporata, fiſcus agit de damno.

35 Quia lucra quæſita amittere, damnũ eſt, gloſſ. & Bartol. in l. prima. §. ſi quis autem propter. ff. de itinere actuque priu. Alexan. poſt plures in lege non amplius. §. fina. ff. de legatis primo. Iaſon in lege cum quis. columna ſecunda. C. de iur. & fac. ignor. Sed contra, quòd etiam non incorporata impetrari nequeant, fiſco tamen



tamen delata videtur caſus in dict. l. 1. & 2. reſpond. quòd in confiſcatis, & vacantibus, fiſcus dominium habet, quamuis nondum apprehẽderit eorum poſſeſſionem, ſed in pœnis aliud eſſe, vel ſecundò impetratum reſcriptum circa pęnam nõ incorporatam valet fauore liberationis.

36 Nota tamen quia literæ continentes remiſſionem delicti, & liberationem à pęna, non valent, niſi cauſa condemnationis, & quælibet facti qualitas fuerit narrata: nam aliàs ſubreptitiæ cenſerentur, Bal. in l. præſcriptione. num. 20. C. ſi contra ius. Iaſo. in dict. l. nec damnoſa.

37 Et adeo impetratio de rebus fiſci, & regalijs, ad partis poſtulationem non valet, vt etiam impetrans, officiales, & palatini, qui impetrationi auctorarunt, puniantur, vt probatur in dictis iuribus, & eſt ratio, quia ad importunitatem præcantium conceſſio facta præſumitur, vt clare dicitur in eis iuribus: ideo motu proprio Principis facta valet, vt ibi: & inde notant gloſ. & doct. & in dicta lege nec damnoſa.

38 Nil mirum, quia motus proprius excludit omnem ſubreptionem, & obtinentis importunitatem, c. ſi motu proprio: de preben. in 6. Roman. conſ. 436. quod indultum. Barbat. conſ. 13. col. 6. in 3. Siluan. conſ. 1. nu. 20. pleniſſimè Abbas & Felyn. in cap. nonnulli. numero quadrageſimotertio, de reſcript. & vbi lex prohibet impetrationem, motus proprius eã valere facit. Baldus in l. finali, ad finem: verſic. vlterius oppono. C. ſent. reſc. non poſ. & horum eſt ratio: quia motus proprius eſt mera Principis voluntas, cui leges non imperant, dixi ſupra in hoc titulo, numero quarto. & plura congerit Siluan. d. loco.

39 Sic etiam, ſi ad poſtulationem impetrantis geminatum emanaſſet reſcriptũ, ſuſtineretur impetratio: quia ſecunda iuſſio vim habet motus proprij. §. & hoc verò iubemus: in Authenti. vt nulli iud. per quam ſic gloſ. Bal. Iaſon. & communiter Doctores, in dicta lege, nec damnoſa: modò tamen in ſecundo ſit facta mẽtio de primo, ſicuti aduertit. Iaſ. ibi, & eũ effectum operatur vis actus geminati, nẽpe geminatio plurimum operatur ad firmandũ intentionem agentis, ſic in terminis iſtis Fel. in c. ſi cautio. nu. trigeſimoprimo, extra de fide inſtru. & latius idẽ Felyn. in dicto c. nonnulli. numero quinquageſimoſecundo, vbi pleniſſime demonſtrat, quòd ſecũda iuſſio habet vim clauſulæ, non obſtante. pulchrè Socin. conſ. 3. ſub nu. 11. in 3.

40 Item ſi in reſcripto ad poſtulationem partis obtento, Princeps conceſſionem feciſſet, cum clauſula, non obſtantibus dictis legibus, vel non obſtantibus aliquibus legibus in contrarium facientibus, equidem valeret conceſſio, ſicuti fatentur gloſ. & doct. in locis præcitatis, & Felyn. in dicto cap. nonnulli. numero vigeſimoprimo, & infra, vbi latiſſime ſcribit de vi illius clauſulæ. Socin. conſilio tertio numer. decimo in 3. Decius conſil. 141. numero decimo. Iaſo. in l. fin. C. ſi contra ius: quia Princeps iuri poſitiuo derogare poteſt: quia ob hanc clauſulam conſtat Principem noluiſſe ſe ſupponere legibus, ſed voluiſſe vti plenitudine poteſtatis: ſic Innocent. in cap. innotuit, extra de elect. Abb. in cap. ad hæc, extra de reſcript. in verſicul. ex his infertur. Alexan. conſilio trigeſimo. columna tertia in 5. Afflict. in capit. 1. in 3. notab. nu. 113. in titul. de prohib. feud. alien. per Fed.

41 Cum enim Princeps reſcribendo, poteſtatis plenitndine vtitur, nec de præiudicio tertij, ſed de re ipſius Principis agitur, omnia ceſſant obſtantia: quia Princeps eſt lex animata in terris, ſupra leges ſcriptas, & quod Princeps de plenitudine poteſtatis facit, legis habet vigorem, ac ideo clauſula iſta omnibus alijs potentior eſt: ſicuti poſt Abbat. & plures alios tradidit Fel. dicto cap. nonnulli. nu. 30. & latius nume. 51.

42 Idem eſt, cum Princeps ex certa ſua ſcientia reſcribit: nam clauſula iſta demõſtrat Principis enixam voluntatem in eo actu, ac ideo illius validitatem operatur, ac ſi de plenitudine poteſtatis feciſſet: & obſtantia derogaſſet, ideoque clauſula iſta ęquiualet clauſulæ de plenitudine pote-

poteſtatis,& clauſulæ,non obſtantibus, quia quod factum eſt ex certa Principis ſcientia,in dubium reuocari nō poteſt: ſic Oldrad. conſi. 257. factum tale eſt, columna quarta.Bartol. in l. conficiuntur. §. codicilli.ff. de iure codicill. & in ſuo conſil. 196.ciuitati Camerin.columna ſecunda.Bald.in l.eos, in princ. C.de appell.pleniſſime omnium Felyn. in dicto capitulo nonnulli. numero quadrageſimoquarto. Alexan. conſil. 216.nec arguendi.columna quinta,in 2. Decius conſil. 191.columna ſecunda, & conſil. 341.nume.4. Natta conſ. 340. num.8. Afflict. in cap. 1.§.naturales.nume. quadrageſimoſexto,in titu. ſi de feudo,vbi, quòd ęquiualet motui proprio,poſt Bal. & Iſer. ibi Socin. iunior. conſil. 68.columna 2. in 3. vbi plura de hac clauſula.

43 Nota tamen pro ſolemni horum limitatione,nā Paul.Caſtr. in dicta lege,nec damnoſa: intellexit præmiſſas limitationes, & reſcripta valere,cum de modico fiſci pręiudicio agitur,ſed ſi de graui,expectanda ſit ſecunda iuſſio: ad quod inducit tex.illum cum ſua materia.cogita: quia eſt vtile dictum, cum autem Princeps reſcribendo procedit,planum eſt, quod reſcriptum non obligat reſcribentem, nec ſucceſſorem. Quia vt dixi, Princeps eſt ſupra leges ſcriptas, & non ſcriptas.

44 In quarto autem articulo,cum Princeps procedit contrahendo notandum primo eſt, quòd ex contractu Princeps obligatur efficaciter, etiam Papa & Imperator:ſicuti eſt caſus,& inde notāt Canon. omnes in c. 1. extr. de probation. Bal.& Iaſ.in l. 1.ff.de pact.Bar. & omnes in l.ciuitas.ff.ſi cert. peta.Bald. Fulg. & Paul.in l. digna vox.C.de legibus, & eſt caſus in l.2.& 3.C. de quadr.præſcrip.& in l. quod ſemel, vbi Bart. ff. de decret. ab ord.fac.& adeo obligatur,vt nec etiā poſſit contractum ipſum de plenitudine poteſtatis reuocare. Decius poſt alios dicto capit. 1. in prima columna,ſiue celebratus ſit cum ſubdito,ſiue cū alio.Decius ibi,& pulchrè Grammatic.deciſ.65. numero vigeſimoſexto,& vigeſimoſeptimo, & eſt ratio, quia Princeps in contrahendo, conſideratur vti priuatus, non vti Princeps: ſic Cardin.dicto conſil. 147.colum. penulti. ideoque in contractibus Princeps vtitur iure communi non priuilegio:Bal.in l.ex imperfecto.C. de teſtam.Dec.conſil.286.numero 7.nil mirum hæc,quia aliàs cum Principe nemo cōtraheret, & ſic hominū comercio careret,quod ſibi pęnale eſſet, ad tex.in l. hi qui ſanctā.C. de apoſtat. qua ratione ſi arguit Roman. conſil.352.numer. 24. latiſſimè ſcripſi in 6. par. in princip.

45 Et adeo valida eſt obligatio ꝑ Principē ex cōuentione contracta, vt nec ipſe, nec illius ſucceſſor, ſiue per electionem, ſiue per ſucceſſionem, poſſit contractū ſuū,vel ſui præceſſoris infringere, vel aliter ab eo recedere. Old. d.cōſ.94.Bar.& alij in d. l.ciuitas. vbi inquit,quòd contractus tranſit in vim legis irreuocabilis: ſequitur ex pluribus Ruin.in conſil. 93. col.3.in 4. idem Bar.& Angel.in l.prohibere.§. 1.ff.quod vi aut clam. Canon.omnes in d.c.1.Bal.conſil.271.in 1. & in c. 1. nume. 35. de his qui feu.da. poſ. Caſtrenſ. conſil.317.col.vlt.in 1.Soci.conſ. 4.col.1.in 3.Iaſ. in l. 1. nu. 4. ff.de conſt. princ. & in conſi. 1.in 2.dubio.vol. 1.& conſ.10.in 3.vbi in filijs Principis Afflic. in Rub.qui ſucceſſ.ten.Sigiſ.Lofred.conſil.38. in 2.dub.Roland.Val.conſil.137. in 4. Dec.Pedemon. 139.numero vndecimo. Siluan.conſ.63.nu. 13. & 66. nu. 24.Bertazol.conſi.33.nu.14.vbi etiam. quod Princeps ſucceſſor tenetur contractum approbare cum omnibus ſuis qualitatibus: Amplia etiam, quòd contractus ſit ex cauſa donationis, & liberalitatis: latiſſimè Natta conſ.122.num.2. & ſeq. vbi etiam in ſucceſſore per electionem, & licet Bald. in l. 1. ff. de conſtit. princ,& in tit.de pace conſtantiæ, in verbo ſucceſſorum, aliud ſenſerit:attamen malè loquitur & reprehenditur ſub nu. 9. & ultra ſupra adductus adde eundem Nattam conſ.636.nu.16.Soci.iun.conſ. 60.nu.19.in 3.Crau.conſ.241.nu.17.Roland.conſil. 1.nu.42. in 2.Menoch. qui alios adducit conſ. 263.nu.18.

Diccbat



46 Dicebat tamen notanter Bal. in d.l. qui ſe patris.col.pen.quòd Princeps poteſt reuocare cōtractū ſecundum ipſius naturam, ad text.in l. fundi.C.de fund. patrimo.lib. 11. ideo conductores rerū fiſcalium non ſoluentes conſtitutis temporibus, expelli poſſunt.l. vectigalia. §. non ſolutis.ff.de publican. quia id eſt ex natura contractus.l.quæro.§.inter locatorem.ff. locati:ex qua ſanè Bald. declaratione plura inferuntur notatu digna.

47 Primò,quòd conceſſio facta per Principem ex contractu de aliqua re, non irritatur per ſecundam conceſſionem alteri de eadem re factam:quamuis ſecundo res tradita fuiſſet: ſic Roman.conſi.298. circa præmiſſam:vbi concludit, primam præualere,per caſum in c. Abbate ſanè. de re iudic.in 6.& per plura alia iura, & rationes: nec obſtare Imperatorum deciſiones in l.2.& 3.C.de quadr.pręſcrip. quia ſecundum eum,iura illa locum non habent in conceſſione facta duobus, & ideo primus pręferatur, quamuis ſecundo res tradita fuerit: idem ſcripſerunt Bal.& Pau. in l.2.C.de legib.& idem ſenſit d.Abb.conſi.93.in quæſtione:in 3.dubio.volu. 2.adducit: quia Princeps non poteſt proprio cōtractui derogare, nec præſumitur derogare voluiſſe iuri alteri quæſito, ex ſuo præcedente contractu: & idem ſecutus Roman. tradidit Iaſon. conſilio vigeſimoſeptimo.columna ſecū da,in primo,& in l.quoties.columna ſecunda. C. de rei vendic. Decius conſil. 689. columna prima, & ſecunda. Pariſ. conſil. 11. numero quadrageſimo in 1. vbi in eodem caſu. Cum his etiam concordat Socin.iunior conſil.93.ſub num. 16.& 17.in 2.vbi in eodem quoque caſu determinat: quod Papa concedendo ſecundo,quod prius per contractum conceſſerat primo, non liberatur à primo, ſed vtrique obligatus remanet: & ſi primus præualet, tenetur ſecūdo ad totale intereſſe,& è contra. Nā Princeps ob in obſeruantiā contractus tenetur parti ad totale illius intereſſe: ſicuti Socin. tradidit conſil. 156. colum. 1. in 2. & conſil. 4. colum. 2.in 3.

48 Diſcrepat autem Socin. ipſe ab illis, in alio: nempe decidit ſecundum, cui à Principe res tradita fuit, prærerri in re ipſa priori contrahenti, cui res tradita non fuit,iuxta text.in l.quoties.C.de rei vend.quā legem cum ſua materia procedere,etiā in cōtractibus Principis,& fiſcalibus,aſſeuerauit ipſe in d.cōſ.& in cōſi.ſeq.& late Iaſ.in d.l.quoties,col.2.& 3.

49 Nec mirum, quia ex ſolo Principis contractu,citra rei traditionem, dominium non transfertur, pro vt nec inter priuatos,veluti tradiderunt idem Iaſ.& Dec.poſt alios per eos ralatos in l.traditionibus. C.de pactis:niſi expreſſe appareat, Principem voluiſſe per ſuum contractum transferre à ſe dominium, in ſuſcipientem: ſicuti Bald. tradidit in capitulo primo.§. 1. in titulo de noua for. fidel.& ſequitur Afflictus ibi in ſecunda colum. Socin.iunior.dicto conſil.94.numero 16.Nam ſupra relati Doctores cōtrarium ſenſerunt, volentes, vt primus contrahens pręferatur ſecundo, etiam quòd huic à Principe res tradita fuiſſe: ſed pro ſecundo, contra eos, ſtat communis opinio, quam late firmauit Afflictus in capitulo primo,ſub numero quinto cum ſequent. in titul. qui ſucce. tenea. vbi tamen limitat 16. modis.

50 Secundò infero, quòd Princeps donationes per ſe factas reuocare poterit ex illis cauſis, de quibus per totū titulū, C.de reuo.dona.nec aliter poterit: quia donatio inter viuos perfecta. pro ſui natura,extra ſuas cauſas,eſt irreuocabilis.l. perfectam. C. de donatio. quę ſub mo. & à principio eſt voluntatis,ex poſt verò neceſſitatis ad legem ſicut,C. de actio. & obligat. & ſic ſenſit Roman. dicto conſil.298.columna prima,dum inducit textum in cap.Abbate ſanè: de re iudic. in 6. & expreſſe Bald. dicto conſil. 327. in principio.volumine primo, quamobrē puto, non rectè ſenſiſſe Angelum in l. Anthiocenſium. ff. de priuileg. credit. quatenus ſenſiſſe videtur, quod Princeps donata per eum, libere reuocare poſſit: & ſufficiat pro cauſa: quia Princeps ipſe dedit: nam ratio hæc potius in

oppo-

oppoſitum concludit, quoniam liberali-
tas proprium eſt Principum munus: Bal-
dus in l. in legatis. C. de legat. Adde,
quòd Felyn. in dicto capitulo, quæ in Ec
cleſiarum. numero ſexageſimooctauo,
ex multis improbauit illud Angeli dictũ.
51 Tertiò infero Principes priuare poſ-
ſe emphyteutas, & feudatarios ex cauſis
propter quas emphyteutæ, & vaſalli iu-
re ſcripto, & ſecundum naturam contra
ctus emphyteutici, & feudalis amittunt
feudum, & emphyteuſim, de quibus ple
niſſime in l. ſecunda, & fina. C. de iure
emphyt. & titu. ex quibus cauſis. feud.
amit. & in alijs titulis, quamuis quòd
etiam abſque alia cauſa, ſed ex poteſta-
tis plenitudine poſſint Principes ſuprẽ-
mi deponere, & diſueſtire Barones, &
feudatarios. reſponderit Bald. dicens,
quòd hoc iure vtuntur Imperatores, &
Reges in Regno, & Imperio ſuo, quia po
nũt, & deponunt Duces, Comites, Baro
nes, & feudatarios pro libito ſuo, vt per
eum in ſuo conſi. 327. columna ſecunda,
& columna penultima, & conſi. ſequent.
in 1. & malè, niſi intelligamus hæc dicta
in feudo ad ſupplicationem, & per viam
gratiæ, & priuilegij conceſſo, quod qui-
dem pro ſui natura ad Principis conce-
dentis voluntatem de poteſtatis plenitu
dine reuocabile eſt, ad ea, quæ ſupra di-
xi: & in ſpecie Natta conſ. 408. nu. 10. &
notatur in dicto capitulo primo. §. 1. in
titul. de no. for. fidel. cęterum per contra
ctum feudalem facta conceſſio: quia eſt
obligatoria hincinde, tam ex parte Do-
mini, quàm ex parte vaſalli, ſicuti Bal.
& poſteriores omnes tradiderunt, in di-
cto capitulo primo §. 1. vbi quòd domi-
nus tenetur tradere vaſallo rem per feu
dum alienatam, aliàs cõueniri poteſt ad
totale intereſſe, ſicuti quilibet priuatus,
vt per Afflict. ibi. numero duodecimo,
proinde non poteſt Dominus etiam de
plenitudine poteſtatis priuare vaſallũ
de ſuo feudo ſibi per contractum acqui
ſito, citra legitimam, & rationalem cau-
ſam: & ſi aliter facit, iniuriam facit, & de
facto non de iure: ſic in Papa, vt ab eo in
cipiamus, tradidit Bald. ipſe conſil. 324.
& 327. in 1. Cardin. de Turre Crema. in
tractat. de Eccleſ. cap. 113. columna pe-
nultima. Iaſo. conſil. 86. col. 3. in 3. De-
cius conſ. 689. Pariſius conſ. 11. nu. 48.
& ſequent. in 1. Socin. ſenior apud Brun.
conſ. 10. nume. 20. & infra, & generaliter
in Imperatore, Regibus, & alijs principi-
bus. not. in cap. 1. de feudo ſine cul. non
amit. & vbique ſcribentes. Paul. Caſt. di
cto conſ. 46. col. vlt. in 2. Curt. de feud. in
2. part. quęſtio. 12. Ruin. conſ. 36. nu. 22.
in 1. Gulielm. Pernò in conſ. 16. Socin.
iun. conſ. 115. col. 2. in 2. & 126. nu. 17. in
3. & ex facto conſulti pro Illuſt. Do. Pir-
ro, & Federico Gonzaghis reſponderũt.
Dec. conſ. 544. & Ruin. conſ. 4. in 5. ſic
etiam conſulendo tradidit Iaſ. conſ. 56.
in 1. & conſ. 177. col. 2. in 2. vbi adducit
Bal. in terminis ſic dicentem in cap. 1. de
ſucceſ. feudi, & in c. 1. in prin. de his qui
feu. dare poſ. idem ſcripſerunt Cur. iun.
conſ. 1. col. 10. & conſi. 100. nu. 4. Boſ. in
titu. de Principe. nu. 24. Decian. conſ. 23.
num. 1. in 1. & ſicut non poteſt Princeps
reuocare feudum ex contractu conceſ-
ſum, ſic etiam non poteſt minuere, vel
alterare, nec ſtatum vaſalorum in eorum
pręiudicium diminuere: Bal. d. conſ. 327.
quia perfecto contractui nihil addi põt,
vel minui, l. perfecta C. de don. quæ ſub
mo. ſequuntur Natta conſ. 408. nu. 9. So-
cin. iun. conſ. 126. nu. 12. in 3. Ruin. 229.
nu. 10. in 1. & ſi dominus ex cauſa minue
ret caſtrum, vel rem feudalem, teneretur
reſarcire vaſallum: ſic pro Comite Valẽ-
tiæ conſultum fuit, vt apud Nattam cõſ.
554. Adde quę in hac re pręclare ſcripſit
Grammat. deciſ. 105. col. 2. & nu. 63. 64.
vbi late probat Principes ſine cauſa non
poſſe priuare vaſallos feudis ſuis.
52 Et ibi ſubiungit, quod non ſtatur di-
cto Principis, & eius aſſertioni de culpa
vaſalli, ſed conſtare debet per legitimas
probationes: adducit Andr. Iſern. in cap.
fin. in ti. quo temp. miles: vbi nouum poſ
ſeſſorem inſtituit, vt ſumere debeat pro
bationes, & documenta, ex quibus appa
rere poſſit de culpa prioris vaſalli: quod
etiam tradiderunt Alex. conſ. 124. in 1.
Ruin. conſil. 147. nu. 8. in 1. idem Ruin.
&



& Dec. in pręallegatis conſilijs. Iaſ. d. con
ſil. 86. col. 4. vbi, quòd nec etiam Papæ
creditur, & idem Curt. loco præalleg.
Boſius in titulo de Principe. nume. 80.
Afflict. in dicto cap. fina. nume. 23. & la-
tius idem Afflictus in cap. 1. qui ſucce.
teneant. ſub num. 69. cum plurib. ſeq.
vbi adducit plures limitationes: inter
quas probabilis illa eſt: cũ Princeps feu-
dum aufert, & alteri confert, narrando
cauſam legitimam priuationis prioris va
ſalli, & res eſt in antiquis: nam his omni-
bus cõcurrẽtibus ſtatur narrationi Prin-
cipis, nec facile feudum à nouo poſſeſſo-
re vendicatur: ſic eleganter Bar. Soci. cõ
ſi. 266. col. 10. verſ. abſolutis. Corn. conſ.
312. col. 5. in 1. Crauetta de antiq. temp.
in 1. part. in §. non omitto, nu. 35. Franc.
Bec. conſ. 56. nu. 23. & plures in id citat
Ceſal. conſ. 302. nu. 3. cuius tamen cõtra
rium late firmat ſub nu. 70. & infra etiã
in antiquis nu. 86. pręſertim in grauiter
præiudicialibus.
Ex leui tamen cauſa Imperatores &
Reges feudatarios ſuos deponere & pri
uare poſſe conciliando opiniones tradi-
dit Lucas de Penna in l. fin. C. de locat.
pręd. ciuil. li. 11. & fuit verbum Bal. conſi
lio 333. col. 2. in 1. & nota, ꝙ ſi cauſa ſub-
eſt extra culpã vaſalli: tenetur Dominus
prouidere vaſallo de æquipollenti, per
gloſ. in c. 1. §. ad hæc, in ti. de pace iur. fir.
& quod no. Bal. ibi col. 5. & in ſpecie ſic
ſcripſit Natta conſ. 555. nu. 14. & 15. fa-
ciunt optimè quæ ſcripſi in ti. de Banni.
reſtit. nu. 52. & quę de Papa ſcripſi ſupra
53 num. 25. Et his adde, ꝙ licet aliàs in actu
Principis præſumatur cauſa, ad notata
per Cyn. & Bal. in l. reſcripta. C. de preci
bus imper. offer. fallit tamen cum Prin-
ceps aufert feuda vaſallis ſuis, quia de
culpa cũ cauſæ cognitione conſtare dẽt,
ſic Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 82.
poſt Abbat. ibi in pen. col. Ruin. conſ. 7.
54 nu. 19. in 1. & latius conſ. 36. nu. 16. Cũ
aũt Princeps ad priuationẽ vaſalli pro-
greditur ex cauſa, equidem vaſallus citã-
dus eſt, & cũ cauſæ cognitione Princeps
procedere debet, nil mirum quia agitur
de auferendo ſibi dominium vtile & ius
in rem quæſitum ex contractu feudali,
quæ cum ſine cauſa auferri nequeãt, ad
not. in l. fin. C. ſi contra ius; & in c. quę in
eccleſiarũ extra de conſti. idcirco poſſeſ
ſor citandus eſt, vt defenſiones ſuas in-
ſtruere poſſit; alioquin lata ſentẽtia pri-
uatoria aduerſus eũ non citatũ ex defe-
ctu ſubſtantiali omiſſæ citationis, nulla
eſt, & inualida, vt eſt caſus in clem. paſto-
ralis: de re iud. nam ea rõne Clemens V.
pronunciauit ſententiã Henrici Impera
toris aduerſus Regẽ Robertũ nullam, &
inualidã: & ſiquidem Princeps procedit
ciuiliter ob aliquã cauſam, etiam quę nõ
ſapiat criminalitatẽ, & hoc caſu licet ne-
55 gocium cum ſubdito agatur, neceſſaria
adhuc erit citatio, quamuis Princeps di
xerit id facere de plenitudine poteſtatis:
quia non poteſt Princeps ſubditũ ſuum
non citatum, & ex cauſa conuictũ, ſpolia
re dominio rei ſuæ, quæſito ſibi de iure-
gentium, vel ex contractu cũ Principe
ipſo, vel illius præceſſore celebrato, ſic ar
guit Iaſ. in terminis d. conſ. 177. col. 2. in
2. Socin. multũ pulchre & eleganter in d.
cõſ. 266. nu. 49. vbi in Papa, adducit mul
tos, & per cęteris glo. memorandã Ioan.
Monac. in extrauag. Bonifacij; Rem non
nouã. & idem Socin. conſ. 164. ſub nu. 16.
in 2. & vtrobique loquitur in Papa idẽ
& multo magis ſi procedat criminaliter,
ſicuti Soci. ipſe præclare in eis conſilijs
declarauit; & late Franc. Aretin. in ſuo fa
moſo conſ. 165. edito aduerſus interdi-
ctum Sixti Quarti emanatum cõtra ex-
celſam Rempub. Florent. vbi optime in
materia iſta, & in pũcto, quod curia par
lamenti regni Franciæ non potuerit pro
cedere ad priuationem feudi, vaſallo nõ
citato, firmauit Maria. ſen. conſ. 12. in 1.
dubio vol. 1. & hæc vera ſunt etiam quod
Princeps proceſſerit reſcribendo de ple
nitudine ſuę poteſtatis; ſicuti declarauit
Socin. in dictis conſiliis, ſecutus eſt Rui.
conſ. 229. col. pen. in 1. Et adde, quod ſi-
cut Princeps non poteſt vaſallũ de toto
feudo priuare, nec etiam poteſt in aliqua
parte detrahere, quia eadem eſt ratio. ſic
ex pluribus Socin. Iun. conſi. 126. nume.
12. 13. & ſeq. in 3. vbi infert, quod nõ po-
E teſt

teſt diminuere iuriſdictionem per contractum feudalem in vaſallum translatã. & idem Soc.conſi. 76.nu.44.in 4.& comprobatur ex dictis ſupra ante num.52.& infra nume.69.& plura, quòd in Principe cum procedit etiam contra ſubditum requiratur citatio, aliàs actus ſit nullus, ſcribit Alex. conſ. 11.col.1.& nu.4.in 7.

56 Fatentur tamẽ ſcriptores Dominum feudi poſſe priuare vaſallos ſuos in aliquibus caſibus, etiam non citatos; primus eſt cum vaſallus habuit feudum ex mera gratia & priuilegio Principis, de quo caſu latius dixi ſupra nu.26.non repeto hic. Secundus caſus eſt, cum Princeps abſque aliqua cauſa poſſet vaſallum inuitum priuare re ſua, & feudo ſuo, veluti per gratiam & priuilegium conceſſo.nam & abſque citatione de plenitudine poteſtatis poſſet Princeps illum priuare, quia quę nobis inuitis fieri poſsũt, ea quoque fieri poſſunt nobis ignorantibus, l.qui poteſt inuitis.ff.de reg.iur.vbi Dec.ſic no.& ita arguit Oldr.conſ.95.in fine, Paul.Caſt.conſ.34.ſuper primo, vol. 2.allegat tex.in l.4.§.1.ff.de fideic. lib. Roman.conſ.202.quo ad primum, Alex. in l.ſi pacto quo pœnam.col.vlt.C.de pact. idem Alex.poſt Paul.Caſt.in l.recuſare, in prin.ff.ad Trebellian.& in conſ. 2.col. 6.& conſ. 129.in 1.Socin.d.conſ.87.ſub nume.21.& in conſi.4.col. pen. Iaſ. in l. qui in aliena col.3. ff. de acquir. hæred. præclare idem Dec.conſ.191.col.3.Vantius in tit.de nullit.ex def.citat.num.20. nil mirum, quia citatio requiritur rõne defenſionis naturalis, quæ tolli non põt, quia aũt hic nulla defenſio cadere põt, cum negociũ à ſola Principis voluntate pẽdeat; idcirco citatio neceſſaria nõ eſt.

57 Tertius caſus eſt, cum vaſallus commiſiſſet aliquam culpam notoriam, ob quã de iure feudum amitteret, tunc enim feudum abſq; aliqua citatione poſſet ab eo per dominum auferri ex illa notoria culpa, quæ producit iuſtam cauſam priuationis, & ratio eſt: quia notorie conſtat nullam ſibi competere defenſionẽ, ideo citatio nõ requiritur.gloſ. communiter recepta in c.cum olim.de re iud.Roman. in l.1.C.de hæred.inſtit. ideo notorium rebellẽ poteſt Princeps feudis & rebus ſuis ſpoliare abſque vlteriori citatione; ſic in terminis, ex præmiſſis, & alijs, Soc. ſen.d.conſ.87.ſub nu.21.& 22.& conſ.4. ſub nu.24.in 3.Lucas de Penna in l.cum allegatis, in 5.col.C.de re milit.lib. 12.& in l.1.C.de petit.bon.ſubl. latiſſime Affl. in c. 1. §.ſancimus in tit. quo temp.mil. Corn.conſ.96.col.1.& 2.in 4.Grammatic.deciſ.105.col. 3.& 4.& in deciſ. 71. nu.13.Berous cõſ.176.nu.96.D.Decian. qui alios adducit conſ.18.nu.335.& conſi.19.in 3.vol.& idem generale eſt in aliis notorijs criminibus, pro quibus bona de iure ſic criminoſis auferũtur, veluti pro crimine hæreſis notorio, & huiuſmodi:- Domini.in c.cum ſecundum, in prin. de hæreti. in 6.Abbas in c. cum non ab homine, col.8.ext.de iudi.Felyn.in c.1. nume.60.ext.de conſtit.

58 Intellige in notorio tali, adeo ut parti nulla poſſet competere defenſio, aliàs citatio & ſententia requireretur: ſic conciliãdo opiniones diſtinxit D. Abbas in cap. cum olim, numer.20. de re iudic. & in ſuo conſil. 52. quæſtione octaua, volumine tertio. Dec. in l. fin. numer. 15. ff. de iuriſd. om. iud. & in cap. cum ſit. §.fin. de appellatio. Iaſ. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. Hippol. Marſil. in repeti. l. de vnoquoque, numero nono, ff. de re iudic. Quale autem ſit: præclare docuit Aret. conſil. 165. columna octaua, verſ. venio ad ſecundũ, vbi poſt Innocent.But.& Abb. in c. ueſtra, extra de cohab. cler. & mul. tradidit, quòd licet factum tale ſit, quod ſecundum ſuum genus ſit prohibitum, ſi tamen aliquo caſu licite fieri poteſt: factum illud, quamuis notoriũ, non poteſt cẽſeri inexcuſabile, vnde infert quòd cũ in iure in certis caſibus permiſſum ſit homicidium, etiam in perſonas eccleſiaſticas, idcirco licet homicidium ſit notorium.quia tamen ex aliquibus cauſis iuſtificari poteſt: homicidam perſonæ eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutę ob notorietatẽ delicti non aliter puniri poſſe, niſi pręcedẽte citatione, ꝙ ſi crimẽ nullo





caſu ſit excuſabile, veluti adulteriũ, blaſfemia, hæreſis, & huiuſmodi, eo caſu procedi poſſit ad ſententiam, ſeu ad declaratoriam, & ablationem bonorum, ẽt parte non citata, & ad hoc inducit tex. in c.quanto, extra de transl.epiſ.nam trãſire ad aliam eccleſiam, omnino nõ licet epiſcopo, ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, ideo crimen illud notorium erat ſummo Pontifici, quia ſciebat ipſe, non dediſſe licentiam: ſecutus eſt Felyn. cap. Rodulphus, columna pen.de reſcrip.Ruin.conſil.31.col.2.in 5 & ſub nu.13.& in materia Ferrett.conſ.31.

59 Per quem ſanè rationem, aliàs dicebam, & obtinui, quòd Ill. D. Epiſcopus Paduanus potuit, non citato vaſallo, declarare eum decadutum de quodã feudo decimali.quia illud alienauerat incõſulto & irrequiſito ipſo domino, prout de alienatione apparebat per publicum inſtrumentum, quod facit rem notoriã, & manifeſtam, ad ſcripta per Bal. in l.cũ precibus. C. de probat. & ꝓ intruſionẽ emptoris in poſſeſſionem feudi: de licentia autem non obtenta conſtabat ipſi Illuſt.domino, quia ipſe ſciebat licentiam non dediſſe, & ad hoc in terminis, adduxi deciſiones Bal.conſ.141.in 2.Roman. conſilio 212.quo ad primum. Alex.conlio ſexto, columna vltima, in tertio, & conſi.44.col.1.in eod.Corn.conſ.237.in 1.& conſ.165.col.2.in ſecundo. Soci. ſen. dicto conſ.4.nu.24.in 3. Iaſon in l.2.nu. 21.C.de iur.emphyt.Socin.Iun.conſ.111. in 2. Marſil. in repetitio. l. de vnoquoque, nume.105.ff.de re iud. Crau.conſi. 5.ſub nume.7.

60 Dicebam tamen, & ſic practicatum fuit, quòd poſſeſſor non potuit eijci de poſſeſſione, niſi prius citatus, & conuictus ad gloſ. in capitulo licet epiſcopus, de præbend. in 6. quam ad hoc aduertit Bald. d. conſil. & quæ notat Bald. in l. fina. C. ſi prop. publ. penſitat. cum adductis per Iaſo. in l.ſi pacto quo pęnam, C.de pact.in quinto notab.& pulcherrime Sigiſmun.Lofred.conſil.47.numero 10.per Marſil.in dicta l.de vnoquoque, numer. 28. alias vti eiectus remedijs reſtitutorijs agere poterit, ſicuti ſcripſit Afflict. in capit. 1. §.nulla, nume. 18.& 19.in titulo per quos fiat inueſtit.nil mirum hæc, quia proprietas nihil commune habet cum poſſeſſione, l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſſione. ideo dominus ob caducitatem vaſalli, præmiſſa declaratoria, poteſt feudum in alium conferre, quò ad ius proprietatis. poſſeſſio autem iuris remedijs aduocanda eſt, eo citato, dicto capitulo licet epiſcopus. & in terminis, ſic tradidit hanc practicam, Paul. Caſt.conſil. ſexageſimo octauo, in caſu. volumine ſecundo, ſecutus eſt Socin. iun. dicto conſil. 111.& ad hoc eſt gloſ. notab.in verbo reuertatur, in capitu. 1. §.callidis, in titulo de prohib.feud.alien. per Feder. quam aduertunt Bald. & Aluarot.ibi. Afflict.deciſio.97.& late idem Afflict.in dicto capitulo primo. §. ſancimus, columna ſecunda, in titulo, quo temp. mil. quamuis, & in hoc puncto, quòd dominus poſſit propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, ſint contrariæ opiniones, relatæ per Boſ. in titulo de Principe, numero 295.& 296.& in Principe ipſo ſupremo: quòd poſſit in huiuſmodi caſibus inuadere poſſeſſionem, clã, vel palam, ac armata manu, vel etiam concedere priuato, cui rem ipſam conceſſiſſet: facultatem intrandi poſſeſſionẽ propria auctoritate, ſcripſit Bal.ipſe conſi.345.col.2. in 1.ſequitur Crau.conſ.5. nu. 7.& in ſpecie cum conſtat poſſeſſorẽ iniuſte poſſidere, quòd poſſeſſio ſine cauſę cognitione auferri poſſit: nec ſit reſtituendus, ſcripſit Roman.conſi.499.in propoſita: colum. 2. plene Dec. conſil. 191.nume.4.

61 Hæc autem, quæ de aduocanda poſſeſſione, dixi, intelligo, cum poſſeſſio eſt penes tertium, vel cum dominus feudi & emphyteuſis nõ habet iura omnia ſuperioritatis: tunc enim poſſeſſionem inuadere non licet, ad tex.in l.nõ eſt ſingulis.ff.de regulis iuris. & ibi per Deci. & ſcriptores: ſed vbi dominus iura omnia ſuperioritatis habet, veluti in Principe, tunc ob notorietatem delicti, ex quo feu

do, ac bonis ſpoliari poterat, poteſt dominus, & eius fiſcus, illius bona inuadere, nec alia declaratoria requiritur, nec vlterior illius delinquentis citatio, & ita in crimine notorio actus permanentis lęſæ Maieſtat. diuinæ, & humanæ, tradiderunt Domin. in d.c. cum ſecũdum. de hęret. in 6. Abb. in c. cum non ab homine. nu. 29. ext. de iudi. Felyn. d.c. 1. num. 60. ext. de conſtitu. & in d.c. Rodulphus. nu. 76. de reſcrip. Bar. Socin. conſ. 4. nu. 23. & 24. in 3. pręclare Affli. poſt And. Iſern. in d.c. 1. §. ſancimus. nu. 11. in titu. quo temp. mil. Grammat. deciſ. 105. cum alijs adductis ſupra. num. 140. Socin. d. conſ. 87. colum. pen. in 3. in quorum ſententia incidit etiam D. Boſius in tit. de ſentent. nume. 58. cautela tamen eſt, vt nouus vaſallus, cui Dominus beneficium conceſſit, per edicta citari faciat rebellem illum & ad futurorum memoriam probet coram iudice competente per teſtes de notoria illius rebellione, ſic docuit Afflictus ibi ſub nu. 17. & dixi ſupra nu. 136.

61 Notandum tamen eſt: quia in crimine notorio, an citatio requiratur, & an ſaltem prius debeat fieri probatio ſuper notorietate facti, antequam procedatur aduerſus reum, pulcherrime ſcripſit idẽ Aretin. d. conſ. 165. & ex ſuis dictis colligitur difficile eſſe, quod ſub prætextu notorii, citatio omitti poſſit, & intuendo prima fundamenta, ex quibus Doctores colligũt citationem eſſe de iure diuino, & naturali, quia Deus omnipotens & omnia, ſciens, & cui nuda ſunt omnia, & aperta, non tamen primos parentes noſtros, nec Sodomorum mala iudicare voluit, priuſquam manifeſte cognoſceret, quæ dicebantur. cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. cle. paſtoralis: de re iudic. cap. qualiter, & quando. el 2. ext. de accuſat. ex his ſanè iuribus, & auctoritatibus Principes ſeculares moniti videntur, vt ad Dei exemplum non aliter, quæ etiam ipſis nota, & manifeſta ſunt, iudicare præſumant, niſi vocatis his, aduerſus quos notoria delicti fama laborat: nec aliter Henricus fecit, dum aduerſus Robertum Regem proceſſit: quamuis citatio, cum reliquis actis, vti nulliter facta, eum non arctauerit: & ita concludendum videtur: ſed Principes in iſtis grauioribus, quę Maieſtatis crimen, & ſtatuum perturbationem ſpectant, aliter de facto ſeruant, ſicuti ex ſupra relatis conſtat, & docuit Pius II. in quadam ſua Epiſtola, pro ut illum retulit Socin. d. conſil. 87. nume. 23.

62 Redeundo autem ad principalem cõclusionem, quòd Princeps non poſſit reuocare contractum ſuum, vel ſui prædeceſſoris, concluſio iſta indubitanter procedit, cum ſucceſſor hęres eſt Principis pręceſſoris, puta patris, vel fratris, nam præterea ex regula communi obligatur ad obſeruantiam contractus, de qua in l. cum à matre. C. de rei vendic. cum materia, & ſic in propoſito cõſiderauit Soci. iun. cõſi. 60. nu. 19. in 3. Item ſi cum non ſubdito cõtraxiſſet adhuc minus ineſſet dubitationis, ſicuti in pactis initis inter Reges Franciæ, & Angliæ tradidit Iacobin. in verbo: Princeps Pedemontium: & in pactis initis inter Sereniſſ. Ducem Ferrariæ, & inter Mag. Communitatem Bononiæ. idem Socin. d. conſ. nume. 28. & in Papa. Ruin. conſ. 90. num. 4. in 1. ſic etiam ſi Princeps, contraxiſſet in ijs, quę pertinent ad ſuum ſtatum ſub nomine dignitatis, & ſubditorum ſuorum, proculdubio contractus obligaret ſucceſſorem, ſicuti Bald. aduertit in l. 1. in prima lectura. ff. de conſtit. princip. & idem Bald. in l. digna vox. C. de legib. Abb. & Dec. in ſecundo notab. in d.c. 1. extr. de probation. & latius d. Socin. d. conſ. nu. 29. vbi ex pluribus comprobat: Item ſi Princeps tranſegiſſet ſuper aliquo dubio, facilius ſuſtineretur ille contractus, Alberic. in l. digna vox. C. de legib. Socin. iunior d. conſ. nu. 54. ſed cum ſubdito contractũ valere, adeo, vt nec etiã de plenitudine poteſtatis poſſit illum reuocare, profitẽtur, vt dixi, cõmuniter Auctores noſtri: quod tamen mirum videri debet.

63 Quia cum plenitudo poteſtatis ſit plenitudo arbitrii, nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſque iuris publici regulis limitata, vt Bal. ait in l. 1. nu. 40. C. de ſeruit. & aqua





cum concord. adductis per Roland. in conſi. 61. nume. 32. in 3. proinde videtur Principem indiſtinctè ex vi ſupremæ ſuę poteſtatis diſcedere poſſe à contractu, cum ſubdito ſuo celebrato.

64 Et quia omnis Principis voluntas ſaltem de facto ſeruãda eſt, ſicuti Cyn. tradidit in l. reſcripta, in 3. & 4. quæſt. C. de precib. Imper. offer. & poſt eum Barbat. conſi. 34. col. fi. in 2. vbi adducit Soc. iun. conſil. 49. nume. 35. in 1. nil mirum, quia Principi obijci non poteſt, cur ita faciat, cum ſufficiat, quòd ita velit, Bald. in l. fi. C. ſent. reſcindi non poſſe, & ſpecies ſacrilegii ſit de Principis poteſtate diſputare. l. 2. C. de crim. ſacrileg. cum multis ad hoc adductis per Iaſ. in d. l. reſcripta. Dec. conſi. 588. col. 2. & Socin. iun. conſ. 68. colum. 2. in 3. & quia motus Principis non ſine cauſa pręſumitur: Cyn. in d. l. reſcripta. Innocent. & canoniſtę in cap. quæ in eccleſiarum, ext. de conſtitution. & in Principe ad iuſtificandum beneplacitum ſuum ſufficit quęcumque aſſertio: ut Bald. inquit in c. eccleſia: ex. vt lite pend. ſequitur Socin. ſen. conſil. 4. numer. 11. in 3.

65 Augetur argumentum, nam Princeps ex vi ſuæ plenariæ poteſtatis poteſt ſubdito ſuo, abſq; alia cauſa, dominium rei ſuæ ſibi iuregentium acquiſitum auferre. l. Lucius. ff. de euiction. l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. præd. l. 2. & 3. C. de quadrien. præſcript. per quę iura ſic animoſe dixit Angel. in d. l. ſi verberatum. §. 1. inquiens, mentiri, qui contrarium dicunt: idem Bald. & Angel. in d. l. 2. & idem Angel. in l. Anthiocenſium. ff. de priuil. credi. ſequuntur Iaſ. in l. fin. C. ſi contra ius. Curt. in l. venia. C. de in ius vocan. Alex. conſi. 216. nume. 24. in 2. Dec. conſil. 191. col. 2. 498. & 588. Barbat. conſi. 64. in 4. cum alijs adductis per Ceſal. conſ. 12. nu. 19. & Becium conſ. 56. nu. 53.

Verùm, quia aſſertio iſta communiter improbatur, & communis traditio eſt, vt Princeps non poſſit ſine cauſa auferre ſubdito ſuo dominium rerum ſuarum, directum, vel vtile, nec etiam de plenitudine poteſtatis: vt dixi ſupra nu. 26. allegando multos ex maioribus noſtris, quibus addo Bart. Socin. d. conſi. 164. col. 3. verſ. ſecũdum, vbi hanc refert contra Angel. communem opinionem legiſtarum, & canoniſtarum, in cap. quæ in eccleſiarum, extra de conſtitut. & in ſpecie Fely. nu. 36. & 37. & Dec. ſub nu. 36. vbi in dominio quæſito ex contractu Aegid. Boſ. in tract. de Principe, nu. 187. & communem probauit quoquo titulo dominium fuerit acquiſitum Arius Pinell. in repet. l. 2. C. de reſcin. vend. in ſecunda par. rub. cap. 2. & ſupra docuimus demonſtrando Principem non poſſe ſine cauſa diſueſtire vaſallos, & ab eis feuda auferre: ideo vera remanet propoſitio communis, quòd nec etiam contractum ex ui illius ſupremę poteſtatis, reuocare valeat: & multo minus, ius quæſitum ex contractu cum alio celebrato. Cin. in l. reſcripta. C. ſi con. ius, Paul. Ca. in l. fin. C. eo. Natta conſ. 268. nu. 8. & eſt veriſſima propoſitio, in iure dominii quęſito ex contractu, vel in iure quaſi dominij, aut alio iure, ex contractus cauſa procedente: dubium aut permaximum eſt: in iure dominii vel quaſi, & in alio iure quæſito ex titulo iuris ciuilis: Nam quod Princeps illud auferre poſſit de plenitudine ſuæ poteſtatis, ſine cauſa, veluti in iure quæſito per ſententiam: tenuit Bal. in l. fin. C. ſent. reſc. non poſ. nu. 9. ſequitur Abb. conſ. 84. in 1. & conſ. 77. in 2. & in dominio quæſito per aditionem hęreditatis, qui eſt actus iuris ciuilis: Pau. Ca. conſ. 178. Donatio, col. 2. in 1. Bal. conſ. 214. in 2. & in iure quęſito per legitimationem Afflict. deciſ. 128. & in iure quæſito per præſcriptionem Angel. in l. Lucius. ff. de euiction. & in omni titulo iuris ciuilis Paul. Caſt. in l. cum hæredes in princ. ff. de acq. poſ. Arius Pinell. quo ſupra loco: & in præſcriptione immemoriali Cur. iun. conſ. 174. colum. 3. Caſſan. conſ. 66. col. pen. & vlt. Natta conſ. 160. nu. 41. & conſ. 511. & conſi. ſeq. & huius quoque opinionis fuiſſe, vltra ſupra adductos, Alex. Dec. Bologn. & Gozadin. retulerant. Natta dictis conſilijs

& Crau. conſ. 135. nu. 22.

Contra verò, quòd Princeps non poſſit etiam ius quęſitum ex titulo & acta iuris ciuilis tollere de plenitudine ſuæ poteſtatis, niſi ex cauſa reſpiciente publicam vtilitatem: firmarunt permulti alij, quia licet modus & titulus aquirendi ſit de iure ciuili, attamen dominium quæſitum eſt de iuregentium, quod ſine cauſa auferri non poteſt: ſic Alex. in d. l. cum hæredes, poſt plures ab eo relatos: cuius opinionis fuerunt Socin. in pluribus ſuis conſilijs, Cur. ſenior, Iaſ. in pluribus locis, Bald. Paul. Abb. & Dec. ſibi cõtrarij, quos retulit & ſecutus fuit Crau. conſ. 5. nu. 4. conſ. 7. nu. 10. conſ. 103. nu. 3. & dicto conſ. 135. nu. 20. Ruin. conſ. 31. col. pen. Arius Pinell. plures alios referens, in dicto loco, & nouiſſime D. Ceſal. conſ. 342. nu. 71. vbi contra Nattam in dictis conſiliis: & ibi eiuſdem ſententiæ retulit quoque Galiaul. Pariſ. & Nattam ipſum conſ. 470. nume. 23. In hoc tamen conueniunt omnes, quòd vbi ex cauſa, vel aliter, Princeps aufert dominium, vel aliud ius, tertio quæſitum: tenetur illum reintegrare: dixi infra, in ti. de Bannit. reſti. nu. 52. nec quicquam refert, quod plenitudo poteſtatis ſit plenitudo arbitrii nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſque iuris regulis limitata, quia id verum eſt, dummodo Princeps plenitudine poteſtatis in bonam vtatur partẽ, & non in malam abutatur: quia poteſtas eſt de genere bonorum: & ideo poſſe malum, non eſt poſſe, ſed potius non poſſe: vnde in auferendo alteri quod ſuũ eſt, non eſt plenitudo poteſtatis, ſed magis plenitudo tempeſtatis: ſic Io. Monach. in extrauag. Bonifacii rem non nouã. & Card. Alex. in clem. paſtoralis, de re iudic. quos ad hoc adducit Socin. d. conſ. 164. col. pen. ſed vltra eos addo ego Bal. ſic dicentem in conſ. 345. Ad euidẽtiam, col. 1. in 1. Cardin. Alex. in clem. paſtoralis de re iud. & eundem Socin. conſ. 120. nu. 14. in 3.

66 Quia tamen ex cauſa, concedunt iura ſupra allegata, Principem de plenitudine poteſtatis auferre poſſe dominium rerum ſuarum ſibi ſubdito, ac etiam vbique in locis ſupra adductis profitentur ſcriptores: quod etiam à maioritate rationis protendunt ad caſum, cum dominiũ fuit quæſitum ſubdito ex contractu Principis: ſic præſuppoſuit Cardin. conſ. 147. col. pen. dum ait ſine cauſa aduocari non poſſe: & deciſiue Felyn. d. c. nouit. ſub nu. 21. nil mirum, quia ex cauſa licet Principi iura tranſgredi remittere & diſpenſare ad pleniſſime notata in d. c. quæ in eccleſiarum.

67 Proinde ex cauſa quoq; licebit Principi de plenitudine poteſtatis recedere à conuentionibus per eum cum ſubditis ſuis contractis, caſus eſt in l. cotem. §. 1. cum gloſ. & inde notat Paul. Caſt. ff. de publi. & in l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. fac. vbi Bar. Bal. in l. pen. C. de donat. inter virum. Cardina. conſi. 85. & d. conſil. 147. Alex. conſ. 101. nu. 19. in 1. & 216. nu. 16. in 2. Socin. d. conſi. 4. col. 3. circa medium, & conſ. 87. ſub nu. 13. Iaſ. in l. Barbarius col. 7. verſ. decimo facit. ff. de off. præ. & conſ. 1 nu. 3. in 1. vbi declarat iuſtam cauſam eſſe, quæ de nouo ſuperuenit: aut retro à Principe ignoratam, Socin. d. conſ. 4. nu. 11. in 3. & pulchre idẽ Soc. conſi. 58. nu. 4. in eo. uol. Afflict. deciſ. 361. nu. 6. deciſ. pedem. 90. nu. 14. & 15. & plene D. Decianus d. conſ. 19. nu. 89. in 3. nil mirum, quia regula intelligitur, rebus ſic ſtantibus, aliàs ex rerum mutatione aliud ſtatuendum eſt, ad l. quod Seruius cũ materia. ff. de cond. ob cau. & quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, ſic etiam poſt Abb. in pe. col. tradidit Felyn. d. c. quæ in eccleſiarum. nume. 82. deciſ. Pedemon. 139. nu. 8. Socin. iunior. conſ. 68. nume. 29. in 3. & in eo. vol. conſ. 60. nume. 13. & fortius poterit Princeps ad tempus, ex iuſta aliqua cauſa, ſuſpendere executionem conceſſionum ſuarum, quæ vim contractus haberent, ſicuti firmauit Alexand. d. conſ. 216. nu. 13. & ſeq. & nota, quia illud conſilium, & aliud ſuum conſ. 101. in primo. in pluribus aduerſatur conſilio Pauli Caſtrenſ. infra allegando.

Nota tamen, quia oportet, vt conſtet

ſtet



ſtet Principem voluiſſe recedere à ſuo contractu, vel etiam voluiſſe tertio auferre rem, vt in ſuperiori caſu, quia non præſumeretur, Principem à contractu ſuo priori recedere voluiſſe, ad ea quę dixi ſupra nu. 20. nec etiam rem alterius voluiſſe auferre, quamuis iuſta ſubſit cauſa, quia non præſumitur Principem in præiudicium tertij aliquid facere: Itaque de voluntate eius conſtare oportet. ſic Ruin. conſ. 29 col. 3. in 1. poſt Nellum in tract. de bannit. in 3. par. P. temp. q. 11. Soci. iun. conſ. 17. nu. 7. in 4. vel explicita vel implicita, puta, quia motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine ſuæ poteſtatis, ex aliqua cauſa rem in alium contulerit; Nam ex ui harum clauſularũ colligunt maiores noſtri Principem voluiſſe tertio præiudicare. Pau. Caſtr. conſil. 178. donatio. col. 2. in 1. Alex. d. conſi. 216. nu. 18. & idem Alex. conſ. 97. col. vlt. in 3. Curt. iun. conſi. 174. col. 2. Dec. in conſil. 191. col. 2. Socin. dicto loco nu. 8. Sed contra, quòd Princeps etiam de ſuprema poteſtate, & ex cauſa publicæ vtilitatis, non poſſit venire aduerſus contractum, quamuis cum ſubdito res agatur, determinauit Paul. Caſt. conſ. 317. Viſo. col. pen. & vlt. in primo. vbi determinat quod Ill. D. Veneti non potuerint ſtantibus conuentionibus initis cum quibuſdam ciuibus Paduanis, tempore primæ adeptionis ciuitatis Padue, immunitatũ, & exemptionum, eos grauare, & collectare ex cauſa belli de nouo ſuperueniẽtis, motus ea ratione, quia ita conuentum fuit, & contractus obligat etiam Principem ſupremum, & ſeruare fidem Principi conuenit, nè alias ſecum contrahentes decepti remaneãt; nec obſtare, quod Princeps poſſit ex cauſa auferre ſubdito dominium rei ſuæ, d. l. item ſi verberatũ. §. primo, quia ibi Princeps non veniebat contra fidem, & promiſſa: ex cuius dictis colligitur, quod grauius eſt: Principem fidem ſuam fallere, quàm auferre rem ſubditi: & idem in conuentionibus initis inter Rempublicam Florentinorum, & quaſdam cõmunitates: conſuluit Dec. conſ. 268. col. pen. & 291. col. vlt. adducit præcitatum conſilium. Et quia Princeps in contractibus, conſideratur vti priuatus, & ſicut priuatus ſub prætextu cauſæ de nouo emergentis non poteſt recedere à contractu: ita nec etiam Princeps poſſit: & fuit ratio Card. in conſ. 147. & iſtæ rationes videntur efficaces: ex quibus etiam in immunitate per pactum cõceſſa, vt etiam ex cauſa belli reuocari, vel alterari nequeat: firmarunt Neuizan. cõſil. 11. col. 6. & Rol. Val. conſ. 12. nu. 51. vbi ad hoc plura inducit. & huius quoq; opinionis, vt nec etiã ex cauſa Princeps recedere poſſit à contractu, tenet Ruin. conſ. 90. nu. 4. in 1. & conſ. 130. nu. 19. in 5. quem retulit Menoch. conſ. 27. nu. 26. & conferunt quæ idem Menoch. ſcripſit conſ. 263. nu. 16. & Rol. Val. conſ. 13. nu. 43. in 3. & explicite Ceſal. conſ. 549. nu. 87. attamen communis opinio contra eſt, vt ex ſupra relatis conſtat, quam aduerſus Pau. & Decium probauit Crauet. d. conſi. 241. ſub nume. 12. paſſus iudicio meo eſt valde difficilis, nam pro communi non probat text. in d. l. cotem. §. 1. niſi iuncta gl. immò tex. in ſua litera decidit oppoſitum, tex. verò in l. quod ſemel non loquitur in contractu Principis, & contra communem, concludit efficaciter, quia fidem fallere, ſicut inconuenit priuato, magis graue eſt in Principe; adeo vt ſtatus Principis augeat efficaciã promiſſionis: & quia ſicut ex parte priuati ſub prætextu cauſæ de nouo ſuperuenientis, non licet à contractu recedere, ita nec etiam ex parte Principis licere videtur, ne alioquin contractus claudicet: quamobrem pro cõcordia, putarem ſic dici poſſe: quòd aut res agitur cum non ſubdito, & reuocari non poſſit: aut cum ſubdito, & tunc, aut Princeps prębet priuato recompenſationem in pretio, vel in alia re æquiualente, prout tenetur facere cum ex cauſa rem ſuam ſubdito aufert, ſicuti latius ſcripſi in tit. de bannitis reſtitu. nu. 52. & eo caſu, puto ex cauſa poſſe recedere à contractu, & rem ex eo contractu quæſitam ſubdito auferre, veluti cum, ex cauſa pacis, bona exulib. reſtitutis, prius infiſcata, & per Princi-

pem

pem ex contractu alienata reſtituuntur: ſicuti dicto ī loco plenius dixi. Aut verò Princeps non præbet, ſeu non præberet reſtitutionem:& hoc caſu, verior videretur alia opinio, in quibus terminis præciſe loquitur Paul.Caſt. d.conſ. & ſenſit Ruin. in conſ. 105.nu.8. in 5. nam aliàs contractus claudicaret; nam Princeps non impleret priuato, è contra autem priuatus Principi, conſequenter negocium ad imparitatem iniquam redigeretur: & ſic verè ad tempeſtatis plenitudinē, & ſi Princeps aliter faceret, de facto, non iure, faceret. cauendum tamen eſt à d. Alex.conſ.101.nu.15.& conſ.216.col. 7. ſupra alleg. dum concludit licere etiā inferiorib. à Principe reuocare ius alteri quæſitum ex contractu: nam ſi de contractu & conceſſione Principis eius dictum intelligatur, malè loquitur: ex reg. c.cū inferior.ext.de maior.& ob. ſi verò de contractu ipſius inferioris à Principe & adhuc talis prærogatiua nullibi ſibi conceſſa videtur:& gl. per eum allegata in c. conſtitutus, ext. de relig.do.reſtringitur per ſcrib. & per Abbat. ibi ſub nu. 11.trib.concurrentib. quòd adſit rationabilis cauſa: quòd agatur de modico præiudicio tertii: & quòd Epiſcopus faciat cum conſenſu capituli. & præterea gl. illa loquitur in reb.eccleſiaſticis: quarum dominium non eſt eccleſiarum particularium, vt infra dicam: in profanis autem, ius tertio quęſitum eſt magis efficax. ac idcirco inferiores à Principe in profanis nō poſſe tertio in iure ſibi quæſito præiudicare, verius eſt: quia ſolius Principis priuilegium eſt, vni iura ſua auferre, & alteri dare. Bal.in l.2. nu. 39.C. de ſer.& aqua,& ſic Ruin.decidit.conſil. 229.nu.4.in 1.& conſ.187.num.5. in 2. aliud tamen eſt in iure quæſito ex priuilegio. dixi ſup.nu.20.

68 His autem ſuccedit alia inueſtigatio, an de cauſa debeat cōſtare, ex qua Princeps motus fuerit, an verò cauſa præſumatur, & quid ſi cauſa deinde appareat non vera; quam materiam pertractarūt Cy.Bal.& alii in d.l.reſcripta. C.de precib.Impe. offer.Inn.& Canon.omnes in c. quæ in eccleſiarum, ext. de conſtit. vbi Fel. ſub nu.80. cum ſeq. latiſſime proſequitur, & pulchrè Soc.d.conſ.164.ſub nu.9.& conſ.266.ſub nu.35. ſed quo ad propoſitum noſtrum, vt ſatisfaciamus obiecto de quo ſupra, nu.63. obſeruandum eſt, quòd in Principe non præſumitur iuſta cauſa, vt à contractu recedere poſſit, ſed de cauſa legitima conſtare debet, ſic poſt Abbat. in d.c. quę in eccleſiarum.col.pen.concludit Fel.nu.82.vbi refert, quod ſupra ſæpius diximus, Principem ſine cauſa, & culpa conuicta non poſſe vaſallos priuare feudis ſuis: quia feudū eſt contractus, & aliàs poſſet Princeps de facili euacuare omnes contractus, & conuentiones ſecum contractas, ſi in eo in huiuſmodi actu legitima cauſa præſumeretur.

69 Et generaliter in Principe non præſumitur iuſta cauſa, cum operatur contra ea, quæ ſunt iuris gentium. Iaſ. in l. ſi teſtamentū. col.2.C.de teſt.& in l.quominus, nu.7.ff.de flumin.Soc.iun.conſ.65.nu.4. in 2. ſequitur ex pluribus alijs Aym. Crau.cōſ.135.nu.41.& cōſ.241.col.14. Egid.Boſ.in tit. de Principe, nu.189. cū plurib.aliis congeſtis per Ceſ.conſ.311. nu.76.& adde, quòd nedum ſufficit cauſa, quæ concernit publicam vtilitatem, ſicuti Iaſ. tradidit in l.fi. C. ſi contra ius. & in d.l.quominus, in prin. ſed & omnis ratio naturalis, quæ moueat Principem ad ita agendum. ſic eleganter Abb. in c. fi.ext.de conſuetu. Are. in l. gallus. §. & quid ſi tantum.col.penul.ff.de lib.& poſthu. quos ſequitur Boſ.d.loco.nu. 188. & ante eos Bald. in d. l. reſcripta: refert Ruin.conſ.21.ante nu.8.in 5. & ſi Princeps dixerit ſe id feciſſe ex cauſis, ſtabitur eius aſſertioni, eſtò quod cauſa ſit neceſſaria. Alex. in terminis conſ. 216. nec arguendi, in 2.vol.nu.17.quem ſequitur Ruin.d.conſi.21. nume. 7. immo ſufficit quod coniecturari poſſit aliqua legitima cauſa, ob quam Princeps motus fuerit: ſic Ruin. d.loco poſt d. Anton. & Imol. in cap.nam concupiſcentia, ext.de conſtitution. & idem Ruin.conſi.21.colum. penul. in 1.

Prin-



70 Principalem concluſionem, quòd Princeps non poſſit contractum ſuum, vel ſui prædeceſſoris reuocare, limitāt nōnulli, cū pręceſſor aliqua ex regalib. alienauit, nā ſucceſſor alienationē factam nō tenetur ratam habere. Bal.in extrauag.de pace conſtantiæ, in gloſ. ſucceſſorum noſtrorum. adducit rationem, quia ſicut non poteſt materiam eorū ſubuertere, ita nec minuere, l. ſi optio. ff. qui, & à quib. idem Bal. & Fely. in cap. 1. extr. de probation. in 4. declaratione. Dec. ibi. nu.5. latiſſimè Lucas de Penna. in l. quicumque. C.de om.ag.deſer. libro 11. Afflict. in Rub. quæ ſint Regal. ſub num. 31. cum ſeq. Socin.ſen.conſil.7.in 3.volum. adeo, vt per hanc rationē Caſſ. conſ.66. ſub nu.17.& nu.29. dixerit: Regem Franciæ nō poſſe liberare feudatarios, & ſub feudatarios à ſeruitio militię: quia iſtud pertinet ad publicam Regni, & Regiæ Coronæ defenſionem: & eſt de Regalibus Regni, & ſic etiam argumentatus fuit Socin. iunior conſil. 60. in princip. & nume.51.in 3.& his conſonat Principem ex facto ſui præceſſoris non teneri, quia ab eo cauſam non habet: ſic idem Bald. in l. fin. ff. de conſtit. princip. Natta conſ.591.nu.9.& plures alios corcodantes ad limitationem adducit deciſ.Pedemont. 139. nume. 6. quam etiam tenuit Boſ. in tit. de Regal.num.31.& Rol.Val. conſ.1.nu.99.in 2. Verùm, circa hanc limitationem ſubſiſtendum eſt, & pro declaratione materiæ, conſtituo nonnullas concluſiones; quarum prima eſt.

71 Imperator, vel Rex non poteſt Maieſtatem Imperialem, vel Regiam, ac Regium, & Imperialem honorem in alium transferre, quia eſt ſancta ſanctorum, & non eſt in marſupio Principis. ſic Bal. eleganter in c. intellecto, ext. de iureiur. ſequitur Afflict. in cap. 1. §. item ſi quis feudum, in titu. quib. mod. feud. amit. nu. 16. item nec plenitudinem ſuæ poteſtatis in alium transferre valet, idem Bal. in l. 1. nume.6.ff.de off.præfec.vrb.& in l. 1. nume.22.C.de ſeruitut.& idem Bal.conſi.326. Rex Romanorum, in 1. vbi inquit quod Imperator, & Rex nihil poſſunt diminuere de iuriſdictione ſuprema, quia eſt quid perfectum, quod non poteſt creſcere, nec decreſcere: ſecutus eſt Seuerin. in l. Imperium. q. 14. ff. de iuriſ. om. iud. Natta poſt eum conſ. 402. nu. 20.& iterum conſil.636.nu.52. & conſi. 640.nu.43. Addo eundem Bal.conſ.300. Ad euidentiam, in 5. vbi inquit: quòd ſupremum Imperium eſt indiuiſibile, ſicut Eccleſia non diuidit ſe. Cōcluſio quo ad vniuerſum veriſſima eſt, ſed an reſpectu certæ rei particularis inferius dicetur.

72 Secunda concluſio: Imperator, & Rex poſſunt plenitudinem ſuæ poteſtatis alteri communicare; ideoque Duces, Marchiones, Principes, Comites, & dominos exigunt, cum plenitudine ſuæ poteſtatis, eam non à ſe abdicando, ſed illis eam poteſtatem communicando: ſic Doctores ſupra citati; & præterea Natta dicto conſil.636 nu. 169.& 402. nu. 20. & 640. nu.42. cum ſeq. & iſti Principes in ſtatibus ſuis vtuntur plenitudine poteſtatis, ſicut dixi ſupra. num. 79.

73 Tertia concluſio: Imperator, & Rex, poſſunt infeudare aliquas Ciuitates, & Caſtra, Regni, & Imperii, etiam demanialia, & non ſolita infeudari; quia infeudare eſt de officio Principis: ad tex. in §. illud, in Authen. conſti. quę de dignitat. & quia per retentionem directi dominii non omnino ſequitur eorum abdicatio ab Imperio. Ideo ſucceſſor ſtare tenetur, ſic Bal. explicitè ſenſit, in l. fi. ff. de conſt. princip. in l. humanum. C. de legib. & in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. in cap. 1. de alien.feud.& in cap. 1. in titu. quis dicatur Dux. & in conſil. 133. ad intelligentiam, in 1. Abb.conſi.3. nume.... in 2. idem Bal. in l. 1. C. vnde legit. Alexand. conſi. 1. col.5. in 1.& conſi. 10. in 3.& de infeudatione Rhegii facta per Imperatorem in Ducem Ferrariæ: idem Alexand. conſi. 1. num. 15. in 5. Et pulchrè Iaſ. omnino videndus, conſ.10. nume.4. in 3. Socin.d.conſ.4. nume.18. in 3. Iacob. in ſua inueſtit. in gloſ. Princeps, col. 1. pulchre Natta in conſ. 122. num. 11. & 12. & in prallegatis conſiliis: & iterum cōſ.636. nu.44.& 171.& latius in conſ.640.nu.11.

&

& prȩſertim infeudare poteſt terras,quȩ
de facto non recognoſcunt Imperatorē
in ſuperiorem,idem Natta conſ.636.nu.
55.& iſti Principes ſic inueſtiti ab Impe
ratore, & Rege poſſunt ſubinfeudare,
ſaluo ſibi, & ſupremo domino ſuo iure
directi dominij,vt Alexand. tradidit di-
cto conſi.1.col.5. ſecutus eſt Matth. Af-
flict.in prælud.feud.nu.120.in cap.in ge
nerali.nu.65.in titu.ſi de feudo fuer. con
trouer.& in cap.1 §.ex eadem,col.2.in ti
tulo.Hic finitur lex,& clarius in c.1.in 3.
notab.nume.46.in titu.de prohib. feudi
alien.Natta conſ.640.nume.11. cum ſe-
quen. Roland.Val.conſ.1.nume.107. in
2.& conſ.vlt. num.5.& 67.in 4.& iſti ſub
feudatarij in Gallia ſunt vaſalli Regis, &
tenentur D.Regi.prout primus vaſallus,
ſicuti retulit Caſſa. in conſ.66.nu. 11.In
tellige vt in re magni ponderis bonum
ſit adijcere clauſulam,non obſtante,ſicu-
ti adnotauit Afflict.dicto cap.1.in tertio
notab.Intellige etiam, quòd res non ſit
ſolita infeudari; ſicuti præcitati docto-
res præſuppoſuerunt : intellige denique
modo ea infeudatio non ſit in magnum
detrimentum coronȩ. Socin. ſen. dicto
conſ. 4.nume. 19.in 3. Afflict.poſt.Iſern.
in cap. 1.§.quia, nume.71.in tit.de his;
qui feud.dar.poſſ.& indubitanter, ſi res
antiquitus erat ſolita infeudari, & ex ac
cidenti facta de demanio & menſa Prin
cipis,ſicuti Socin. tradidit d.conſ. 4. nu.
16.& infra, & Soc.iun.conſi.17.nu.4.in
4. Demania autem ſunt ciuitates,Caſtra
& alia bona retenta per Principes, nec
alijs conceſſa. Andr. Iſern. in c.1.§.prȩ-
terea Ducatus: in tit. de prohib. feud.
al.per Feder. quem retulit Socin.d.con-
ſil.4.ante nume.16. & num. 20.

74 Quarta concluſio,Princeps ſupremus
nō poteſt alienare regalia & demanialia
Regni & Imperij quò ad ius proprieta-
tis, ſi ea alienatio cedat in magnam im-
perii diminutionem: poteſt tamē aliqua
ex Regalibus, & quæ ad ius & menſam
Imperii pertinent,alienare:ſi exinde mo
dica ſequatur læſio,& valet ea alienatio,
etiam in præiudicium ſucceſſoris,& Re-
giæ coronæ,ſic Bar.in l.prohibere.§. 1.ff.
quod ui aut clam, per text. in c. Abbate
ſane, de re iud.in 6.vbi amplius voluit,
in primo caſu, alienationem non valere,
etiam quòd ſit iuramento firmata, per
tex. in cap. intellecto, ext.de iureiur.&
eſt communis,ac probata diſtinctio,per
cano.ibi, & per Doctores variis in locis.
Oldrad. conſ. 94. eleganter, Alberi. in
prohem.Digeſt.§.Diſcipuli,in 3.col.Af-
flict. in locis præallegatis nu. 100. & idē
Afflict. in c.1.§.ſimiliter,nu.92.in tit.de
Cap. qui cur. vend. & in rubr. quæ ſint
Regal. nume. 61.& in d.c.1.in 3.not.nu.
112.de prohib.feud.alienat.per Feder.
& conſulendo tradiderunt Pau. Caſtr.
conſi.70.col.3.& 4.in 1. Alex.d. conſi.1.
nu.18.in 5.Iaſ.conſ.1.in 2.dub.in 1.vbi ple
niſſime, & in conſ.10.in 3. Corn. conſi.
127.in 2. Dec. conſ. 191.col.1.& 289.
in fi.Franc.Bec.conſ.15. nume. 23. Rol.
conſ. 1.numer.106.in 2.& conſ.100.nu.
138. in 4.vbi intelligit, quòd nec etiam
ſucceſſor per viam electionis reuocare
poterit.latiſſimè Natta conſ.122.col.2.&
640.col.2.& 3. Menoc.cōſ.1.n.39.& 40.
idē probauit Dec.Ped.139.ex quib.non
placet diſt. Egid. Boſ. in tit. de reg. nu.
32.& 34.dum concludit, concedentem
reuocare non poſſe, ſucceſſorem verò
ſic,præſuppoſita etiam modica læſione,
declara tamē,cum Princeps alienat hȩc
ex rationabili,vel vrgente cauſa,aliàs cō
ceſſio reuocabitur.ſic Afflict.in rub.quȩ
ſint regal.num.7.Item,cùm in reſcripto
adiecta fuit clauſula derogatoria, legi-
bus, & conſtitutionibus in contrarium
facientibus, aliàs reſcriptum non vale-
ret.l.omnes, & l.nulli.C.de fun.patrimo
nial. lib. 11. & l.omnium. C.de vectigal.
etiam quòd reſcriptum motu proprio
fuiſſet cōceſſum,ad l.1.& 2.C.de pet.bo.
ſubl.& l.fin.C. de feudis & ſaltib. rei do.
lib.11.ſic præclare temperauit Afflict.in
d.c.1.§.ſimiliter.nume.91. & ſentit in d.
rub.quæ ſint regal. nu.61.& inf. & hæc
declaratio mihi multum placet, quia ho
rum, quæ ad ius principatus, & regiam
coronam,immediate ſpectant,non faci-
le concedenda eſt alienatio. Amplius vo
luerunt auctores magni nominis,vt etiā
in



in conceſſione requirantur clauſulæ, ex
certa ſcientia, & Motu proprio,aliàs nō
valeat,vti obreptitia, vel ſubreptitia, ſic
Martin. Laud. in c.1.col.4. verſ. Nota tñ
in tit. qui feud. dare poſ. & ibi refert: ꝙ
fuit deciſio Albe.in l.quoties.C.de pre-
ci.Imp.offer.ſequitur Iacob.in verb. Feu
dum,col.1.& conſuluit Calcan.conſ.102.
col.2.Rolan.d.conſ.1.nu.item 102. in 2.
quod in practica aduerte ad effugiēdas
difficultates: tollerabilis autem eſſet ad
vitam concedentis, vel etiam recipien-
tis,ex cauſa probabili,ſicuti idem Afflic.
aduertit d. rubr.nu. 71.ſecutus eſt Soci.
iun.conſ.80.nu.46.& infra in 3.vol.vtrū
autem contingat læſio magna,vel parua
tempus contractus & alienationis inſpi-
citur, non ſi quid poſtea emer at,prout
in priuatorū negocijs, ad l.verum.§. itē
non reſtituitur.ff.de minor. & quæ notā
tur in l.2.C. de reſcin.vend.ſic idem So
cin. conſ.60. num.55.in 3. vbi præterea
ſub nu.48.& 49.dicit magnam,vel modi
cam lȩſionem conſiderari reſpectu am-
plitudinis ſtatus, & dignitatis conceden
tis,ad no.per glo.& Bar.t in l.ſed & ſi ſu-
ſceperit.§.1.ff.de iud.& idem tradidit So
cin. ipſe conſ. 17.nu.3.in 4.

75 Notandum tamen eſt,quia ſcriptores
non conſentiunt,vt per alienationē gra-
tuitam,vel oneroſam,factam per Impera
torem, vel Regem, de aliqua terra, vel
caſtro omnis proprietas,omniſque iuriſ
dictio ſit translata in recipientem, adeo
vt omnis concedentis ſuperioritas in eo
loco ſit abrogata,ſed adhuc ſuperiorita-
tem, ac ius alti & ſupremi dominij cenſe
ri in eo loco reſeruatum, quia Impera-
tor non poteſt ſuperioritatem ſupremā
à ſe abdicare, vt dixi in 1.concl.& in ter
minis de ciuitate,ſic tradidit Alex.in l.ſi
lio quem pater.nu.15.ff.de lib. & poſth.
vbi refert ſe ita conſuluiſſe, & verè con-
ſuluit,conſ.24.ponderatis,in fine,in ver.
Denique poteſt,nume.23.in 5.ad quod
optime iuuat text. in c. dudum: de pre-
bend.in 6.in §. Nos igitur, ſequitur Iaſ.
d. conſ. 10. nu. 4. in 3. & idem quoque
tradidit Ang. in d.l.prohibere. §. 1.quē
ſequitur Natta d.conſ.640.nu.6.& idem
Ang. in l. 1.§. qui mandatam. ff. de off.
eius:vbi limitat præterquàm,cum dona
ret Papȩ,& ſequitur Riminal.ibi nume.
9. vbi infert, quod primo caſu à ſenten-
tia donatarij, appellatur ad Imperatorē:
Secundo verò caſu omnis poteſtas eſſet
penes Papam,& Eccleſ.Rom.nil mirum,
quia Papa eſt capax omnis iuriſdictio-
nis, ſicuti dixi ſupra: & illa Ange. dicta
ſecutus quoque fuit Afflict.in c.1.§.item
ſi quis feudum,nu. 12. in tit. quib.mod.
feud. amit. Alex. loco præallegato, vbi
poſt Bald. in prȩlud. Feud.poſt medium
inquit, donationem factam per Conſtā
tinum Papæ Silueſtro omnem iuriſdi-
ctionem tranſtuliſſe:per rationem proxi
mè relatā.quāquam & in hoc aliud ſenſe
rit Ripa lib.2.Reſpon.cap.7. nu.9.vbi lo
quitur in Donatione facta per Fedricū
Eccleſiȩ,de ciuitate Valentiæ,vt non om
nis poteſtas ſit abdicata à Cæſare. Adde
quod eandem diſtinctionem prius ha-
buit Io. Andr. quem refert Seuerin.in
repe.l.1.num.15.C.de ſum.Trin. quocir
ca Remp.Florentinam & Lucenſem,quā
uis pretio nummario libertatem quæſie
rint à Rodulpho Imperatore,non tamē
penitus exēptatȩ eſſent à ſuperioritate
Cæſaris, profeſſus fuit Clar. D.Decian.
conſ. 19. nu.194. in 3. Et præmiſſa hæc
declaratio optimè iuuatur, ex traditio-
ne Card.Alex.in prohe.feud.vbi inquit:
quod licet Princeps liberauerit vaſallum
ab Homagio, ſeu à Feudo prȩſtando,va
ſallus tamen ſemper tenetur ad ius ho-
norificū.quia illud non poteſt remitti:ſe
quitur Caſſan.d.conſ.66.nu.35.& eſt ve
ra iudicio meo præmiſſa declaratio,quā
uis D.Menoch.d.conſ.1.num.39. & 40.
ſenſerit ex toto alienari poſſe,vbi in cau
ſa Montisferrati,& malè: Et vltra addu-
cta ſupra, Addo Bal. conſ. 345. Ad eui-
dentiam. col.2.in 1.vbi inquit,quòd fa-
cta conceſſione per Imperatorem de ali
quo Caſtro,ſemper ſuperior proprietas
remanet apud Dominum : proprietas
verò vtilis tranſeat in conceſſionarium,
ideoque iuriſdictio videtur conceſſa cu
mulatiuè,non priuatiuè,Afflict.in c. 1. §.
poteſtas,nume.15.in tit.quȩ ſint Regal.
&

& in c. 1. §. itē ſi quis in tit. quib. mo. feu. amit. in 3. notab. vbi preciſe inquit: ꝙ Dominus concedendo iuriſdictionem vaſallo, non videtur illam à ſe abdicaſſe, ſed eandem retinuiſſe, vt ſupra retuli, ſecutus eſt Roland. conſ. 1. nu. 135. in 2. Ceſal. conſ. 539. nu. 7. Hanc tñ moderationem non intelligas, quò ad hoc, vt ſupremus poſſit, in terris infeudatis, ponere manum in iis, quæ pertinent ad vtilitates pecuniarias. veluti, ad Gabellas, Angarias, contributiones reales, mulctas, pęnas, confiſcationes, & huiuſmodi, ſicuti probauit Ceſal. d. conſ. nu. 49. & infra, & latius ſcripſi in titulo præced. nu. 84. cum pluribus ſeq. immo nec etiā poterit exercere aliquos actus iuriſdictionales in eo loco, nec proclamata, aut edicta publicare: Quia Feudatarius habet vtile dominium, & vtilem poſſeſſionem, cum omnibus commodis & vtilitatibus, ſeiunctam à directo: ſic voluerunt Bal. in l. 1. q. 43. ff. de rerum diuiſ. Abbas in c. cęterum ex. de iudic. Io. Fab. inſtit. de Attilian. tut. in princ. col. 4. Prepoſ. in pręlud. feud. col. 7. & in c. 1. in fine: de controu. inter vaſ. Brun. conſ. 27. col. pen. 31. col. 2. & 47. col. item 2. Iaſ. conſ. 57. col. 3. in 3. Cur. iu. conſ. 2. nu. 4. latiſſime Gramma. deciſ. 30. & D. Pancirol. conſ. 185. per totum, quos autem effectus operetur reſeruatio maioris dominii, dixi in titu præced. nu. 93. Nec obſtare, quòd ſuperior concurrat in iuriſdictione cum inferiore, cumulatiue, non priuatiue: nam id verum eſt in iuriſdictione conceſſa Magiſtratibus ordinariis: quibus vtile dominium ſeiunctũ à directo non acquiritur, ſic intellexit Afflict. d. §. poteſtas nu. 15. ſic Abb. d. c. cæterum col. 3. & ſic quoque Felin. in c. paſtoralis, in 6. limitat. ex. de off. ordin. Grammat. d. deciſ. nu. 11. Pancir. d. conſ. nu. 11. & eſt veriſſima reſolutio.

76 Et his adde, quod Principe ſimpliciter concedente, ſuprema ſuperioritas intelligitur reſeruata, etiam quòd id expreſſum non fuerit, ſicuti dixi ſupra nu. 93. quare non placet dictum Afflict. in c. 1. qui ſucceſ. feud. dare ten. nu. 27. dum inquit, quòd clauſula illa, iuribus noſtris ſemper ſaluis, ſolita ꝑ Principes poni in aſſentibus ſuis, non ſubintelligitur, ſi poſita non fuerit: nam hoc dictum reſpectu maioris ſuperioritatis verum non videtur. & contra tenuit ipſe met in c. imperialem. in 16. no. in tit. de proh. alien. per Fed. & melius in c. 1. nume. 58. per quos fiat inueſt.

77 Cæterum hæc ſuperioritatis reſeruatio non prodeſt, vt à ſententiis latis per dominos perpetuos inueſtitos, cum titulo maioris dignitatis, appellari poſſit ad Imperatorem, vel Regem, vt dixi ſupra num. 63. ſed quo ad alia, ac etiam ad effectum ſupplicandi, vt aduertit Natta conſil. 608. ſub nu. 8. Quamobrem quæ ſupra ſcripſi nu. 98. reſtringenda ſunt ad inferiores dominos.

78 Ex præmiſſis autem inferri videtur: magis operari pręſcriptionem immemorialem, quàm conceſſionem imperatoriam cum cauſa, quia per eam omnis ſuperioritas abdicatur, veluti dixi ſupra nume. 59. & infra, quod mirum videtur, cum non plus poſſe videatur immemorialis præſcriptio, quàm Imperator cum cauſa: immo tanti poſſe arguunt maiores noſtri, Iaſ. in l. quominus, col. 8. ff. de fluminib. poſt Iſer. in c. 1. in verbo flumina publica, col. 3. in titu. quæ ſint regal. Quamobrem, vel dicendum eſt; præſcriptionē immemorialem operari quidem reſpectu vtilis dominii, & reſpectu vtilis iuriſdictionis, quò ad omnia pręſcriptionis commoda, non quò ad derogationem directi, veluti Bal. cenſuit, in Authen. quas actiones, col. pen. C. de ſac. ſan. eccleſ. vel plus poſſe præſcriptionem immemorialem, quàm conceſſionē per pactum ex dictis ſupra nu. 61. Poſſet etiam dici quod licet Imperator vel Rex non poſſit ſuperioritatem in vniuerſum à ſe abdicare, & in alium transferre, poſſit tamen reſpectu certæ rei, ſicuti Iaſ. ſcripſit conſ. 10. col. vlt. in 3. ſed obſtant, quæ dixi ſupra. nu. 71.

79 Supraſcriptis autem duæ ſunt addendæ declarationes; Altera eſt, quòd in alienatione Regalium & demonialium, quia





de re ardua, & ponderoſa agitur. Princeps, vel qui in ſuo ſtatu iura Principis tenet, procerum conſilium adhibere debeat, & alioquin alienatio facta ſine conſilio & interuentu eorum, nulla & inualida ſit: ad tex. in l. humanum, & quod ibi no. Bal. in 1. notab. C. de legib. & in l. placet. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi idem Bal. notat, quòd Imperator omnia ponderoſa cum procerum conſilio expedit, nil mirũ, quia omnia quę conſilio recte geruntur firmitate & effectu nitũtur, l. dubium non eſt. C. de diuort. c. nouit extr. de his quæ fiunt à prælat. & 15. q. 7. epiſcopus, & dicit Iaſ. in d. l. placet, col. 3. in in 1. notab. quòd Princeps debet de neceſſitate tractare cauſas graues cum cōſilio procerum; aliàs actus factus eſt ipſo iure nullus: adducit dicta per Bal. in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. vbi inquit, quod Papa non poteſt expedire ardua quæq; ſine interuentu & cōſenſu Ill. D D. Card. Et præterea nonnulla alia adducit, & vltra eum adde tex. in c. per venerabilem. §. rationib. ext. qui fil. ſint legi. vbi Abbas colligit quod ex Bal. proxime dixi. Et in terminis ſic ad inualiditatem alienationis de cenſu annuo Marchionalis Camerę Saluciarum pro tunc Moderno Marchione aduerſus communitatem Saluciarum, argumentatus fuit Franciſcus de eccleſia in feuda lib. conſil. 18. col. 2. Verum declaratio hæc, cui contradicere non fuit auſus Conſtant. Carolus in conſ. ſeq. col. 2. non adeo mihi tuta videtur, & contrarium firmauit Clariſſ. Purp. in conſ. 20. col. 1. qui in eodem caſu prius in conſi. 17. pro communitate ipſa reſponderat.

80 Mouetur ſolido fundamento, quia Principes, & qui Principum iura in ſtatibus ſuis tenent ardua quęque expedire poſſunt abſque procerum vel aliorum conſilio, ac ideo ex ſola animi eorum deliberatione leges conſtituunt l. fi. C. de legib. & inde Alberi. & ſcribent. colligunt Pau. Caſt. in d. l. humanum, ad hoc tex. in §. ſed quòd Principi. inſti. de iure natur. Et quia in Principe omnis fuit tranſlata poteſtas l. 2. §. nouiſſime. ff. de orig. iur. & inde notat eleganter Cagnol. nu. 180. & 186. cum ſeq. & l. 1. ff. de conſtit. princ. & ſic ſe habet communis opinio ſicuti apud Cano. legitur in rub. ext. de conſti. per Felyn. Deci. & alios tā in Papa, vt negocia quæque ardua diffinire valeat abſque conſilio & interuentu Illu. DD. Card. quam ēt in alijs principib. & iura in cōtrarium ſupra adducta, honeſtati referuntur, nō aũt ad Principis neceſſitatem, veluti ſupra dixi, ꝙ Papa ſolus ex cauſis poteſt deponere Reges & Principes: In dubio autem, quia pro Principis actu ſemper, qđ vtilius eſt pręſumitur, quia in terris Dei vices & locũ tenet, & aĩata lex eſt. actus ꝑſertim in pōderoſis & arduis factus pręſumitur cũ procerũ conſilio, veluti aduertit Conſtantius in d. conſ. 19. col. 2. & bene poſt Mar. Laud. in tra. de prin. ĩ 3. cha. ꝓpe fi.

81 Altera autem, & ſecunda declaratio eſt ad ſuperius dicta circa tractatum: an ex contractu Principis ſucceſſor in principatu obligetur, vi uideamus, quid in contractu mutui: nam ſi Princeps nomine proprio vti priuatus contraxiſſet, planũ eſt ſucceſſorem non teneri: niſi illius hęres eſſet, prout ēt priuatis: ſi uerò contraxiſſet uti Princeps, & in re, ſeu negocio ad Principē, & principatum pertinēte, & tunc ſi quidē contraxit ex cauſa nō concernente vtilitatē ſtatus, uel eius neceſſitatē, ut quia mutuam pecuniam uti Princeps obligando ſtatum, & redditus regales, accepiſſet, quam in uoluntarios uſus conſumpſiſſet: tunc doctores ſupra relati in cōſultatione illa Saluciarũ præſupponere uidentur, ſucceſſorē non teneri; per tex. cũ materia, in l. ciuitas. ff. ſi cer. pe. & no. Inn. & Abb. ĩ c. 1. ext. de depoſito: ſi verò pecunia illa verſa fuiſſet in utilitatem uel neceſſitatem principatus pro illius defenſione, uel augumento aut ĩ principis neceſſarios, & utiles uſus, & adhuc ſucceſſor tenebitur, ſicuti concludit D. Purpu. in d. conſ. 17. & conſ. 20. nā & ſucceſſor in prælatura tenetur ad debita contracta per ſuum pręceſſorem pro utilitate eccleſiæ, aut pro neceſſitate alimentorum, uel infirmitate prælati,

prædefuncti; ſicuti Abbas tradidit in c.
1.extr.de ſol. & in c.per tuas ex. de don.
Iaſ. conſ. 122. in 2. Cum autem in in-
ſtrumento narratur Principem ex ali-
qua cauſa concernente vtilitatem, vel
neceſſitatem ſui ſtatus, pecunias mutuas
accepiſſe, nec apparet an in eas cauſas
verſę fuerint, dubitatio hoc caſu non le
uis eſt: in quo puncto tres caſus conſide
ro, primus eſt: cum conſtat cauſas nar-
ratas eſſe vtiles, & tunc onus probandi
pecunias in eas cauſas verſas fuiſſe cre-
ditori non incumbere exiſtimo, imò
ſatis eſſe ſibi de vtilitate cauſarum, etiam
quòd pecuniæ in alios vſus verſę fue-
rint, & ſic decidit D. Purp. & bene
iudicio meo, in d. ſuo conſi. ſub nu. 8.
poſt Inno. & Abb. in d. c. 1. & Rom. in
conſ. 440. non eſt dubium, nec quic-
quam obſtat text. in d. l. ciuitas. quia
Princeps non eſt ſimplex adminiſtrator
ſed dominus, & cui proinde plus tri-
buendum eſt, quàm prælato adminiſtra
tori. Secundus caſus eſt, cum Princeps
cauſas particulares non expreſſit, ſed
in genere: ex facto autem demonſtra-
ri poteſt, quòd tunc ſuberant iuſtæ cau
ſę, quarum ratione Princeps moueri
potuit, ad eas pecunias accipiendas; &
hoc caſu, quamuis pecuniæ in eas cau-
ſas expoſitæ non appareant, adhuc ſub-
ſcribo ſententię D. Purp. licet Eccleſia
contra, maxime cum res agitur cum ſub
dito. & ad hæc optime ſeruiunt, quæ
Abbas ſcripſit in d. c. 1. extr. de ſolu. &
magis in terminis. Iac. de Are. & Cyn.
relati per Bar. in d. l. ciuitas prope finem.
& licet Bar. ibi poſt Guliel. Cun. in ad-
miniſtratore ciuitatis contra deciderit:
attamen vt dixi argumentatio ab admi-
niſtratore ad Principem, non vtique pa
ribus paſſibus ambulat. Tertius caſus
eſt cum Princeps mutuas pecunias ac-
cepiſſet, & id feciſſe dixiſſet ex cauſis con
cernentibus publicum intereſſe, quæ ta-
men nullibi apparerent: & hoc caſu du-
bium eſſet, an Principis aſſertioni cre-
dendum eſſet, ita vt ſucceſſor illam im-
probare nequiret, de quo latiſſime per
conſulentes ſupra relatos, in dicta ſal-
uiarum cauſa: & per Marian. ſeni. con-
ſil. 15. nume. 14. cum ſeq. in primo. Di
ces tu, cur Princeps non tenetur mu-
tuo contracto per præceſſorem in rem
ſuam propriam, tamen tenetur ſtare
donationi, vel alienationi, ex alia cau
ſa de re aliqua ipſius principatus, iuxta
tamen ſuperius dicta: Reſpond. quòd
hoc operatur translatio dominij de re
donata, vel aliter alienata.

81 Quinta concluſio, Papa an poſſit res
eccleſiaſticas, & quæ in patrimonio
eccleſiæ ſunt, alienare, vel infeudare,
dubitabilis videtur quæſtio: Nam ple-
rique tenuerunt, quòd in his Papa non
habeat dominiũ, ſed adminiſtrationem
Archidiacon. & Dominic. poſt eum 12.
diſtin. cap. primo, & idem Domin. in
cap. primo, de ſumm. Trinit, in *6*. Ab-
bas poſt Hoſtienſ. per eum relatum in
cap. cum veniſſent, numero 8. extra de
iudic. & in cap. conſtitutus. nu. 13. extra
de relig. dom. & eſt ratio ſecundum eos:
quia eccleſiarum bona ſunt in patrimo-
nio Chriſti, capitu. cum ex eo. de ele-
ction. in *6*. cap. cum ſecundum: de præ
bend. nil mirum, quia oblata eccleſiæ
dicuntur oblata Deo, cap. nulli, & c.
qui abſtulerit 12. quæſtio. prima.

82 Ideo non licet Papæ bona eccleſia-
rum in turpes vſus conſumere, vel
conſanguineis ſuis dare, vt ditiores
fiant, & ſi aliter facit, mortaliter pec-
cat, vt inquit idem Archidiacon. in
capit. non liceat Papæ, 12. quæſtione
ſecunda, per illum textum ſecutus eſt
Bald. in l. cum multa. C. de bonis quę
liber. Abb. dicto capit. cum veniſſent,
numero octauo, & in d. cap. conſtitu-
tus, extra de religioſ. domib. colum. 3.
Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum nume.
*63*. extra de conſtitut. & in cap. conſti-
tutus numer. *29*. de reſcript. in cap. ad
audientiam colum. 4. de præſcription.
Dec. in cap. ſignificaſti numer. 15. ex-
tra de electione, & factum contra le-
gem, ſucceſſor reuocare poterit: ſicuti
in puncto tradidit Bellamera conſilio
33. nume. 44. & qui accipit malefidei eſ
ſe cenſetur: ad tex. in l. quemadmodum.





C. de agricol. & cenſi. lib. 11. & in c. qui
contra, de regul. iur. in *6*.

83 Sed contra, quòd in rebus eccleſia-
rum, & quæ in patrimonio Chriſti ſunt:
Papa dominium habeat, non ſimplex
regimen, determinarunt Pau. Eleazar.
& Cardinal. in clemen. prima, in prin-
cip. in titulo de ſumma Trinit. Andr.
Barbat. in clemen. prima; columna ſe-
cunda, de iureiuran. & hanc probauit
Cardin. de Turre Crem. in d. ſuo tra-
cta. de eccleſ. lib. 2. cap. 88.

84 Nil mirum, quia principatus Papæ eſt
Monarchicus, & Regalis, ac ideo Re-
gius titulus Papæ non inconuenit, ve-
luti pulchrè docuit idẽ de Turre Crem.
libro 3. capitul. 4. in ſolutione ſecundi
argumenti: quam etiam ſententiam
probarunt Petr. Ancharan. conſil. 310.
tres domini, colum. 2. & col. penul. vbi
tamen requirit, quod in indulto & alie-
natione Papa deroget dicto Can. non
liceat. Cardin. Zabar. conſil. *9*2. verſ.
quò ad ſecundum, vbi, quòd Papa po-
teſt infeudare bona reuerſa ad menſam
epiſcopi. Paul. Caſtr. conſil. 414. in fa-
cto pręſenti, per totum. in 1. volumine,
vbi concludit, Papam pro debito Rom.
eccleſiæ potuiſſe alienare & obligare bo
na eccleſiæ Auinionenſis.

85 Adducit rationem; quia dominium
rerum eccleſiarum, non eſt ipſarum ec-
cleſiarum particularium, ſed Chriſti: Pa-
pa autem eſt immediatus Vicarius Chri
ſti, & quodcunque facit Papa in terris,
factum Chriſti reputatur, claue non er-
rante. cap. quanto, c. inter corporalia, ex
tra de translat. pręlat. nec eo caſu, cum
Papa alienat ex cauſa iuſta, aut neceſſa-
ria, requiritur derogatio dicti canonis,
ſecundum eundem Paul. Caſtr. & idem
Paul. in conſil. 22*6*. viſis, in eo. vol. ſcri-
pſit: quòd Papa poteſt prorogare con-
ceſſiones factas per Abbatem de rebus
ſui monaſterij abſque conſenſu Abba-
tis, nec ſucceſſor in põtificatu poterit re
uocare. & in ſimili, quòd Papa potue-
rit prorogare quædam feuda Epiſcopa-
tus Aſtenſis ad fœminas, probauit Car-
din. Pariſ. conſilio 103. in princip. in 4.
vbi inquit, quòd Papa de rebus eccleſia
ſticis poteſt libere diſponere: Propius
autem ad rem, idem Pau. Caſtren. con-
ſil. 287. primum-dubium col. 2. in 1. ele-
ganter reſpondit, quòd dominium re-
rum eccleſiaſticarum, propriè loquen-
do, non eſt apud aliquam eccleſiam par
ticularem, ſed apud Chriſtum, cuius Pa
pa eſt Vicarius in terris cum omnimoda
poteſtate, eò quia eccleſia catholica,
cuius caput eſt Chriſtus, vna eſt, & eius
principatus eſt apud eccleſiã Romanã,
quæ fuit immediate à Deo inſtituta: cæ-
teræ verò eccleſiæ tanquam riuuli fue-
runt ab ipſa eccleſ. Rom. ordinatæ, 22.
diſtin. cap. primo, & 24. quęſt. prima, c.
loquitur.

*86* Et inde infert, quòd quicquid iuris
eſt apud eccleſias particulares, eſt apud
Papam, & ad hoc allegat etiam, quæ pul
chrè in propoſito ſcribit Ioan. mona. in
cap. ſi ex eo tempore, de reſcript. in ſex-
to, vbi inquit, quòd Papa eſt pater pa-
trum. & concurrit cum omni prælato,
in iuriſdictione, & poteſtate: ad quòd
tex. optimus in c. dudum: de prębend. in
*6*. in §. Nos igitur, ac ideo Papa in col-
latione beneficiorum concurrit cum or
dinarijs: pleniſſime Menoch. conſ. 83.

87 Et propterea concludit, Papam alie-
nare poſſe res quarumcunque eccleſia-
rũ, immo & ab eis auferre, quia vt Paul.
inquit, potius aufert adminiſtrationẽ,
quàm dominium, quoniam dominium
eſt apud eum, vti Chriſti Vicarium, & ec
cleſiæ Rom. caput, & dicta Pau. Caſt. pro
bauit Corn. conſ. *9*0. numero nono, in
4. ad hoc etiam Bald. aſſertio in l. bene à
Zenone, in 2. lectu. C. de quadr. præſcri.
vbi inquit, quòd ſi Archiepiſcopus ha-
bet ſub ſe Caſtrum, Papa ex certa ſciẽtia
poteſt illud mihi in feudum concedere.
& idem dicit Bal. ipſe in c. 1. in princ. in
tit. qui feud. da. poſ. & in l. cum mulctę,
C. de bon. quę liber. & quod ex cau-
ſa Papa valeat res cuiuſque eccleſiæ alie
nare, tradidit idem de Turre Crem. di-
cto lib. 2. cap. 52. in 11. argu. ac etiam
de vna eccleſia ad aliam transferre, tra-
didit poſt gloſ. Archidiacon. & alios. Fe

lyn. in dicto capitulo, quæ in eccleſia-
rum nu. 63. Anton. & Abbas in dicto c.
conſtitutus. An autem, ſine cauſa poſ-
ſit, bona vnius eccleſiæ alteri dare: vel
partem vnius epiſcopatus diuidere. non
nulli ex ſupra memoratis ſentiunt, poſſe,
ſed contra determinauit poſt Cardin. Ia
88 cobatium, Menoch. conſ. 264. nu. 39. Et
idem quoque quòd Papa poſſit ex cau-
ſis infeudare, & alienare bona quarum-
cunque eccleſiarum, poſt Ioan. monach.
ſupra relatum, Bald. & feudiſtæ omnes
in capitul. primo. in principio, in titu-
lo de his qui feu. dare poſſ. ſecutus eſt
Felyn. dicto capit. ad audientiam. nume
ro tertio, de præſcriptio. Curt. iun. de
feud. in 2. parte, quæſtione vndecima,
Brun. conſilio primo, numero trigeſi-
moſecundo, & qui poſt eum in ſequen-
tibus conſilijs reſponderunt, Soc. apud
eundem Brun. conſ. 10. nume. 19. vbi à
paritate rationis, idem voluit in Impe-
ratore, vt poſſit infeudare, nedũ Caſtra,
Terras, & loca ſibi immediate ſubiecta,
ſed etiam omnes res mediate ſubiectas,
quæ ſunt alicuius domini inferioris:
quòd eſt valde obſeruandum. non ta-
men firmo, ex dictis ſupra nume. 75. &
in Papa, Pariſ. dicto conſilio numero
primo. Imo maiorem poteſtatem habet:
quia prælati res ſuarum eccleſiarum alie
nare nequeũt, abſque licentia, & aucto-
ritate ſedis Apoſtolicæ, & ſi nulliter alie
nant: Papa confirmando alienationes,
quamuis nullas, conualidat: ſic elegan-
ter Paul. Caſtrenſ. dicto conſilio 229.
columna prima, & ad text. in dicto capi
tulo non liceat: Reſpon. de honeſtate
& conſilio, non de neceſſitate traditum
fuiſſe: ne Papa alienet res eccleſiæ: ideo
verba illa: non liceat Papæ. non ſtant ab
negatiue, ſed exponuntur, non liceat Pa
pę, ideſt non credat Papa ſibi licere, ſic
Archidiaco. Dom. Præpoſi. & de Turre
Crem. ibi, & in terminis, ſic poſt iſtos pa
tres declararunt Nicol. Vbal. de ſucceſſ.
ab int. in 6. quæſtione in fine. Sigiſmun.
Lofred. conſilio 40. numero trigeſimo
quinto.
89 Reſolutio huius difficultatis, præſup
ponit vnum, quod indubitale eſt: eccle-
ſiam Rom. proprietatem bonorum ha-
bere poſſe per modos habendi de iure
poſitiuo, non ſolum facti uſum, & ſimpli
cis diſpenſationis, ſicuti exploſa erran-
tium opinione, vti hæretica & à ueritа-
te catholica deuia, diffiniuit Ioan. XXII.
in extrauag. cum inter: ſub tit. de verb.
ſigni. vbi gloſ. Zenzelini optime com-
probat & Card. Zab. in clemen. exiui,
in gloſ. proinde eo. titu. quo ſic pręſup-
poſito concludendum cenſeo, veram
eſſe aſſertionem tenentium, Papam ha-
bere dominium rerum eccleſiaſtica-
rum, non ſimplicem earum diſpenſa-
tionem, & adminiſtrationem, & ideo
90 vera eſt concluſio ex ſententia ſupra
relatorum, Papam ex iuſta & rationa-
bili cauſa, alienare, & de nouo infeuda
re poſſe, ne dum res de patrimonio
Rom. eccleſ. ſed quarumcunque eccle-
ſiarum. & rationabilis cauſa exiſtimatur
nedum pro debito eccleſiæ, ſed etiam
in remunerationem grati ſeruitij, velu-
ti tradiderunt ſupra citati doctores: &
in ſpecie d. Abb. d. cap. cum veniſſent,
numer. 8. Curt. qui plures adducit d.
Par. 2. q. 6. nume. 7. Iaſ. in l. ex hoc iu-
re, nume. 60. ff. de iuſt. & iure, Pariſ. d.
conſil. nume. 94. intellige in quaſcun-
que perſonas, etiam coniunctas ſummo
ipſi Põtifici, ad plene tradita per Curt.
d. Par. 2. q. 7. Menoc. conſil. 79. num.
19. Citra tamen rationabilem cauſam,
alienatio facta, quaſi errante claue,
non valeret: ſicuti Archidiac. & alij ſu-
pra relati dixerũt. In dubio autẽ cauſam
præſumendam eſſe, in Papa, tradidit
Abbas d. loco. idem Abb. poſt Butr.
in d. cap. conſtitutus, de relig. domib.
colum. 3. quos ſequitur Felyn. loco prę
allegato: quibus ſubſcribo ob ſupre-
mam dignitatem, excellentiam, & ſan-
ctitatem perſonæ, quamuis contra ſen
ſerint Gemin. & Archid. in d. cap. non
liceat. Rebuff. in compend. Alienat.
rerum hebes. ſub nume. 9. quos ſequi-
tur D. Ceſal. conſil. 302. nu. 81.
91 Si tamen Papa alienaret, vel feudum
cõcederet, aliquam magnam ciuitatem
vel



vel caſtrum, de patrimonio eccleſiæ, re-
quireretur conſenſus Ill. DD. Card. ſic in
ſpecie Bal. in l. cum multa. C. de bon. quę
lib. & in ſuo conſil. 324. in 1. quem in id
ſectatores fuerunt Aluarot. in d. c. 1. de
his qui feud. & Cur. loco præallegato:
Ego autem in hoc negocio ſentio; præ-
ſupponendo ſtatum Papę eſſe Monar-
chicum in rebus temporalibus eccleſiæ,
non minorem poteſtatem habere, quàm
Imperator habeat in rebus imperij, vel
Rex in demanialibus Regni: nam & Pa-
pa dicitur dominus rerum particulariũ
ſubditorum reſpectu protectionis, ſicuti
Imperator rerum ſuorum ſubditorum.
ſic arguit Card. in clem. 1. col. 2. in prin.
de ſum. Trin.
92 Illud autem conſtat res Rom. eccleſ.
quę ab infidelibus occupantur per Pa-
pam donari poſſe, & donatio valet, etiã
ſi ab infidelibus euincerentur; quocirca
valuiſſe donationem factam à Papa, Re-
gi Carolo, & eius ſucceſſoribus, de re-
gno Hieruſalem, tradidit Bar. & ſequun
tur poſteriores, in l. id quod apud ho-
ſtes. ff. de leg. 1. Felyn. in c. 1. col. 4. in 3. li
mitat. ext. de probat.
93 Sexta concluſio, prælati eccleſiaſtici
minus poſſunt in præiudicium ſuorum
ſucceſſorum, quàm pręlati, & Principes
ſeculares, caſus eſt in c. 1. in ti. qui ſucceſ.
tene. & in tit. qui ſucceſ. feu. dare poſ. nil
mirum, quia procuratores ſunt eccleſia-
rũ: 12. q. 1. c. vlt. notatur in c. 2. ext. de do
na. Spe. in ti. de iudice delega. §. ſepereſt,
in verſ. quid ſi prælatus, plenius autem
pertractant feudiſtæ in dictis capitulis.
94 Reliquũ eſt, vt videamus, an Princeps
delinquendo obliget fiſcũ etiam in prę-
iudicium ſucceſſoris, de quo puncto diſ-
ſeruit egregie Bal. conſi. 271. in 2. Statuẽ
do aũt clarũ eſt Principem, nec ſe, nec ſuc
ceſſorem ſuũ obligare poſſe. l. Princeps.
ff. de legib. l. digna vox. C. eo. l. ſi quis.
in princ. ff. de leg. 3. pulchre Socin. Iun.
conſilio 68. numero 26. in tertio.

LIBRI PRIMI FINIS.

# MARCI ANTONII PEREGRINI DE IVRIBVS, ET PRIVILEGIIS FISCI,

## Liber Secundus.

### DE DELATORIBVS, Titulus Primus.

1 *Defert quis ſeipſum, aut alium.*
2 *Deferre qui poßint, vel non.*
3 *Delator non debet deſiſtere, ſed cauſam proſequi, aliàs punitur.*
4 *Delator agere debet cauſã cũ fiſci patrono.*
5 *Delator inconſulto fiſci patrono tranſigere nequit.*
6 *Reus delatus tranſigens cum delatore fiſco inconſulto pro confeſſo habetur.*
7 *Solidus in iure pro aureo accipitur.*
8 *Confeßio tacita, ſeu præſumpta, perſonam non egreditur, ideo hæredi non nocet.*
9 *Confeßio à lege præſumpta admittit probationem in contrarium.*
10 *Contumax in reſpondendo poſitionibus habitus pro confeſſo, poteſt probare contrarium: circa factum de quo in poſitionibus.*
11 *Confeßio ficta, & præſumpta in vna cauſa non nocet in alia.*
12 *Confeßio ficta, quæ reſultat ex aliquo facto. exigit, vt ſuper illo facto pronuncietur.*
13 *Confeßio ficta, quæ reſultat ex aliquo facto, ante pronunciationem ſuper eo non tranſit ad hæredes.*
14 *Confeßio tacita, & præſumpta in quibus caſibus tranſeat contra hæredes.*
15 *Delator tenetur probare cauſas, cæteraq; alia neceſſaria.*
16 *Delatori quanta portio debeatur.*
17 *Lucrum delatori ſpectans nedum per eum agnitum tranſmittitur ad hæredes.*

VIso de ijs, qui iura fiſci habent: ſuccedit materia, de cauſis, ex quibus fiſco acquiritur: verum, quia, vt inquit textus. in l. 1. ff. de iur. fiſc. variç ſunt cauſæ, ex quibus nunciatio ad fiſcum fieri ſolet: & interdum quis ſe defert, vel ab alio præuentus defertur, vt inquit illa lex. idcirco, prius de delatoribus, quos denunciatores vulgus appellat, non nulla ad rem ſubiectam neceſſaria ſcribere decreui.

1 Defert autem quis: aut ſeipſum, aut alium: ſeipſum quandoque defert ad effectum, vt ex ea re, quam ex legibus retinere nequit, & ad fiſcum ſpectat, portionem legibus diffinitam in præmium delatoris aſſequatur. veluti exempla extant: in l. edicto: in l. ſenatus. ff. eo. & dicam infra. Omnes autem ſeipſos deferre poſſunt, tam maſculi, quàm fœminç, & cuiuſcunque ætatis ſint, d. l. edicto, & melius in l. ait diuus. ff. eod. amplia etiã

quòd



quòd fiſcus poſſideret. l. Arrianus, in princip. ff. eod.

2 Alios autem deferre poſſunt, non omnes: quidam: enim nunciare prohibiti ſunt, de quibus in l. deferre. ff. eo. & in l. quia accuſare. ff. de accuſation. aliqui. n. prohibentur propter ſexum, vel ætatem, veluti mulieres & minores anno. 20. citra conſenſum tutorum, vel curatorum ſuorum, vt per Barto. in d. l. quia accuſare: alij propter ſacramentum, veluti Milites ſtipendiati: quidam propter honorẽ, & merita præterita, ſicuti veterani, nonnulli ob dignitatem & honorem perſonæ, veluti clariſſimi, & qui Magiſtratus gerunt, alij ob delictum proprium, ſicuti infames & damnati in opus publicũ, vel in metallum, intelligendo tamen de infamia iuris, non facti. Bar. in d. l. quia accuſare: nota tamen: quia tex. in d. l. deferre. in materia iſta excludit tantum damnatos in metallũ, & in opus publicũ. Item aliqui ob turpem quçſtum, vt quia pecuniam acceperint ob accuſandum, vel non accuſandum aliquem, qui in leg. Iul. repetund. incidit. l. eadem. ff. ad leg. Iul. rep. quidam propter conditionem perſonarum. veluti liberi contra parentes. liberti contra patronos, vaſalli contra dominos, d. l. qui accuſare, in fine, & l. 2. §. Imperator. ff. de iu. fiſ. & l. 1. §. cum patronus. ff. de off. præf. vrb. Item tutores, & curatores non opponere cauſam ſuorum pupillorum, vel adoleſcentum deferre: Diui Seuer. & Antonin. reſcripſerunt: quod etiam obſeruari conſtituerunt in eo: qui quaſi procurator negocia geſſit. d. l. deferre. §. item eos. Et tutorem, qui aut detulit, aut mandauit ſeueriſſime puniendum, reſcripſerunt: eiſdẽ rationibus, nec aduocatum, rem, vel cauſam, clientis ſui deferre opportere cenſeo, quia tutiſsimum aduocati ſecretum ex officio eſt, & eſſe oportet: ſerui item dominos ſuos deferre prohibentur. qui etiam ſi probauerint, ſeueriſſime puniũtur. d. l. 2. §. Imperator. cũ gl. & l. fi. C. de delator. lib. 10. Item venditor rei ad fiſcũ pertinentis eandẽ fiſco deferre prohibetur. ne alioquin pçnã patiatur dignã ſuæ perſonæ d. l. deferre. §. ſed nec quidẽ: quidam verò pp calumniæ ſuſpicionem repelluntur, veluti qui falſum teſtimonium ſubornati reddiderunt. l. alij. ff. de accuſ. nã in eodẽ mali genere perſeuerare præſumuntur, glo. ibi, cum plurib. concord. quod ego eadẽ ratione amplio ad quoſcunque de calumnia notatos, & ad delatores, qui in alia cauſa defecerint, ad tex. in l. 2. §. ſenatus. ff. de iure fiſc. Inimici verò ab hac ciuili delatione non repelluntur. d. l. 2. in princip. ibi vlciſcendi ſe gratia. Qui autem de quibus ſupra, ab huiuſmodi delatione ciuili repelluntur, eos quidem non excludi conſtat: ſi communem cum fiſco cauſam habeant. d. l. deferre. §. ſed communem.

3 Hçc autẽ, quò ad perſonas, quæ deferunt, ſatis ſunt: Sequitur de officio delatoris: & quidem, delator ſicut ab initio nunciare cauſam non cogitur, ita poſt nunciatam ab ea deſiſtere ſibi non licet: quamuis mãdato alieno detuliſſet: l. res. §. fin. ff. eo. niſi erraſſe ſe dicat, & de errore doceat. alioquin vti calumniator punietur, perinde ac ſi cauſam egiſſet, & perdidiſſet. l. ſenatus cenſuit: in princip. ff. eo. poteſt item deſiſtere ſi mandatorẽ ſponte in iudicio nominauerit, & eius nomine cauſam egerit, iſque ſubtractus ſit, d. l. res. §. fi. & l. ſeq. cum glo. & Bar.

4 Debet autem delator cum fiſci patrono cauſam peragere, alioquin ext. ordinem punietur. l. omnes. cum glo. C. de delator. lib. 10.

5 Delator item nec poteſt, nec debet inconſulto fiſci procuratore, tranſigere, alioquin tantum fiſco inferre cogitur, quantum fiſcus ipſe habuiſſet, ſi delator profeſſionem ſuam impleuiſſet. l. Adrianus. §. quia autem. ff. eod.

6 Reus verò delatus, nec ipſe debet fiſco inconſulto de cauſa paciſci, cæterum in fiſci cauſis cum delatoribus paciſcentes pro conuictis habentur, ſi modo pretiũ, vel etiam modicum dederint. l. in fiſci cauſis. ff. eo. & in l. quoniã. ff. de infamib. eius enim qui delatorem corrupit, ea cõditio eſt, vt pro victo habeatur. l. eius qui. ff. eo. Idcirco reus conuictus de corruptione

ruptione

ruptione nunciatoris, & pacto cum eo. tantum inferre cogitur fiſco, quantum ſi per ſententiam damnatus fuiſſet: d. l. Adrianus. in fine. Et præterea quingentorum ſolidorum pœna plectitur. l. Imperatores. ff. eo. gloſ. in d. l. in fiſci. Subſiſtendum tamen admoneo, quia text. ille loquitur in eo, qui attentauit corrumpere delatorem, vel iudicem, vt pœna ſolid. 500. puniatur, ſed an per attentatum pro conuicto habeatur, tex. id non dicit: cum verò delator deſtitit per gratiam non corruptus pretio, delatus non habetur pro confeſſo. d. l. in fiſci. glo. & Bar. in l. 1. §. fin. ff. eo.

7 Solidus autem in iure noſtro accipitur pro aureo. l. fin. vbi Doctores not. ff. de in ius voc. vbi Alex. & Iaſ. plures adducunt concord. & in l. cum de indebito. ff. de probat. ſicque pœna eſt grauiſſima, & ſuccreſcit, quia temporibus noſtris aurei ſunt minoris valoris, veluti declarat Iaſ. poſt alios ibi.

8 Confeſſio autem tacita, quam lex inducit contra reum paciſcentem cum delatore, non egreditur eius perſonam, & ideo nõ nocet illius hęredi, ſi poſt eius mortem detegatur; caſus eſt in d. l. eius qui. §. 1. Item & per conſequens, nec noceret patri, qui ex perſona filij condemnat excuti poſſet ex forma ſtatuti municipal. Bart. in d. l. eius qui: & in d. l. cum filius, in princip. ff. de verbor. obligatio. & ſequuntur communiter Doctores vtrobique, vbi nec nocet fideiuſſori. ſequitur Berous conſi. 197. colum. 1. in 3. pulchrè Corn. conſ. 97. co. 1. & 2. in 4. & plenius Rolan. conſ. 29. nu. 21. in 3. ſic & à ſimili probatio priuilegiata contra vnum, non præiudicat alteri. Bar. in l. ſi quando. C. vnde vi. col. 2. & poſteriores ad eũ. Dec. in conſ. 410. ſub nu. 13. Ru. conſ. 3. nu. 8. in 5. & in terminis noſtris, quòd ficta defuncti confeſſio non noceat hæredi, plura ſcribit Cur. ſen. conſ. 60. nu. 20.

9 Contra autem fictam, ſeu ex lege pręſumptam confeſſionem admittitur probatio in cõtrarium, circa factum ex confeſſione probatum, quia vbicũque, quis ex lege, vel ob illius contumaciam habetur pro confeſſo, illa tacita confeſſio nõ excludit probationes contrarias, ſed onus probandi in tacite confeſſum reijcit. l. ſecunda, & inde colligunt Angel. Salyc. Paul. Alexan. & Iaſ. nu. 6. & 7. C. qui teſt. fac. poſſ. cum concordant, vt plene per Tiraquell. de Retract. lignag. 4. gloſ. 1. nume. duodecimo.

10 Sic in ſimili contumax in reſpondendo poſitionibus, qui habetur pro confeſſo, non obſtante illa ficta confeſſione, poteſt probare contrarium, ſi vult. Angel. Paul. & Iaſo. d. loco, adducunt Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de poſition. §. 9. verſic. verũ tamen. Bal. in l. 2. §. quod ſi actor. C. de iuram. cal. Cur. in tract. poſition. num. 15. Alciat. de pręſump. Reg. 3. præſumpt. 22. Plot. in rep. l. ſi quando. §. 49. nu. 25. C. vnde vi. & nota, quod non admittitur probatio contra fictam confeſſionem à iure inductam, ſed admittitur probatio contraria circa factum probatum per illam tacitam confeſſionem, ſicuti eleganter declarat Iaſ. d. loco. nu. 7. poſt alios per eum relatos, reprobata opinione d. Alex. ibi.

11 Item ficta confeſſio, quæ nocet in vna cauſa, & in vno iudicio non obeſt, nec fidem facit in alia cauſa, & in alio iudicio. l. 2. §. 1. ff. eo. Bar. in d. l. eius qui. in fine principij. quamuis ſecus ſit in vera, & expreſſa confeſſione. Guido Papa quæſtio. 254. Marzar. conſil. 16. columna octaua.

12 Sed quæſtionis eſt, an requiratur particularis pronunciatio ſuper facto, vel ſuper illa ficta confeſſione. Bar. in d. l. eius qui. concludit & benè, requiri pronunciationem ſuper facto: veluti reum tranſegiſſe cum delatore, vel fuiſſe contumacem in reſpondendo poſitionibus: nec eſt neceſſarium, ꝙ pronuncietur illum pro confeſſo, quia pęna iſta ſubſequitur ex iuris diſpoſitione. l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. niſi aliud per ſtatuta ciuitatum præſcriptum foret: prout hic Paduæ: quia de ſtilo, & ex l. municip. poſitiones pronunciãtur pro confeſſis. Ratio autem præmiſſorum eſt, quia licet pro aliquo facto pœna ipſo iure infligatur, requiritur tamen

pro-



pronunciatio declaratoria ſuper facto: plene Felyn. in cap. Rodulphus, ext. de reſcrip. Socin. iun. conſil. 68. nume. 59. in 3. Curt. iun. conſi. 149. num. 2. cum autem ſuper facto pronunciatur, oportunum erit per conſequentes pronunciare reũ incidiſſe in pęnam confeſſi, ac in alias pęnas à iure præſcriptas.

13 Et vtile eſt ſcire, quòd requiratur pronunciatio, quia defuncto reo ante pronunciationem, pęna ad eius hæredes nõ tranſiret, Bart. expreſſe in d. l. eius qui. Bal. in l. 1. col. 3. C. ex del. def. Imo. in l. qui à latronibus. colum. 3. ff. de teſtament. vnde pęna, quæ à lege plus petenti infligitur, mortuo actore ante illius condemnationem, ad hæredem non tranſit. Bal. in l. 1. C. de plus petit. in fine.

14 Hæc tamen de hærede dicta, limita pluribus modis. primò quando confeſſio ſtat in ſuis puris terminis confeſſionis: ſecus autem ſi tranſeat in condemnationem, vt quia lex ipſo iure pęnam imponeret Bald. l. 1. nume. 7. deciſ. Pedemont. 106. ſecundo limita quando confeſſio reſultat ex alio, quam ex morte; aliàs ſi ex morte ad hæredes tranſiret, Bald. & alij in d. l. 2. C. qui teſt. fac. poſ. Rom. ſing. 305. Bar. in l. 2. §. ſi. ff. de bon. eorum. Tertiò limita in crimine lęſæ Maieſt. & hæreſis ac huiuſmodi, ex quibus defuncti memoria damnatur. Bar. in l. 2. in princip. ff. de bon. eorum. Quartò declara, quòd vbi agitur de cauſa inſtauranda, & de retractanda re iudicata rei defuncti mors hęredi nõ proderit: quia nõ de pęna agitur d. tex. in d. l. eius qui. & ad has limitationes adde Alexan. in addition. ad Bar. in d. l. eius qui.

15 In proſecutione autem iudicij delator probare tenetur cauſas, cæteraque neceſſaria ad obtinendum, nec priuilegio aliquo gaudet, vt à reo extorquere poſſit probationes de titulo ſuæ poſſeſſionis. l. extat. ff. de iur. fiſc. idque generale eſt. l. cogi. C. de petit. hæred. l. qui accuſare. C. de eden. & l. non vnde. ff. ſi cert. peta.

16 Quęro item quæ & quanta portio debeatur delatori in & de clam relictis, & in alijs, quæ ad fiſcum pertinent: & quidè ex legibus huius Seren. Dom. lucrantur quartam, ſicuti ex lege in Rog. capta 1433. 5. Iulij captum fuit: de iure verò communi, diſtinguendum eſt vnà cum Bar. in d. l. ſenatus. §. ſenatus: nam aut extraneus defert, & conſequitur tertiã partem. l. edicto. §. extat. ff. eo. cum gl. in verbo, vulgare: aut defert is à quo relictum fuit, & ſic defert quis ſeipſum, & hic adhuc tertium lucratur: tex. & glo. in d. l. edicto, §. cum ante: in uerbo: premio. glo. in d. l. ſenatus. §. ſenatus. tex. clarus in l. 1. C. de his qui ſe defer. lib. 10. Aut verò defert is, cui fuit relictum: & hic diſtingue: aut iſte erat incapax in effectu, quia fiſcus ab eo auferebat, & tũc ſubdiſtingue: aut erat indignus proprio ſuo facto, & culpa, & nihil lucratur, etiam quòd ſeipſum detulerit, d. l. edicto. §. eos. qui: & l. poſt legatum. §. ſi. ff. de indig. aut verò non erat indignus facto proprio, ſed quia teſtator illum indignum reputauerat, & eo caſu ſeipſum deferẽdo lucrum pro dimidia conſequitur: d. l. edicto: in princ. ibi palam, vel tacite: not. Bar. ibi & in d. §. eos qui. Aut verò iſte erat incapax, nõ tamen indignus, & tunc aut defert ſe, antequam præueniatur, & lucratur dimidiam: alia verò ad ęrarium fiſci pertinet, ſiue ipſe rem poſſideret tunc, d. l. edicto, in princip. & d. l. ſenatus. §. ſenatus, & l. cum tacitum. ff. eo. ſiue rem poſſideret is, à quo relicta fuit, qui tacitam fidem accommodauit: ſic tex. in d. l. edicto: verſ. idem poſtea. & in §. cum ante, in quibus etiam terminis intelligo tex. in d. l. 1. in 2. reſp. C. de his qui ſe def. non enim ſpeciale eſſe in vxore cenſeo. & nota quia lucratur dimidium totius quantitatis, quæ ſibi acquirebatur, non autem illius portionis, quę ad hæredem pertinebat, qui tacitam fidem commodauit, quamuis hæres portionem illam quoque perdat, & fiſco deuoluatur: vt eſt caſus in d. l. cum tacitum. Si verò incapax deferret ſe poſt præuentionem alterius, ſi quidem tertius ille denunciauit ante apertas tabulas, legatarius autem poſt apertas tabu-

las,

las, & notitiam habitam, & eo caſu melior eſt conditio legatarij incapacis: quia magis de non iure ſuo confiteri, quàm alium deferre videtur. d. tex. in dict. l. edicto. §. cum ante: quod ſi denunciatio per vtrumque facta fuerit poſt apertas tabulas, melior erit conditio occupantis. d. l. edicto, in princ. Intellige præmiſſa de incapace, cui clam, non palam relictum fuerat, quia in relictis palam incapacibus fiſcus nullam habet portionem. Bar. in d. l. edicto. §. eos, & eſt caſus in l. non intelligitur. ff. eo. dixi latiſſime infra in titu. de incapacibus. Practica autem hæc erit: quia aut delator poſſidet: & eo caſu detracta portione ſua, reſiduum fiſco reſignat: aut alius poſſidet: & fiſcus totũ capit: portionem vero delator à fiſco accipit. Bar. in d. l. ſi natura. §. ſenatus. & in l. 1. C. de vendit. rerum fiſcal. lib. 10. Si quis tamen per errorem detuliſſet ſe incapacem, cum tamen capere poſſet, non noceret ſibi erronea delatio, detecto errore, d. l. edicto. §. fin. concordat tex. in l. libertus. §. error. ff. ad municip. & in l. error. ff. de iuris & facti ignor. Hoc tamen diſtingue, & intellige, vt per Bar. in l. 2. §. fin. ff. eo. vt ſcilicet facti error non noceat, iuris verò proſit quibuſdam perſonis, veluti ruſticis, mulieribus, minoribus, militibus, & ſimilibus. Hęres autem illius, qui ſe deferre poterat, an ipſe ſe deferre poſſit, vt præmium cõſequatur, caſus in d. l. edicto. §. extat, cum gloſ. & concluſio eſt, quòd hæres illius, cui tacitè relictum fuerat, ſe deferrendo, regulariter conſequitur tertiam, pro vt quilibet extraneus: dimidiam verò qñ liquere pôt defunctum voluiſſe ſe deferre aut morte præuentus fuit, adeo vt per anguſtias temporis ſe deferre nõ potuerit, vt habentur in verſ. Item diui fratres. Hæres verò illius, qui tacitam fidem accommodauit, poteſt & ipſe ſe deferre, & lucrum tertię quod omnium vulgare eſt, aſſequitur, gloſ. ibi in verbo, deferre, & in verbo, cõſequatur: ſed cur diuerſum in hærede cum cenſeatur vna & eadem perſona cum defuncto? Reſp. quòd reſcriptum Traiani de lucro dimidię ad eos pertinet, qui ex defuncti voluntate relictum ſibi capere nequeunt: non autem ad alios, qui ex illorum perſona veniunt, dicit tex. in d. l. edicto. §. ad eos: vbi infert: quòd Dominus, ſi deferat, quod ſeruo ſuo relictum fuit, non dimidiam, ſed tertiã lucratur, prout ibi gloſ. ſuplet. Sed hic quęritur: an portio ſpectans delatori debeatur in eo tantũ. quod clam per grauatum traditam fuerat incapaci: an verò in eo etiam quod fiſcus ab illo grauato vti ab indigno aufert: dic ſecundum primam, caſus eſt in l. cum tacitam. ff. de iur. fiſc.

17 Demum quæro, an lucrum ſpectans delatori, per eum non agnitum tranſmittatur ad ſuos hęredes. textus decidit affirmatiuè. in d. l. edicto. §. ad hæredes. & §. ſequent. Bartol. in conſil. 157. numero 3. & de his ſatis.

## DE INDIGNIS, Titulus II.

Procedo ad ſecundam partem principalem, de cauſis ſcilicet, ex quibus fiſco acquiritur: quę veriæ ſunt, vt inquit tex. in l. 1. ff. de iur. fiſ. ideo proſequendo cauſas iuxta ordinem illius literæ: tex. ille præmittit ex varijs cauſis fiſco nunciari: nam interdum quis defert: ſeipſum capere non poſſe, quòd ſibi relictum fuit. interdum ab alio præuentus defertur, vel quòd mors ab aliquo non vindicetur, aut quòd indignus quis nunciatur: itaque litera illius textus pręmittit primo, de incapacibus, mox de indignis: vtraq; autem materia ampliſſima eſt, ac perutilis indigens nobili tractatu: Idcirco copiam primò materiam de Indignis, deinde proſequar de Incapacibus: & ſucceſſiue de alijs cauſis, ex quibus fiſco acquiritur, iuxta ordinem illius legis.

1 *Indignis quæ auferuntur fiſcus ſibi acquirit.*
2 *Indigni ſunt quos lex indignos eſſe declarauit.*
3 *Hæres ſpolians ſepulcrum defuncti, aut defunctum ipſum indignus non eſt.*
4 *Indignis culpa ſua, non culpa aliena fiſcus aufert.*
5 *Indignitatis cauſa reſpiciens vtilitatem tertij efficit, vt res illi acquiratur.*
6 *Indignus eſt habere quicunque ex ſcelere ſibi quæſiuit.*
7 *Indignus eſt capax & acquirit ſibi dominium, & poſſeßionem.*
8 *Indignitatem nemo præter fiſcum obijcere poteſt.*
9 *Indignus eſt adeo deteſtabilis, vt etiam ſi ſe deferat, portionem non habeat.*
10 *Indignus non reſtituitur, vt habeat: etiam quòd teſtator odij cauſas remiſiſſet.*
11 *Indigni morte crimen non extinguitur, ſed fiſcus ab hærede aufert.*
12 *Indignus vſque à principio malæfidei cenſetur.*
13 *Indignus rem reſtituit cum omnibus ſuis fructibus perceptis.*
14 *Indignus à quo res aufertur perdit omnia beneficia circa rem.*
15 *Indignus quo ad eius damnum rem ipſam habere videtur.*
16 *Indigno re ablata: confuſæ actiones & ſeruitutes ſibi non reſtituuntur.*
17 *Indigno fiſcus auferens ſuccedit in illius ius, & locum.*
18 *Indigno res ablata tranſit in fiſcum cum omnibus ſuis oneribus, & conditionibus.*
19 *Indignus reſpectu vnius rei, ſcripturæ, vel perſonæ, non eſt indignus, quo ad aliam rem, perſonam, vel ſcripturam.*
20 *Indigni perſona ſpectatur vter fiſcus capiat.*
21 *Authen. bona damnatorum: non habet locum cum res ab indigno aufertur.*
22 *Indignitas vnius non nocet alteri in quæſitis.*
23 *Indigno non aufert fiſcus lucrum, quod ei iam delatum non fuerit.*
24 *Indigno nolẽte acquirere an ſit locus fiſco.*
25 *Indigno repudiante ante cauſam indignitatis commiſſam fiſcus non aufert.*
26 *Indigno non capiente: vt quia etiam incapax ſit, fiſco non eſt locus.*
27 *Indigno nolente capere rem ſibi delatam fiſcus ex eius perſona capit ſequentibus excluſis.*
28 *Indigno excluſo per mortem, vel per lapſum temporis fiſcus excluditur.*
29 *Statutum puniens forenſem in amißione bonorum, non habet locum niſi ille realiter ſibi quæſierit.*
30 *Statutum excludẽs matrem propter agnatos non habet ſibi locum ſi agnatus indignus ſit ſuccedere, & rem cum effectu habere.*

1 QVAE auferuntur ab indignis, fiſcus ipſe capit, regula deſumpta ex l. 1. ff. de iure fiſc. & in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de in offi. teſt. vbi Bar. Bal. Ange. Paul. & alij notant. glo. Bar. Bal. & poſteriores in l. 1. C. de indignis. Bal. in l. qui contra: per illum tex. C. de inceſt. nupt. Saly. in l. mulctarum. C. de modo mulct.

2 Indigni autem in propoſito ſunt: quos lex expreſſe declarauit indignos, ita vt ab eis fiſcus auferat: ab alijs verò ex cauſa & prætextu indignitatis fiſcus non aufert, niſi lex id dixerit: ſic ſanè docuerũt Bald. Corn. & Alexan. in l. 1. C. de hære. inſtit. Ruin. conſil. 123. numero 6. in 4. Curt. iun. conſi. 182. numero 7. & ratio eſt: quia in pœnis ſtrictè proceditur, & niſi lex dicat: pœna ademptionis bonorum locum non habet: §. cum igitur: in Authen. de non elig. ſecund. nub.

3 Ideoque Roman. conſil. 185. in quarto dubio, per dictum & rationem, vt ſupra, inferebat, quòd hæres ſpolians ſepulchrum, ſeu cadauer defuncti, non ſit indignus, vt illius ſucceſſione priuetur: quia nulla lex hoc dicit, ſed aliter extra ordinem puniendus ſit: ſic etiam illi qui in teſtamentis ſibi aſcribunt culpam cõmittunt, & pęnaliter puniuntur, non tamen fiſcus ab eis aufert, ſed incapaces redduntur, lege prima, & lege fina. ff. de his, quæ pro non ſcript. & ſi vltra caſus lege communi prouiſos, municipalis lex ob aliquã cauſam indignum quẽpiam dijudicaret in fauorem fiſci, is vtique indignus cenſeretur, nam maxima eſt legis poteſtas, quamuis dura ſit. lege proſpexit. ff. qui à quibus, not. in

in l.omnes populi.ff.de iuſt. & iure.

4 Inſuper materia iſta de indignis à quibus fiſcus aufert, locum habet in ijs,qui indigni ſunt culpa ſua,non facto vel culpa aliena:nam quamuis iſti indigni ſint, ut capere pro ſe nequeant, attamen fiſcus ab eis non aufert,vnde quod hi capere nequeunt tranſit, vel ad ſubſtitutum, uel ad coniunctum, aut remanet penes eum à quo relictum fuit, ideoq; tales incapaces reputantur. ſic ſanè declarauit Bar.in l.aufertur: in princ.ff.de iure fiſc.in l.fi. col.3.ff. de indig.& in ſuo conſi.119.Do.Dominicus Alexan.con. ſi.202.in 6. Soc. iun. conſi.111.nu.12. in tertio.Iaſ.in l.2.de hæred.inſtit.Exempla traduntur in ſpurijs, adulterinis, inceſtuoſis,& huiuſmodi,& in eo quem teſtator uti filium, vel ſibi coniunctum inſtituerat, qui poſtea detectus fuit nullo cognationis iure ſibi attinere,ad l.aufertur,in princ.ff.de iure fiſc.& in l.ſi pater, & in l. nec apud, C. de hæred. inſtit.

5 Item cum cauſa, propter quam, quis vti indignus repellitur, reſpicit vtilitatē certæ perſonæ, tunc quod aufertur ab eo, illi perſonæ applicatur, nec fiſco defertur. caſus eſt in l.3.§. amittere. ff. de indign.in eo, cui fuerat relictum à teſtatore legatum,& præterea adiectum tutelæ onus: nam ſi tutelam adminiſtrare detractet, amittit quidē legatum: quod ſanè pupillo acquiritur. Aliud exemplū habetur in lege penult.C.de legat.in legatario, qui celauerat teſtamentum in præiudicium hæredis ſcripti. Tertium exemplum habes in Authen. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. ſic etiam per dicta iura declarauit Bar.in l.fi.col.vlt.ff. de indig.Ang.in l.1.C.eo.Bero.conſ.32. nu.24.in ſecundo.

6 Porrò indignus eſt habere, & fiſcus aufert. quicunque ex ſcelere ſibi acquiſiuit.l.Lucius.ff.de iure fiſc.ubi Bart.not. poſt glo. quę adducit iura concordantia in lege in hęredem.ff. de calum.in l. quod diximus.§.fi.ff. quod met. cau. & in l.cum ratio.§. fin.ff. de bon. damn. ad hæc optimus text. in l.ait prætor. §.fi.ff. de his, quæ in fraud. cred. qua ratione Ange. notabiliter in l.2. C. de cond.ob tur.cau.quem ſequitur Iaſ.in l. 3. §. ſed quod meretrici. ff. eo. inferebat, quòd licet meretrix licitè accipiat, quòd ſibi datū eſt, adeo, ut de eo libere diſponat, ut in dictis iuribus: ſecus tamen eſſe,nō in meretrice, ſed in amaſia, cui aliqua donata eſſent, nam fiſcus hæc, uti lucra turpia auferret: & multo magis ſubſecuto ſtupro, vel adulterio. In materia autem iſta, antequam aggrediar particulares indignitatis cauſas, prenotandæ ſunt nonnullæ regulæ, ſeu concluſiones generales ad totam materiam.

7 Prima eſt, quòd indignus eſt capax & acquirit ſibi poſſeſſionem, & dominium rei, donec fiſcus illam auferat.l.1. & ibi notatur. C. de indig. l.his conſequenter.§.1.ff.fam.erciſ.Bar.in l.Imperator.ff.de iure fiſ.

8 Ideo tertius non poteſt excipere de indignitate, ad excludendum illum: ne interim ſibi acquirat: quia ſoli fiſco competit actio & exceptio,glo.no.quam ſcribentes celebrant in d.l. his conſequenter.§.1. Bar.& poſt eum Soc. in l.2.§.1. ff.de excep.rei iudic.idem Bar.in l.in cognitione.ff. ad Sillani.notatur in l.ſororem.C.eod.Corn.conſi.209.nu.15.in 2. ideoq; hęres à quo aufertur hæreditas non deſinit habere titulum, & nomen hæredis, idq; ad plura prodeſt.caſus eſt in d.l.ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. & ibi notatur. & licet d.Iaſ.in l.controuerſia,col.pen. ff.de tranſactio. voluerit fiſco non opponente, tertium opponere poſſe cauſas indignitatis: attamen non bene aduertit: quia glo.in l.ea ſola.ff.de reg.iu.id non dicit: nec tex.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante,ff.de leg.1. quicquam obeſt: immo probat oppoſitum: & ſecundum regulam arguit Ceſa.conſ. 3.nu.122.& conſi.451.num.133.

9 Secunda concluſio eſt, quòd indignus eſt valdè deteſtabilis, adeo ut etiam ſi ſe deferat, non lucretur portionem aliquam. caſus eſt in l. poſt legatum.§.omnes.ff.de indig. & in l.edicto.§.eos. ff.de iur.fiſc.ubi Bar.declarauit in ijs, qui indigni ſunt culpa, aut facto ſuo.

Item



10 Item indignus adeo remanet excluſus, veluti à beneficio teſtatoris, vt non reintegretur, quamuis colligi poſſet teſtatorē odij cauſa ſibi remiſiſſe; vt quia confeſſus deceſſerit, vel ex alio accidenti: & ratio eſt, quia indignus culpa ſua punitur, ſic Bal.in lege id, quod paupe ribus.num.trigeſimoquarto. C.de epiſcop.& cler. ſecutus eſt excell.D.Mantica nunc benemeritus Rotæ Auditor, in ſuo tractat.de coniect.vlt.voluntat.libro 12.titu.5.nume.18.

11 Nec morte indigni fiſcus excluditur: quia ab eius hęrede, vel etiam à quocunque poſſeſſore rem aufert. l. Lucius. ff.de iur.fiſ. vbi gloſſ. concordantes adducit.

12 Item indignus ex tunc commiſſa indignitatis culpa malefidei cenſetur. notatur in l. 1. C. eo. Paul. Caſt. in l.ſed ſi lege.§.quod autem.nu.3.ff.de petitio.hęr. & eſt caſus in l. prædonis.ff.eo.

13 Idcirco fiſcus rem ab indigno aufert: cum omnib. fructib. & vtilitatibus perceptis. l. hæredem. l. eum qui, in princ. ff.eo.l.1.C.eo.l.cum quidam.§.in tacito, ff. de vſur.ac cum omnib.actionib.l.Imperator.vbi Bar.ff.de iure fiſ.

14 Tertia eſt concluſio: Indignus cui res aufertur,quòd attinet ad eius damnum perdit omnia beneficia circa rem,perinde ac ſi illam non habuiſſet,vnde fructus perceptos reſtituit,vt proximè dixi: inſuper de rebus ablatis non detrahit Trebellianicam, nec Falcidiā.l. Marcellus.§. fin.l.recuſare. §. ſi fiſco. l. poſtulante. §. ſed nec illud.ff.ad Trebell.l.beneficio. ff. ad leg.Falc.Immo nec legitimam detrahit.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffic.teſtam.dixi infra,in tit. de ijs,qui aduerſ.teſt.dixer.numero 8.

15 Sed quo ad eius incommodum, & præiudicium, rē ipſam habere videtur, ideoque portio hæredi ablata vti ab indigno, imputatur illi ad impediendum detractionem Falcidię,& Trebellianicæ in alia portione.l.hæredi. ff. de indign. quia perinde eſt, ac ſi rem illam alienaſſet, ideoque imputaretur etiam in legitimam: nam & alienata per filium in hanc imputantur.

16 Hinc etiam fit,vt cōfuſæ actiones per additionem & immixtionem in hęreditate, quæ deinde per fiſcum ablata ſit, non reſtituantur indigno: l. indigno. l. eum qui,§.1.l.hæredem.ff.eo. l. propter veneni.§.1.ff.ad Sillanian.l.eius qui.§.fi. ff.de iur.fiſc.intellige cum hæres hæreditatem adiuit, quo caſu confunduntur actiones, aliàs ſecus, Ripa in l.1.ſub nu. 155.ff. de vulgar. & idem quoque eſt in ſeruitutibus confuſis.l.eum qui.§.bonis ff.de indign.

17 Quarta eſt concluſio: fiſcus per ablationem ab indigno ſuccedit in illius ius & locum,ac idcirco omnes actiones pro re, & ex cauſa rei ablatæ, exercere poteſt,prout ille poterat. Bart. in l.1.col.2. ff. de iure fiſc. per text. in l. Imperator. ff. eo.

18 Item res tranſit in fiſcum,cum omnibus oneribus, & conditionibus, prout erat penes indignum, l.quod dicitur.ff. de iure fiſc.l.cum fiſco.ff.ad Sillanian.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis.ff.de legatis primo.l.poſt legatum. §.ſi ſeruum.& §. ſi is, ff.de indign. d.l.Marcellus.§.fin.& d.l.recuſare.§. ſi fiſco.ad Trebellia. Iaſ.in l.eā quam. col. 6. C. de fideicommiſſ. & eſt caſus in Authen. Hoc amplius. C.eo.& inſti.de eo, cui liber.cau.bona adijciun. & eſt generale in quocunque, à quo in pœnam illius aufertur hæreditas, in totum,vel in partem,ex diſpoſitione legis vel teſtatoris,vt pro tota, vel pro quota ablata, non teneatur ad præſtationem legatorum:ſic in terminis.l. hac edictali: tradidit Bal.ibi numero vigeſimoſecundo.C.de ſecund.nupt. & in diſpoſitione teſtatoris,idem Bal.in l.1.C.de his, quæ pœnæ nom. declara niſi remaneret hæres inſolidum, vt quia proprietas auferetur ſaluo vſufructu, gloſ.in l. mater. C. ad Tertullian. communiter ibi recepta. Soc.in l.Plautius.col.vlt.ff. de cond. & dem.Sigiſmun.Lofred.conſi.2. num. 38.declara quò ad onera hęreditatis ex perſona defuncti, non quò ad propria onera hæredis. Bar.in d.§.ſi fiſco.Boſ. in tit.de indign.numero 19.

 Quinta

19 Quinta eſt concluſio: indignus reſpectu vnius rei, ſcripturæ, vel perſonę, non reputatur indignus quò ad aliam rem, ſcripturam, vel perſonam, text. in l. hæredem. ff. de indign. & l. Papinianus. ff. eo. ideo prohibitus vni ſuccedere, ſeu ab eo capere, non prohibetur capere ab illius hærede. l. qui Titij. ff. de indig. fallit in interfectore, qui nec ab hęrede occiſi, eius bona capere valet. d. l. Lucius. ff. de iure fiſc.

20 Sexta eſt concluſio: indigni perſona ſpectatur: vter fiſcus capiat, an ſecularis, vel Eccleſiaſticus, & an vnius ciuitatis, vel alterius: ſic Baldus, & Paul. Caſtrenſ. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſcop. & cleric. Didac. de ſponſal. cap. 8. par. 2. §. 5. numero 10.

21 Septima concluſio: indignitas fortius afficit, quàm confiſcatio ex ſentētia pro aliquo delicto. Nam Authent. bona damnatorum. C. de bon. damnati, ceſſat in indignis: quia de his Authentica illa non loquitur, ſic Bal. in l. hæreditas. C. de indign. ſequitur Mart. Laudenſ. in tractat. de fiſco. quæſtio. 5. & Franciſ. Lucan. in eodem tractat. ſub titulo de public. bon. nume. 10. Immo & iure antiquo portio filijs non reſeruabatur. lege cum ratio. §. fin. ff. de bonis damn.

22 Octaua concluſio: indignitas vnius non nocet alteri in quęſitis etiam ex perſona illius indigni, ſed in quærendis ſic. l. poſt legatum. §. filius. ff. de indign. cum gloſ. Bal. in l. ex repudiatione. C. de fideicommiſſ. Soci. in rep. l. 1. ff. de vulgar. ſub nume. 21. in verſic. ad 4. dicas, declarando, vt ſtatim.

23 Nona concluſio, fiſcus ab indigno aufert, cum lucrum ſibi fuit delatum, ſecus ſi non delatum, vt quia præmortuus, antequam ſibi acquirere potuiſſet, caſus eſt in l. fin. in vlt. reſp. & ibi Bar. notat. ff. de indignis, Corn. conſil. 141. numero 4. in 4.

24 Quid autem ſi is qui indignus dicitur: ſibi non acquirat, vel acquirere nolit: an fiſcus auferat: an verò ſubſtitutus, vel coniūctus, aut poſterior in gradu admittatur: in hac difficultate conſtituo pro eius faciliori diſcuſſione infraſcriptas concluſiones.

25 Indigno repudiante ante cauſam indignitatis commiſſam fiſcus excluditur. Bar. in l. ſi ſequens. ff. ad Silla. clarè Pau. Caſtr. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſt. & in l. hęreditas. colum. 1. C. de indign. ratio ea eſt: quia tempore repudiationis non ſuberat cauſa, ex qua fiſco acquiri poſſet: ideo res ad priuatū pertinet, à quo non conuenit, vt fiſcus ex facto illius ſubſequenti, rem auferat: quia alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet. l. non debet. ff. de regulis iuris, & ex facto vnius alter grauandus nō eſt. l. ſancimus. C. de pęnis. & ius nobis quæſitum ſine facto noſtro auferri non poteſt. l. id quod noſtrum. ff. de regulis iuris: declara, niſi fraus coniecturari poſſet ex ſcriptis, in lege poſt contractum. ff. de donatio. & ita etiā ſenſit Boſ. in tit. de his quibus vt indig. ſub nu. 18.

26 Indigno non capiente, vt quia vltra, ꝙ ſit indignus ſit ēt incapax, tunc attēta incapacitatis cauſa, fiſcus excluditur. & vlterioribus locus aperitur: ſic concludit Ripa in l. 1. ſub nume. 155. ff. de vulgari. & in primo libro reſponſ. cap. 2. peroptaſſem in 4. dubio: & in not. caſu ad propoſitum conſuluit Soci. iunior. conſil. 3. nume. 14. & nume. 24. in 1. ratio quidem ea eſt: quia in concurſu harum cauſarum fortior eſt cauſa incapacitatis, nempe iſta excludit illum pęnitus & omnino à re: non ſic cauſa indignitatis, quia indignus capit, & nemo præter fiſcum ab eo aufert: item incapax cum habere non poſſit, nec fiſcus ab eo auferre poterit: quia ablatio pręſupponit habitum capiendi: ad l. decem. ff. de verbor. obli.

27 Indigno nolente capere rem, vel hęreditatem ſibi delatam, poſtquam factus eſt indignus, fiſcus ex illius perſona capit, ſequentibus excluſis. quia præſumitur nolle capere in fraudem fiſci. Barto. in l. ſi ſequens. ff. ad Sillan. & in l. 1. ff. de vulg. columna ſeptima, verſic. item quæro: vbi concludit pro fiſco contra ſubſtitutum, & eius opinio eſt communis, Ripa ibi nume. 155. Alexand. poſt Paul. in l. hæreditas. C. de indign. glo. Alexan. & alij in l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad Trebellia. Bal. in l. eam quam, numero 9. & 10. C. de fideicommiſſ. Boſius, vt ſupra in titulo de indign. nume. 18. & licet plerique relati per Socin. iunior. in conſi. 3. nu. 15. in 3. contra tenuerint: prior opinio verior eſt ad fraudes excludendas: & iſta concluſio indubitanter procederet, poſtquam indignus rem habuiſſet: nam ſubſtitutus per fiſcum excluderetur. Limita tamen in caſu, de quo per gloſ. in verbo: præſumi. in l. 1. C. de ſecund. nupt. quam ſequuntur cōiter Doctores, vt latè per Garroni. nume. 127.

28 Indigno excluſo per mortem, vel per temporis lapſum, fiſcus excluditur & ſequentibus aperitur ſucceſſio, ſeu lucrum remanet penes illos, apud quos manſiſſet, ſi indignus ille non fuiſſet in medio. Paul. & Alex. in d. l. hæreditas. colum. 1. Boſ. loco præalleg. nec fiſco in integrum reſtitutionem concedendam eſſe video, cum mihi non appareat de iuſta cauſa.

29 Præmiſſa autem intelligas de iure cōmuni: ſecus cum lex municipalis alium ſuaderet intellectum: vt quia ſtatutum diſponat forenſes in loco non poſſe acquirere bona immobilia, niſi ſub certa forma: alioquin communi acquirantur. Nam huiuſmodi ſtatutum ſic erit interpretandum, vt fiſcus ab illo auferat, ſi ille ſibi quæſierit, non aliàs, ſic ſanè in ſtat. Mantuano reſpondit Socin. iun. d. conſil. 3. à nu. 19. vſque ad 24. in 3. poſt Ripā d. cap. 2. in primo libro Reſpon.

30 Item adde, quòd fiſcus aufert ab indigno, & ſequentes excludit quando ille de iure communi eſſet capax, & ſequentes excluderet: ſecus autem ſi de iure ſpeciali ſui municipij: vt quia ſtatutum matrem, aut ſororem defuncti excluderet propter agnatos: nam ſi agnati indigni ſint ſucceſſione: quia pro ſe retinere nequeant, mater non excluditur: nempe quia ſtatutum excludens matrem, propter agnatos, præſuppoſuit agnatos rem habituros, ſic in terminis tradidit Clariſſ. Dom. Decian. olim pręceptor meus conſilio octuageſimoquinto, numero quarto, & ſequent. in primo, & ante eum idem ſenſit Alber. Brun. de ſtatut. exclud. articulo decimoſecundo, numero 94. & 95.



## DE EO QVI INTERFECIT defunctum, Tit. III.

1 *Interficiens aliquem ſuccedit ex teſtam. & ab inteſtato eidem & relicta ab eo capit, ſed fiſcus ab eo vti ab indigno aufert.*

2 *Et eo caſu fiſcus excludit ſequentes in gradu poſt occiſorem, immo etiam pares in gradu in portione delata interfectori.*

3 *Occidens aliquem ſi ex lege factus ſit inhabilis ad ſuccedendum fiſcus non capit.*

4 *Interficiens aliquem non ſuccedit eius hæredi in bonis interfecti.*

5 *Filij interfectoris bonis ipſi interfectori ablatis de hæreditate occiſi, partem non conſequuntur.*

6 *Occidens aliquem an ſit capax lucrorum ab eo, & fiſcus deinde vti ab indigno auferat: an vero ſit incapax, vt ſequentes ſuccedant.*

7 *Vir interficiens vxorem eſt incapax ſibi ſuccedere.*

8 *Vxore per virum occiſa lucra dotalia non ad virum, ſed ad vxoris hæredes pertinent.*

9 *Interficiens aliquem impune, an amittat lucra ſibi per illius mortem obuenienda.*

10 *Præmium legale non debetur ei qui proprio auctoritate ſe vendicauit, licet lege permittente.*

11 *Vir vxorem adulteram occidens lucratur dotem, vel partem dotis ex lege præmoriente vxore ſibi debitam.*

12 *Interficiens vxorem aut filios defuncti indignus redditur, & fiſcus ab eo aufert quod à defuncto habuerat.*

13 *Interficiens fratrem defuncti, an reddatur indignus, vt perdat quæ à defuncto habuerat.*

14 *Vulnerans aliquem, an reddatur indignus ab eo habere.*

15 *Occidenti oomparatur qui culpa, aut negligentia ſua permiſit aliquem perire.*

16 *Maritus tenetur prouidere de alimentis*

*& de neceſſarijs: alioquin ea prædefuncta non lucratur dotem, nec ſibi ſuccedit.*

17 *Interfectore ſuccedere non valente in fideicommiſſ. feudis primogenijs, & maioratibus, an fiſcus capiat, an vero ſequens in gradu.*

INTERFICIENS aliquem indignus eſt, vt idē cum effectu ſuccedat ex teſtamento vel ab inteſtato, vel hęredi eius in bonis illius interfecti: nam fiſcus ab eo aufert. l. Lucius. ff. de iure fiſ. & ibi no. gloſ. & Bart. l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. erciſ. l. ſororem. C. de indig. l. cum ratio. §. fin. ff. de bon. dam. vbi tex. ille ampliat, etiam quod interfector patris iuſſu occidiſſet: Idem eſt ſi culpa vel negligentia ſua defunctus perijſſet, l. indignum. ff. de indig. & gloſ. ibi exemplificat, non adhibendo medicum vel malum, vel ei non pręſtando neceſſaria ad alimēta, ad l. necare. ff. de lib. agnoſ. Item nec capere poteſt lucra ex contractu debita l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſol. mat. Et in hærede ex teſtamento, quod interficiens teſtatorē ſuccedere nequeat cū effectu, ſed fiſcus ab eo auferat: not. Bal. in l. hæreditas, colum. vlt. C. de indign. verſ. extra quæro, & in d. §. his conſequenter, & conſuluit Dec. conſil. 525. col. 1. Et notandum eſt quia interfector ſuccedit, ſed fiſcus ab eo aufert. d. l. his conſequenter, §. 1. & declarant Bal. Sal. Alex. & alij in d. l. hęreditas, Iaſ. in d. l ſororem. quod etiam pręſupponunt alia iura, & tradidit Ruin. cōſilio 222. in quarto, & nouiſſime Ioan. Anton. Anguſciola conſilio ſeptuageſimo ſexto, libro ſexto.

2 Et per ablationem fiſci ab eo, ſequentes in gradu excluduntur, Bald. in l. eam quam. numero nono, & decimo. C. de fideicommiſſ. Anguſc. dicto conſilio ſeptuageſimo ſexto, etiam ſubſtituti per vulgarem, dixi ſupra in principio. numero vigeſimo ſeptimo: pares autem in gradu in ſua portione ſuccedunt, non autē in portione interfectoris, vt declarant Bald. & Anguſc. dictis in locis, & voluit expreſſe Bar. in l. fina. col. 2. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. nec aliter ſenſit in dicta l. cum rō. §. fi. ſicuti declararunt Bald. & Alexand. in dicta l. hęreditas, & ſi aliud ſenſit, prauam habuit intentionem: nā cōtra tenent Doctor. pręallegati & pręterea Alberi. Roſ. in l. ſi ſequens, in principio. ff. ad Sillan. & in tertia parte ſtatut. quæſtione 54. Corn. dicto conſilio 222. in quarto. Afflict. in cap. primo. §. ſi duo fratres numero tertio, in titulo de feudo March. Bened. Capra conſil. 42. Ruin. dicto conſilio 129. & Egid. Boſ. in titu. de indignis, nu. 16. adeo vt hæc ſit communis. Quamuis non defuerunt aliqui tenentes, quòd par in gradu, cum occiſore, excludat fiſcum, ſic intelligentes Bart. in dicto §. fina. Alberic. & Ang. ibi, Barba. conſilio octauo, columna prima, in tertio, cum alijs adductis per Clariſs. Domin. Guidū Panciro l. in ſuo conſilio 163. numero octauo, & nono, vbi concludit fiſcum non excludere pares in gradu cum occiſore in eius portione, ſed remotiores tātum, & in totum, communis opinio verior eſt: nam interfector capax eſt ſuæ portionis, ideo pares excludit in ea, conſequenter fiſcus, qui ab eo capit. & ad hæc videtur caſus in d. l. his conſequenter. §. 1.

3 Diuerſum autem eſt: cum occiſor ex lege, puta municipali factus fuiſſet incapax ad ſuccedendum occiſo, nam eo caſu, quia capere nequit, pares vel ſequentes in gradu caperent ipſi, & fiſcum penitus excluderent, ac ſi ille non fuiſſet in medio, ſic vtiliter docuit Bald. in l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt. ſecutus eſt Alex. ad Bar. in d. l. cū ratio. §. fi. Corn. in terminis d. conſ. 222. in 4. & latius Auguſt. d. conſ. 76. & d. Rui. in præall. conſ. 129. vbi infert: ꝙ ſi teſtator filium ſuum hęredē inſtituat, & prohibeat bona alienari fauore filiorum & deſcēdentiū ab eo, & contingat filiū committere parricidiū, eo caſu ſucceſſio non deuoluatur in fiſcum, ſed in nepotes ex filio per vulgarē concurrente illa prohibitione de non alienando, & eſt elegans deciſio: plenius tamen & maturius cōſideranda & forſitan



forſitan non uera, quia fiſcus excludit ſubſtitutum per uulgarem: ut latius dixi ſupra in princ. num. 27. & prohibitio illa de non alienando, non reddit filium incapacem ſucceſſionis.

4 Item notandum eſt: quod interfector non ſuccedit hæredi interfecti in bonis huius, ſed in proprijs bonis hæredis ſic, ideoq; caſu eueniente, ſeparatio bonorum facienda erit, & fiſcus capiet bona illius interfecti: occiſor autem habebit bona hęredis, ſic Bart. in d. l. Lucius. ff. de iure fiſ. Iaſ. in l. ſororem. C. de indig. Ioan. de Amic. conſi. 10. & quamuis D. Fannuc. in tract. de Lucro dot. gl. ult. nu. 4. contra deciderit, per caſum in l. qui Titij. ff. de indig. & in l. ex facto. §. Iulius Lōginus. ff. de vulgari. attamen iura illa non pertinent ad caſum occiſoris: ſed in alijs terminis. & ineuitabiliter de hoc eſt caſus in d. l. Lucius: ſecūdum communem intellectum, gloſ. & Doct. nam mortua matre perſecutio bonorū fiſco competere nō poterat: niſi quo ad bona mariti, ſibi, uti ab indigna auferenda: non quò ad propria ipſius matris bona, quia per eius mortem veneficij crimen penitus extinctum fuerat: ſicuti dixi infra lib. 5. in titu. de crimin. qui mor. rei exting.

5 Et adeo fiſcus aufert, ut filij interfectoris in ijs bonis portionem non aſſequantur, ut eſt caſus in d. l. cum ratio. §. fin. & generale eſt, ut in indignis portio non reſeruetur, adeo ut in his ceſſet prouiſio Authen. bona damnatorum. C. de bon. dam. ueluti dixi ſupra in principio. num. 21.

6 Sed contra prędicta, quòd immo interfector incapax ſit ſucceſſionis illius, & ſequentes ſuccedant, nec fiſcus auferat: videtur caſus in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſol. mat. & conſuluit Bal. conſi. 26. punctus infraſcripti in 1. & conſil. 161. ſuper eo. & 164. in 4. volum. ſecutus eſt Boer. deciſio. 25. vbi refert ſic fuiſſe iudicatum, Hippol. Marſil. conſ. 93. nu. 12. Berous conſil. 32. in 6. dubio, volum. 2.

7 Timore huius cōtrarij Bal. in l. 1. col. j. C. vnde vir. concluſit virum interficientem vxorem eſſe incapacem ſucceſſionis illius, per tex. in d. §. ſi vir. iura autem contraria procedere in aliis, qui iure ſanguinis, vel aliunde ſuccedant, & cum eo ſimpliciter tranſeunt Roma. Paul. & Dec. & idem Dec. conſil. 525. Sed contra fuit de mente Bar. in l. fi. col. vlt. ff. de indign. & expreſſe aduerſus Bal. tenuerunt Sal. & Alex. in d. l. 1. nu. 11. & idem Alex. in d. §. ſi vir, ſub nume. 4. quia iura non inhabilitant in tali caſu coniugem coniugi ſuccedere, per vnde vir & vxor. Nec obſtaret tex. in d. §. ſi vir, quia loquitur in lucris nuptialibus, non autem in ſucceſſione hæreditaria, ſic Bar. ibi Bal. d. l. his conſequenter. §. 1.

Aliter verò intellexit Bart. in d. l. fin. col. vlti. ff. de indign. dicit enim tex. in d. §. ſi vir, procedere in caſu, quo quis capiebat ex diſpoſitione hominis, vt ſcilicet, illum interficiens ſit incapax: iura autem aduerſa procedere in ſucceſſionibus, & lucris ex lege delatis, vt ſcilicet ea fiſcus auferat: vnde ſentit Bar. quòd ex teſtamento occiſor ſit incapax, & quod ipſe capere nequit, ad alios deuoluatur: non autem fiſcus capiat, cuius tamen contrarium determinauit Bald. in d. l. hæreditas, col. vlt. & ſequuntur Doctor. communiter ibi, Alexan. in d. l. 1. nu. 11. C. vnde vir: & idem Alexan. poſt Imol. & Caſt. in d §. ſi vir. ſub nume. 10. & contra Bart. eſt caſus expreſſus. in d. l. cum ratio. §. fin. optimus tex. in d. l. his conſequenter. §. 1. & iſta eſt verior opinio, quam probant Aegid. Boſ. in titu. iſto, col. vlt. & idem voluit in legatis reprobata opinione Io. de Imo. & benè.

8 Præterea Bar. diſtinctio de lucro dotali debito, marito, præmoriente vxore, ex lege, vel ex contractu, & ſic ex prouiſione hominis communiter reiicitur, & indiſtincte concluditur, marito vxorem interficiente lucrum dotale etiam ex lege delatum, hæredibus vxoris deberi, ſic ſanè cenſuit Bar. ipſe in l. ei qui. ff. de indign. idem Bart. & communiter ſcriptores in d. §. ſi vir. Ruin. ex communi conſ. 11. in 2. & Rol. Val. de lucro dotis. q. 61. Fānuc. de lucro dot. glo. vlt. nu. 2.

Quamobrẽ ad dictum §. ſi vir, reſponderi poteſt coniungẽdo ſolutiones Bar. ibi Ang. & Paul. de Caſt. quas reaſſumpſit Alexand. col. penult. & vlt. vt ſcilicet tex. ille procedat in lucris nuptialibus, quæ deferuntur ſub conditione ſi vxor præmoriatur, expreſſa in lege, vel in cõtractu, & ſub alia conditione legali tacite inhærente, ſcilicet ſi matrimoniũ culpa viri non diſſoluatur. l. conſenſu. C. de repud. ſecus vero in ſucceſſionibus hæreditariis, quę ſub huiuſmodi conditionibus non deferuntur, & ſic etiam ſenſit Aegyd. Boſ. in d. tit. de indig. ſub nume. 22. Ruin. Marſi. Fannuc. ſupracitati.

9 Sed dubium eſt, an pœna priuationis & ablationis locum habeat, etiam in caſu, quo defunctus impune occiditur, puta bannitus, vel vxor adulterã: & ex dictis Bart. & aliorum in dicto §. ſi vir, & per Roland. a Val. d. q. 63. & per ſcribentes in d. l. 1. C. vnde vir, & per Fannuc. dicto loco colligo communem hanc doctrinam, quia aut agitur de lucro debito ex conuentione per alicuius obitum, & tunc, quia per eum non videtur cogitatum de morte ſibi inferenda per contrahentem, idcirco conuentio ad huiuſmodi caſum non refertur, arg. text. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbo. oblig. & quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. peta. & ita communiter concluditur, & ad hoc text. in d. §. ſi vir. Aut verò agitur de lucro debito ex diſpoſitione legis, propter delictum illius, qui etiam ex eo delicto poteſt impune occidi, & eo caſu lucrum illud non debetur: ideo licet vxor ob adulterium dotem amittat, ſi tamen maritus vxorem adulterantem occiderit, quamuis impune eam interficiat, non tamen dotem lucrabitur.

10 Ratio eſt: quia non debetur præmiũ legale ei, qui propria auctoritate ſibi ius fecit, & dixit, l. interdum. §. qui furẽ. ff. de fur. & ita concludunt Bald. Imol. Rom. & Alex. in d. §. ſi vir. poſt Mattheſilan. notab. 73.

11 Aut verò lucrum legale non debetur propter illud idem delictum, pro quo quis impune occiditur, ſed ex alia legis diſpoſitione: puta dicit lex, quòd pręmoriente vxore maritus lucretur dotem, maritus autem ex permiſſione legis vxorem adulterantem occidit, hoc caſu dotem lucrabitur, nec fiſcus aufert: ſimiliter eidem ſuccedet ex capite vnde vir. ratio eſt quia factum lege permittente pęnam nõ meretur l. Grachus. C. de adul. ſic Bar. Ang. Alex. & Iaſ. in d. §. ſi vir. Mattheſilan. d. no. 73. Rolan. q. 63. Ideo bannitum impunè ex lege banni occidens, ei ſuccedit, nec fiſcus aufert: intellige in iis qui impunè offendunt: non in patre, fratre, aut coniuge, ſicuti ex multis tradidit Ripa in l. ſi. q. 23. C. de reuoc. don. & Socin. iunior conſi. 54. in 3.

12 Quæro quid in eo, qui interfecit vxorem, aut filios teſtatoris, vel agnati defuncti, dic quod fiſci ab eo vti indigno aufert: caſus eſt in d. l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. erciſ. & ibi gl. & ſcrib. Bal. in d. l. hæreditas col. vlt. C. de indig.

13 Sed quid in eo, qui interfecit fratrem teſtatoris, vel agnati, Bal. dicto loco ſe remittit ad no. in c. 1. in ti. de eo qui interf. fratr. dom. ſui. & ſentit negatiuam ex eo textu, quatenus deciditur, vaſallum occidentem fratrem domini non cadere a beneficio feudi, intellige niſi in iniuriam teſtatoris fratrem eius occidiſſet: nã & eo caſu vti indignus priuatur feudo, quod a domino fratre defuncti habebat, ſic Bal. Iſer. & Affli. in d. c. 1. col. 1. ex his nota, maiorem offenſam eſſe occidere vxorem alicuius, quàm eius fratrẽ.

14 Quid ſi non interfecit: ſed vulnerauit teſtatorem, vel agnatum, dic quòd ex vulneribus reſultat inimicitia, quæ ſufficit vt legata videantur reuocata, non autem inſtitutio vniuerſalis. l. ſi inimicitiæ. ff. de indign. l. ex parte. ff. de adim. lega. Itẽ ſufficit ad exhęredandũ. §. cauſas, in Auth. vt cũ de app. cognoſ. non facta autem exhæredatione, poterit ille cũ effectu, & vtiliter ſuccedere, d. §. cauſas. & l. omnimodo. C. de inoſ. teſtam. & no. Bal. in d. l. hæreditas, col. vlt. Ab inteſtato verò ſimiliter ſuccedit: niſi parricidiũ commiſiſſet,



miſiſſet, quia fiſcus auferret: ſic Afflict. in d. cap. 1. nume. 7. & 8. in d. titulo. An ille qui interfecit: adducit quia omnis parricida eſt priuandus, ſecundum Bal. in capitu. 1. §. denique. in titu. quæ fuit prima cauſa.

15 Quid ſi non ferro, vel veneno occiderit, ſed ille deceſſerit per culpam, & negligentiam illius dic idem eſſe. l. indignum. ff. eo. Culpa autem, & negligentia imputabitur ſi alimẽta, & ad victum neceſſaria non exhibuerit, l. necare. ff. de lib. agnoſc. aut medicos nõ adhibuerit, vel imperitos, gloſ. communiter approbata in d. §. ſi vir. text. notab. in l. ſi ſeruum, in principio. ff. de verborum obligationibus. in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de edil. edic. in l. neceſſarios. §. final. ff. ad Syllanian.

16 Et in propoſito dixit eleganter Bald. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. & in Auth. dos data. C. de don. ante nup. qđ maritus tenetur ſubuenire vxori de alimẽtis medicinis, & de omnib. neceſſarijs, quia quãdiu matrimoniũ durat, tenetur ſubire illius onera, & ſi ea non ſuſcipit, non lucratur dotem, nec ex pacto, nec ex ſtatuto, ſecutus eſt Alex. in d. §. ſi vir. col. 1. & conſil. 123. in 7. volu. & in eo, qui medicos non adhibuit, aut imperitos, vt indignus ſit illius hæreditate, adde Alexand. in d. §. ſi vir. num. 6. & 7. & in conſil. 136. d. volum. cum alijs adductis per Rol. de lucro dotis. q. 64. vbi deducit, quid probandum, & articulandum ſit ex parte illius, qui culpam, aut negligentiam deducit. Et plura ad hoc de ingratis, ſcribit Ripa in repe. l. ſi. col. 1. & 2. C. de reuoc. don. & in puncto ad excuſandum vxorem, ne cadat à relictis per virum ſub prætextu, quia viro infirmo non ſatis prouiderit, ſcripſit Natta conſi. 462.

17 Hæc autem, quæ ſupra determinata ſunt, rectè quidem procedunt in hæreditatibus, & lucris, quæ libere interfectori aliàs quæſita fuiſſent: ſed in fideicommiſſis, feudis, primogenituris, maioratibus, & huiuſmodi, quæ ordine ſucceſſiuo deferuntur, & quæ poſt mortem illius indigni in ſequentem fuiſſent delata, dubitari poteſt, an ſaltem in vita illius delinquentis fiſcus capiat, qua in re cenſeo fiſco locum eſſe ad illius vitam in caſib. in quib. per confiſcationem fiſcus caperet, veluti in fideicõmiſſis conditionalib. ad tex. in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fiſ. nil mirum, quia ex perſona indigni fiſcus excludit ſubſtitutũ. l. ſi ſequẽs. ff. ad Sillan. dixi ſupra in princ. nu. 24. & ſeq. ſed in feudalibus, primogenituris, & maioratibus, quia fiſcus horũ incapax eſt, prout quilibet extraneus hæres, ſicuti latius ſcripſi, in tit. de publicat. bon. in regul. negatiua idcirco excluſo indigno quia fiſcus hæc capere nõ poteſt, ſequẽs in gradu admittitur, ſicuti etiam contingit, cum ob delictum bona delinquentis in illius vita confiſcantur, idcirco occiſo Alexandro Florẽtię Duce, Lauren. proximior, quia interfector, ex ſentẽtia Caroli V. Imperatoris æternæ memoriæ eiectus fuit: delata ſucceſſione Coſmo ſequenti in gradu, ſicuti notum eſt: & recenſuit D. Decian. conſ. 19. num. 143. in tertio, & in puncto ſic in feudalibus conſuluit Hieron. Scurph. conſil. 138. per totum. & in fideicomiſſar. Hippol. conſ. 126. nu. 3. Fannuc. quo ſupra loco. vbi alios adducit, & præterea tex. in l. codicillis. §. pen. & in l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2.

## DE EO QVEM TESTATOR Indign. dixit. Tit. IIII.

1 *Indignus eſt vt fiſcus ab eo auferat quem teſtator poſt teſtamentum factum indignum eſſe dixit.*

2 *Amplia etiam quod teſtator indignitatis cauſas expreſſerit.*

3 *Amplia etiam quod teſtator formaliter nõ dixerit illum indignum, ſed alia verba protulerit denotantia illum male eſſe meritum.*

4 *Limita quãdo ex coniecturis colligeretur mentem teſtatoris eſſe vt alij ſuccedant.*

5 *Legata tamen eidẽ relicta, debebũtur, ſi teſtator indignitatis cauſas ad hæreditariã ſucceſſionem reſtrinxerit.*

Teſta-

6 *Teſtatore cancellante nomen hæredis vel legatarij an fiſcus vel alij habeant.*

7 *Teſtatore cancellante totũ teſtam. id præſumitur actum fauore venientium ab inteſtato, vt ipſi habeant.*

8 *Teſtatore incidente totum teſtam. res reducitur ad cauſam inteſtati.*

9 *Teſtam. ſi reperiatur penes teſtatorem cancellatum vel inciſum, præſumitur de eius voluntate.*

10 *Secus ſi penes alium ſic reperiatur.*

11 *Notario aſſerenti in aliqua parte addidiſſe, vel mutaſſe inſtrumentum, creditur.*

12 *Notarius debet penes ſe præſeruare teſtamentũ, et quod teſtator illud reuocauerit & copiã illius, cũ opus fuerit, exhibere.*

13 *Teſtatore incidente inſtrum. teſtamenti penes ſe exiſtens de quo fuerat rogatus notarius, quia prothocollum ſupereſt: ex eo vtiliter defertur hæreditas.*

14 *Indigno hærede per teſtatorem declarato legata firma manent.*

15 *Indigno hærede non adeunte an fiſcus hæreditatem capiat.*

16 *Indigno hærede prædecedente teſtatori fiſcus non capit.*

17 *Indignum quem à teſtatore fuiſſe declaratum quot teſtibus probetur.*

INDIGNVS eſt, quem teſtator poſt teſtamen. factum indignum eſſe declarauit, nam ab eo fiſcus vti ab indigno aufert: circa quam materiam, vt explicitã habeamus, diſtinguendum eſt.

1 Nam quandoque teſtator facto teſtamento, & inſtituto aliquo ſibi hęrede, declarat hæredem illum indignum ſua hęreditate, & tunc fiſcus ab eo vti ab indigno aufert, pro qua portione fuerat hæres inſtitutus. l. cum quidam, vbi Bar. ff. de indign. l. hæreditas vbi itidem Bar. & alij notant. C. eo. Imo. in c. cum eſſes. nu. 30, extra de teſtamen. Crau. conſil. 228. Clar. §. teſtamentum. q. 93. intellige, etiam, quòd teſtator indignitatis cauſas non expreſſerit. Bald. in d. l. hæreditas col. 1.

2 Amplia etiam, quod teſtator formaliter nõ nũcupauerit hæredem indignũ, ſed vſus fuerit aliis verbis denotantibus eum male meritum. Bar. in l. fin. col. fi. ff. ſi quis aliq. teſt. proh. Bal. in l. 1. col. pen. C. eo. Pau. Caſt. in d. l. hæreditas.

3 Limita, quando ex coniecturis colligi poſſet mentem teſtatoris fuiſſe, vt bona ſua deuenirent in proximos ſuos, tunc enim fiſcus excluderetur. Caſt. in d. l. hęreditas. Ripa in l. vlt. numero 155. C. de reuocan. donat.

4 Legata autem & fideicom. eidem data, ſi teſtator indignitatis cauſas ad hęreditariam ſucceſſionem reſtrinxerit, ſalua manent, dicta l. cum quidam. & l. proxime. ff. de his quę in teſta. del.

5 Quandoque verò teſtator, nomen hæredis, vel legatarij, cancellauit, & ſiquidem dixit illum indignum, fiſcus aufert: aut declarauit, eum nolle habere, ſed venientes ab inteſtato, vel alium, & ſeruatur voluntas defuncti. Bartol. & alij in l. noſtram C. de teſtam. Et ſiquidem totum teſtam. cancellauit, erit nullius valoris: ſi verò partem, pro illa parte, adeout etiam legata eidem relicta, quę inducta non ſint, firma permaneant d. l. cum quidam, & l. cancellauerat, l. proxime, & l. fi. ff. de his, quæ in teſta. dele.

6 Quandoque verò res eſt dubia, quia non conſtat de cauſa cancellationis, & glo. in d. l. proxime, & in d. l. hęreditas. & in d. l. noſtram: in dubio præſumit teſtatorem indignum hæredem reputaſſe, & ideo fiſcus auferat, per illũ tex. quã opinionẽ in caſu cũ teſtator nomẽ vnius tantum hæredis cancellaſſet, tenuit Clarus loco pręalleg.

7 Cummunis verò Doctorum ſententia eſt, quod vbi teſtamen. reperitur totum cancellatum, id pręſumatur actum fauore venientium ab inteſtato, & ſic illi ſuccedant, non fiſcus. Dynus Cyn. Bart. Bald. & alii in d. l. noſtram. Crau. dicto conſil. 228. & Clar. dicto loco. At vbi nomen hæredis tantum, vel vnius hæredum, aut legatarii, cancellatum reperitur: tunc maius eſt dubium: & ſiquidem teſtator cancellauit tantum nomina hæredum in eo teſtamento, in



in quo, eis vel alijs legata adſcripſerat, & tunc concluſio ſit, fiſcum ſuccedere ſaluis legatis non inductis, caſus eſt in d. l. proxime.

Si vero non omnia hæredum nomina cancellauit, ſed alicuius adeo, ꝙ teſtamentum poteſt ſuſtineri per additionẽ aliorum cohęredum, vel ſubſtitutorum: vel deleuit nomina quorundam legatariorum, & hoc caſu ſunt opiniones. nam gloſ. & Clar. pro fiſco.

Bar. verò in d. l. cancellauerat contra, quia nemo reputatur indignus, niſi appareat, cuius opinio eſt de mente Doct. in d. l. noſtrã: Bal. in d. l. hęreditas. col. 2. & conſuluit Oldrad. conſi. 144. circa; ad hoc relatus per Crauet. d. conſ. 228.

Quandoque uerò teſtator incidit cordulas, vel lina, aut ſigilla teſta. in ſcriptis conditi, & tunc quia teſtamentum in totum vitiatur, res deducitur ad caſum inteſtati, ſic cõcludũt omnes in d. l. noſtrã Crau. & Clar. locis ꝑcitatis, niſi aliud de mẽte teſtatoris id facientis apperear. vt quia hęredis cauſa id feciſſet, nã fiſcus rem haberet cum onere legatorum l. cũ tabulis. §. fin. ff. de indignis.

8 Præmiſſa procedunt: quando cancellatio, inciſio, & inductio, factæ apparent de voluntate teſtatoris. ſecus ſi non ex volũtate, vt quia caſu, vel aliàs, præter & contra eius voluntatem, tabulas ipſas incidiſſet, aut cancelaſſet: in dubio autẽ ex illius voluntate factũ præſumetur, quando teſtamẽtum reperitur penes teſtatorem. Bal. Raph. & Paul. in dicta l. prima. ff. de his quæ in teſt. dele. Iaſ. in l. ſi vnus col. pen. & vlt. C. de teſtam. vbi dicit omnes ita tenere Rub. Alex. conſ. 95. nu. 4.

9 Secus autem ſi penes tertium reperiretur teſtamentum ipſum abolitum vel cancellatum, nam id non ex iudicio teſtatoris præſumeretur factum, vt Doctores dicunt locis pręalle. Et ſequitur Bar. in d. l. 2. §. ſi plura. ff. quemad. teſta. aper. & rõ eſt, ſecundũ Iaſ. in l. ſi vnus col. vlt. quia cãcellatio præſumitur facta per cũ penes quem reperitur inſtrumentum, l. maiores; vbi Cyn. & Bald. C. de falſis.

10 Declara, niſi notarius, qui inſtrumentum ipſum conſcripſit, in quo reperiuntur additiones, ſeu cancellationes, & inductiones aliquæ, atteſtaretur in inſtrumento, prout moris eſt fieri, dictas cancellationes & inductiones, factas fuiſſe per ſe, vel per errorem, ſeu ex ordinatione teſtatoris: tunc enim ſtandum eſſet aſſertioni notarij. ſic Bart. in l. 1. §. & ideo, ff. de his quæ in teſt. dele. idem Bart. & Doct. poſt eum in dicta l. ſi vnus: vbi Iaſ. latius ſcribit. C. de teſtamen. Alexand. conſil. 59. in ſecundo, & melius conſilio decimoquarto, in tertio volumine, & cõſil. 104. colum. prima, in ſeptimo, quinimo inſtrumentum, quod in aliqua parte reperitur cancellatum penes notariũ præſumitur cãcellatum tempore inſtrumenti, antequam ſit habitum pro perfecto, Bal. in l. 1. §. ſed cõſulto. ff. de his quę in teſt. del. pulchre Corn. conſilio 118. col. ſecunda, in ſecundo, & l. ſi vnus. C. de teſtamen. de qua materia vlterius non ſcribo, quia extranea eſt à tractatu noſtro.

11 Præmiſſis adde, quòd vbi teſtator reuocat teſtamentum per notariũ iam rogatum, quoquo modo facta ſit illius reuocatio, non debet notarius inſtrumen. illud lacerare, ſed dẽt præſeruare, ac ẽt cum opus fuerit copiam illius exhibere, Bart. in d. l. 2. §. ſi plura. ff. quemad. teſt. aper. ſecutus eſt Alex. conſi. 74. col. 1. in 1. Crau. d. conſi. 228. in vlt. verbis, Dec. in c. 1. num. 53. ext. de proba.

12 Item adde, quòd ſi teſtator inciderit, vel omnino cancellauerit inſtrumentũ teſtamenti penes ſe exiſtens, de quo notarius fuerat rogatus: quia tamen ſupereſt prothocollum, ex eo vtiliter defertur hęreditas ſcriptis hęredibus, Ang. in d. l. noſtram. per tex. in d. l. fin. ff. de his quę in teſt. del. & licet Paul. Caſt. in d. l. noſtram, non aſſentiat: attamen Angel. opinionem tuetur Alexand. ibi colum. vlt.

13 Quia autem ſupradictum fuit, adempta per fiſcũ hęreditate ab hærede, quẽ teſtator profeſſus fuit indignum, legata ſalua manere. l. cum quidam, l. cum tabulis. §. fi. ff. de indig. & l. proxime. ff. de his. quæ

quæ in teſt.del. Amplia etiam, quòd per illum hæredem indignum declaratum hęreditas non fuiſſet adita. Alexand.ex cõi,in l.recuſare.§.ſi fiſco.ff. ad Treb.nã fiſcus illam ex perſona indigni adire, & agnoſcere poterit Bar.& Docto.ibi.

14 Sed vtrum hærede indigno declarato non adeunte, fiſcus p̃feratur ſubſtitutio per vulgarem conclude, ꝙ ſic. ne aliàs ſit in eius ptãte excludere fiſcum, ſic poſt Bar.reiecta opinione Ang.ex cõ muni concludit Ripa in l.1.nu.155.ff.de vulg.dixi ſupra.in princip.nume.25.

15 Limita, quando indignus prædeceſſiſet teſtatori caſus eſt in l. final. ff.de indign.not. Bald.in l.eam quam. nu. 9. C. de fideicom.& eſt ratio, quia hæreditas non fuit ſibi delata,ideoq; in fiſcum illã tranſmittere nequiuit,nempe non entis nullę ſunt qualitates.& nemo dat,qđ ipſe prius nõ habuerit,l.traditio.ff.de acq. rer.do.l.nemo plus iuris.ff. de reg. iur.

16 Quod autem teſtes requirantur ad probandum, teſtatorem declaraſſe hęredem indignum,ſeu cancellaſſe, vel incidiſſe teſtamentum: eſt materia de qua per Bartol.in l.hæredes palam.§.ſi quid poſt.ff.de teſtamen.& in l.cum proponeretur.ff.de legat. ſecundo. Et concluſio ęſt: quòd aut quæritur de ademptione ęxpreſſa, quę ex verbis & teſtatoris diſpoſitione inducitur,& tũc tot teſtes sũt neceſſarij in reuocatione,quot in datione requiruntur, ſcilicet in hæredum inſtitutionibus ſeptem, & in legatis quinque:Aut verò agitur de tacita adẽptione,quæ ex facto aliquo reſultat, & tunc ſi ad probationem illius facti duo teſtes ſufficiunt, ſufficient quoque ad tacitam adẽptionẽ,quæ ex illo facto reſultat, & iſta eſt communis diſtinctio Didac. in rub.ext.de.teſta.in 2.par.nu.21.

17 Sic & ad probandum erratum fuiſſe per teſtatorem, vel per notarium in aliqua qualitate, vel quantitate, duo teſtes ſufficient; Bartol. in dicta l. cum proponeretur,& in dicto §. ſi quid poſt. Salycet. Fulgoſ. Paul. Alexandr. & Iaſ. in l.errore. C. de teſtamen. Dec. conſil. 105. numero 3. Socin. conſilio 51. viſo, col.vlt.in 3.Andr. Sicul. conſilio 29. per totum in primo.

## DE NON VLCISCENTE defuncti necem. Tit. V.

1 *Hæres ob inultam necẽ defuncti indignus redditur,& fiſcus ab eo aufert hæreditatẽ.*
2 *Legatarij & fideicommiſſarij non tenentur vindicare necem defuncti.*
3 *Fideicommiſſ.vniuerſ.antequam hæres ſit in mora vindicandi defuncti necem poteſt illum cogere vt adeat & ſibi reſtituat hæreditatem cum onere vindicandi.*
4 *Lucrans titulo vniuerſ. partem bonorum defuncti,tenetur illius necem vindicare.*
5 *Morte ingrati hæredis bonorum perſecutio non finitur.*
6 *Filius licet à patre exhæredatus tenetur vindicare mortem patris occiſi.*
7 *Hæres à quo vti indigno hæreditas aufertur,tenetur illam reſtituere cum fructib. perceptis & percipiendis ante litẽ conteſt.*
8 *Indignus ex tũc cẽſetur malæfidei poſſeſſor.*
9 *Feudatarius cõmittens felloniam ob quam feudo priuatur, tenetur ad fructus.*
*Clericus committens delictum ex quo beneficio priuetur,tenetur ad fructuum reſtitutionem.*
10 *Ignorãtia facti excuſat à frructuũ reſtõne.*
11 *Ignorantia vero iuris,quæſtionis eſt.*
12 *Actiones & ſeruitutes hæredi debitæ ſibi vti indigno ablata hæreditate non reſtituuntur.*
13 *Filius excuſatur ſi patrem occiſorem non detulerit.*
14 *Filius à patre datus in poteſtate curiæ ob aliquod delictum capitaliter non punitur.*
15 *Hæredi minori non vlciſcenti necem defuncti parcitur.*
16 *Hæredi parcitur de inulta nece defuncti ſi occiſores ignorentur.*
17 *Idẽ eſt ſi defunctus cedis offensã remiſiſſet.*
18 *Idem ſi alius accuſando præueniſſet.*
19 *Hæres tenetur proſequi vindictam de nece defuncti vſque ad primam ſententiam.*
20 *Fiſcus auferens hæreditatem ab indigno non tenetur proſequi vindictã defuncti.*
21 *Hæres tenetur proſequi vindictam defuncti via iuris, non via facti.*

*Pœnæ*



22 *Pœnæ iure indictæ ob inultam defuncti necem de conſuetudine non ſeruantur.*

HAERES qui non vlciſcitur necem defuncti, indignus eſt,& ab eo hæreditas cum fructibus aufertur per fiſcum.l.hæredẽ. ff.de indign.l.prima.l.minoribus.l.ſi ea. l.ſi ideo.l.cum fratrem. & l.ſororem.C. eod.l.cum fiſco.l.ſi ſequens,& l.Caius.ff. ad Syllan.& l.fin.ff.eodem,vbi tamen dicitur,quòd delictum vnius ex cohæredibus alijs non nocet, ad hoc etiam tex.in l.Marcellus.§.fin.ff.ad Trebel. nocet tamẽ ſubſtituto per vulgarem, quia fiſcus illi præponitur, dicta l.ſi ſequens. ff.ad Syllan. & latius dictum fuit ſup. numero 27.in princ.

2 Legatarijs autem, & fideicommiſſarijs, huiuſmodi onus non iniungitur, ſed vendicata per fiſcum hæreditate àb indigno legata, & fideicommiſſa præſtãtur,dicta l.cum fiſco.ff.ad Syllan. Salua, ipſi fiſco,Falcidia, & Trebellianica,quia hæredis locum tenet, dicta l.Marcellus. §.fin.& vtrobique notatur, etiam quòd hæreditas per hæredem indignum addita non fuiſſet, vt eſt caſus in dicta l.cum fiſco,& in l.recuſare.§.ſi fiſco. ff.ad Trebel.& ibi not.Alexan.poſt alios, Bart.in d.l.ſi ſequens,in prin.& dixi ſupra.

3 Poteſt tamen fideicommiſſarius vniuerſalis, ſi vult, antequam hæres ſit in mora vindicandi, illum compellere, vt adeat, & ſibi vindicare ſe offerenti reſtituat hæreditatem,& vtile erit fideicommiſſario,quia hæres cõpulſus adire non detrahet Trebellianicam,lege nã quod. §.qui compulſus.ff.ad Trebel. & in propoſito,ita aduertit, & docuit Bart.in l.ſi antequam.ff.ad Syllan.

Legata tamen eidem hæredi indigno relicta ſibi fiſcus aufert, etiam pro parte aliorum cohæredum,vt eſt caſus in d.l.ſi ſequens.§.1. & ratio eſt, quia indignus omni commodo deſtituitur. l.prima, & ibi no.C.de indign.

4 Item,qui aliunde titulo vniuerſali lucratur ex bonis defuncti immediate,licet non titulo hęreditario,niſi illius necem vltus fuerit, indignus redditur, & lucra ſibi auferuntur, veluti in marito, qui ex forma pacti,vel legis municipalis præmoriẽte vxore lucratur dotem, aut partem dotis: nam ea occiſa, niſi illius necem vindicauerit, cadit à lucro, & fiſcus aufert.l.cum mortem.ff.de iur.fiſ.& ibi not..Bar.poſt antiquos, & l.ei qui.ff. de indign. idem Bart. & Doct. in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſol.mat. & in d.l.ſi ſequens,late Rol.Val.de lucr.dot.q.62.

Idem eſt in patrono, cui portio debetur in hæreditate liberti occiſi.l.portiones.ff.de indign.

5 Amplia, quia licet aliàs morte delinquentis pœnales actiones extinguãtur, nec in hæredes tranſeant, etiam quod ex ciuili cauſa procedant, l.vnica. C.ex delict. defuncti, attamen morte ingrati hæredis,perſecutio hæreditatis,fiſco nõ aufertur: caſus eſt in l.Caius.ff.ad Sylla. & ratio eſt ſecundum Bal. quia ob inultam necem defuncti, ex negligentia hęredis, quæſitum eſt ius fiſco in rem,i.in hæreditatem, quia ſtatim occiſoribus condemnatis bona ſunt confiſcata:& fiſcus agit petitione hæreditatis, vt notatur in l.j.C.de indign.& dicetur infra,& hanc rationem habuit Bar.in d.l.Caius.

6 Amplia etiam in filio,qui fuerat à patre occiſo exhęredatus,gloſ.in l.ex inofficioſo.ff.ad Syllan. Alex.in d.l.ſororem. C.de indign.

7 Amplia,vt indignus, à quo fiſcus aufert rem, teneatur ad reſtitutionem omnium fructuum per eum perceptorum, etiam ante litem conteſtatam: gloſ. in d.l.1.C.eod. & in l.hæredem.ff.eo. item & ad reſtitutionem percipiẽdorum, ſiue fructus extent,ſiue non:& ſiue ex eis factus ſit locupletior,vel etiam non. Iaſ. in d.l.1.C.de indign.& eſt de mẽte aliorum ſcribentium ibi: & ratio eſt, quia
8 indignus ob aliquod ſuum delictũ cenſetur malæfidei poſſeſſor,vſque in principio, & idcirco ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorũ tenetur, nec titulus teſtamenti, aut ab inteſtato, illum excuſat; ſic not. omnes

in

in dicta l. prima, ex qua inferunt Paul.
9 Alexand. & Iaſon, poſt Guliel. & Angel. Quòd vaſallus committens felloniam, propter quam meretur priuari feudo: vel clericus committẽs delictum tale, ex quo priuari debeat beneficio eccleſiaſtico, quãuis ipſo iure non ſint priuati, attamen ex tunc efficiuntur malæfidei poſſeſſores, ita ut ad fructuum exinde perceptorum reſtitutionem teneantur. Sed attẽde, quia illatio iſta pręſupponit hæredem lucrifacere fructus per eum perceptos ante commiſſam negligentiã in accuſando, & tamen iura illa dicunt integros fructus eſſe reſtituẽdos: tu dic, quòd in illis duobus exemplis præſupponitur vaſallum, & clericum, non defuiſſe in eorum officio, niſi poſt delictum commiſſum: hæres autem qui hæreditatem adiuit, & poſſedit, inulta nece defuncti, & ab initio, & ex poſt, deliquit contra pietatis officium.

Ad vſuras autem pecuniarum in hæreditate repertarum, vel ex pretijs rerũ hæreditariarum, aut fructuum redactorum, non tenetur hæres niſi poſt litem motam, & non ante, d. l. 1. C. de indig. & rationem reddiderunt Paul. Alex. & Iaſ.

10 Limita quod ſupra dictũ fuit de fructuum reſtitutione, quando ſubeſſet aliqua ignorantia facti, licet ſupina: tunc enim ad fructus poſt litem motam tantum perceptos teneretur dicta l. hęredem, & ibi Bartol.

11 Sin autem ius ignoraſſet, an eo caſu iuris ignorantia illum excuſet à fructibus ante litem motam perceptis, eſt pulchra quęſtio, nam Bart. poſt gloſ. ibi ſentit, quod ſic, per text. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hæred. & ſecutus eſt Alex. poſt Franc. Tigrinum in d. l. penul. colum. vltima.

Contra autem ſenſit gloſ. in dicta lege prima, & expreſſe Bald. & Salyce. ibi, quia in delinquente, in quo verſatur materia iſta: iuris error non excuſat à mala fide præſumpta: & pro iſta opinione iuuat textus in dicta lege hæredẽ, ibi ignorantia facti: ſentit enim aliud eſſe in ignorantia iuris, & hæc opinio verior eſt, & ad textum in dicto §. ſcire. reſpondet, vt dicunt Bal. & Salycet. procedere in alio poſſeſſore, non delinquente, quod etiam expreſſe ſentit Bartol. in dicto §. ſcire, dũ concludit, quòd poſſeſſor cum titulo reprobato à iure, non excuſatur ob iuris ignorantiam à fructuum reſtitutione. per textum in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſi. lib. 11. & in cap. qui contra, de regulis iuris in ſexto. Cuius doctrina communiter recipitur. Alexand. conſil. ſeptuageſimo ſecundo, colum. vlt. in 2. Fely. in cap. de quarta. nume. 32. extra de reſcript.

12 Actiones autem, quæ actiuè competebant hæredi, contra defunctum, ablata ſibi hęreditate per fiſcum, quia ſciens inultam reliquerit necem defuncti, quo caſu in dolo fuiſſe videtur, ſibi non reſtituuntur, ſecus autem ſi in culpa fuerit: vt quia in negligentia facti. caſus eſt in dicta lege hęredem. ff. de indign. & in lege propter ueneni, §. neptis. ff. ad Syllanian. & in l. eius qui. §. fi. ff. de iur. fiſc. & vtrobique ſic notatur, & diſtinguitur, & tradit late Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu. 71.

Adde, quòd nè dum perſonales actiones, ſed & ſeruitutes reales confuſæ, non reſtituuntur, l. eum qui. §. bonis. ff. de indign. & not. Tiraq. dicto loco.

13 Limitanda modò eſt materia iſta indignitatis, nonnullis modis.

Primò enim excuſantur filii hęredes, ſi Patrem intefectorem non detulerint, quia erubeſcit lex facere filios caſtigatores parentum. Et quia pietatis officio, obſtringitur hęres ad vindicandam necem defuncti, repugnat reuerentia paternalis, & obſequia ſibi debita: & econtra, pater, ſi filium occiſorem non culpauerit, nempe naturalis paterna pietas illum excuſat: ita poſt Alber. concludit Iaſ. in d. l. prima, col. 2. ſecutus eſt Rol. de lucr. dot. quęſt. 62. Boer. in deciſ. 25. & ibi D. Iaſ. infert ad illam non minus piã, quàm etiam commendabilem deciſionẽ Rayn. Saly. & Paul. de Caſt. in l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſſunt.

Quòd



14 Quòd filius homicida, traditus per patrem in poteſtate curiæ, non debet pœna ordinaria vltimi ſupplicij puniri, & referũt ita practicaſſe, & reaſſumpſit pro cautel. Bar. Cęp. in 1. ſua cautel.

15 Secũdò limita, in pupillis & minoribus 25. ann. nam propter ætatem eis ſuccurritur in huiuſmodi delicto, quia in omittendo conſiſtit l. ſi ea, & l. minorib. C. de indig. l. 1. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. & idem in ruſticis tradit Alex. in l. 1. in fine. C. de indig. in fœminis autem iuris ignorantia non excuſat, niſi in caſibus a iure expreſſis. l. final. C. de iur. & fact. ignor.

16 Tertiò limita, quando cędis authores non reperirent, l. ſi ideo. C. de indig.

17 Quartò limita, quando defunctus cedis offenſam remiſiſſet, l. athletas, §. dat remiſſionem. vbi Bal. in ſpecie no. ff. de excuſat. tut. quòd dictum ex ſacris litteris iuuatur, iuxta illud, mihi vindictam, & ego retribuam, & ita eſt tenendum, Boſ. in tit. de indign. nu. 9. & 10.

18 Quintò limita, quando alius in accuſando præueniſſet hæredem l. ſororem. C. de indign.

19 Sextò limita, & declara quòd hæres teneatur proſequi vſq; ad primam ſententiam incluſiue, quam ſi reus abſolutoriam reportauerit, non tenetur hæres ab ea appellare: ſi verò ſententia fuiſſet condemnatoria, & reus illam appellaſſe, tenetur hæres cauſam appellationis proſequi, & ſententiam tueri, ſic cõmuniter diſtinguunt Doctor. in l. minoribus. C. de indign. & eſt vera diſtinctio, quia pro ſententia pręſumitur, l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio.

20 Septimò declara, quòd fiſcus qui ab hærede, vt ab indigno hæreditatẽ auocauit, non tenetur ipſe vlciſci, & proſequi vindictam defuncti. gl. communiter approbata in l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad Treb. Iaſ. in d. l. 1. col. 2. nulla enim eſt lex quæ hoc dicat, nec propriè fiſcus eſt hæres, & idem tenuit Alexand. in d. l. ſororem, num. 5.

21 Octauò declara, quòd hæres teneatur vlciſci necem defuncti, via iuris, non via facti: ſic enim iura loquũtur, nec mirum, quia regulariter interdictũ eſt vnicuiq; ſibi propria authoritate ius facere, & quia iura vindictã prohibent, licet defenſionem de facto permittant: vt no. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure, & latè Claud. Aquenſ. ibi nu. 125.

22 Nonò limita, vt pœna ablationis bonorum ob inultam necem defuncti de conſuetudine non ſeruatur, ſed prorſus receſſit ab aula. Foller. in practica crimi. relatus a Iulio Clar. in criminalib. lib. 5. §. fi. q. 79. & ita ſeruatur.

## DE PROHIBENTE aliquem teſtari: Tit. VI.

1 *Prohibens aliquem teſtari indignus eſt illius ſucceſſione, & fiſcus ab eo aufert: prohibetur autem quis teſtari quattuor modis.*

2 *Prohibet teſtari, qui compellit teſtatorem hæredem facere ipſum compellentem.*

3 *Metus iuſtus reputatur qui cadit in virum conſtantem.*

4 *Teſtamentum per vim, & metum factum an valeat, an vero ſit ipſo iure nullum.*

5 *Teſtes in teſtamentis dicunt eſſe rogati, & ſi per vim compulſi fuerint adeſſe teſtamento, teſtamentum erit nullum.*

6 *Promiſsio de faciendo aliquem hæredem eſt ipſo iure nulla,*

7 *Succedẽtes ab inteſtato ad duplum. Agũt contra eum qui compulit aliquem teſtari & ſe hæredem ſcribere, & ſi non erit ſoluendo recurſum habet contra fiſcum.*

8 *Prohibens aliquem teſtari quibus pœnis afficiatur, & num. 40.*

*Filius prohibens patrem teſtari iuſte ex ea cauſa exhæredari poteſt.*

9 *Dolo prohibens, vel inducens aliquem ad teſtandum, an incidat in edictum ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.*

10 *Succedentes ab inteſtato, vel ex teſtamento recurſum habent pro ſuo intereſſe cõtra eum quod dolo induxit ad teſtãdum, vel ad reuocandum teſtamẽtum factum, non tamen ad duplum, & eo non ſoluendo regrediuntur contra fiſcum.*

11 *Teſtatorem blanditijs circumuenire licet.*

 12 *Teſtator,*

12 Teſtator, quando poſsit dici dolo circumuentus in factione teſtamenti.
Teſtamentum factum per pupillum egreſſum pubertatem ad fauorem tutoris, & ad excluſionem conſanguineorum de facili præſumitur doloſum.
13 Prohibet teſtari qui compellit teſtatorem, vt aliquem hæredem inſtituat.
14 Dolus alterius qui ſit cauſa immediata acquiſitionis meæ mihi nocet.
15 Prohibet teſtari qui impedit teſtatorẽ non facere teſtamentum.
16 Agens contra prohibentem teſtari, ad intereſſe ſuum, probare debet quod teſtator illum inſtituere volebat & ſub.n.30.
17 Filij vel aſcendentes qui teſtari prohibẽt incidunt in edictum.
18 Prohibet teſtari, qui impedit teſtamentum factum reuocari, vel immutari.
19 Teſtator in teſtando non præſumitur, nec metu, nec dolo circumuentus.
20 Probationes, quæ requirantur ad probandum quod quis fuerit prohibitus teſtari.
21 Teſtari quem voluiſſe ex quibus probetur.
22 Teſtari quod quis fuerit prohibitus ex quibus probetur.
23 Prohibitum fuiſſe aliquem teſtari ex quibus probetur.
24 Prohibitus dicitur teſtari qui quomodocũque per dolum, aut per metum impeditur facere teſtamentum.
25 Prohibitum quem fuiſſe teſtari, an ex verbis a defuncto prolatis probetur.
26 Prohibitus non videtur teſtari qui lamentationibus, & obſequijs reuocatur a factione teſtamenti.
27 Prohibens aliquem ne perſuadeat infirmũ ad teſtandum non incidit in edictum.
28 Prohibitio factionis teſtamenti reprobatur, quæ doloſa ſit, non alias.
29 Factum & verborum prolatio in dubio in caſum a iure permiſſum referuntur.
30 Probationes quæ requirantur, vt quis teſtari prohibuerit.
31 Reus, tenetur edere actori cedulam teſtamentariam, cum actor allegat defunctũ fuiſſe prohibitum teſtari.
32 Reus fauore vltimarum voluntatum tenetur edere actori.
33 Teſtes quot ſint neceſſarij ad probandum teſtatorem voluiſſe teſtari.
34 Teſtes cum quæritur teſtatorẽ fuiſſe prohibitũ teſtari, an debeant eſſe conformes.
35 Teſtator ſi ſuperuixerit, an purgetur metus adhibitus in factione teſtamenti.
36 Metus præcedens factionem teſtamenti, an operetur vt teſtamentũ ſit meticuloſum.
37 Legata an debeantur ex teſtamento per metum facto.
38 Hæres inſtitutus in teſtamento facto per vim, & metum poteſt ex eo teſtamento adire hæreditatem.
39 Fiſcus hæreditatem capit quamuis teſtari prohibens illam non adierit.
40 Practiea contra eum qui prohibuit aliquẽ teſtari.
41 Fiſcus agit ciuiliter, & criminaliter contra prohibentem teſtari.
42 Fiſcus an poſsit agere ciuiliter contra hæredem, vel cõtra tertium, omiſſa quæſtione criminali.
43 Priuatus an poſſit agere ciuiliter contra prohibentem teſtari, omiſſa accuſatione.
44 Fiſcus ab eo qui teſtari prohibuit aufert hæreditatem cum omnibus vtilitatibus.

1 PRohibens aliquẽ teſtari, indignus eſt illius ſucceſſione, & ab eo vti ab indigno fiſcus aufert. l.1. & per totũ.ff.& C.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, l.ſi ſcriptis. ff.de indig.l.Marcellus.§.fi.ff. ad Trebel. quam materiam pleniſſime explicauit Bar.in l.virum.ff.eodem, conſiderando, quòd quatuor modis quis teſtari prohibetur, & eius doctr. probarunt Bald. & alij in l.1.C.eodem.

2 Primò, cum quis teſtatorem cogit, vt ſeipsũ hæredẽ ĩſtituat, hic enim directò in edictũ incidit.& ab eo vti indigno fiſcus hæreditatẽ aufert.l.1.C. eod.& eſt ratio, quia lucrũ vitioſum, & iniuſtũ eſt.

3 Coactio aũt debet eſſe talis, quę in virũ conſtantem cadat, ad l.metũ.ff.de eo quod met.cauſ. vel alius metus, qui induceret reſtitutionem in integ.per officium iudicis: iux.tex.in l.1.§.quæ onerãdæ.ff.quarũ rerũ actio nõ dat.& l.fi.§.1. & 2.ff.quod met. cauſ.& l.interpoſitas. C.de tranſact. ſic eleganter Bar.in d.l.virum.col.1.& eſt vera doctr.quam ſequũtur Bal.Saly.& Corn.in d.l.1.C.eod.Pariſ.conſ.67.nu.41.in 3. latiſſime d.Mantic.de coniect.vit.volun.libro 2. cap.7.



4 Sed mirum videtur, quòd inſtitutio hæredis per metum facta valeat, cum reſiſtat libertas teſtandi, ſic enim teſtator inuitus hęredem habet, cont.tex.in l. in bello.§.medio.ff.capt.Item promiſſio de de faciendo aliquẽ hæredem: quia coarctat liberam teſtandi facultatem, ipſo iure non valet.d.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta, & l.ſi fratres.§.idẽ reſpond.ff.pro ſocio, & l.pactũ, quod dotali.C.de pact. igitur nec teſtamentum valere debet. Item teſtamenta non poſſunt ex alieno arbitrio pẽdere, ideo illa inſtitutio, quos Titius voluerit, nulla, & vitioſa eſt, l. illa inſtitutio.ff.de hæred.inſtit.augetur difficultas: quia in teſtamentis libertas teſtandi eſt de eſſentia.l.1.cum glo.ff.de teſtam.& teſtamentum metu factũ vti peccans in ſubſtantialibus nõ videt̃ validũ.

5 Rurſus in teſtamentis teſtes debent eſſe rogati. l. hæredes palam. §. in teſtamentis.ff.de teſt.Auth.rogati .C.de teſtibus, ideoque ſi coacti, & compulſi adhibiti fuerint, teſtamentum non valet. l. qui teſtamento.§.fi.ff.de teſt.Bal.in Authen. rogati, ſi itaque teſtium cõpulſio reddit teſtamẽtum nullum, fortius videtur, quòd teſtatoris coactio, in quo maior videtur deſiderari licẽtia, & libertas in rebus, & perſona ſuis.Item ſi valet teſtamentũ per vim factũ ad fauorẽ hæredis extranei, à quo fiſcus aufert hæreditatẽ, ſic prĕiudicaretur veniẽtib. ab inteſtato, aliàs in hęreditate ipſa ſucceſſuris, & ſic alteri ꝑ alterũ iniqua cõditio afferetur.cont.reg.l.non dẽt.ff.de reg.iu.

Propter has difficultates, & rationes, d.Iaſ.in l.1.num.2.C.eo.poſt Io.de Imo. in l. 1.ff.de teſt. determinauit inſtitutionem ſic metu factam, eſſe ipſo iure nullam.ſecutus eſt Rubeus in repeti.§.morte.nu.222.ff.de oper.nou. nunc.

Veritas tamen videtur in contrariũ, per tex.apertum in d.l.1.C. eo.vbi gloſ. Bald.Salyc.Paul.& Corn. & pleniſſime hanc partẽ, quę cõiter tenetur poſt Pau. Caſtr.defendit Aret.in d.l.1.ff.de teſt.ſecutus eſt vti cõem, & veriorẽ Hie.Gabr. conſ.99.col.2.Egid.Boſ.in ti.de his qui prohib.teſt.nu.5.ratio eſt, quia voluntas teſtatoris licet coacta, affuit: & voluntas, quamuis coacta, voluntas eſt: l.ſi mulier. §.pen.ff.quod met.cauſ. nam & in contractibus libera cõtrahentium voluntas exigitur l.1.ff. de pact. attamen contractus per metũ celebrati obligatorij sũt, niſi iudicialiter reſcindãtur d. l. mulier. §.penult.& l.interpoſitas.C.de tranſact.

Non obſtant in cont.adducta, nam inuitus nemo cogitur hr̃e hæredẽ, vera eſt propoſitio, ſed cũ teſtator aliquem hæredẽ ſcribit, iam conſtat illũ voluiſſe eſſe ſuum hæredem, & ſic concurrit voluntas defuncti, licet ſit coacta, quia tamen factum coactionis à iure improbatum interuenit, idcirco extra ordinem hæres ſcriptus punitur, & ab eo præterea, vti ab indigno, hæreditas aufertur.

6 Non obſtat, quòd promiſſio de faciẽdo aliquem hęredem ſit ipſo iure nulla: nam id non contigit, quia promiſſio ſit facta per metũ, nam etiam à ſpõte facta ipſo iure inualida eſt, & eſt ratio: quia de natura promiſſionum eſt, vt ſint obligatoriæ, & irreuocabiles. l.ſicut. C.de act.& obl.vltimæ autem voluntates ſunt reuocabiles ad arbitrium diſponentis, vſque ad extremum illius vitæ exitum.l.4.§.fi.ff. de adim. leg.l.ſi quis, in principio.ff.de leg.3.proinde promiſſio de faciendo aliquem hæredem, eſt ipſo iure nulla, & inualida, quia aliàs eſſet irreuocabilis.Eſt pręterea alia ratio: quia hęreditas pacto non datur.l.hæreditas.C.de pact.conu.l.licet arguendo à ſpeciali.C. de pact.Sunt enim contractus & vltimæ voluntates actiones inter ſe penitus diſtinctę, l.verba contraxerũt.ff.de verb.ſignifi.Non obſtat quòd teſtamenta non poſſint pendere ab alieno arbitrio, & ideo non valeat inſtitutio de eo, quẽ Titius declarauerit, & voluerit eſſe hæredem.Nam multiplex eius rei redditur ratio, & præſertim, quia illo non declarante teſtamentum ſine hæredis inſtitutione

ne eſſet ipſo iure nullum,& inualidum.l. ſi nemo.ff.de reg.iur.l. ſi nemo.ff.de teſtam.tut. in præſenti autem negocio teſtator hęredem ipſe ſibi conſtituit voluntate ſua,licet coacta.Non denique aliud obſtat, quia fateor quòd voluntas teſtatoris ſit de eſſentialibus teſtamenti, & ideo remota voluntate, teſtamentum non valet, prout dicitur de clauſula derogatoria appoſita in primo teſtamẽto, ad notata in d. l. ſi quis, in prin. cum ſua materia, & ita procedit, quod habetur in diffinitione teſtamenti in l.1.ff.de teſt. ibi voluntatis noſtræ iuſta ſententia: voluntas autẽ teſtatoris in teſtamento planũ eſt,quòd interuenerit,licet compulſiua. Non obſtat, quòd teſtium compulſio reddat teſtamentum inualidum, nã illud eſt,quia tunc teſtamentum defficit in ſolemnibus, quo caſu ex defectu ſolemnitatis actus remanet imperfectus ad not.in l. inter cætera.ff.de li.& poſth. in l.1.in princi. ff.de verbor.obligat.& in l.qui per ſalutem.ff. de iureiurã. etenim ex ſolemnibus nihil eſt immutandum. l. Diuus.ff.de in integ. reſtit.

7 Non obſtat vltimum,quia ſic pręiudicaretur venientibus ab inteſtato, nã ad hoc reſpõ.Bar.in d.l.virũ.col.1.ff.eo ꝙ venientes ab inteſtato,ſeu illi,quos conſtabat teſtatorẽ voluiſſe hęredes facere, agent cõtra illũ metum inferentẽ, ad duplum,per actionem de dolo, vel per conditionem ex lege,per tex.quem adducit in Authen.vt nulli iud.§.ad hoc peruenerit,& in l.Lucius.§.Sempronia, vbi Bart. idẽ not.ff.de leg.2.& C.eo d.l.2. & ſi ille non eſſet ſoluendo,poſſet læſus actiones ſuas retorquere contra fiſcum pro reſtitutione hęreditatis ablatæ, arg. tex. & quod ibi not.in l.fin.in princip. ff.de eo per quem fact.erit,& in l.planè,la 2.§.1. ff.de legat.1.quod etiã tradiderunt communiter alij in d.l.1.C. eo.cum concord. vt per Pariſ.conſi.67.col.2.in 3.

8 Quamobrem hęres ſcriptus,vt ex ſupra ſcriptis cõſtat,qui per per vim & metum,fuit hęres inſtitutus,ob tam deteſtabile facinus,primo criminaliter punitur d.l.1.C.eod.mox fiſcus eidẽ ciuiliter hæreditatẽ,vt ab indigno aufert.3.loco læſus agit contra eũ ad duplũ,ſecundũ op. Bar.in d.l.virũ,& in d.§. Sempronia, & ibi ſubſequitur Io.de Imo.Cuman.in rubri. ff. eod.eſt cõis, vt atteſtantur Iaſ.& Corn.in d.l.1.C.eo. & cõſ.110. in 4.Hier. Gab. cõſ.99.nu.13.& 14.qui & illã amplectitur,& eſt verior, qm̃ pęnę contra violentos,ẽt quadoq; quadruplantur.l.metũ.§.ex hoc edicto,& l.ſi cũ exceptione. §.quadruplatur.ff.quod met. cauſ.quicquid ſenſerint Cyn.Bal. Alber. & nonnulli alij recitati per Doc. in locis,vt ante allegatis.Adde aliã pœnã:quia prohibẽs patrẽ teſtari,iuſta ex cauſa exhęredari põt.l.teſtam.C.de inoffic. teſtam.& in Auth. vt cum de app. cognoſ. latius autem de pęnis delinquentis dicetur infra nume. 40.

9 Sed vtrum edictum iſtud locum habeat in eo,qui non per metum,ſed dolo malo induxit teſtatorem ad teſtandum, & ſibi relinquendũ,ita vt qui dolo fecit, perinde teneatur,ac ſi per metum;Doct. cõiter concludunt hunc incidere in edictum, ita vt fiſcus ab eo,vti ab indigno auferat,Cum.in Rub.& in l.1.§.1.Alber. in l.fin.ff.eod.Bart.Imo.& alij in d.l.Lucius §.Sempronia.ff.de leg.2.Bal.in l.1. nume.17.C.eod.vbi ſecus inquit ſi dolo bono,vt quia frater volebat teſtari,& hęredem ſibi facere perſonam turpem, & infamem.Petr.de Bellaper.in l.2.C.eod. cum alijs adductis per Gabr.d conſ.nu. 7.& iſta communis cõcluſio videtur bene probari in l.2.ff.eod.& in dicto §.Sẽpronia.Bal.tamen in d.l. 1. col. pen.putauit teſtamentum dolo factũ in pręiudicium deſcendentium eſſe ipſo iure nullũ per tex.in Auth.vt cum de appell.cogn. in §.hoc autem,qui tamen tex.non pertinet ad negociũ:quia nullitas ibi ſurgit ob defectum exhæredationis: vel quia falſum erat, vt tradit Barto. in Auth. ex cauſa. colum.7. C. de lib. præter. & propterea teſtamentum, dolo alterius factum, indiſtinctè valere, ex communi, firmauit Gabr. reiecta intentione. Bald. dicto conſi. numero quarto, & ſequen.

Ideo-



10 Ideoque,contra doloſum criminaliter prius peracto iud. ad extraordinariam illius condemnationem, aget fiſcus, deinde ciuili iud.ad bonorum aduocationem,quo caſu venientes ab inteſtato,vel hęredes ſcripti in alio teſtamento, ſeu illi, quos teſtator inſtituere volebat,contra doloſum agere poterunt per actionem de dolo,vel in factum pro intereſſe eorũ, ex cauſa hęreditatis, doloſe, & malo more,ſibi ipſis extortæ,& ablatæ. Bar.in d.Lucius.§.Sempronia. Ang. in l.non.n.ff.de inoffic.teſt.& in l. fi. C.ſi quis aliqu.& vtrobiq; dicit,ita fuiſſe iudicatum Peruſij, & reaſſumpſit Cœpol. in cau.36.incip.licet cum blandis,& fuit de mente Bal.in l.ſi frater,C.qui teſtam. fac.poſſ.& illud dictum Ang.pro not.ſequũtur Iaſ.in l.1.nu.3.C.eodẽ. Alex.Iaſ. & Rip.in l.1.§.fuit quęſitum,nu.32.ff.ad Trebell.idẽ Iaſ.conſ.141. col. 2.in 4.vbi col.5.nu.7.cõcludit id multo magis procedere,cum dolus fuiſſet procuratus per perſonas eccleſiaſticas,arg.tex.in c.vlt.17. q.vlt.& c.conſtituit 20.q.3.& quatenus doloſus ille non eſſet ſoluendo,regrederetur actor contra fiſcum per tex. in l.fi. ff. de eo per quem, & ſupra dictum fuit in violento, & in terminis ex mente, & auctoritate aliorum tradit Gabr.d.conſ. 99.nu.13.& 14.vbi tamen poſt Petr.Bellapert.in l.2. C.eodẽ cõcludit,doloſum non poſſe cõueniri in duplum:quia tex. in Auth.ut nulli iud.in §.ad hoc peruenit non loquitur in doloſo,ſed in eo qui per metum,& impreſſionem compulit.

11 Punctus eſt, vt videamus,quando teſtator poſſit videri dolo circũuentus ad teſtandum,nã permiſſum eſt blanditijs, & affectatis verbis & ſermonibus pellicere teſtatorẽ ad teſtandũ,& ſibi relinquẽdũ,nec damnatur,qui blãdis verbis,aut donis, aĩum teſtatoris ſibi prouocat, & conciliat,caſus eſt in d.l.fi.ff.eo. & in l.fi. C.eo.& vtrobiq; not.& in l.captatorias. ff.de hæred.inſtituend.pulchrè Bal. in l. 1.in fine.C.eod.& conſulẽdo tradiderũt Corn.conſ.209.nu.26.& 27.in 2.Socin. iun.conſ.148.nu. 15.in 2. Bellon. conſil. 73.nume. 7.Borgnin.Caualc.in tract.de tuto,& cura.nume.280.

12 Quæſtio igitur eſt, quando dolo,non illecebris videatur circunuẽtus.Rui.cõſ. 2.ſub nu.10.& 11.in 2.intellexit hunc paſſum, vt teſtõr dolo videatur circõuẽtus quãdo per falſas ſugeſtiones fuit impulſus ad teſtandũ,excludẽdo venientes ab inteſtato,vel inſtitutos in priori teſt. q̃ ꝗ in mẽdace ineſt,& p̃ſumitur dolus:ſecus ſecundũ eũ ſi per blãditias, vel ẽt per importunitates alicuius motus fuerit,& ita t.pauit d. Ang.in d.l.non.n.& reperio,ꝙ ſic ẽt moderauit Dec.conſ.489.nu. 1.& nu.6.& re uera Ang. loquitur in his terminis, cũ per per falſas ſugeſtiones teſtator fuit impulſus ad reuocãdũ pręcedens teſtamentum,& aliud faciendum ad vtilitatem illius doloſi,& ſequitur Iacob.à S. Georgio. ibi.

Sed cont.ꝙ immo ẽt ſi non interuenirent falſæ ſugeſtiones,ſed aliæ circũuentiones cõmodũ perſuaſoris, & in præiudicium alterius: ſenſerunt plerique alii Doc.Paul.Caſt.cõſ.231.col.vlt.in 2. vbi concludit,teſtm̃ factum ab adulto,qui à modico tempore egreſſus fuerat tutelam,per blanditias,perſuaſiones,& inductiones tutoris,ad ſui cõmodũ, & ad excluſionẽ proprię ſororis pupilli,non valere: quia eſt res mali exempli,& ad tex.in l.fin.ff.& C.eod.dicit tex.illos,procedere in viro,& vxore,inter quos non cadit tanta reuerentia, quanta inter quondã tutorem,& pupillum proximum pubertati. Secutus eſt Pet. Duen. in Reg. 31. in verbo adminiſtratores. Borgnin. in tract. de tut. num. 279. & in pupillo teſtante ad commodum tutoris, per rationes, & in terminis pręmiſſis, ęqua videtur opi. Paul. Caſtr. ſic etiam, cum ex facti circunſtantiis appareret teſtatorẽ ob nimias moleſtias vxoris,& aſtantium,pellicitum fuiſſe ad teſtandum,reſpondit D. Decian. conſ. 65. in 2. & notandum eſt: quia eius conſilium eſt deciſiuum, & in alio caſu de marito.Corn. conſi. 319. in quarto.

Cœpola quoq; in dicta caut.36.ſentit ſufficere,ſi p̃ importunitates,& p̃ſuaſiones teſtõr pellicitus fuerit ad teſtãdũ,&

 idem

idẽ Iaſ. in l. fin. C. ſi quis aliquẽ, & latius in conſi. 141. in diſcurſu illius conſil. vbi hoc tenet etiam in donatione vniuerſali, malis artibus procurata, & in terminis, ꝙ etiam ſi falſæ ſugeſtiones non interuenerint, ſed blanditiæ, ac perſuaſiones, & importunitates, Pariſ. conſ. 67. ſub nu. 56. in 3. & in eodem caſu Socin. iun. d. conſi. 148. in 2. qui tamen ſub nume. 15. dicit opinionem iſtam locum habere, cum præcedit aliud teſtamentum valide factũ, & teſtator poſtea per blanditias, importunitates, & inductiones impellitur ad faciendum aliud teſtamẽtum ad commodum iſtius ſic perſuadẽtis: Opin. vero contrariam, quæ requirit falſas ſugeſtiones locũ habere, quando agitur de præiudicio venientium ab inteſtato, quæ ſanè eius diſtinctio mihi non ſatisfacit: quia Ang. Rui. & Dec. ſignanter loquũtur in caſu, quo aliud pręcedebat teſtamẽtum. Itẽ quia nõ video bonã differentiæ rationẽ interueniẽtes ab inteſtato, & inter hęredes ſcriptos in alio priori teſt. quare iudicis arbitriũ in hoc negotio plurimum poterit, & facti circunſtantia multum iuuabit in hanc, vel in alteram partem: vnde ſi in actu teſtandi appareret, teſtatorem ab aliqua perſona, cui reuerentiam, & reſpectum habebat, fuiſſe ſolicitatum ad ſibi relinquendum, relictum non deberetur, veluti: quia maritus vxorem teſtantem ſolicitaſſet, & ita fuit deciſum in ſacr. Cõſ. Neapolitano, ut refert Afflict. deciſ. 19. quædam Domina.

Ad vnum tamen in hac materia aduertendum eſſe cenſeo: quia Doctores in locis præallegatis, dum quærunt de validitate relicti per importunitates, & perſuaſiones, nihil de fiſco ſubnectunt.

13 Secundo modo, quis teſtari prohibet, & edictum locum habet quando compello te, vt aliquem hæredem inſtituas: gl. Rubr. ff. eo. quam ſequitur Bar. in d. l. virum. col. 2. Petr. Cy. Bal. Saly. & communiter alij in l. 2. C. eo. reprobata glo. ibi, quæ contrarium tenuit, Aegyd. Boſ. in hoc tit. nu. 4. vbi de communi.

14 Ratio eſt, quia quãdo dolus alterius, eſt cauſa immediata acquiſitionis meæ, dolus ille mihi nocet. l. ſi procurator. ff. de dol. except. l. 1. §. ſi quis tamen, & §. filius. ff. de vi, & vi arm. quod in teſtamentarijs acquiſitionibus abſolutum eſt. l. 1. C. eod. licet in contractibus aliter videatur, vt plene per Gabriel. d. conſ. 99. nume 10. vbi ſub numeris anteçedẽtibus latiſſime cõfirmat dictũ, & rationẽ Bar.

Subiungit Bar. quòd ille, qui fuit læſus, agere poterit cõtra metum inferentẽ pro refectione ſui damni, & intereſſe, vt ſupra dictum fuit, & benè, quinnimo in tali ſpecie, ſi alius ſit in potiori gradu cum cõpellente, vel in ęquali gradu, quòd hæreditas fiſco non deferatur, ſed illi; tenuit Caſſan. in conſuet. Burgund. fol. 89. verſic. 27. caſus eſt, quem ſequitur Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſtio. 79. ad fin.

Adde, quòd ſimiliter ſi quis non per metum, ſed per dolum compellat teſtatorem adhuc præmiſſa dicta procedẽt, & pũctualiter locum habebit ratio Bar. & ita cõcludit Gab. in d. cõſ. in 2. dubio.

15 Tertio mõ quis teſtari prohibet, dũ impedit, eũ, q̃ prius teſtatus nõ fuerat, teſtari, caſus eſt in l. 1. ff. eo. quo caſu, aut prohibẽs erat propinquior in gradu, & hæreditas ſibi aufertur, & fiſco applicat̃, agnatis vlteriorib. penitus excluſis, aut aderãt agnati paris gradus, & eius factũ illis non pręiudicat in eorũ portione, illius aũt portio fiſco applicatur. l. 2. §. fratris. ff. eod. Si verò erat penitus extraneus, & inſucceſſibilis ab inteſtato, tunc factũ illius tertij nõ p̃iudicat venientib. ab inteſtato, nec fiſcus illis aufert, niſi cõſtaret, ꝙ defunctus volebat alios inſtituere, quã veniẽtes ab ĩteſtato; tũc enim perinde eſt, ac ſi tertius ille cõpulſiſſet defunctũ hęredes facere veniẽtes ab inteſtato, arg. tex. in l. cõficiunt, & l. ſi quis cũ nullũ. ff. de iur. C. vnde fiſcus ab illis auferet iux. ea, quę dicta ſunt in pręcedenti ſecundo caſu, & ita Bart. concludit cuius doctrina communiter recipitur.

16 Poſſet tamen lęſus agere ad intereſſe ſuũ contra prohibentẽ ad ea, quæ ſupra dicta fuerũt, opportet tamen cũ probare,

re,



re, quòd defunctus erat ſibi relicturus in teſtamẽto, quod facere volebat, aliàs non obtineret, Bar. ibi in pen. col. Bald. in l. 1. C. eod. Corn. d. conſi. 209. colum. pen. vol. 2. & latius dicemus infra.

17 Huc ſpectat deciſio Odoſ. in l. 2. C. eo. de patre infirmo, qui filijs ſuis manifeſtauerat volũtatem ſuam, ſecũdum quã teſtari volebat, & miſit illos pro notario, qui tamen euntes patrem illuſi, notariũ non adduxerunt, nam concludit eos in edictum incidiſſe, ac ideo ab eis, vti ab indignis, hæreditatem per fiſcum auferẽdam, ſecutus eſt Pariſ. dicto conſi. 67. nume. 69. in 3. ex quo & eius deciſione colligitur. edictum iſtud pertinere etiã ad pœnam filiorum prohibentium patrem teſtari; Nec mirum; quia edictum generaliter loquitur, & ita cenſuerunt Bal. Salyc. & Paul. in l. teſtamenti. C. de inofficioſo teſtam. Socin. ſen. conſi. 105. in 3. Grat. reſponſ. 21. in 2. & Corn. conſ. 110. in 4. idque etiam præſuppoſuerunt Pariſ. & Socin. in conſil. ſupra adductis & è cõtra pertinet ad parẽtes prohibentes filios teſtari. Bald. in d. l. teſtamenti.

18 Quarto modo, quis teſtari prohibet dum impedit teſtatorem teſtamentum iam factum immutare, vel aliud condere l. 1. ff. eod. diſtinguendo tamen vt per Bar. in d. l. virum. col. pen. nam aut prohibens non erat inſtitutus in priori teſtamento, nec filius eius, vel ſeruus, & tunc eius prohibitio non impedit hæredem inſtitutum ex primo ſuccedere. l. 2. §. fratris. ff. eod. niſi conſtaret teſtatorem voluiſſe alium ſibi hæredem facere, tunc enim prohibitio idem in effectu importaret, ac ſi compuliſſet illum inſtiruere, ac ideo fiſcus ab eo auferet, ut dictum fuit ſup. in ſecundo modo, & ille tertius ſic læſus haberet recurſum contra prohibentem, & in eius defectum contra fiſcum, vt dictum fuit in primo modo.

Si verò inſtitutus fuiſſet filius, aut ſeruus prohibentis, & eo caſu, ſiue filius eſſet in poteſtate tempore prohibitionis, ſiue non, locus erit edicto, ita vt fiſcus auferat in pœnam patris, qui prohibuiſſe videtur, vt filius habeat. ſic ſanè concludit Bar. per tex. in l. 1. §. 1. ff. eod. vbi idem tenuit Cuman. & per tex. in l. 1. ff. quib. non competit bon. poſſeſſ. & in l. pen. ff. de bon. libert. In hoc tamen paſſu, quòd factum patris prohibentis non noceat filio non exiſtenti in eius poteſtate, ex pluribus firmauit Gabriel. d. conſi. 99. ſub nume. 8. niſi conſtaret teſtatorem voluiſſe mutare teſtamentum, & alium ſibi hæredem facere, nam eo caſu factum prohibentis mutare, ſicut noceret extraneo multò fortius filio prohibentis, quãuis emancipato, magna tamẽ eſt auctoritas. Bar. Cuman. & aliorũ.

Limitat tamen Bart. quod dixerat, vt factum patris non noceat filio, qui aliàs ſucceſſurus eſt ab inteſtato. Pone vxor fecerat teſtamẽtum inſtitutis filijs, infirma voluit mutare teſtamẽtum, maritus idemque pater prohibuit, certe prohibitio patris non nocebit filijs, qui aliàs ab inteſtato matri ſucceſsiſſent. Par. n. patris, & matris in filios affectio omnẽ ſuſpicionem fraudis tollit. l. non ſolum. ff. de rit. nupt. & eſt veriſſima concluſio, quam tamen moderarem, ſi conſtaret matrem voluiſſe beneficiare aliquem, puta filiam, nam tunc filiæ ſuccurrendũ eſſet, vt ſupra dictum fuit.

Ant verò prohibens erat & ipſe inſtitutus in teſtamẽto, & tunc aut cum aliis aut ſolus, primo caſu eius factum alijs non pręiudicat; ſed fiſcus prohibentis tantum portionem aduocat l. 1. ad finẽ l. 2. §. fratris. ff. eod. intelligendo tamen ſecundum Bar. niſi conſtaret, quòd alios inſtituere volebat, & portionem etiam ab aliis adimere, hoc quippe caſu fiſcus totum aufert, iux. ſupraſcrip. Si verò ipſe ſolus erat inſtitutus, & idem proximior in ſucceſsione inteſtati, eo caſu fiſcus totum aufert, l. 1. ff. eod. quòd ſi ipſe non fuiſſet proximior, tunc ſunt opiniones, ſed verior eſt, vt fiſcus totum auferat: quia perinde eſt, ac ſi compuliſſet illum teſtari, & ſe hæredem facere, & ita Bar. concludit per l. 1. C. eod. ſi tamen conſtaret, quòd teſtator volebat ſibi hæredes inſtituere veniẽtes ab inteſtato, vel alios illis ſubueniendum eſſet, iuxta ſupraſcri-

pta

pta conſtare autem id deberet per ido-
neas probationes, vt Corn. inquit d.
conſi.209.col.pen.in 2.

Adde, quòd dicta in 3. & 4. modo
procedunt nedum in caſu, quo quis te-
ſtari prohibet per metum, ſed etiam per
dolum: quia iura de dolo loquuntur in
l.1.& 2.ff.eod. & dictum fuit ſupra.

19 His ſic poſitis, videndum eſt, quę ſint
probanda ad effectum, vt quis conuin-
catur, & condemnetur: in dubio enim
non præſumitur teſtator dolo circum-
uentus, ad l.qui dolo. ff.de probat.& in
ſpecie Socin.iun.conſi.113.nume.8. in
3. prout, nec etiam præſumitur metu
compulſus.l.metum.C quod met. cauſ.
l.non eſt veriſimile.ff.eod. Bal.in termi-
nis, conſ.350.in primo, & pleniſsime D.
Mantica de conie. vlt. vol. lib.2.in ti.7.

20 Qua in re præmittendum eſt, proba-
tiones, prout etiam in alijs criminibus
legitimaſset luce meridiana clariores,
neceſsarias fore, iux.tex.in l.fi.C.de pro
bat.& in terminis tradit Corn. conſ.56.
columna ſecunda, & conſi.84.in primo,
ſecutus eſt Socin.iun.conſil.148.nu.11.
in ſecundo.

Verũ Hierony. Grat. in reſponſ.21.
in 2. concluſit ſufficere probationes per
coniecturas: quia dolus, & metus etiam
per inditia, & coniecturas probantur. l.
dolum.C.de dolo, & idem ante eum in
materia iſta voluit Anchar.conſil.337.
ſub numero 5. Tu dic ex teſtibus, & con
iecturis, probari poſſe, modò coniectu-
ræ ſint legitimę, & conferentes.

21 Punctus eſt, vt videamus, quę ſint pro
banda, Bar.in d.l.virum.col.vlt.duo pro
banda proponit. Primum, quòd defun-
ctus volebat teſtari, ſecundum, quòd ab
illo fuit prohibitus, ſecutus eſt Iaſ. con
ſil.31.in 1.Socin.conſil.105.in tertio,
vbi addit. Tertium ſcilicet, quòd prohi-
bitio interuenerit eo tempore, quo ille
teſtari volebat, nã edictum loquitur de
eo, qui prohibuit teſtari volentem, ideo
qualitas verbo adiuncta, debet in tempo
re verbi verificari. l. in delictis. §. ſi ex-
traneus.ff.de noxal.ſecutus eſt Socin.iu
nior. dicto conſ. 148. vbi vltra illa duo,
addidit & iſtud tertium requiſitum, &
idem in eodem caſu, latius deduxit Pa-
riſ. dicto conſilio ſexageſimoſeptimo,
numero trigeſimotertio, in ſecundo,
quod etiam voluerunt Bal.in lege 1.col.
3.verſi.ſed quæro, & Saly.ibi ad finem.
C.eodem. Quarto requiritur, quòd te-
ſtatoris voluntas eo tẽpore fuiſſet dedu
cibilis ad actum, ideſt quòd ceſſante im
pedimento potuiſſet legitime teſtari:
quia adeſſe potuiſſet legitimus nume-
rus teſtium, & alia in teſtamentis ſolem-
nia, cæterum, ſi hęc defuiſſent, non vide-
tur de impedimento adhibito curandũ,
ad effectum condemnationis: argumen-
to text.in l.qui comeatus. ff. de re mil.&
quia iura dum impedimentum puniunt
in aliis videntur præſupponere habilita
tem. l.qui teſtamento.ff.de teſtamen. &
ita in terminis concludunt Corn. dicto
conſil.209.colum.penult.verſi.concur-
runt etiam, quem ſequuntur Socin.iun.
& Pariſ.in præalleg. conſiliis, ille ſub nu.
33.iſte ſub nu.34

Quintum requiſitum addit Pariſ.
nu.36.vt tertius agens contra prohiben
tem probet de ſuo intereſſe, vel quòd te
ſtator erat ſibi relicturus, ſeu quòd ipſe
erat ſucceſſurus, aliàs obſtabit illi exce-
ptio tua non intereſt, quæ eſt perempto
ria, & excluſiua. Alexand. poſt alios in l.
ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff. ad Tre-
bellia.& hæc, ſeu aliqua ex dictis requiſi
tis probauit Boſ. in tit. iſto, columna ſe-
cunda, vbi probandum dicit, quòd te-
ſtator teſtari volebat poſt Corn. conſil.
84.in primo.

22 Videndum modo eſt ſequenti loco,
quemadmodum præmiſſa probentur:
& quo ad primum, quòd defunctus te
ſtari voluerit, id quidẽ probabitur pro-
bando, quòd ipſe profeſſus fuerit velle
teſtari, vel quia miſiſſet pro teſtibus, &
pro notario: ex his enim pręparatorijs
voluntas eius ad teſtanaum demonſtra
tur: quia ex præparatoriis infertur ad
præparatũ ad not.in Rub.C.de edend.
intellige ſemper, quòd in articulis de-
ducatur de certo tempore, quo ille teſta
ri volebat, pulchrè Soc.d.conſ.105.nu-
me.3.



mero 3. vbi docet practicam ad pro-
bandum ſuper iſto incumbente, & Cor.
d.conſil.84.

Limita, quando conuocatis teſtibus,
& notario, dixiſſet, nolle teſtari, etiam
quòd occurriſsẽt aliqua in facto, ex qui
bus prohibitio argueretur, vt per Soc.d.
conſ.148.ſub nu.6.verſ.his ſic pręmiſſis.
& per Pariſ.d.conſil.67.nu.38.& 43.

Secundum verò, quòd teſtator fue-
rit prohibitus teſtari, probatur varijs
modis, vt quia prohibuerit notariũ, vel
teſtes ingredi.l.1.in princ.ff.eod.l.Mar-
cellus.§.fi. ff.ad Trebell.l.ſi ſcriptis.ff.de
indig. & eſt cõmune dictum, quomodo
aũt ſit facienda probatio, declarat Soc.
d. conſ.105.intellige ſiue per metum, ſi-
ue per dolum, quis prohibuerit, vt dictũ
fuit ſupra, & tradit Cor.d.conſi.209.ſub
nu.9.& in terminis noſtris, probatis præ
miſſis, ad inualiditatem prioris teſtamẽ-
ti, & ablationem hæreditatis ab illo pro
hibente, vti ab indigno: reſponderunt
Ancharan.conſ.337.Iaſ.conſ. 31.in 1.

Huc ſpectat exemplum Odofr. ſupra
relatum in tertio modo; huc etiam ſpe-
ctat deciſio Laurent. Calcan. conſ. 90.
nu.9.dum concludit prohibitum videri
& prohibentes in pœnam edicti incidiſ-
ſe, quando conuocatis notario, & teſti-
bus, & incępta lectura teſtamenti ille ſe
oppoſuiſſet, & deturbaſſet publicatio-
nem, & rogitum teſtamenti.

24 Exempla enim poſita in l.1.de impe-
diente ingreſſum Tabellionis, & teſtium
non reſtringunt regulam, nec edicti di-
ſpoſitionem, idcirco locum habet conſti
tutio, quomodocũque quis per dolum,
aut per metum prohibuerit defunctum
teſtari, Saly.in l.1.C.eod.Pariſ.d.cõſ.67.
colum. 2. in 3. ideoque ſi clamoribus,
& ſtrepitibus deturbaſſet quis factionẽ
teſtamẽti in edictũ incideret, Egid. Boſ.
in tit.iſto.colum.1.& col.vlt. aliud exem
plum tradit, Coru.dicto conſi.110.in 4.

25 Sed vtrum ex verbis prolatis per de-
functum, probetur eum fuiſſe prohibi-
tum, pone, defunctus coram duobus te-
ſtibus, vel coram notario dixit, quòd li-
benter mutaret teſtamentum, quia illud
coactus fecerat, vel dixit, quòd libenter
teſtamentũ faceret, ſed nõ audet, an hęc
erit ſufficiens probatio? Barto.in d.l. vi-
rum.colum. vlt. diſtinguit, aut teſtator
non nominauit à quo fuerit coactus, vel
quem timeat, & eo caſu imperfecta erit
probatio: aut nominauit aliquem, pu-
ta inſtitutum, vel beneficiatum in teſta-
mento: aut venientem ab inteſtato, & vi
detur eum reputaſſe indignum, adeo, vt
lucrum ſucceſſionis ab eo auferatur per
fiſcũ ad l.hæreditas.C.de indign. ſequũ
tur Bal.in l.1.nu.15.& Saly. poſt eum.
C.eod. Soc.iun.dicto conſ.148. nu.14.
in 2.Pariſ.conſ.67.nu.119.in 3.Mantica
in loco præallegato.

26 Item quæro, pone, quòd ſcripti in te
ſtamento, aut venientes ab inteſtato, nõ
violenter, nec per falſas inſtigationes,
ſed lacrimis, & lamentationibus, incum-
bentes ad lectum teſtatoris reminiſcen-
do parentelam, & ſanguinem, vel obſe-
quia eidẽ præſtita, illum euocarunt à cõ
cepta mente teſtandi, & à præparatorijs
adhibitis, vtrum nè in edictum incidant,
concluſiue concludendum eſt negatiue:
quia edictum prohibitorium non loqui
tur in his terminis, ſic Corn.d.conſ.209.
nu.24.25.26.& 27. in 2. quẽ ſecuti ſunt
Pariſ. & Socin. iunior in præallegatis
conſilijs.

27 Sic etiam, inſtituti in teſtamento, aut
venientes ab inteſtato prohibuiſſent, ne
quis perſuaderet teſtatorem ad teſtan-
dum, aut ad reuocandum teſtamentum
iam factum, non inciderent in edictum:
quia id non prohibetur, ſic Corn. conſ.
84.in 1.ſenſit Socin ſenior d. conſ.105.
in 3.quos ſecuti ſunt Socin.iun.d.conſi.
148.ſub nu.30.& ſub nu.33.in verſi. his
ſic declaratis, Pariſ.d.conſil.67, num. 34.
& nume.49.53.& 59.

28 Item notãdum eſt, quòd materia iſta
intelligitur de impedimẽto doloſo, pro
ut preſupponunt iura in tali propoſito,
& not.Soc.iun.d.conſ.148.nu.34.& id-
circo ſi propter aliquod accidẽs neceſſa
riũ infirmo eueniẽs, differetur introitus
teſtibus, & notario, ea prohibitio, vti nõ
doloſa, non eſſet damnabilis, prout in
puncto

punƈto conſiderabat Soc.ipſe d. loco,&
Pariſ. d. conſil. 67. numer. 34.

29 Item conſiderandum eſt,quòd vbi fa
ƈtum, vel verba poſſunt trahi ad aƈtum
prohibitionis, & ſic ad aƈtum illicitum,
vel ad aƈtum licitũ, tunc melior præſum
ptio, & ſic excluſiua prohibitionis deli-
ƈti erit capienda,vt tandem concludunt
Corn.diƈto conſi.209.Socin.ſen.d. cõſ.
105.Socin.iun.& Pariſ.in conſilijs præ-
alleg.in quibus pro reo conſuluerunt,&
optime faciunt,quæ ſcribit Bar.in l.non
ſolum.§.ſed vt probari.ff. de oper. nou.
nunc.& in l.gerit.ff.de acquir.hæred.per
reg.l.merito.ff.pro ſoc.

30 Circa vero tertium requiſitũ, quòd
aƈtor probare debeat,quòd defunƈtus
erat ſibi reliƈturus,q̃ probationes ſint fa
ciendæ videndus eſt vterque Soc.in prę
alleg.conſilijs,& D.Pariſ.d.conſi.67.nu
me.78.cum multis ſequentibus, & ante
cedentibus.

31 Vtrum autem in tali ſpecie reus te-
neatur edere aƈtori cedulam diſpoſitio
nis,& ordinationis prępuratę per defun
ƈtum pro teſtamento faciendo, ſunt opi
niones,nam D.Pariſ.d. conſ.67. nu. 96.
videtur ſentire pro negatiua ex reg. ꝙ
reus non tenetur edere aƈtori.l. fi. C.de
eden. ſed contra determinauit Grat. d.
reſponſo 21.in deteſtationem prohiben
tis nè eius crimen impunitum tranſeat,
tex.in l.ita vulneratus.ff. ad l. aq.& quia
publice expedit ſupremas hominum vo
luntates ſuum debere ſortiri effeƈtum l.
vel negare.ff. quẽadmod. teſtam. aper.

32 Qua ratione,ob publicam vtilitatem,
nè ſupremæ hoĩum voluntates compri-
mãtur,reum edere aƈtori tradidit Aret.
in c. 1.extr.de probat.Soc.in d.l.fi.C. de
eden.& hanc veriorem exiſtimo.Quam
etiam noſtrorum temporum praƈtica in
hoc Sereniſſ. Dominio ampleƈtitur.

33 Quot autem teſtes ſint neceſſarij ad
probandum,quòd defunƈtus volebat te
ſtari,& illum hæredem inſtituere,& be-
neficiare, arbitror duos vel tres teſtes
ſufficere, iux.reg.l.vbi numerus.ff.de te
ſtib.& in c. in oĩ negocio,extra de teſti-
bus,& ita videntur præſupponere Doc.
& in ſpecie tradit Anchar.d.conſi. 337.
nume.7.& 8.

34 Sed vtrum in materia iſta prohibitio-
nis, & impedimenti ſufficiant teſtes ſin-
gulares,an verò debeant eſſe conteſtes,
ſcripſerunt vterque Soc.& Pariſ.in diƈt.
cõſilijs,& concluſio eſt,quòd requiran-
tur teſtes,conteſtes,ac conformes,& cõ
cludenter deponentes, & non variè,iu
xta naturam probationum facienda-
rum per teſtes, ad legem iuſiurandi. C.
de teſt. & in lege qui falſo, vel varie. ff.
eod. & ita concludit Pariſ. diƈto conſil.
67. numero nonageſimo, & 97.

35 Quęro item,quid ſi teſtator ſuperui-
xerit per aliquod ſpacium temporis, an
metus videatur purgatus, ita quòd de
indignitate ceſſet oĩs qõ.Soc.iun.d.cõſ.
148.col.pe.& Pariſ.d.cõſ.67. nu. 78.&
99.arguũt ꝙ ſic,in patre, fauore filiorũ,
& deſcendentium, & ad hoc ponderant
tex.in §.ſi conuiƈtus,in Auth. vt cum de
app. cogn. & in l. teſtamenti.C.de inoſ-
fi.teſt.faciunt quę habentur in Auth.ex
cauſa.C.de lib. pręter. In extraneo autẽ
idẽ videtur dicendũ, vt ſcilicet cõfirmet
inſtitutio faƈta de hærede extraneo,me
tu ceſſante, cũ potuerit reuocare teſtm̃
& illud non reuocauerit, ſed certe ſola
taciturnitas teſtatoris, abſque alio faƈto
conſequutiuo,non vr̃ ſufficere ad confir
mationẽ teſtamenti meticuloſi,ad text.
cum materia. in l. 2. & in l. ſi per vim.
C.quod met.cauſ.& c.cõſultationi, ex-
tra de ſponſ. metus aũt cauſa aƈtio non
pręſcribitur per annum,& multo minus
exceptio.l. quarta.C.quod met. cauſ. l.
pure. §.fin.ff. de doli exceptio.

36 Sed quid ſi metus præceſſit, ſed non
interuenit tempore faƈtionis teſtamenti
an teſtamentum argui poſſit factum per
metum? Reſponde ſecundum Bar.in d.l.
virum.columna vltima, quòd aut dura-
bat eadem cauſa metus,vt quia maritus
prius percuſſerat vxorem,aut non dura
bat,vt quia metum inferẽs aberat. Hoc
caſu teſtamentum non arguitur meti-
culoſum, alio vero caſu ſic, adducit not.
per Innoc. in c. cauſam matrimonij, ex
tra de officio deleg.& per ipſũ met.Bar.
in



in d.l. 1.§.quæ onerandæ.ff.quar.rerum
aƈtio.& not.Angel. in l.ad inuidiam.C.
quod met. cauſ.& diƈta Bart.ſecuti ſunt
Paul.Caſtr.in l. 1. in fine,& Salyc.in l. fi.
C.eodem. In dolo autem,qui antea fuiſ
ſet adhibitus,perſeuerãtia in aƈtu poſt-
ea faƈto præſumitur. Baldus diƈta lege
prima.col.vlt.nume. 19.

37 Item in materia quæro, an legata de-
beãtur; diſtingue,aut verſamur in caſu,
quo teſtator violenter teſtamentum fe-
cit, & tunc aut violentia fuit circa inſti-
tutionem tantum, & eo caſu legata alij
reliƈta debentur,quia quo ad eos ceſſat
indignitatis obieƈtio. l. 1. §. 1.l.2. §. fra-
tris.ff.eod.retenta Falcidia, ſeu Trebel-
lia. per fiſcum d.l.2.§.fin.& C. ad l. Fal-
cid.l.3.& ff.ad Trebel.l.Marcellus.§.fin.
Aut conſtat,quòd teſtator coaƈtus fecit
totam illam ſeriem teſtamentariam, &
tũc nihil debetur,quia nec legatarij ha-
bent voluntatem teſtatoris,& quia coa-
ƈtio faƈta per alium ad mei commodum
nihil prodeſſe debet, ut ſupra diƈtum
fuit,ſic Bar.in d.l.virum.coll. 1.

Aut vero loquimur in teſtatore pro-
hibito mutare teſtamentum, in quo le-
gata alijs fuerunt reliƈta, & hoc caſu le-
gata quidem debebuntur, niſi conſta-
ret teſtatorem mutare voluiſſe totum
teſtamentum: vel in caſu quando legata
fuiſſent reliƈta ipſi prohibenti, vel eius
filio,aut ſeruo ſic Bar. in d.l. virum. col.
pen.& in l. 1.§.1.ff.eodem, cum quo tran
ſeundum eſt,licet mutato teſtamento le
gata intelligantur reuocata,niſi teſtator
illa cõfirmauerit adeo, quòd legatarijs
videatur incumbere onus probandi vo
luntatem non mutatam.

38 Quæro inſuper de viribus, & effeƈtu
inſtitutionis, & ſucceſſionis per vim, &
metum,dic,quòd hęres,quamuis ſit in-
dignus vitio faƈti,poteſt tamen effeƈtua
liter adire hæreditatem,& bonorũ poſ-
ſeſſionem apprehendere: quia interim
eſt hæres, & valet teſtamentum metu fa
ƈtum,ſic Bal.Paul.Fulgoſ.Corn.& alij in
l. 1.C.eod.ſic etiam præſupponit Bar.in
d.l.virum,& eſt tex.in l.ex faƈto.§.Iulius
Longinus.ff.de vulg.in l.his conſequen
ter.§. 1.cum gl.ff.famil.erciſ.& in l.neceſ
ſarios.§. 1.ff.ad Syllan.Bar. in l.in cogni
tione.ff.eodem.Corn.d.conſi.209. nu-
me. 15.in 2.& idem eſt in prohibente te
ſtamẽtum fieri,idem Corn.d.conſ. 105.
in quarto, & per illam glo.in d.l.his con
ſequenter.§. 1.Bal.in d.l. 1. nu.4.inquit,
quòd contra eum,qui incidit in illum ti
tulum non poteſt eſſe litigium ciuile, ni
ſi fiſcus agat, ſequitur Corn. conſi. 150.
in fine in 2.abdicata autem ab eo vti in-
digno hæreditate, hæres nudum nomẽ
retinet,& proinde agens de faƈto,exce-
ptione repellitur, notatur in d.§.Iulius
Longinus, & in ſpecie Bal.in d.l. 1.col.j.

39 Quid ſi ille nolit hæreditatem agno-
ſcere,an fiſcus capiat hæreditatem.Bar.
in d.l.virum. col. vlt.ff. eod. ſenſit,quòd
ſic per text.in l. recuſare. §. ſi fiſco.ff. ad
Trebel. & in l.ſi ſequens.ff.ad Syllan. &
probatur ex his,quę dixi in prin.nu.24.
& ſeq.q.20.

40 Quæ ergo erit praƈtica in hac mate-
ria, dic quòd prohibens teſtari tenetur
criminaliter, & ciuiliter: criminaliter
pro violentia adhibita, pro qua, pro il-
lius qualitate, ſi erit publica, vel priua-
ta, punietur ad tex. cum materia. ff. &
C.ad l.Iul.de vi publica,& priu.ſi autem
motus tantum interuenit, extra ordinẽ
mulƈtabitur, Alex. poſt alios in d.l. 1. C.
eodem,Boſ.in titul.iſto.col. 1. & contra
ſic delinquentẽ procedi poterit ad in-
ſtantiam procuratoris fiſcalis corã præ-
ſide,qui de crimine cognoſcit,vel etiam
ex officio. Item poterit is,qui fuit lęſus,
puta veniens ab inteſtato,vel beneficia-
tus in alio teſtamento, illum criminali-
ter deferre, Corn. in d.l. 1. Aegyd.Boſ.
in tit.iſto.Hieron.Gabr.d. conſi.99. an-
te num.28. Sententia autem condemna
toria lata in iudicio criminali cõtra de-
linquentem, habet effeƈtum confiſcan-
dorum bonorum; vt amodò fiſcus age-
re poſſit petitione hæreditatis ciuiliter
contra eum: ſic Bar.in d.l. virum.col. 1.
& 2.vbi ſic intelligit l. 1.C.eodem,addu-
cit notata in d.l.in cognitione.ff. ad Syl
lanian.Item & agere poterit contra aliũ
qui immediate ex faƈto illius prohiben-
tis

tis lucrum conſecutus fuit, vt quia compulit teſtatorem aliũ inſtituere, ſic Bar. in ea.l.col. 2. ſuplet autem Salyc. in l. 1. C. eod. quòd in iſto ſecundo caſu: quia agitur de intereſſe illius beneficiati vtile eſſe, quòd intimetur, & citetur, & rectè dixit ad no.in l.cum filius.§.in hac.ff. de verborum obligationi.

Et notandum eſt, dum Bar. inquit, ꝙ fiſcus agit petitione hæreditatis, & ſic iudicio petitorio: ſentit enim non eſſe agendum iudicio executiuo.

41 Ciuiliter autem agitur & per fiſcum, & per priuatum, cui ex facto prohibentis illatum fuit præiudicium, fiſcus enim poteſt contra criminoſum delinquentẽ omiſſa accuſatione criminali, ciuiliter procedere, præterquam in caſu homicidij.l.damus.C.de falſ.l.1.C.quando ciu. actio.Iacob.de Aret. Cyn.Bar. & alii in l.fi.C.de fid. inſtr. Bar.in l. 2.ff.de carb. edict.& in terminis Raf.Cuman.in Rubri.ff.ſi quis aliquem.Corn.d.cõſi.209. num.11.in ſecundo. Alex. conſi.172.in 5.Aegyd.in titu.noſtro, & Gabr.d.conſil.99.col.pen.& nota, quòd poteſt agere ciuiliter, quamuis præſcriptum ſit tẽpus agendi criminaliter. Alex. d. conſil. 172. quo caſu cont. reſpondit Corn. d. conſi.209.num.29. Sed cum Alex. pertranſiuit Boſ.in tit.iſto, ſub num.3.& bene. Aduerte tamẽ, quia materia iſta differt ab illa de hærede indigno ob inultam necem defuncti, vt aduertunt Alexand. & Boſ.

42 Cont.hæredem verò prohibentis, vel alium qui ex facto illius lucrum capit, videtur fiſcum agere non poſſe, niſi prius delinquente cõuito & condemnato criminaliter.l.1.C.vbi ca.fiſc.no. Bar. in d. l.2.ff. de carb. edict. & in l. Caius. ff. ad Syllan.Corn.d.conſil.209. nume.29. in ſecundo, quòd intelligas velim, cum culpa poteſt imputari fiſco, cur contra criminoſum nõ proceſſerit, vt declarat Gabriel.d.conſi.99. col. vlt. in princ. aliàs mortuo delinquente: quia contra eum criminaliter procedi non poteſt, remota culpa fiſci, poterit procurator fiſcalis ciuiliter agere contra tertium poſſeſſorem non delinquentem ad ablationem hæreditatis, d.l.1.C.vbi cauſ. fiſc.Barto. Angel.& Cuman. in d. l.in cognitione. ff.ad Syllan.Gabr.d.conſi.99.nume.15. & probatur in d. l. Caius: contra verò hæredem criminoſi, qui ſe hęredem inſtitui procurauit, indiſtinctè agi poſſe cenſeo: per tex.cum ſua reg.in l.Lucius. ff.de iur.fiſ.quãuis contra innuat Corn. d.conſi.110.num.1.in 4.His autem caſibus iudicium agitabitur coram iudicibus fiſcalibus, coram quibus incidenter de crimine ad fundandam intentionẽ tractabitur, veluti declarat Caſt.in d.l.1. col.2.per illum tex.C. vbi cauſ. fiſc.

Priuatus autẽ, de cuius intereſſe agitur: quia ex facto illius prohibiti ſucceſſio ſibi ablata fuit ciuiliter agit contra criminoſum, vel ad ſimplum rei, quæ ſibi abeſt, vel ad duplum, iuxta ſuperius dicta, & eo exiſtente nõ ſoluendo retorquet actiones contra fiſcũ, vt ſupra abũde dictum fuit. vnde quæro an priuatus poſſit omiſſa per fiſcum accuſatione criminali, vel actione ciuili agere ipſemet contra criminoſum ciuiliter ad ſimplũ, vel ad duplum, & dico ſic per text. in l. Lucius.§. Sempronia.ff.de legatis ſecũdo, vbi Bar.& Imol. per quem ſic cõcludunt etiam Gabriel. d. conſi.99.col.vlt. nu.16.& Aegyd.Boſ.in tit. iſto.

Sed an ſi tertius ipſe ſit in poſſeſſione hæreditatis, poſſit excipere cõtra hæredem violentum de illius dolo. & videretur, ꝙ ſic, ex reg.cui damus actionẽ multo magis damus exceptionem.Reg. cui damus. ff. de reg. iur.l.1.§. quod ait. ff.de ſuperficieb.& ad hoc videtur caſus in l.1.ff.de except.dol.vbi Alber.ſignanter exemplificat illum tex.in eo, qui teſtari prohibuit.& idem Bald.in l.non eſt enim.ff. de inofficioſo teſtamento, & in l. 1.ſub num.17. C.eodem, & in puncto Corn.d.cõſi.110. in 4. ſecutus eſt Gabr. d.conſi.99.nu.17. vbi reſpondet ad not. per glo.in l.his conſequenter.§.1. ff. famil.erciſ.vt locum habeat in 3. excipiente, de iure tertij non pro iure ſuo: quia eius non intererat. Ego quidem valde ſubſiſto: quia in contrarium vrget, quæ dixi



dixi ſupra numero trigeſimo octauo, quare diſtinguendum eſſe cenſeo: quia aut agitur ordinarie, per viam petitorij, & fateor poſſeſſorem, cuius intereſt, cõtra agentem, de dolo excipere poſſe, ſic adducta ſupra proxime. Aut verò agitur ſumatim, per viam poſſeſſorij, & tũc videtur mihi concludendũ, quòd cõtra hęredem ſcriptum agentem poſſeſſorio adipiſcendæ, neutiquam tertius ille poſſit excipere de dolo, per ea, quæ notãtur in l. fina. C. de edicto diu. Adrian. tol. & idem eſt in hærede ab inteſtato, petente per officium iudi. ſe immitti in poſſeſſionem, vel agente interdicto quorum bonorum: quia in iſtis poſſeſſoriis, non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, vt notatur in l. 1. & per totum. ff. & C. quorum bon. ac ideo rectè, & indiſtinctè procedit gloſ. in d. l. his conſequenter. §. 1. quia iudicium famil. herciſcund. eſt iudicium poſſeſſoriũ, quod datur inter poſſeſſores ad ſeparandum communionem hæreditatis. Rurſus hæres licet culpabilis propter prohibitionẽ, attamen hæres eſt, lege ex facto.§. Iulius Longinus. ff.de vulgar. & ad illum, qui fuit læſus, nõ pertinet ſucceſſio in bonis defuncti, ſed actio ad tantundem, vel ad duplum, conſequenter exceptio non verſatur circa id, quòd ſibi debetur, ac ideo in poſſeſſoriis neutiquam videtur, quòd exerceri poſſit, quinimo dubitari poſſe videtur in petitione hæreditatis.

Et pro complemento adde, quod huiuſmodi indignus à quo fiſcus hæreditatem adimit illam integram reſtituit, cum omni fructuum tam perceptorum, quàm percipiendorum commodo, ac cum omnibus vtilitatibus, confuſaſq; actiones ſuas, actiuas, & ſeruitutes ſibi debitas, amittit: iuxta ea quę dicta ſupra fuerunt de hærede non vlciſcente necẽ defuncti ſub nume.ſeptimo, & ſequent. Retinet tamen nudum nomen hęredis. l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff. de vulg. quod ſibi ad futuras acquiſitiones aliũde prouenientes prodeſſe poſſet, iuxta ea quæ ibi notãtur, non tamen à creditoribus hæreditariis conueniri poterit, quia tranſit hæreditas in fiſcum cum ſuis oneribus & honoribus.

## DE IIS QVI ADVERS. teſtamen. dixer. Tit. VII.

1 *Teſtamentum nullum dicens ex defectu teſtatoris, indignus eſt ex eo teſtamento capere, ſecus ſi alia de cauſa.*

2 *Quærelans teſtamentum de inofficioſo & ſuccumbens indignus eſt ex eo teſtamento capere, & fiſcus ab eo aufert.*

3 *Capit tamen cum effectu ſibi relicta vel data extra cauſam teſtamenti.*

4 *Donatio cauſa mortis in teſtamento confirmata à teſtamento pendet.*

5 *Confirmatio de actu quem ille poterat irritare, habet vim dationis, & ex actu confirmante agitur.*

6 *Donationes quæ morte confirmantur extra cauſam teſtamenti ſunt.*

7 *Codicilli non confirmati in teſtamento ſunt extra teſtamenti cauſam.*

8 *Quærelans teſtamentum non detrabit Falcidiam, vel Trebellian. ſed fiſcus aufert.*

9 *Legitima non debetur filio vel patri à quibus fiſcus vti indignis hæreditatẽ aufert.*

10 *Quærelans de falſo vel inofficioſo non etiã capit ex ſecundis tabulis, quia fiſcus abl eo aufert.*

11 *Repudiante beneficiato in teſtamento ante litem motam ſuper accuſatione falſi vel de inofficioſo, fiſcus non capit.*

12 *Quærelans de inofficioſo vel de falſo excuſatur in nonnullis caſibus, vt fiſcus rem ab eo non auferat.*

13 *Quærelans teſtamentum de falſo perdit in eo relicta, quia fiſcus aufert: amplia & declara vt ibi.*

14 *Contratabulans teſtamentum priuatur & ipſe oĩbus cõmodis, quia fiſcus aufert.*

15 *Aduocatus in accuſatione falſi & inofficioſi teſtamenti indignus redditur ex eo teſtamento capere, non tamen legitimam amittit.*

16 *Filius præbens officium aduocationis aduerſus teſtamentum paternum, legitimam non perdit.*

17 *Teſtis in cauſu falſi & inofficioſi teſtamenti indignus eſt ex eo capere.*

18 *Fideiuſſor pro accuſatore de falſo & inofficioſo indignus eſt ex eo teſtamento habere.*

19 *Iudex qui teſtamentum falſum vel inofficioſũ pronũciauit an ex eo capere poßit.*

20 *Hæres qui defuncti preces ac eius teſtamẽtum deſtituit, nihil ex eo teſtamento capere poterit.*

1 DICENS teſtamentum nullum ex defectu perſonæ, quia teſtari nõ potuerit, indignus eſt ex eo teſtamento capere, & ideo fiſcus ab eo aufert, ſic colligo ex tex. in l. cum tabulis. ff. de indign. diuerſum eſt ſi ex alia cauſa dixerit, l. poſt legatum. §. ille vero & §. de eo, & l. penult. ff. eod. & l. alia. C. eo.

Si vero nullum dixerit ex ſui perſona vt quia filius præteritus, & tunc aut vult capere ex ſubſtitutione vulgari de eius perſona, & poterit, quia teſtamentum incipit à ſecundo gradu, cum hæres in primo gradu ſcriptus nolit, aut non poſſit eſſe hęres. l. 3. §. fi. ff. de lib. & poſth. l. cum proponas. C. de hæred. inſtit. aut verò vult capere per ſubſtitutionem pupillarem de eo factam, vel legata & fideicommiſſa ſibi relicta, & ſi quidem non obtinuit, repellendus eſt per regulam l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſt. & in l. quæſitum. ff. de acquiren. hæred. ſi verò obtinuit, & adhuc reppellitur, quia edictum non conſeruat relicta impugnãtibus teſtamenta defunctorum, l. filium. §. omnibus. ff. de leg. pręſtan. & l. ſi nõ ſolus. §. 1. & l. quidã Titiũ. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. & in ſpecie per Auth. ex cauſa. C. de lib. pręter. non conſeruari relicta filio præterito impugnanti teſtamentũ decidit gloſ. ordinaria quam ſequuntur Martin. Silim. & communiter Doc. in l. maximũ vitium. C. de liber. pręter. Bar. in d. Authent. ex cauſa, columna penultima. Et ibi Iaſ. numero decimoquinto, vbi de communi, pulchre Roman. conſil. 516. colum. vlt. diſtinguit, vt ſupra, & benè.

2 Qui vero teſtamentum de inofficioſo querelat, ſuccumbens in eo iudicio, non quidem contumaciter, & per abſentiam, indignus eſt ex eo teſtamẽto quicquam capere, & omne emolumentum ſibi ſpectans fiſco defertur: Caſus eſt in d. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſtamen. Quod autem ipſe grauatus erat alteri reſtituere, fiſcus capit, cum onere reſtitutionis, vt eſt text. ibi, & eſt generale in alijs cauſis indignitatis, vt dixi ſupra in princ. nu. 18.

3 Quod verò extra cauſam teſtamenti de inofficioſo dicti ille capit, non amittit: exempla habentur in l. etiam. ff. eo. ſcilicet in donatis inter viuos, vel in datis in cauſam dotis: idem dic in donatis cauſa mortis, nempe quia huiuſmodi donationes cauſa mortis ſola donatoris morte confirmantur, nec ab illius teſtamento pendent gloſ. & Doctor. ibi, & videtur caſus in dicta l. poſt legatum. §. qui mortis. ff. de indign.

4 Limita in caſu, quo donatio cauſa mortis fuiſſet in teſtamento confirmata gloſ. in dicta l. etiam, & licet Paul. Caſtren. illam improbet, quia per confirmationem non debeat reddi deterior conditio illius: attamen Bar. poſt Iacob. Butrig. in dicto §. qui mortis, illam ſuſtinet: ea ratione.

5 Quia quando cõfirmatio fit de actu, quem quis poteſt infirmare: agitur ex confirmante, non ex confirmato, l. 1. & l. ſi quando. ff. de lega. 1. ideoque donatio cauſa mortis in teſtamento confirmata, quia ab eo vires & dependẽtiam ſumit, non debetur illi, qui teſtamẽtum ipſum impugnat, & pro iſta ſententia videtur mihi caſus in d. l. poſt legatũ. §. qui principale: arguendo à codicillis in teſtamẽto confirmatis ad donationem cauſa mortis, & in l. ſub conditione. §. 1. ff. de bon. poſ. contra tab.

6 Amplia eiſdem rationibus, ad donationes factas per patrem filio in poteſtate, quę morte confirmantur. nam & iſtę extra teſtamenti cauſam capiuntur. l. ſequens quæſtio. ff. de leg. 2. & ibi Bar. declarat pulchre Alex. conſ. 143. columna vltima, in 5. & conſil. 54. columna ſecunda, in 7.



7 Amplia itẽ ad relicta in codicillis, l. hæredi. ff. de indig. ſunt enim duæ ſcripturæ diuerſæ: teſtamentum, & codicillus, & etiã de diuerſis diſpoſitionibus, ideo impugnans vnam, non prohibetur capere ex alia, vt inquit Paul. Caſt. in d. l. ẽt, declarando tamen niſi codicilli eſſent acceſſorij ad teſtamentum, per text. in d. l. poſt legatum. §. qui principale.

8 Amplia, vt dicens inofficioſum, ne dũ amittat, quod ſibi per inſtitutionem, & per legata relictum fuerat, ſed etiam quod per Falcidiam & Trebellian. detrahere poterat, vt ibi, & in dicta l. poſt legatum. §. qui mortis, & in ſimili in lege Marcellus. §. final. ff. ad Trebellian.

9 Quinimmo amittit legitimã iure naturæ ſibi debitam, quia legitima eſt quota bonorum & portio hæreditatis. l. cũ quæritur. C. de inoffi. teſta. vnde excluſus generaliter per legem à ſucceſſione non detrahit portionem pro legitima: ſic communiter concluditur in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. in ea quæſtione an filiæ excluſæ à ſucceſſione propter filios maſculos debeatur legitima, & communiter concluditur negatiue. de qua quæſtione latiſſime per Bart. Socin. conſ. 150. in primo per Albert. Brun. de ſtat. exclud. in 9. articulo.

Item quia excluſus à ſucceſſione propter aliquod demeritum, excluditur itẽ à legitima, Sali. in Auth. nouiſſima, in ſua diſtinctione C. de inoffi. teſtamen. quem ad hoc refert Socin. d. conſ. 150. num. 9. & in puncto ſic tenuit gloſ. in d. §. meminiſſe. & ſequuntur Doctores, dum illam non improbant. Et eſt generale in omnibus caſibus, cum fiſcus aufert hęreditatem filijs vti indignis, vt eis non debeatur legitima, & ita poſt Guliel. de Cun. in filio quærelante de falſo tradit Alex. in l. Polla. nume. 1. C. de indig. ad hoc etiam tex. in l. portiones. ff. eo. arguendo à legitima patroni ad legitimam aſcendentium: inſuper amittit ea, quæ ex ordinatione teſtatoris, in eo teſtamento hæres vel alius rogatus fuerat ſibi reſtituere d. l. poſt legatum. §. ſi is cui. item & ſeruo ſuo vel filio ſuo in poteſtate relicta fuerant, quæ ex eorum perſona capiebat: nam ea fiſcus aufert.

10 Amplia, vt nec etiam ex ſecundis tabulis capere poſſit: quia qui principale teſtamentum impugnat, & à ſecundis tabulis indignus redditur, licet non econtra, quia plus poteſt principale in acceſſorio, d. l. poſt legatum. §. qui principale. Item & relicta cauſa conditionis implendæ perdit d. l. poſt legatũ. §. qui mortis.

11 Limita nonnullis modis, primò, ſi repudiaſſet ante litem motam, & ſic ante cauſam indignitatis commiſſam, tunc enim fiſcus non caperet, ſecus ſi poſt, Paul. Caſtr. in d. §. meminiſſe per tex. in l. proinde. ff. ſi cert. peta.

12 Secundo limita, cum dicens inofficioſum deſtitit à lite ante ſententiam, vel cum ſententia lata fuit in eius abſentiã cauſa non defenſa, vel cum repoſitus aduerſus ſententiam à lite deſtitit, in his ſanè caſibus ſalutaris pœnitentia ſibi conceditur, pulchrè Caſtr. in dicto §. meminiſſe, & in l. alia. C. de indig. Iaſ. in l. 1. C. eo. Decian. conſi. 85. nu. 8. & 9. & eſt generale in iſtis pęnis legalibus vt liceat deſiſtere vſque ad ſententiam, l. qui cum maior. §. accuſaſſe, & l. in ſeruitutẽ. §. perijſſe. ff. de bon. liber. Abbas in c. ſi diligenti. nu. 19. extra de foro compe.

Limita tertiò in minore, dict. l. poſt legatum. §. ſtat. & l. tutorem. ff. eodem, & l. Polla. C. eodem, plenius tamen diſtinguendo, vt ibi per Doctor.

Limita quartò, in oneroſis veluti in datione tutelæ: edictũ nẽpe à lucris tantum remouet d. l. poſt legatũ. §. eũ qui.

Limita quintò, in eo qui ex neceſſitate ſui officij de inofficioſo dixit, veluti nõtatur in d. l. tutorem, & in d. l. Polla.

Limita ſextò, vt licet is ex diſpoſitis per teſtatorem cum effectu capere nequeat: poteſt tamen capere ab hærede ipſo, etiam de bonis teſtatoris, d. l. poſt legatum. §. qui accuſauit, & l. qui Titij. ff. eod. etenim diſpoſitio l. Lucius. ff. de iure fiſc. ad ſuos terminos reſtringitur.

13 Quærelans teſtamentum de falſo, & ſuccumbens, ab omnibus commodis exinde prouenientibus repellitur: & fiſcus ab eo aufert vti ab indigno d.l.poſt legatum, §. ille vero, & l.alia.C. eod.& l.eius qui.§.fin.ff.de iur.iur.

Amplia in omnibus, vt ſupra, de eo qui inofficioſum dixit, & limita, vt ibi. Amplia etiam ſi filius quem ipſe prohibere poterat, falſum dixerit d.l.poſt legatum.§.ſi filius.

Declara, vt qui vnum ex hæredibus falſo ſcriptũ in teſtamento dixerit, poſſit ab alio capere, l.Papianus. ff. de indign.

14 Contratabulans teſtamentum priuatur & ipſe per fiſcum omnibus commodis, vt ſupra.l.2. ff. de indig. quinimmo & eis, quæ antea extra teſtamentum habuerat l.ſub cõditione.§.1.ff.de bon. poſ.contratab.vbi tex. pręciſe loquitur de donatis cauſa mortis, & l. in ſeruitutem.§.ſed & ſi quis.ff.de bo.lib.vbi de donatis cauſa mortis, & de relictis in codicillis: ratio diuerſitatis eſt ſecundum Bar.in d.l.poſt legatum.§.ei qui, quia in accuſatione falſi, & quærela inofficioſi, tractatur ſolum de viribus teſtamenti: ideo agens non repellitur niſi à relictis in teſtamento, vel dependentibus ab eo quia pœna non debet egredi delictum: ſed in contratabulas, diſputatur de iure patris & filij, l.filio.ff.de inoffi.teſta.in §. 1. meritò repelli debet ab omni commodo, quod à patre habet: ſic etiam pertrãſeunt Alex.in l. alia. C. de indign. & Iaſ. in l.& ſi contra.ff.de vulgar.

15 Aduocatus, qui voluntarium officiũ prębuit in accuſatione teſtamenti de falſo, vel inofficioſo, indignus eſt ex eo capere: & fiſcus ab eo aufert, dicta l.poſt legatũ.§.ſunt qui putant, & l. fi.in prin.ff. de inoffic.teſtamen. Aduocatus autem fiſci, qui delatoris intentionem pro officij ſui munere exequitur, equidem excuſatur poſt legatum.§.aduocatum, & plene ſcribit Bar.in d.l.tutorem.

16 Crederem tamen, quòd filius prębẽs pro alio officium aduocationis contra teſtamentum paternum, non priuetur legitima, ad tex. in l.qui cum maior. §.ſi patroni.ff.de bon.lib. & not. Bart.in dicto §.ſunt qui putant.

17 Teſtimonium dicens in cauſa falſi, vel inofficioſi teſtamenti, eo pronunciato valido, indignus eſt ex eo teſtamento capere, & fiſcus aufert, d.l.poſt legatum. §.his vero, vbi Barto. intelligit ſiue volens, ſiue coactus teſtimonium dixerit.

18 Fideiuſſor quoque pro querelante, in eadem cauſa eſt, dict. §. ſunt qui putant.

19 Iudex quoque qui teſtamentum falſum, vel inofficioſum pronũciauit, reſciſſa per iudicem appellationis illius ſententia, in eadem cauſa verſatur, dicta l. poſt legatum.§.quidam, vbi Bart.intelligit: cum ex eiſdem actis ſentẽtia reſcinditur. ſecus ſi ex nouis probationib. quia iudici priori imputari non poſſet de mala adminiſtrata iuſtitia: in materia aũt de aduocato, iudice, & teſte qui cõtra donatorem vel dominum dixerunt, an ob id feudum, aut donata amittant, ſcribit d.Ripa in l.fin. in nona, decima, & vndecima qõne. C. de reuoc. donat.

20 Is denique, qui deſtituit teſtm̃ & teſtatoris preces, indignus eſt ex eo aliquid capere. l. ſi patroni.§.qui fideicommiſſariam, verſ.cur enim.ff.ad Trebellian.vbi propterea infert, quod hæres coactus adire hęreditatem nec quartam Trebellianic. nec fideicommiſſa, aut legata ex eo teſtamento capit: ab eo tamen fiſcus non aufert.

## DE INGRATIS VERSVS defunctos. Tit. VIII.

1 *Ingratus erga defunctum indignus eſt capere ab eo per vlt.volunt.*

2 *Ingratus facit ſe indignum beneficio recepto.*

3 *Vxorem defuncti cognoſcens, indignum ſe reddit capere ab eo.*

4 *Occidens vel vulnerans aliquem ex coniunctis, indignus eſt capere ab eo.*

*Ingratitudinis cauſas erga defunctum cõmittens indignus redditur ab eo capere, & fiſcus aufert.*





5 *Vidua committens ſtuprum indignam ſe facit capere ex diſpoſitione ſui mariti.*

6 *Donata inter viuos ob cauſas ingratitudinis in defunctum commiſſas reuocantur.*

7 *Ingratitudo commiſſa in vita beneficiantis operatur vt relicta per vltimam voluntatẽ ipſo iure reuocẽtur, ſecus ſi poſt mortẽ.*

8 *Beroi ſententia conſi.32.in 6. dub. vol. 2. reprehenditur.*

9 *Ingratitudo viuo teſtatore commiſſa non impedit hæredem ſuccedere.*

10 *Hæres poteſt dicere, & excipere de ingratitudine commiſſa in vita teſtatoris quam teſtator ipſe ignorauerit.*

11 *Hæres domini poteſt excipere de fellonia commiſſa per vaſallum domino ignorãte.*

12 *Hæres donatoris poteſt arguere donatariũ de ingratitudine commiſſa in donatorem ignorantem.*

13 *Hæres mariti an poſſit excipere de adulterio vxoris ad amiſſionem dotis.*

1 INGRATVM erga defunctum iura perſequuntur, vt indignus exiſtimetur quicquã capere per eius teſtamentum, vel per aliã illius vltimam voluntatem, ideo vt fiſcus ab eo vti indigno beneficium auferat, l. 1.ff.de indign.

Nil mirum, quia ingratus facit ſe indignũ beneficio recepto, c.1.§. eſt & alia, verſ.Item qui dominum, in titul.quę fuit prima cauſa ben.amit. vbi Afflict. notat. Exemplum reddit tex. in dicta l. prima, in eo, qui defunctum illicitæ mercis negociatorẽ detulerit, quamuis et ex ea delatione pręmiũ ex publico cõſecutus ſit.

2 Aliud exemplum tradidit gloſ.in l.ſororem.C.eo. in eo qui vxorem, filiamve defuncti, poſt illius mortẽ cognouiſſet, ſequuntur communiter Doct. Bar.in d. l.1.intellige in vxore defuncti viduante, aliàs ſi denuo nupta fuiſſet, offenſa non reſpiceret priorem virum, ad ea quæ ſcripſi infra, in titulo de mulieribus binubis ſub nume.10.

4 Exemplificat præterea Barto. in eo, qui occidiſſet, vel vulneraſſet aliquem ex coniunctis ipſius teſtatoris, aut aliam cõſimilem inimicitiæ & ingratitudinis cauſam commiſiſſet, ex qua ſi teſtator viueret relictum infirmaretur: ad tex.in l.ex parte.ff.de adim.leg. & in l.ſi inimicitię. ff.de indign.

5 Adde aliud exemplum, in vxore, quæ poſt annum luctus ſtupraſſet: nam ab ea vti ab indigna fiſcus auferret, intra annum vero exequenda eſſet pęna, de qua in l.1.C.de ſecun.nupt. ſic Ioan. de Garron.in repet. dictæ l. primæ, nume. 73. & ante eum Corn.in l.fideicommiſſum. C. de fideicom.

6 Adde idem eſſe in datis, & donatis inter viuos, nam & hæc ab ingratis auferri ęquum eſt, eiſdem rationibus, & infra dicetur.

7 Quæ antem ſit ratio, quòd ob cauſas ingratitudinis commiſſas in vita teſtatoris relicta ipſo iure reuocentur, ad tex.in l.3.§.fi.& in l.ex parte.§.fi.ff. de adimen.leg: & in d.l.ſi inimicitiæ, non ſic mortuo teſtatore: Reſpondet Bar. quia teſtatore adhuc viuente, relicta non receperant ſuam confirmationem, ideo facilius ex præſumpta contraria voluntate reuocãtur: poſt mortem verò teſtatoris, quia iã confirmationem ſuam receperunt, & ille erat capax, propterea fiſcus aufert: & ita etiam ſenſit Ripa in l. final. nume. 153. C.de reuoc.dona.

8 Sed contra, quod immo fiſcus non auferat, & legata remaneant penes hæredẽ conſuluit Berous conſi. 32. in 6. dubio volumine ſecundo, vbi hoc voluit nẽ dũ in legatis annuis, ſed etiam in legatis puris: verũ eius conſultatio, ut ex præmiſſis patet, non eſt ſecundũ iuris ciuilis rões.

9 Sed iterum quæritur. nam ob cauſas ingratitudinis cõmiſſas, viuo teſtatore, hæres ſuccedere poteſt ex teſtamẽto, & ab inteſtato, nec repellitur, niſi teſtator illũ exhæredet, aut teſtamentum reuocet, & in hærede ex teſtamento eſt caſus in d.l. ex parte, & ab inteſtato in l.omnimodo. C.de inoff.teſta.& in §.cauſas, in auth.ut cum de appel.cogn. & in §. ingratitudinem, ubi Ange. notat in Auth. de nupt. & tradiderunt Gulíel. Cun. Bal. Ang. & Pau.in l.fratres.C. de inoffic. teſtamen.

Ripa.in d.l.fin.nũ.47.& conſuluit Soc. ſen.conſi.105.in 3. igitur non etiam videtur repellendus ob cauſas commiſſas poſt mortem teſtatoris. nec obſtare videtur tex.in d.l. 1. quia loquitur in relictis particularibus. Sed tu dic idem eſſe in ſucceſſionibus vniuerſalib.per gloſ.in d.l.ſororem, quam Doctores communiter ſequuntur.& ad argumẽtum reſpondẽ, quòd offenſus à ſucceſſore ſuo nõ reuocando teſtamentum, vel illum non exhæredando, videtur iniuriam remiſiſſe, ideo lex nihil ſupplet ad tex.in l.1.§.fi.ff. ad Syllan. Cũ vero offenſa contigit poſt illius mortem, quo tempore defunctus non habet nec velle, nec nolle, l.1.C.de ſac.ſan.eccleſ.ęquiſſimum fuit, vt lex ſubueniret aduerſus ingratos, vt formidine pœnę in officio maneant,& ſic Iaſ.ſenſit in d.l.ſororem,col.vlt.

10 Vnde infertur, quòd ſi offenſa fuiſſet cõmiſſa ſuperſtite teſtatore, ac eo ignorante, operaret̃ effectum reuocationis legati, pro vt eo ſciente Bar.in d.l. 1. & ſi nõ poſſet talem effectum operari, veluti in ſucceſſionibus vniuerſalib. d.l. ex parte, vel in datis inter viuos, in quibus requiritur animi declaratio ad l. fin. C. de reuoc.don.in his ſanè videtur, quòd de ingratitudine dici & excipi poſſit, quia grauior eſt offenſa in viuum, quàm in mortuum, ad hoc deciſio Ioan.Andr.ad Specu.in titulo de feudis.§.vltimo, in verbo:Reuoluitur, vbi inquit.

11 Quòd licet hęres domini non poſſit expellere vaſallum de feudo ob felloniã commiſſam viuente & tacente domino, illud verum eſſe ſi dominus ſcierit, ſecus ſi ignorauerit, aut tam repente deceſſerit, quòd vlciſci non potuerit, ſequuntur Iſern.Bal.& alij feudiſtæ, in c.1.§.porro, in ti.quę fuit pri.ca.ben.am.Alex.in l.rei iudi.§.hæredi. ff.ſol. mat. Aret. conſ.14. Clar. ex aliorum auctoritate, in §. feudum.q.64.

12 Sic etiam in cõtingit id hærede donatoris, qui offenſam ignorauit, Ripa d.l. fi.quęſt.61. & numero 153.vbi ita decidit in proprijs terminis.

13 Et in hærede mariti excipiẽte de adulterio vxoris commiſſo, marito ipſo ignorante, ad amiſſionem dotis, Alex. in d.§. & hæredi. & in conſilio 189. columna prima, in ſexto.Ruin.conſ. 155.in 3.& nouiſſime D. Menoch.conſil. 30.& fuit opinio Roman. in dicto §.& hęredi.

Sed aduerte quia termini ſunt diuerſi: nam dos eſt proprium mulieris patrimonium,& in eo non habet à merito titulum lucratiuum, ideo ex præmiſſis nõ licet arguere ad dotis amiſſionem, quamobrem plerique Doctores indiſtincte negant, hæredibus mariti talem competere exceptionem, Bal. in d.§.& hæredi, & ĩ cõſ.182.Petrus de Firmo.in 3.ſequitur Imol.Paul.in d §.Bal.& Imol. in l.cũ mulier, in 15.opp.ff.ſol.mat.& Alex.in d. l.ſororem, Iaſ.in l.fideicommiſſum. C.de fideicom.Dec. in l.cum quædam puella: col.2.ff.de iuriſd.om.iud.& in c.paſtoralis col.vl.extra de iud.per tex.in l.ſi vxor, §.1.ff.de adulter.ibi, quamuis, ſi vidua eſſet, ſtuprum impune in ea cõmitteretur. Sequũtur ampliſſime Crauet.conſ.204. col.3.& 4.Socin.Iun.conſ.111.in 3.Rolã.Valle cõſ.86.in 2.Brun.de ſta. exclud. in 6.artic.n.287.& in iudicijs hãc ex cõſuetudine probauit Boer.deciſ. 338.vbi refert ſm̃ hanc partẽ bis fuiſſe iudicatũ.

Alij vero diſtinguendo concludunt, priorem ſententiam procedere in vidua ſtuprante intra annum luctus, ſic Ioan. de Garron.in authen.eiſdem. nume.20. C.de ſecun.nup. Roland. poſt plures d. conſ.86.nu.41.Borgnin.in tract.de tutore & curatore.nu.221.ſecundum quam in his terminis iudicatum refert deciſ. Pedemon.77. Ego autem à ſecunda opinione indiſtincte recedere non audeo: quia in pœnis, ad rei,& patrimonij proprij amiſſionem, non mihi videtur licita extenſio.

## DE CONCVBINIS. Titul. IX.

1 *Concubinæ regulariter donari,& relinqui poteſt, limita,& declara, vt ibi.*

2 *Fallit cum concubinatus eſt prohibitus & illicitus.*



3 *Miles armatæ militiæ concubinæ donare aut legare nequit.*

4 *Concubinæ religioſus donare nequit.*

5 *Sacerdos confitens ſe debitorem concubinæ, eius confeſſio non probat.*

6 *Confeſſio ſacerdotis aſſerentis ſe debitorem concubinæ, vel emiſſe de denarijs ſuæ concubinæ non probat.*

7 *Aduocati non poſſunt donare cum effectu concubinis ſuis.*

8 *Milites noſtri temporis qui arma profitentur non donant concubinis.*

9 *Idem eſt in militibus naualis militiæ.*

10 *Concubinæ virorum illuſtrium an ab eis per donationem capiant.*

11 *Concubinæ pro benemeritis donari poteſt.*

12 *Cõcubinæ in cauſam dotis, vt nubere poſſit, donatio facta valet.*

13 *Concubinæ donatio facta per prohibitos iuramento non firmatur.*

14 *Concubinæ principes donare poſſunt.*

15 *Concubina præmoriente fiſcus ei relicta non aufert.*

16 *Concubinario an concubina donare poſſit.*

17 *Concubinæ filijs extantibus ex vxore vel alia concubina an donari poſſit.*

CONCVBINA regulariter capere poteſt, & cum effectu, à concubinario, ex contractu, & per vlt. volun.l.affectionis l.donationes.ff.de don.l. qui concubinam, & l. itẽ legato.§.parui.ff.de le.3.§.1.in Auth. qui.mo.nat.effic.leg.gl.Bar.& Bal.in l.miles ita.§.mulier.ff.de teſt.mil.Rom.conſil.43.ad primum,& conſil. 478. Iaſ.in l. miles ita, col.pen.& vlt. ff. de re iud.& in conſ.37.in 3.Horum eſt ratio, quia concubinatus iure ciuili eſt permiſſus, concubinam autem accipe, vt dixi in lib.3.in tit.de natur.& ſpur.

2 Limita in caſu, cum complexus eſſet punibilis, vel illicitus, ſecundum leges ciuiles, ſic Iaſ.in dictis l cis poſt Cu.in d.§. mulier, per illũ tex.& eſt caſus in l.Claudius,& in l.mulierem.ff. de indig.& idẽ tenuit Bened. Capra conſil. 127.cum vt pręſupponitur, Iaſ.d.cõſ.Didac.in c.peccatum.par.2.§.2.nu.2.de reg.iur.in 6.& hoc caſu fiſcus aufert:quia lucrum inter has perſonas turpe eſt, & turpia lucra per fiſcum auferuntur:dixi ſup.in tit.de indig.nu.6.Qua ratione, quia cõcubinatus iure pontificio prohibitus eſt, ac etiã ex perſeuerantia punibilis, nõ immerito dicendum erit eo iure inſpecto, donationes inter concubinarios non valere cum effectu: ſed fiſcus non aufert, quia hoc non eſt in iure ſcriptum.

3 Limita ſecundò in concubina militis: nam ab eo, nec per contractum, nec per vltimam voluntatem capit.d.l.miles ita. §.mulier.l.mulierem.ff.de indig.& l.2.C. de dona.inter virum, vbi, quòd eidẽ donat miles, reuocare poteſt: intellige ꝙ concubina non capit cum effectu, quia niſi miles reuocauerit, poteſt fiſcus auferre, d.l.2.& d. l. mulierem, glo. Bart. & communiter Doct.in d.l.affectionis. idẽ Bar.in d.§.mulier.& in d.l.miles, in prin. vbi ampliſſime Iaſ. & Ripa. & tradidit Bal.in c.tuę, ext.de procurator.vbi quòd ſolus fiſcus poterit opponere: Capella Tholoſana deciſ.141.& Io.de Garonib. in repet.l.1.nu.33.C.de ſec.nupt.vbi tamen refert alios dicentes donationem eſſe nullam, quaſi quod militis concubina ſit incapax, ſed malè, quia incapax nõ reputatur, ſed indigna habere, quia lucrum ſit turpe, fortè poſſet diſtingui, vt fiſcus non auferat à ſimplici concubina, d.§.mulier,& d.l.2.ſed ab ea cum qua commiſſum fuit ſtuprum, vel adulteriũ, d.l.mulierem,& l.Claudius.

4 Limita quartò in concubina religioſi, arguendo à milite armatæ militię, ad militem cęleſtis militiæ, elegans fuit hęc ampliatio Ricar. Malumb. quem ſecuti fuerunt poſteriores ad eum, Bar.& communiter Doct.in d.l.miles ita, in princ. & in d.l.mulierem,& in d.§.mulier,& in d.l.affectionis,& in d.l.2.C.de dona.inter virum. Ang. conſ. 189. ſuper puncto:ratio eſt: quia etiam clerici militare dicuntur, epiſtola:Inter claras.C.de ſum. Trin.Itẽ quia priuilegia conceſſa militibus armatæ militiæ, præterquã ob ignorantiam iuris, communia ſunt etiam ad

milites

milites cęleſtis militiæ:pro vt ex cõmuni concluditur in d.l.miles, in prin. ff. de re iud. & in l. Centurio. ff. de vulg. & eſt vera opinio, quam etiam ratio publicæ honeſtatis plurimum adiuuat, & conſulendo ſecuti ſunt Petr. de Anch. conſ. 247. Dec. conſ. 132. Mantua conſ. 169. col. vlt. in 2. Por. Imol. conſ. 21. in 1. dub.

5 Qua ratione conſuluit idem Anch. d. conſ. confeſſione factam per ſacerdotem de aliquo ſuo debito erga ſuam concubinam, vti emanatam inter perſonas ſuſpectas, non probare debitum: ad not. in l. ſi forte. ff. de caſtr. pecul. & in l. ſi donatione. C. de collat.

6 Et in clerico emente nomine concubinæ, & profitente de illius pecunijs emere, confeſſionem illam nihil probare eadem ratione reſpondit Dec. d. conſ. 132. ſecutus eſt Ripa d. l. miles. nu. 11.

7 Extende ad Aduocatos, & ſic ad milites literatæ militię, ſic poſt Ricar. concludit Bar. in d. l. miles ita, & ſequũtur communiter alij; ratio eſt; quia etiam aduocati militare dicuntur. l. Aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iud. Item quia militum priuilegia, præter attributa iuris ignorantię cauſa, communia ſunt aduocatis, glo. in d. l. miles. gloſ. in l. 1. §. eſt & alius. ff. ſi à pat. quis fuer. man. Doctores in d. l. Centurio: & eſt communis opinio, Port. d. conſil. 21.

8 Extende item ad milites noſtri temporis, qui arma profitentur. Roman. d. conſ. 43. & not. in d. l. Centurio.

9 Amplia item ad milites naualis militiæ, modò tamen piratæ non ſint, Ripa in d. l. miles. nu. 60.

10 Amplia item ad concubinas virorum illuſtrium: quæ tamen viliſſimæ ſint. l. 1. C. de nat. liber. Ruin. conſi. 109. nu. 32. in 3. intelligendo tamen iuxta terminos d. legis.

11 Declara vt pro benemeritis valeãt relicta, & donata; modò tamen de meritis conſtet, & ęquiualentia ſint, A c d. conſ. 247. deciſ. Neapol. 102. Mantua d. conſ. 169. & Port. Imol. d. conſ. 21.

12 Declara, vt etiam data in cauſam dotis valeãt, ob ſingularia dotis priuilegia, ſic ex pluribus concludit Portius d. conſi. 21. confirmo, quia dotata mulier de facili nubere poterit, & ad meliorem vitam duci. quod admodum fauorabile eſt, c. inter opera, ext. de ſponſalib.

13 Declara, vt à milite facta, ſi iurata ſit, valeat, ad exemplum donationis inter coniuges, ſic Rom. d. conſ. 43. in 4. dub. Cuius tamen opinio mihi non placet, quia diuerſa eſt ratio, nam cõcubinę donatio facta non valet, quia lucrum eſt turpe, ideo fiſcus aufert: at inter coniuges non hæc eſt ratio prohibens. ideoque in milite cęleſtis militiæ donationẽ iuramento non firmari ſcripſit Ripa in d. l. miles. nume. 12. & conſuluit Crauetta conſi. 229.

14 Declara, vt indiſtinctè valeat facta per Principes in ſuo ſtatu neminẽ recognoſcentes ſuperiorem: ſic Bal. conſ. 457. ad euidentiam in 5. & idem Bal. conſ. 248. & 267. in 1. nil mirum, quia ſupra leges ſunt l. Princeps. ff. de legib.

15 Declara item, vt concubina præmoriente militi relinquenti, fiſcus ſic relicta non auferat. l. fin. §. 1. ff. de indign.

16 Declara inſuper, vt ſicut concubina non capit à concubinario, ſic nec etiam vir concubinarius ab ea capiat, ſic Bald. ſenſit conſi. 457. in 5. quod eſt in conſil. 267. in 1. nil mirum: quia ratio videtur æqualis, & eſt caſus in l. Claudius. ff. de indign.

17 Declara vltimò, quòd extantibus filijs legitimis: vel naturalibus, non poſſit concubinæ relinqui vltra modum: ſicut ſcripſi infra de Icapacibus, in ti. de natis ex patre indignit. ſub nu. 10. & latius in tit. ſeq. Reliqua de concubina vide in ti. de natis ex patre indigni. conſtit.

## DE VARIIS CAVSIS EX quibus quis redditur indignus. Tit. X.

1 *Status alicui quæſtionem mouens, indignus eſt ei ſuccedere.*

2 *Diſponẽs per contractum inter viuos de hæreditate viuentis indignus eſt ei ſuccedere, & fiſcus aufert.*

3 *Indignus eſt qui paciſcitur de diuidenda hæreditate viuentis.*

4 *Filij viuente & non conſentiente patre diuidentes paternam hæreditatem indigni redduntur, & fiſcus aufert.*

5 *Vxorem ducens ex legibus ducere prohibitam, indignus eſt ab ea capere.*

6 *Tutor & curator de iure ciuili pupillam vxorem ducere prohibentur ante redditas rationes. idem eſt in hæredibus eorũ.*

7 *Pupillæ debitor vltra cauſam tutelarem eam vxorem impune ducere poteſt.*

8 *Tutor & curator adulto ſuo filiam propriam vxorem dare non prohibentur.*

9 *Mægiſtratum in prouincia gerens, in qua nec originarius, nec incola ſit vxorem iure ciuili in ea ducere prohibetur, iure autem Canonum ſecus.*

10 *Matrimoniali in materia attenditur ius Canonicum.*

11 *Coniugati qui anteà per adulterium ſe polluerant inuicem ſibi dare vel relinquere indigni ſunt, & fiſcus aufert.*

12 *Vendens rem alienam ſcienter emptori ſcienti indignus eſt pretium retinere.*

13 *Hæres ſubtrahens rem hæreditariam indignus eſt in ea Falcidiam detrahere.*

14 *Hæres non conficiens inuentarium perdit Falcidiam, & inſolidum tenetur.*

15 *Hæres qui doloſe omiſit res aliquas in inuẽtario deſcribere, an cadat à beneficio inuentarij in totũ, & qua pœna puniatur.*

16 *Captiuum redimere negligens, indignus eſt illi ſuccedere.*

17 *Furioſi hæres qui illius curam non ſuſcipit arcetur ab eius ſucceſſionem.*

18 *Hæres iuſſus à teſtatore aliquid facere, præcepto non parens, an hæreditatem perdat, & cui differatur.*

19 *Hæres iuſſus aliquid facere ſub pœna priuationis hæreditatis, non paruit, cui hæreditas acquiratur.*

20 *Fideicommiſſum vniuerſale, in dubio cenſetur ordinatum fauore venientium ab inteſtato.*

21 *Hæres qui priuatur hæreditate illam reſtituit per fideicommiſſum.*

22 *Hæres à quo aufertur hæreditas, an detrahat Trebellianicam.*

23 *Fidem tacitè commodans de reſtituendo incapaci, indignus redditur, & fiſcus ab eo aufert.*

1 QVAESTIONEM de ſtatu alicui mouens, indignus redditur, vt ante cõtrouerſiam motam relicta, fiſcus vti ab indigno auferat, l. ſi inimicitiæ, & l. cum tabulis. ff. de indign. & nota textum in dicta lege cum tabulis: loquentem in pupillo, cui ille litis ſtatus motor ſubſtitutus erat pupillariter. Adde, quòd dixi de relictis ante litem motam: nam ſi poſt litem de ſtatu, controuerſiam paſſus, illi relinqueret, vtique capere poſſet, & cũ effectu, quia iura non reſiſtunt: nempe, quia iniuria & offenſa illa remitti põt: adde pręterea, quòd litis motor de ſtatu, repellitur etiã à ſucceſſione illius ab inteſtato: per dicta iura, & in terminis reſpondit D. Decian. dicto conſ. 85. per totum in primo.

2 Diſponens per contractum inter viuos de hæreditate in totũ, vel in partẽ, ſeu de parte bonorum alicuius viuẽtis, quoniam aduerſus bonos mores & gentium iura feſtinauit indignus exiſtimatur: & idcirco hæreditas ſibi deinde delata per fiſcum aufertur. l. 2. in fin. ff. de indign. l. quidam in iure & l. ſeq. ff. de donation. quę tamen iura intellige, cum ſub nomine hęreditatis, vel ſub titulo futuræ ſucceſſionis, ſic ea cauſa expreſſa, facta ſit conuentio, vel diſpoſitio: etiam, quòd de re aliqua particulari facta fuerit: ſecus autem, cum quis rem alicuius viuentis non ſub ſpe obueniendæ ſucceſſionis, donaſſet, aut vendidiſſet: valet enim rei alienę venditio, aut donatio, quòad obligationem perſonalem, l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. l. Ariſto. ff. de donationib.

3 Similiter, ſi inter duos facta ſit conuentio de diuidẽda hæreditate alicuius viuentis, aut aliter diſponẽda, huiuſmodi pactum vti cõtra bonos mores, & triſtiſſimæ ſpei, nempe inducens votum captandæ

ptandæ mortis improbatur.l. fin. C. de pact.limita & declara niſi illius,de cuius bonis agitur, conſenſus accederet,vt dicit ille text.vbi ampliſſime ſcribitur.

4 Idcirco cauti ſint filij, nè viuente, & non conſentiente patre, diuidant inter ſe bona,& hęreditatem paternam: quia fiſcus ab eis vti ab indignis poſtea auferret,Paul.Caſt.in d.l.fin.col.2.Iaſ. col.3. Boſ.in tit.de indign.numer,2. Amplia, ēt'ſi vnus ex filijs patre inſcio portionē ſuæ legitimæ renunciaſſet fratre ſuo;Nā fiſcus portionem hanc auferret: dummodo renunciatio à fratre fuiſſet acceptata:ſic ex cōmuni D.Ceſal, conſ.605. nu.21.Sed contra præmiſſa,quòd ob factum contra bonos mores,fiſcus nō auferat, videtur caſus in l. 1. C. de ſecun. nupt.circa quē tex. variè ſe inuoluit Philip.Dec. ibi ſub nu. 13,poteſt reſponderi duobus modis:primò,quòd fiſcus nō aufert vti ab indigno, niſi in caſibus de iure expreſſis,dixi in princ.nume.2.Secundo reſpond.fiſcum in caſu d.l.1.auferre,poſt tamen certas perſonas, ſic & in caſu l.1.C.de natur.liber.

5 Vxorem ducens, quam ſibi ex legibus ducere interdictū erat, non poteſt per vlt. voluntatem quicquam ab ea capere,& quæcunque eidem relicta fiſcus aufert,ipſa autem ab eo capit.l.2.§.1. ff. de indign. vbi tex. duo ponit exempla.

6 Primum in tutore & curatore, qui pupillam minorem 25.annis ſine patris deſtinatione ante redditas rationes vxorē duxerit, vel filio aut alij qui ſibi coniungitur per patr. poteſtatem vxorem dederit:ad hoc tex.in l.tutor.in l.ſi quis tutor,in l.Senatuſconſulto, in l. non eſt matrimoniū,& in l.non ſolum.ff.de ritu nupt.& in l.ſi pater,& l.ſi tutor.C.de interd. matrim. quod ideo conſtitutum fuit, ne puellæ in re familiari circumſcribantur ab ijs, qui tutelę geſtæ rationem ſibi reddere tenentur. qua ratione tutoris & curatoris hæres ante redditas rationes & ipſe arcetur à matrimonio cū pupilla contrahendo: dicta l. non ſolum, & l. libertum. §. primo. ff. de ritu nupt.

7 Qui tamen ex alia cauſa, quàm tutelę, debitor eſt pupillæ, impune cum ea matrimonium contrahit.d.l. nō ſolum. §.ſi puellę,& l.fi.C. de interd. matrimo.

8 Poteſt tamen tutor, vel curator,pupillo adulto filiam ſuam vxorem dare,dicta lege libertum.§.tutor,& lege curatorem. C.de interdic.matrimonio.

9 Secundum exemplum eſt in eo, qui in prouincia,in qua originem,aut domicilium non habebat:& magiſtratum gerebat, vxorem duxit, aut filius eius,l. ſi quis officium,l.qui in prouincia,l.prefectus,& l.eos qui.ff.de ritu nupt.niſi poſt depoſitum officium mulier in eadem voluntate perſeueret:nam matrimoniū conualeſcit,& liberi poſtea nati legitimi ſunt,d.l.eos qui,& l.ſi quis in ſenatorio, ff.eod. & antea progeniti legitimantur. l.qui contra.C.eo.

10 Hæc autem iure ciuili vtique probata ſunt, de iure autem canonico, quod in materia matrimoniali attendendum eſt,Bar.in l.priuilegia.C.de ſac.ſan. eccl. cum alijs adductis per Roland. à Valle de lucro dotis:quæſt.101.Huiuſmodi nuptię prohibitæ non ſunt, Abbas in cap. fin.extra de ſecund.nupt.Felyn. in c. 1. nu.17.extra de ſponſalibus.Alex. & Iaſ. in l.ſi filius à patre.§.ſi quis. ff. de lib. & poſth. ideoque cum matrimonium interdictum non ſit, non videtur quicquam marito de indigno opponi poſſe.

11 Coniugati,qui antea de adulterio inter eos commiſſo polluti erant, à ſeipſis capere nequeūt, & data ac relicta fiſcus aufert,l.Claudius. ff. de indign.Amplia ad concubinarios, qui de facto matrimonium non cōtraxiſſent, obſtante eis cauſa præcedentis adulterii,Capra conſil.127.per totum.

12 Vendens rem alienam ſcienter, emptori item ſcienti, indignus eſt pretium retinere,quod emptor amittit, & fiſcus illud aufert,gl.Bal.& Sal.in l.2.C.ne rei domini.& eſt ratio quia turpia lucra fiſcus aufert.l.Lucius.ff.de iure fiſc. & ibi not.& dixi ſupra in princi.Afflict.in terminis.in cap.1.nu.33.per illum tex.in titu. de prohib. feudi alien. per Lothar.

&



&.in titu. de prohib.feudi alien.per Feder.in notab. 13.nume.9.

13 Hæres ſubtrahens rem aliquam hereditariam alicui legatam amittit in ea Falcidiæ commodum, & illud fiſco defertur,l.reſcriptū.ff.de indig.l.beneficio ff. ad leg. Falcid.ratio: quia pœna non egreditur terminos delicti, ideo in alijs rebus legatis vtitur beneficio Falcidię ad ſui commodum.

14 Sed vtrum iura illa ſint correcta, per iura noua diſponentia quod hæres non conficiens inuentarium teneatur preſtare ſolida legata, & fideicommiſſa.§.ſi vero abſunt, & §. ſi vero non fecerint, in Auth.de hæred.& Falcid. eſt materia abunde tractata,d.l.beneficio.& in l.Paulus,ff.ad leg.Falcid.per Soci. iun.conſil. 108. numer. 43. in 2. Grat. conſil. 17. in fine,& conſ.25.in 2.& per Port.Imol. conſil.50.

Concluſiue dicas aut hæres non confecit inuentarium & hoc caſu,quia tenetur inſolidum,nedum legatarijs,& fideicommiſſariis,ſed etiam creditoribus,iuribus ſupra adductis,& Falcidiā amittit vt ibi;ideo fruſtra de Falcidia queritur.

15 Aut verò hæres inuentarium confecit: ſupreſſit tamen, vel abſtulit res aliquas hereditarias. & hoc caſu in quas penas incidat,ſunt opiniones:nam Bar. d.l.reſcriptum:poſt Dyn.& Iaco. Beluiſ. tenuit,quòd in totum cadat à beneficio inuentarij,& teneatur inſolidum creditoribus,& legatariis:& idem Bar.in d.l. Paulus,& in d.l.beneficio.

Sed idem Bar.in l.fin.§.illo.C. de iure delib,aliter tenuit:dicens, quòd pro rebus ſubtractis teneatur reponere duplum in hæreditate,per tex. in d. §. illo. & præterea amittat Falcidiam in omnibus,ſecutus gloſ.in §.ſancimus,in Auth. de here. & Falcid. & reprehendit Cyn. in Auth.ſed cū teſtator, C.ad leg.Falcid. tenentem adhuc quò ad Falcidiam vetera iura eſſe incorrecta, & cū Bar.in d. §. illo, tranſeunt Sal.Fulgoſ.Paul.Alex. & Iaſ.Roman.conſilio 276.viſis,ſub num. 8.vbi quod de Falcidia dicitur, ampliat ad amiſſionem Trebellianicę, ſequūtur Hieron.Grat.conſi. 17.nume. 11.in 2. Bellon.conſil.30.nume.6.deciſ. Pedemont.147.nu.9.Sentit tamen Barto. & præcitati Doctores quòd non teneatur creditoribus, & legatariis vltra vires hereditatis,quod etiam voluit Bar. ipſe in conſilio 154.numero 7.& 8.ſecutus eſt Franc.de Porcellin.in ſuo tracta. de inuentario,in ſexta quæſtione,nume.6.& idem voluerunt Ang.Imol.& Paul.Caſt. in dicta l. Paulus, & hęc videtur magis communis.

Sed cum priore Bar.ſententia: quòd hæres in totum cadat à beneficio inuentarij reſpectu etiam creditorum,& legatariorum, tenuerint quam plures Clariſſ.Iureconſulti,Bal.in d.l.fi.§. cū igitur nu.8. Guido Papa in tract. de inuentario.nu.5.& 6.intelligendo tamen vt per eum, cum hæres ſcienter & doloſe omiſit res non parui momenti, vt tradidit Spec.in ti.de inſtrum.edit.in §.dicto de impugnatione,in ver.ſed ſi omnia,Abb. conſ.73.nu.6.7.& 8.in 2.Soc.Iun. in cōſi.108.num.43.in 2.& pulchre Hieron. Grat.reſpon.vigeſimoquinto in 2.Quorum opinio ratione fundatur, quia inuentarium fuit fraudatum, & vitioſe factum,ideoque heredi prodeſſe non debet.& hanc dixit communem Corn. d. l.fin.§.licentia,col.pen. Bertazol. conſil. 107.nu.41.

Mihi quidem,quò ad creditores,& legararios, placet Bar. & ſequacium opinio,in d.§.de illo:quem cum correctum non videam,ſtandum eius deciſioni cenſeo: ad l. præcipimus. C. de appellat. quod vero attinet ad Falcidiæ, & Trebellian.beneficium:tenendo, quòd hæres ob ſubtractionem aliquarum rerū perdat in totum beneficium dictarum quartarum: punctus quidem eſt, an id cedat commodo legatariorum:an verò ad fiſci commodum,iuxta veterū legum formam, vt ſicut iure antiquo Falcidia in re ſubtracta pertinebat ad fiſcum,ita nunc in omnibus: quia heres ex delicto ſuo in omnibus Falcidiam amittit: & pro fiſco valida mihi videtur ratio.

16 Captiuum redimere negligens,indignus

gnus eſt illius ſucceſſione, ex teſtamento, vel ab inteſtato: non tamen fiſcus capit: ſed eccleſia illius loci, cum onere eã hæreditatem diſtribuendi in captiuorũ redemptionem, ſaluis legatis, & fideicõmiſſis alteri relictis: nec à tali pœna excuſatur maior annis 18. minor tamen 25 ſic habetur in Auth. ſi captiui. C. de epiſcop. & cler.

17 Furioſi hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato: ſi monitus curam illius neglexerit, & alius ſuſcipiat, priuatur illius ſucceſſione: quę ſimiliter non fiſco defertur, ſed illi, qui præmiſſa proteſtatione, vt ſupra, eius curam ſuſcepit. tex. notab. in, Authen. liberi furioſi. C. de epiſ. And. & latius in corpore vnde ſumitur.

18 Hæres iuſſus à teſtatore aliquid facere, ſi eius pręcepto non paruit, fiſcus ab eo non aufert, vti ab indigno hæreditatem. l. non oportet. C. de indign. ſecundum communem intellectum: ſi tamen monitus & interpellatus neglexerit, defertur ſucceſſio ablata ſibi hæreditate quibuſdam perſonis, & vlt. loco fiſco, cum oneribus legatorum & fideicõmiſſ. ad text. in Authen. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. & in corpore, vnde ſumitur: & nota quia monitio manare debet ad inſtantiam habentis pecuniarium intereſſe, aliàs locus eſſet deciſioni in d. l. cum oportet: veluti adnotarunt Fulgo. & Alexand. Si tamen teſtatoris pręceptum nudum eſſet, nec hæres obligaretur, nec fiſcus auferret ad tex. in l. quoties, la prima: & inde notat Bald. C. de fideicommiſſ. nume. 6.

19 Cum vero teſtator iubet hęredem aliquid facere ſub pęna priuationis hæreditatis: nec in quẽ deuenire velit, expreſſerit: fiſco locus non eſt, ſed ſubſtituto, vel coniuncto, aut venientibus ab inteſtato, quorum fauore pœnam priuationis indixiſſe cenſetur, non autem fiſco prouidere voluiſſe, ſic conſuluit Angel. conſil. 168. teſtator in quarto dubio, nil mirum: quia fiſcus non aufert ab indigno, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt dixi ſupra in principio. intellige niſi & is teſtatoris voluntatem contempſiſſet, ad tex. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. ſic Oldr. conſi. 16. in 3. quæſtio. Amplia etiam, quòd teſtator fauore certę perſonæ iuſſiſſet aliquid fieri, puta hæredem nõ debere moleſtare vxorem ſuam ſub pœna priuationis hæreditatis: nam adhuc hæreditas ablata, non vxori, ſed ſupra relatis defereretur, ſic elegãter Bar. in l. vxorem. §. hęres. ff. de leg. 3. Bald. & Iaſ. in l. 1. C. de indign. idem Bald. in l. 1. numer. 43. C. de his, quæ pœnæ nom. & in Auth. cui relictum, n. 11. C. de ind. vid. toll. Imol. in l. paterfamilias. ff. de hæred. inſt. Alexan. conſi. 138. colum. vlti. in primo. Paul. Caſtr. conſil. 221. in 2. Aretin. conſil. 67. in 2. dubio. Ruin. pulchrè, & late conſi. 87. colum. 2. in 2. Sed contra, quod venientes ab inteſtato non habeant, niſi ſint de coniunctis, vel ſubſtitutis, ſed fiſcus conſequatur, decidit Oldrad. d. conſi. 16. in 3. dubio, quia tunc non eſt qui ſeruare poſſit voluntatem defuncti ex eius diſpoſitione, ſecutus eſt Simon de Pret. libro 5. interpretat. prima dubit. nume. 43.

20 Sed pro priori opinione facit alia cõmunis concluſio: quòd fideicom. vniuerſale iniũctũ hęredi grauato, nõ expreſſa perſona honorati, fauore venientium ab inteſtato indictum cenſetur: vt eſt caſus in l. peto. in prin. ff. de leg. 2. vbi Bar. Bal. Caſt. & alij adnotarunt, & conſuluit idem Bal. conſ. 468. Quidã Titius, Curt. ſen. conſ. 75. Andreas de Caſſano. col. 2. Alciat. conſi. 169. libro 9. ſecundum Venetã impreſſionẽ. ideo Hæres inſtitutus pro tẽpore eius vitę, & non vltra, nullo dato ſubſtituto, cenſetur rogatus reſtituere venientibus ab inteſtato ipſius teſtatoris, per tex. in d. l. peto & ſic conſuluit Paul. de Caſtr. conſ. 241. in 2. Paris. conſ. 69. nu. 4. in 2. Beltrand. conſ. 314. in 3. Caualcaneus. in tract. de vſufr. nu. 79. niſi cohæredem, aut ſubſtitutum haberet: quia hi cenſerentur vocati: Dec. conſil. 278. col. 1. Quamquam in primo caſu, quòd reiecta temporis limitatione hęres ſit perpetuus hæres. cum tranſmiſſione ad hæredes ſuos: per tex. in l. hæreditas ex die. ff. de hær. inſt. ibi Imol. nu. 7. Angel.



Ange. conſ. 150. Corn. conſ. 60. nume. 6. in p. ſequitur excell. D. Mantica, nunc Reu. Aud. Rotæ. in ſuo tract. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. nu. 31.

21 Cum verò teſtator in caſu, contrauẽtionis iubet hæreditatem ſuam in quẽpiam deuolui, ſtatur eius voluntati: quoniam eius præceptum validum eſſe omnibus palam eſt: toto titu. ff. & C. de his, quę pęnæ nom. in his tamen caſibus priuatus non amittit hæreditatem directò, ſed per fideicommiſſum: quia qui ſemel eſt hæres non poteſt amplius deſinere eſſe hæres. l. & ſi ſine, §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. per quam regulam ſic in propoſito, ſcripſit Bar. in d. l. paterfamilias, & in d. l. vxorem. §. hæres, & vtrobique ſequuntur Doctor. communiter Crauetta conſi. 1. nu. 6.

22 Sed an eo caſu hæres, qui hęreditatẽ relaxat, detrahere poſſit quartam Trebellianicam, ſunt opiniones: nam Bal. in l. fina. nu. 23. C. de fideicom. tenuit negatiuam, pro qua conſulendo reſponderunt Bened. Capra. conſil. 163. col. vlt. Ruin. conſ. 48. col. vlt. in 2. Hierony. Gabriel. conſ. 148. col. 2. per d. l. final. & in Auth. ſeq. & pro hac parte adducit plura D. Ceſal. conſ. 153. in 2. & horum ſententię conſentit tex. in l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebellia. & quia indignus videtur qui iudicio teſtatoris nõ paruit, ex illius iudicio capere, & præſertim cum Trebellianica detrahatur contra teſtatoris volũtatem. l. Titia. ff. ad leg. Falcid. Contrarium tamen determinarunt Raf. & Imol. in d. l. paterfamilias. & idem Raf. in l. 1. ff. de his, quę pęnę nom. Aret. conſi. 18. col. 3. verſ. ſed antequam. Riminal. conſ. 258. in 2. Ruin. ſibi contrarius conſil. 47. colum. vlt. in 2. Alciat. conſil. 97. libro 9. & alij relati per D. Ceſal. d. conſilio, & eſt communis, ac verior opinio, in puncto iuris: quia hic remanet hęres, & quia pęna amiſſionis Trebellian. nullo iure reperitur indicta: quinimmo ſi filius ſit, poterit vlterius detrahere legitimam, in qua per patris ordinationẽ nullum grauamen adijci poteſt: ad l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſtamento, & in ſpecie tradiderunt Bar. conſ. 29. proponitur. Andr. Sicul. conſi. 10. col. 3. in 4. Rub. Alex. conſ. 43. nu. 7. vbi & Trebellianicam detrahi poſſe profitetur Gabriel. d. conſil. 184. Adde aliam rationem, quia debemus eſſe contenti pœna priuationis hęreditatis indicta à teſtatore: qui etiam poterat adijcere pœnam in Trebellianica, & non addidit.

23 Tacite fidem commodans de reſtituendo hæreditatem, vel legata alicui incapaci indignus eſt, adeo ut fiſcus ab eo & ab illo auferat. l. 1. l. non intelligitur. l. edicto. ff. de iure fiſc. l. in fraudem, & l. eum qui. ff. de indign. & latius nunc dicam in tractatu de incapacibus ad quem deſcendo.

# MARCI ANTONII PEREGRINI

# DE IVRIBVS, ET PRIVILEGIIS FISCI,

## Liber Tertius.

## DE INCAPACIBVS, Titulus Primus.

1 *Incapaces differunt ab indignis.*

2 *Incapax non capit, ſed facit locum alteri: fiſcus autem ab eo non aufert; niſi in clam relictis.*

3 *Incapax minus iuris habet, quàm indignus.*

4 *Portio quam incapax non capit, an tranſeat ad alium, cum onere ſuo.*

5 *Incapaci ſi tacite, & clam relinquatur, fiſcus aufert*

6 *Incapax eſt, quem lex prohibet acquirere poſſe ab aliquo.*

7 *Forenſis prohibitus in loco acquirere, incapax reputatur.*

8 *Incapax eſt, qui ex lege prohibetur alicui ſuccedere.*

9 *Incapax item eſt in quem diſpoſitio collata eſt funditus nulla, & inualida.*

10 *Incapax eſt: qui ex lege, vel ex præcepto teſtatoris ob aliquod eius factum priuatur ſucceſſione, vel aliquo relicto.*

1 EXPEDITO tractatu de indignis, ſubnectitur cõpetenti ordine tractatus de incapacibus, qui re, & nomine ab indignis differũt: Indigni.n. capiunt, ſed fiſcus agẽdo ab eis aufert, vel excipiendo, illos repellit: alij aũt prẹter fiſcũ indignos non repellunt. l. his conſequenter. §. 1. & ibi no. ff. famil. herciſc. & late diximus ſupra in tractatu de indignis.

2 Incapaces verò ipſo iure repelluntur: & quod ipſi capere nequeunt, alijs defertur, qui illud caperent, ſi incapaces in medio non eſſent, ſcilicet, ſubſtitutis, cõiunctis, aut venientibus ab inteſtato, ſiue incapaces ſint ſine facto, & culpa ſua, veluti naturales, ſpurij, & inceſtuoſi: ſiue etiam culpa ſua inhabiles ſint ad capiendum, ſicuti deportati, damnati in metallum, & ſimiles, de quibus infra: ſic ſanè gloſ. in §. legari: inſtit. de legat. & in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis planè. ff. de acq. hẹre. & in re hac ſunt tex. ſatis aperti. in l. ſi qua pẹna. ff. de his qui ſũt ſui. & in l. ſi poſt mortẽ. §. liberi. ff. de bon. poſ. con. tab. notat Bar. in l. fin. col. 2. & 3. ff. de indign. idẽ Bar. in l. aufertur, in principio. ff. de iure fiſ. & in l. 1. C. de delatorib. libro decimo. Docto. communiter in l. 1. C. de hæred. inſtit. Dec. poſt Bald. in l. 1. nu. 10. C. de ſecun. nup. & conſulendo tradiderunt Oldr. conſi. 39. Thema tale eſt. Alex. conſ. 202. perſpectis, in 6. Marian. ſen. conſ. 22. col. pen. in primo, & conſil. 110. colum. 1. Corn. conſ. 310. col. 2 in primo, & conſ. 322. col. vlt. in 4. Iacob. Put. apud Calcan. conſ. 62. Pariſ. conſil.



conſi. 65. nume. 17. & 18. in 2. Socin. iunior conſ. 3. nu. 12: in 3. ex quibus ſanè auctoritatibus patet non benè ſenſiſſe Math. Afflict. in titu. quæ ſint regal. in verbo. & quæ: vbi hos incapaces indignos reputat. Sed dicas hos largo quodam modo loquendi indignos appellari: multi enim incapaces ſunt habere, quos lex indignos appellat, à quibus tamen fiſcus non aufert: veluti in caſu l. 3. §. amittere. ff. de indign. in l. cum oportet. C. eodem. in l. ſi patroni. §. qui fideicõmiſſariam. ff. ad Trebellian. & in alijs caſibus, de quibus in titu. prẹced. ex quibus cõprobatur Bal. deciſio. in l. ſi quis prioris. §. talẽ, C. de ſec. nup. vbi inquit: quòd ſi primogenitus aliqua ex cauſa ſit incapax, aperitur locus ſecundo, & is primogenitus cẽſetur, quod dictũ poſt alios relatos, ſequitur Tiraq. in Tract. lè Mort. ſaiſit in 2. part. Declar. 5. nume. 26. & 27.

3 Sanè ex præmiſſis ſatis liquet plus iuris habere indignum, quàm incapacem, nam indignus capit, & ſolus fiſcus ab eo aufert: incapax verò omnino vſque ab initio, & ab omnibus, qui rem habent repellitur, & conuentus ab eo, qui in eius locum ſuccedit, rem reſtituit.

4 Item notandum eſt: quòd ſicut portio, quam fiſcus aufert ab indigno, tranſit in fiſcum cum ſuis oneribus, vt dixi ſupra de indign. num. 18. ſic etiam portio data, aut relicta alicui incapaci, quæ in coniunctum ſubſtitutum, vel alium deuoluitur, tranſit cum illo onere, prout incapaci relicta fuerat, l. 1. & l. fi. ff. de his, quẹ pro non ſcrip. l. Plautius. §. item, ſcinditur. ff. de condi. & demonſtr. §. pro ſecundo, & §. in nouiſſimo. C. de cad. toll. fallit cum perſona, cui relinquitur, eſſet incapax: quia nõ eſſet tunc in rerum natura, nam ſic pro nõ ſcriptum remanet ſine onere, caſus eſt in §. in primo. C. de cad. toll. quem ſic intellexit Bar. in d. l. fin. & eſt vera intelligentia ad illum textum: ibi: in hoc pro non ſcripto: intellige in relictis particularibus, ſed in hæreditatis portione pro non ſcripta, aliud eſt, ad text. in §. his ita. C. de cad. toll. & hẹc eſt communis diſtinctio Bar. & latiſſime ſcribent. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & in tit. C. de cad. toll. & per Socin. in l. quẹ conditio. de ff. cond. & dem.

5 Hẹc aũt procedunt, cũ quis immediate dat, vel relinquit alicui, qui inhabilis ſit à ſe capere, & habere, vel cũ relinquit mediante perſona alterius, palam tamẽ, & bona fide: ſecus autem ſi clam & tacite ab aliquo capace relinquit, interpoſita per eum fide, de dando incapaci, nã eo caſu, fiſcus vti ab indigno aufert in illius pẹnam. l. 1. in princip. l. non intelligitur, in princ. & l. edicto. ff. de iure fiſc. & l. in fraudem. ff. de indig. & in dictis iuribus not. gloſ. Bar. & Doctores, Bar. & alij in l. Lucius, §. in teſtamento. ff. de leg. 1. Bal. in l. eam quam. nu. 31. C. de fideicom. Bar. Bal. & explicite Saly. Pau. & alij in l. hẹreditas. C. de indign. & idẽ Bar. pulchrè in l. 1. C. de delator. lib. 10. ſequuntur Doc. in præcitatis conſ. And. Sicul. conſ. 46. in 1. Corn. conſi. 236. col. 3. in 2. Dec. conſi. 311. colum. vlt. Clar. §. teſtamentum. q. 31. Didac. de Sponſal. cap. 8. par. 2. §. 5. nu. 5. quare, vt materiam perfectam habeamus, de tribus principaliter eſt videndum: primò qui ſint & dicantur incapaces: ſecundò quando relictum dicatur palam, vel clam & tacitè: tertiò nonnullas pertinentes quæſtiones ſubijciã. Quò ad primum, incapaces multos eſſe ſummatim adnumerat gloſ. in §. legati: inſtit. de legat. Ego autem de ſingulis tractare vtiliter decreui, additis præter gloſ. pluribus alijs.

6 Quamobrẽ primò generaliter dico, omnes cenſeri, & eſſe incapaces, quos lex cõis, aut municipalis incapaces eſſe cõſtituit: magna.n. immo prẹpotens eſt legis virtus, quẹ, in loco, licet dura ſeruanda eſt, l. proſpexit. ff. qui & à quibus, nec mirũ videri dẽt, ſi lex aliqua, ex noua cauſa, ĩcapaces aliquos declarauit: nã & lex cõis, ex variis cauſis itidẽ cõſtituit.

7 Ideoque, ſi ex forma ſtatuti, Forenſis prohibeatur in loco acquirere bona immobilia, incapax dicetur, & vti incapax cenſebitur, & reputabitur, Gozad. conſ. 21. p totũ: latiſsimè Soc. iu. d. cõſ. 3. in 3.

8 Idem ſi ex lege, defuncti occiſor, & eius deſcendentes prohibeantur defuncto ſuccedere, prout quandoque per ſtatuta locorum decretum, & prouiſum reperitur, nam quia reputātur incapaces, & excluſi à ſucceſſione, iō ſequētes admittuntur, nec fiſcus aufert: Bald. in l. ſi quis, incœſt. C. de incœſt. nup. Dec. conſil. 525. Anguſciol. conſi. 76. libro 6.

9 Incapax item ille eſt, cum diſpoſitio, aut prouiſio in aliquem collata eſt funditus nulla, nempe ille dicitur inhabilis, & incapax ad capiendum ex ea, gloſ. fin. quam ibi aduertunt Ang. Paul. & Raf. in d. l. eam quam. C. de fideicom. Corn. in conſi. 1. ſub nu. 23. in 3.

10 Item incapax efficitur, qui in pęnam à lege, vel à teſtatore indictam, repellitur à ſucceſſione, vel relicto, veluti in caſu l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. & l. mater. C. ad Tertull. & C. de his, quæ pę. nom. per totum. & in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. & in ſimilibus.

## DE DAMNAT. AD VLT. ſupplicium. Tit. II.

1 *Damnati pœna vltimi ſupplicij ſunt incapaces, etiam intra tempus appellationis.*

2 *Damnati ad vltimum ſupplicium redduntur inteſtabiles etiam ad pias cauſas.*

3 *Amplia et quod aufugerent ex carceribus.*

4 *Amplia etiam iure nouo Authenticorum.*

5 *Limita cum damnatur per ſententiam diſſinitiuam, non per interlocutoriam.*

6 *Bannitus, a bannito impunè occiſus, non moritur ſeruus pœnæ.*

7 *Damnatus vltimo ſupplicio per genus mortis inſolitæ, non redditur inteſtabilis.*

8 *D mnati vltimo ſupplicio, & puniti intra tempus appellationis, confiſcatisq; illius bonis poterunt hæredes appellere reſpectu bonorum.*

9 *D mnatus vltimo ſupplicio in eius abſentiam non efficitur ſeruus pœnæ.*

10 *I dem eſt ſi per interlocutoriam damnatus fuerit.*

11 *Si vero in fortiā communis peruenerit vlt. ſupplicio affectus, moritur ſeruus pœnæ.*

12 *Damnati vltimo ſupplicio ſacramentorum capaces ſunt.*

13 *Damnati vltimo ſupplicio efficiuntur ſerui pœnæ, non Principis.*

14 *Carcerati pro crimine capaces ſunt omnium acquiſitionum.*

1 DAMNATI ad vltimum ſuplicium, licet executio differatur, quia ſerui pęnæ facti ſunt, & ſtatim per cō demnationem amittunt ciuitatē, & libertatem, idcirco omnino incapaces ſunt bona habere, & aliquid ſibi acquirere. l. qui vltimo, vbi Bar. notat, & l. quidam ſunt. ff. de pęnis, Caſtr. in l. eius. §. ſi cui. ff. de teſtamen. vbi ampliat etiam intra tempus ad appellandum: ſequitur Boer. deciſ. 268. nume. 1. Intellige etiam, quòd ſint damnati ex crimine priuato. l. quòd ad ſtatum. ff. de pę. Bar. in l. 1. colum. pen. C. de ſum. Trinit. Imol. & Aretin. in d. §. ſi cui. colum. 4. capaces tamen ſunt donec naturaliter viuunt relictorum pro alimentis: Bald. in rep. l. 1. numero 21. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.

2 Quinimmo amittunt teſtamenti factionem, & teſtamentum per eos antea factum irritatur. l. ſi quis filio, §. irritum. ff. de iniuſto teſtamento. l. eius qui. §. 1. ff. de teſtamen. quæ ſanè iura correcta non ſunt per Authentic. bona damnatorum. C. de bon. dam. ſicuti poſt antiquos tradidit Alber. in 3. par. ſtatut. q. 22. Angel. conſil. 357. in primo dubio: & eſt communis opinio. Bald. in l. fin. nume. 15. C. ſi à non comp. iud. Barto. & Doct. ad eum in d. l. eius qui. §. 1. & in l. ſi quæramus. ff. eo. Alexand. conſil. 182. numer. 6. in 5. Pariſ. conſi. 46. colum. 1. in 3. Clarus. §. teſtamentum. quæſt. 21. amplia etiam ad pias cauſas, Caſtrenſ. d. §. ſi cui. numero 11. Et licet Ioan. de Imo. in cap. quia ingredientibus, numer. 30. extra de teſtamen. dixerit, horum teſtamenta temporibus noſtris de conſuetudine ſeruari, refert Natta conſi. 178. num. 4. quod etiam tradidit Pau. Caſt. d. §. ſi cui. nu. 9.





attamen à lege ſcripta non facile eſt diſcedendum, niſi de conſuetudine eo loci conſtet: ideoque eorum bona ad ſucceſſores inteſtati trāſibunt, ſic Bal. in d. l. fi. nume. 15. Pariſ. d. conſil. colum. 1. Clarus d. loco: valeret tamen teſtamentum factum de Principis licentia, Natta d. conſ. 178. quia aduerſus legem ſcriptā diſpenſare poteſt. l. Princeps. ff. de legibus, nō ſi de licentia magiſtratus: quia Magiſtratus contra ius ſcriptū ſtatuere nequit. l. 1. §. item cum contra ſacras. ff. quan. appell. non ſit. l. forma. C. de offic. præfe. prætor. cap. fin. de offi. Archidiac. Alex. conſi. 101. nume. 10. in primo, pleniſſime Bal. Paul. Iaſ. & alij in l. reſcripta. C. de precib. Imper. offer. Et ego memini vidiſſe ſententiam latam, ex conſilio ſapientis ad nullitatem teſtamenti conditi per quendam D. Ioannem de Maroſtica vltimo ſuplicio condemnatum, & affectum. adde tamen quòd ſuccedentes ab inteſtato compelluntur officio iudicis exequi diſpoſita per eum pro malè ablatis, ex Bald. auctoritate, loco dudum allegato, & in ſuo conſ. 476. teſtamenta, in 5. per tex. in ca. parrochiano, extra de ſepult. & in l. ſi quis ſepulchri. ff. de religioſ. & quod notat Ioan. And. in c. quamquam: de vſur. in 6.

3 Amplia etiam, quòd aufugiſſent ex carceribus, vel ex manibus familię, ſic Bar. in d. l. qui vltimo. Abb. in rub. extr. de teſtam. nu. 4. Paul. Caſt. & Aretin. in d. l. eius qui. §. 1. Clarus dicto loco, verſ. ſed quid ſi reus: declarando tamen quò ad bona intra territorium condemnantis, nam extra territorium ſententia illa, quæ non habuit effectum, nihil operaretur: ad legem fin. ff. de iuriſdio. omnium iudi. contra Bald. in l. 1. nume. 26. C. de ſum. Trin.

4 Amplia etiam iure nouo, quia licet hodie nemo bene natus per damnationem efficiatur ſeruus pęnę, Auth. ſed hodie. C. de donat. inter virum; id quidem procedit in damnatis, non ad mortem naturalem, & qui poſt damnationem ſuperuiuere habent, veluti damnati in metallum: ſic Bar. in d. l. ſi quis filio. §. irritū. ff. de iniuſto teſta. & in d. l. eius qui. §. 1. ſequuntur Caſtr. & alij. & ibi Aretin. de communi, Iaſ. in l. qui mihi bona. §. ſeruus. nu. 23. ff. de acq. hęred. idem Bar. in d. l. qui vltimo, Boer. dicta deciſ. 268. Dec. in l. ſeruitutē. ff. de regul. iur. & Michael Craſſ. ſentent. recep. §. teſtamentū, q. 26. Natta d. conſ. Si tamen aduerſus pœnam mortis naturalem reſtitutus foret, hic pęnæ ſeruus non redderetur, Socin. in l. ſi cognatis ſub nu. 14. ff. de reb. dub. cui addo Bal. in cap. Domino guerram in titu. hic finitur lex.

5 Limita primò, cum contra delinquentem fertur diffinitiua, formato proceſſu per iudicē competentem, quę valida ſit, aliàs ſententia nulla nō traheret ſecū effectū legis, Bal. & Pau. in d. l. eius. §. ſi cui per tex. in d. l. ſi quis filio. §. ſi quis. ff. de iniuſt. teſt. Bar. expreſſe, in d. l. q vltimo p tex. in l. 2. §. fi. ff. de pęn. Bal. cōſ. 433. in 2.

Idē ſi per interlocutoriā fuiſſet damnatus, & facta ſubinde executio, veluti quia Bariſellus malefactorem in campanea inuentum ſuſpendi feciſſet: nam ſic condemnatus ex inordinato proceſſu non decederet ſeruus pęnæ.

6 Idem eſt ſi bannitus bannitum impune occideret, Bal. vtrumque dicens in l. 1. nu. 11. C. ex delict. defunct.

7 Limita ſecundò, cum quis damnatur vltimo ſupplicio per genus mortis inſolitę, vt quia iudex iuſſiſſet reum baliſtari, aut veneno interfici, nam ſic damnatus non decederet ſeruus pęnę: ſic ſanè concludunt Ag. Imo. Pau. Alex. Aret. & Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus municipum. ff. de acq. hær. per tex. in l. aut damnum. §. 1. ff. de pęnis, ſecutus eſt Clarus d. q. 21. verſ. ſed pone, vbi de communi Boer. d. deciſ. 267. Craſſus d. loco: nempe nullus iudex imponere poteſt pęnas inuſitatas, Ang. per illum tex. in l. incredibile. C. de pęnis. Quorū opinio forſan procederet, cū iudex reum condemnaſſet ad illam pęnā: ſecus ſi poſt ſententiā capitalē, excutio ſic facta fuiſſet: quia nō executio, ſed ſententia quò ad iuris effectus eſſet intuenda, quos immediate ſecum trahit, Bar. in d. l. qui vlt. & in d. l.

quòd ad ſtatum Are. in d. §. ſi cui.

8 Limita tertiò, cũ executio facta fuiſſet intra tẽps appellationis interpoſitæ, vel interponendæ: nam is non decederet inteſtabilis, quò ad hunc effectum, quia hęredes ſcripti pro intereſſe bonorum appellare poſſent, & appellationem ab illa ſententia proſequi, ſic Bal. in l. 1. num. 5. & 7. C. ſi pend. ap. & in l. 1. C. ex delic. defunct. & in d. conſil. 382. in primo, ſenſit Craſſus dicto loco. numero ſeptimo.

9 Quartò limita, cum ſententia fertur in præſentem, ſecus ſi contra abſentem ex forma ſtatuti, quòd abſens habeatur pro confeſſo, & contra eum procedi poſſit ad diffinitiuã: nam hic licet capitaliter damnetur, non tamen amittit libertatem, nec ſeruus pœnæ efficitur. Bart. in dicta lege qui ultimo: idem Barto. in diſputat. Lucanę ciuitatis, numero decimoquarto, latiſſimè Bal. poſt Iacobum de Aret. in dicto §. ſi cui. ubi inquit, ꝙ iure communi teſtari poterit, licet non iure municipali illius ciuitatis: ſequuntur Angel. & Aretin. ibi Bal. Salyc. & Corn. in lege prima, C. de hæred. inſtit. Imol. in l. ex facto. §. ex facto, ff. ad Trebellian. idẽ Corn. conſilio quinquageſimoquinto. col. pen. in ſecundo: Clarus d. §. teſtamẽtum. quæſtio. 21. verſ. aut vero. Craſſus loco præcitato, nume. 8.

10 Et iſtorum concluſio vera eſt in terminis, pro ut loquuntur: antequã Reus in fortiam communis peruenerit: idem cum poſt bannum datum expectaretur ſententia diffinitiua: nam quia bannum illud haberet vim interlocutoriæ, ideo non mutaret ſtatum rei ante diffinitiuã: ſicuti Baldus tradidit in lege ſi quis filio. §. eius. ff. de iniuſ. teſtamento, & in lege fina. C. ſi à non comp. iud. Aret. in d. §. ſi cui. colum. penult.

11 Sed dubium eſt, cum reus perueniſſet in fortiam cõmunis, & vltimò ſupplicio vigore illius præcedentis deffinitiuę fuiſſet affectus, pro ut ſæpe fieri contingit ſub hoc Sereniſſ. Dom. nam quòd ſeruus pœnę factus ſit, concludunt Bal. in d. l. 1. nume. 24. & in dicto §. ſi cui: in fine, quem ſequitur Angel. ibi, & communem dixit Aretin. in pen. col. quam etiam probauit Boer. deciſ. 278. nu. 12. Clarus loco pręallega. vbi infert, quòd ſic dãnatus, & vltimo ſupplicio affectus moritur inteſtabilis, & hæc eſt verior: quia genus pœnæ ex ſententia irrogatæ reddit reum ſeruum pęnę. §. maxima: inſtitu. de capitis diminut. lege quod ad ſtatum, & lege qui vltimo. ff. de pęnis, & dixi ſupra: item quia cum ex forma ſtatuti procedi poſſit contra abſentem, pro vt contra pręſentem, ideo non debet cõtumax & abſens eſſe melioris conditionis, quàm præſens qui ſe defendit, l. non ſolũ. ff. de noxal. & lege Seruius. ff. quod vi, aut clam. Contra tamen tenuit per nonnullas rationes, Ioan. de Imol. in dicto §. ſi cui, quibus pleniſſime reſpondit Aretin. ſed eius opinioni cõſonat, quod Bal. ſcripſit poſt Specul. in l. tertia, num. ſeptimo, C. ſi pend. appell. vbi inquit, quòd illi, qui hodie extra legis ordinem ſecundum formam decretorum ciuitatum vltimo ſupplicio damnantur, nõ efficiuntur inteſtabiles: poſſet reſponderi: dictum Bald. locum non habere, cum vltra damnationem ſequitur executio capitalis.

12 Quintò limita quò ad ſacramenta eccleſiaſtica: nam horũ capaces ſunt, clem. prima de pęnit. & remiſſion. & inde colligunt Cardin. & Imol.

13 Mirum autem videri debet, quòd cũ iſti ſic damnati, & ſimiles, de quibus infra efficiantur ſerui: quia libertatẽ amittunt. Cur ex eorum perſona non acquiritur fiſco, prout regulariter ſeruus acquirit domino? dic, quòd iſti non efficiũtur ſerui Principis, & fiſci, ſed ſerui pęnæ, ideo fiſco non acquirunt, ſic explicat tex. in l. in metallum. ff. de iure fiſc. & ſentit tex. in l. ſi in metallum. ff. de his, quæ pro non ſcript. & in l. quidam ſunt. ff. de pęnis.

14 Carcerati autem pro crimine capitali ante damnationem, defuncti, capaces ſunt, & hæredes habent, l. in fraudem. §. bona. ff. de iure fiſc. etiam in criminibus grauiorib. l. Pantonius. §. 1. ff. de acquir. hæred.





## DE CAPTIVIS. Tit. III.

1 *Captiuitatum iura cum infidelibus ſeruantur.*

2 *Non tamen inter Chriſtianos, ſed taleæ conceduntur.*

3 *Taleæ permittuntur de conſuetudine inter milites Chriſtianos.*

4 *Captus à turcis, donec naturaliter viuit capax eſt ſibi acquirere ex contractibus, & datur curator bonis, ac reuerſus omnia ſua iura recuperat.*

5 *Captiuo apud hoſtes morienti ſuccedunt tunc ſibi proximiores.*

6 *Captiuus apud hoſtes moriens incapax eſt omnium interim ſibi relictorum.*

1 CAPTIVITATVM iura ſeruãtur adhuc inter Chriſtianos, & infideles adinuicẽ belligerantes, ſicuti ſenſerunt Anchara. in cap. peccatũ, de reg. iur. in 6. Aretin. in l. qui à latronibus. ff. de teſtam. & plures alij relati per Didac. in d. c. peccatum. in 2. par. §. 11. ſub numero 5. licet ipſe contra tenuerit.

2 Inter Chriſtianos verò non ſeruantur, quò ad perſonas, ſed tantum quò ad res: quia Chriſtianus Chriſtianum mancipium non habet, & ſic de conſuetudine ſeruatur, Bar. in l. hoſtes. ff. de captiu. in fine, Saly. in l. ab hoſtibus. C. eo. Angel. in ſua diſputat. renouata guerra. colum. 9. Abbas cap. ſicut. col. 4. extr. de iureiuran. Iaſ. conſil. 60. col. 1. in 1. Boer. deciſio. 178. nume. 2. Didac. loco præalleg. Adde quod immobilia hoſtium expulſorum ſtatim & ipſo iure, abſque alia ſententia hominis, acquirũtur Principi, & de eis ſtatim diſponere poteſt. l. ſi captiuus. §. 1. ff. de Captiu. Mobilia verò diuiduntur inter Milites, & Capitaneos, pro eorum virtute, & meritis, l. ſi quid in bello. ff. eo. vbi Bar. Ruin. conſ. 31. nu. 11. in 5. pleniſſime ſcribitur in l. 1. in prin. ff. de acq. poſſeſ.

3 Taleæ tamen de conſuetudine permittuntur, cum in bello miles militem Chriſtianũ capit, vt dicunt aliqui ex præcitatis Doctoribus. & pręter eos Pau. Caſt. in l. nam & ſeruus. ff. de negoc. geſt, Ripa in l. obligatione. nu. 17. ff. de pignor. vbi quòd interim pro pignore poterit retineri, ſecutus Saly. in d. l. ab hoſtibus, & idem Ripa in l. fin. numero 60. C. de reuoc. donat. Becius conſil. 14. numero 19.

4 Captus itaque à Turcis, & infidelibus, ſi reuertitur, iure poſtliminij, omnia iura ſua recuperat, perinde, ac ſi in ciuitate ſemper ſtetiſſet, toto titu. ff. & C. de capt. & poſtlim. reuer. & l. ſi pater. ff. de ſuis, & leg. §. ſi ab hoſtibus, inſti. quib. mod. ius patr.

Et interim, donec apud eos naturaliter viuit, datur curator eius bonis, qui põt contrahere, & cõtrahendo interim illi, & illius bonis acquirit. l. cum cognatos. l. nec nos. C. de captiuis. l. ab hoſtibus, §. 1. ff. quib. ex ca. ma. l. muto. §. 1. ff. de tutelis. l. ſi quidem. C. ſol. matr. & l. in poſſeſſionem. ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur. Conditionales autem obligationes contractæ per eum adueniente illorum conditione tempore captiuitatis, illum non obligant, nec illius fideiuſſores. l. poſtquam in prin. vbi Barto. ff. vt leg. ſeu fideic. nom. cau.

5 Eo autem apud hoſtes moriente, fingitur præmortuus præambula hora captiuitatis, vt liber moriatur. l. lege Cornelia. ff. de teſtam. l. lex Cornelia. ff. de teſtam. l. pater inſtituto. ff. de captiu. & dicta lege ſi pater. cui ſuccedunt proximiores viuentes tempore ſuę mortis naturalis. d. l. ſi pater. d. l. ſi quidem, & l. ſi is. C. de leg. hęred. non qui interim poſt eius captiuitatem deceſſerunt: d. l. nec nos, & l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legit.

6 Iſti autem, qui apud hoſtes moriuntur, ſunt incapaces omnium eis poſt captiuitatem purè relictorum: item ſucceſſionum ex teſtamento, vel ab inteſtato eis, dum in captiuitate exiſtunt, delatarum. l. pen. ff. de his, quæ pro non ſcrip. l. ſi ſeruo meo. §. 1. ff. de legat. 1. l. 1. §. in primo, C. de cad. toll.

# DE DAMNATIS IN metallum, aut ſimilem pę-nam. Tit. IIII.

1 *Damnati in metallum efficiuntur ſerui pœnæ, & incapaces bonorum.*

2 *Damnati in metallum ad tempus æquiparantur deportatis.*

3 *Damnati etiam in metallum capere poſſunt ex cauſa alimentorum.*

4 *Pœnæ damnationis in metallũ, vel in opus metalli non ſunt in vſu.*

5 *Damnati ad perpetuos carceres comparantur damnatis in metallum.*

6 *Carnifices perpetui æquiparantur damnatis in metallum.*

7 *Damnati ad perpetuo remigandum in triremibus æquiparantur damnatis in metallum.*

8 *Damnati ad beſtias, vel ad ferrum fodiendum comparantur damnatis in metallũ.*

9 *Damnati in metallum amittunt factionem teſtamenti, & ex contractibus non acquirunt.*

10 *Damnati in metallum iure nouo non amittunt libertatem, & deportatis comparantur.*

11 *Seruus pœnæ & ſeruus priuati in multis differunt in facto, & in iure.*

12 *Seruus hominis ex aliqua cauſa factus, deinde manumiſſus nõ recuperat iura agnationis, & cognationis, ſeruus autem pœnæ ex indulgentia principis reſtitutus ea recuperat.*

1 DAMNATI perpetuò in metallum, ſeu in opus metalli ſerui pęnæ continuò efficiuntur, non Cæſaris, vel fiſci, & mortuis aſſimilantur, ideo incapaces ſunt: & fiſcus ex eorum perſona non acquirit: ſed quod ipſi capere nequeunt, apud alios permanet, qui id habituri fuiſſent. l. ſi in metallum. ff. de iure fiſ. l. in metallum. ff. de his, quę pro nõ ſcript. l. intercidit. ff. de cõd. & dem. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. el 2. ff. ad Trebellian. l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis planè. ff. de acq. hæred. l. quidam ſunt, ff. de pœnis, & l. in metallum. ff. eod. patitur enim maximam capitis diminutionem ſic damnatus. l. fin. ff. de cap. dimin. §. maxima. inſtit. eod. Intellige, ꝙ relicta, vel ante, vel poſt condemnationẽ, capere nequeũt, vti explicãt iura illa: Itẽ eorum bona tranſeũt in fiſcũ, vel in quẽ tranſiſſent, ſi naturaliter mortuus fuiſſet: nam quò ad omnia pro mortuo habetur: quia ſeruus pęnæ eſt: vt in dictis iuribus: & ſcripſi in titu. ſeq. nu. 20. Intellige, vt etiam relicta cõditionalia ſtatim extinguantur per ſententiam condemnatoriam in opus perpetuum: nec debeantur, quamuis adueniente conditione foret reſtitutus, licet ſecus ſit in deportato. caſus eſt in d. l. intercidit: & ibi notatur: Soc. ex communi in l. ſi cognatis, num. 9. & 14. ff. de reb. dub. ſic & aliàs inter eos diſtinguitur, in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus: aduertit Ripa ibi col. pen. & vlt. & rationem diuerſitatis ſtuduit afferre. Bald. in l. 1. C. qui non poſ. ad lib. peru. Item amittit teſtamenti factionem actiuam, l. eius. ff. de teſtam. & teſtam. antea factum irritatur, l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſto teſtamen. Amplia, vt amittant etiam acquiſitiones de iuregẽtium, Ang. in l. 2. C. de bon. dam. Immo etiam ea, quæ ſunt facti, veluti factum electionis, vt eſt caſus in d. §. ſi quis rogatus, & inde colligit Ripa in 1. col.

2 Intellige tamen, vt dixi in perpetuò damnatis. nam condemnati ad tempus, non amittunt libertatem, ſicque deportatis æquiparantur. l. aut damnum. §. in miniſterium, & l. capitalium. §. Diuus. ff. de pęnis. Ripa in d. §. ſi quis rogatus. columna prima.

3 Sunt tamen iſti ſic perpetuò damnati capaces alimentorum, & in eam cauſam relictorum, d. l. in metallum. ff. de his quæ pro non ſcrip. l. ſeruis. l. is cui. ff. de alimen. & cib. leg. l. pen. ff. de capi. dimin. & horum etiam capaces ſunt deportati. Bald. de vtriſque in rep. l. 1. num. 22. & 23. C. de ſac. ſan. eccleſ. Ange. in d. l. 2. C. de bon. damn. & pro iis agere iudicialiter poſſunt, Bar. in l. ſi victum. ff. re iud. nam



nam cum eius naturaliter viuere contingat: fas eſt, vt pro alimentis capere queant: quaſi non damnati perſona, ſed natura capiat, ſic Bald. in d. l. 1. C. qui non poſ. ad liber.

4 Hodiernis autem temporibus, pęnæ dãnationis in metallũ, & in opus metalli, in vſu eſſe deſierunt, ſic retulit glo. in §. pœnę ſeruus: inſti. quib. mod. ius pat. po. ſol. ideo Doctores ampliant ad alias ſubrogatas pœnas.

5 Primò itaque amplia ad damnatos ad carceres perpetuos, hi enim damnatis in metallum comparãtur, Bar. in l. Imperium, col. 4. & ibi Iaſ. num. 24. & Dec. nu. 34. ff. de iuriſd. om. iud. idem Bar. in l. publicorum. col. 3. ff. de publ. iud. & in l. 2. ff. de his quę pro nõ ſcrip. vbi infert, quòd relicta ſic damnato pro non ſcriptis habentur: & ſic conſuluit Fulgoſ. conſ. 44. vbi concludit, hos ſic damnatos non habere teſtamenti factionẽ actiuam, vel paſſiuam, & idem voluerunt Cum. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis plane, & in laicis cõmunem dixit Abb. in rub. ext. de teſtam. ſed in clericis dubitat: Hãc etiam communem dixerunt Francus in rub. de teſtam. in 6. Beltran. conſ. 194. in 4. Sed contra de iure ciuili, quòd hic non efficiatur ſeruus pęnæ: determinarunt Ange. Imol. & Alex. in d. §. ſi quis plane: moti, quia de iure ciuili huiuſmodi pęna imponi nequit: l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis. l. incredibile, C. eod. ideo ſententia vti contra ſacras cõſtitutiones lata, nulla, & inualida eſt: lege prima, §. item cum contra. ff. quan. appel. nõ ſit: Clarus in §. teſtamentum, quęſtio. 23. & hanc probauit Bal. conſ. 448. in primo, vbi tamen concludit, ſecus eſſe de iure canonico: nam eo iure, pęna perpetui carceris permittitur, c. nouimus de verbor. ſign. c. à nobis, extra de apoſtat. c. quãuis, de pęnis: in 6. vnde infert, quòd clericus damnatus ad perpetuos carceres teſtari nequibit: & ſic etiam in clerico conſuluit Fulgo. d. conſ. 44. verũ cum apud nos pęna perpetui carceris ſit in vſu, ideo ampliatio rectè procedet. Intellige etiam, quòd damnatus ex vinculis carceris, vel ex opere perpetuo, aufugiſſet: ſic Fulgoſius dicto loco: quia pęna effracti carceris ſibi augetur: idcirco pœna iam indicta non alleuiatur, nè ex facto culpoſo lucrum aſſequatur: tu adde, quòd ſententia condemnatoria ad opus perpetuum adhuc ſtat.

6 Amplia ſecundò, ad carnifices in id opus perpetuò condemnatos. Bartol. in d. l. publicorum. colum. 3. Angel. in l. 1. C. de pœnis.

7 Amplia tertiò, ad condemnatos ad remigandum in perpetuum. Ripa in d. §. ſi quis rogatus. nume. 1. Gabriel conſ. 128. col. 1. Amplia quartò, ad damnatos ad beſtias, vel ad ferrum fodiendum. l. eius qui. §. 1. ff. de teſtam. d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis planè, & l. quod ad ſtatũ. ff. de pęnis. Vaſqu. de controuerſ. Illuſtr. capitulo nonageſimoſexto, numero ſecundo.

8 Amplia quartò, vt amittant acquiſitiones ex vlt. voluntatibus. d. l. eius qui. §. 1. dixi ſupra nu. 5. & etiam ex contractibus iuriſgentium: dixi ſupra nume. 1. Intellige & vltimò amplia, quòd immediatè lata ſententia condemnatoria has pęnas incurrunt: nam ſententia hos effectus immediatè producit. l. in ſeruorũ. §. qui ex cauſa, l. quod ad ſtatum, vbi Bart. ff. de pęnis.

9 Limita, iure nouo Authenticorum: quia cautum fuit, vt nemo liber natus, per ſententiam cõdemnatoriam in perpetuum ad aliquod opus, libertatem ſuam amittat, Authent. ſed hodie: & in corpore, vnde ſumitur. C. de donat. inter virũ, ideo ſic, vt ſupra damnati ęquiparãtur deportatis: propterea ceſſat differentia illa, de qua in l. intercidit. ff. de cõd. & dem. ſic egregiè Socin. docuit in d. l. ſi cognatis. nu. 14. ceſſat item differẽtia, quam inducit tex. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus: & aduertit Ripa ibi nume. 1. ideo per damnationem iſtorum non cedit dies fideicom. relicti poſt eorum mortem, niſi ſubſequatur illorum mors naturalis, Boer. deciſio. 268. nu. 3.

10 Sed quæ eſt ratio: quòd ſeruus pœnę nemini acquirit, & incapax reputatur: quia

quia mortuo eſt ſimilis, d.l. intercidit, & d.§. ſi quis rogatus: ſeruus autem hominis acquirit Domino, l. ſi paterfamilias.ff.de acquirend.hęredita.& ſi eſt ſeruus fiſci, vel Cæſaris, fiſco, & Cæſari acquirit, dicta lege ſi quis mihi bona. §. 1. ff. de acquirend. hęred. attamen ſeruus hominis quaſi homo mortuus reputatur. lege cum hic ſtatus. §. ſi donator. ff. de donat.inter virum, & l.ſeruitutem.ff. de regulis iuris. Tu dic ex mente Decij in dicta lege ſeruitutem, & Ripę in dicto §. ſi quis rogatus, columna prima, hęc inter ſe multum differre, nam ſeruus pęnæ manumitti non poteſt, l. 2.C.quib. ad liber procl.non licet, Abb. poſt Ioan. Andr. in cap.ita quorundam, extra de Iudæis, Roman.ſing.676. Nullus qui ex ſuo delicto. Dec. in dicta lege, Item ſeruus hominis liber factus, acquirit ſibi ex teſtamento, lege ex facto, §.fin.ff.de vulgar. ſeruus autẽ pęnæ, quamuis reſtitutus ſit, non tamen ex teſtamẽto ſibi relicta ante reſtitutionem capere poterit, d. l. intercidit, Bar.in l.ſi cognatis, columna prima.ff. de reb.dub.& latè proſequitur Socin. ibi in tertia, & quarta columna, idem Bart.in l. 1.§.fin.ff.de bon.poſ. contratab.Bald. in d.l. 1.C.qui non poſ. ad liber. peruen.

11 Per contrarium autem ſeruus hominis ex aliqua cauſa factus, licet poſtea manumiſſus, non recuperat iura agnationis, & cognationis, vt ſuccedere valeat ab inteſtato, agnatis, & cognatis: quia per ſeruitutem iura illa perdidit, & per manumiſſionem remanet libertus alterius, lege prima.§.filius, & §. qui mortis, & lege ſecunda.§. 1. ff.ad Tertullian. l.is qui.ff.vnde cogn. diuerſum eſt in ſeruo pęnæ: nam hic ex Principis indulgentia reſtitutus in integrum, reaſſumit iura agnationis, & cognationis, & agnatis, ac cognatis ſuccedit, d.§.qui mortis: vbi Bar.intelligit, dummodò hæreditas non fuerit alteri delata, & per eum appræhenſa, ad not.in l.gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.ſecutus eſt Socin. in d.l.ſi cognatis.colum.3.

## DE DEPORTATIS. Tit. V.

1 *Deportatus quis ſit.*

2 *Deportatus in inſulam amittit iura ciuilia, & incapax eſt ſucceſſionum.*

3 *Deportatus ex teſtamento inſtitutus incapax eſt: & hæreditas alijs defertur.*

4 *Deportatus non poteſt teſtari.*

5 *Deportato non ſuccedunt venientes ab inteſtato, niſi fiſcus repudiet, aliter autem de iure nouo.*

6 *Deportatus amittit patriam poteſtatem, & iura tutelarum. nec præſcribere poteſt, & an amittat ius eligendi.*

7 *Deportatus etiam inſpecto iure nouo amittit ea, quæ ſunt iuris ciuilis: quamuis bona in fiſcum non deueniant, ſed in certas perſonas.*

8 *Deportatus capax eſt eorum, quæ ſunt iuriſgentium.*

9 *Deportatus non poterat impunè offendi.*

10 *Deportatus poteſt contrahere, & pro illis contractibus in iudicio agere.*

11 *Confinati an ſint loco deportatorum.*

*Deportationis pœna temporibus noſtris non eſt in vſu.*

12 *Relegatus quis ſit.*

13 *Relegatus non amittit iura ciuilia.*

14 *Relegatus retinet teſtamenti factionem.*

15 *Relegatus retinet patr. pot. & iura tutelarum.*

16 *Relegatus in quibus differat à deportato.*

17 *Deportatus an habeatur pro mortuo.*

18 *Mortis mentio de naturali intelligitur.*

19 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, in quibus caſibus eundem operatur effectum.*

20 *Deportato hærede ſcripto non cedit dies fideicommiſſi relicti poſt eius mortem.*

22 *Hærede grauato per fideicommiſſum poſt eius mortem, ingrediente monaſterium incapax bonorum in proprio, aut in communi ſtatim cedit dies fideicom.*

23 *Non tamen, vt bona per eum alienata, durante vita naturali, tranſeant in ſubſtitutum.*





1 DEPORTATVS in inſulã is eſt, qui in inſulã vinctus deferebatur, perpetuò eo loci cõdemnatus, finibus circumſcriptis, ſub pęna amputationis capitis, ſi inde excederet, l.relegati, & l.capitalium.§.in exulib. ff. de pœnis: declarat Budeus in annotat. Pandectarum in tit.de pęnis: quem refert Menoch.de arbitrar.iudi.lib.2.centur.4.caſu 330.Succeſſit aũt deportationis pœna in locum interdictionis aquæ & ignis, l. 2.ff.de pœnis.l.3.ff.ad leg.Iul. pecu.§.deportatio, in Auth.de nup. Deportato autem ſimilis eſt damnatus perpetuò in opus metalli. quidam ſunt. ff. de pęnis l. 1.C.eo.

2 Sed vtrum deportati ſint capaces bonorum, ſunt opiniones: nam glo.in l. 1. C. de hęred. inſtit. cenſuit eſſe capaces etiam in relictis per vlt. volunt. Sed fiſcus ſic relicta ab eis, vti indignis, auferat; per tex.in l.ſi deportati ſeruo. ff. de leg. 3. ſecutus eſt Bald. in l. 2. C. de bon. dam.

Contrarium in relictis per vlt. volunt. firmauit gloſ. in l. ſi quis mihi bona.§.ſi quis planè.ff.de acq.hæred.& in §.legari, inſtit.de legat.Quia deportatus amittit ea, quæ ſunt iuris ciuilis.l. quidã ſunt.ff. de pęnis: Teſtamenti autem factio iuris ciuilis eſt, l. 3.ff.de teſtam. prout etiam, eo iure, ſucceſſiones tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato deferuntur, l.lege obuenire, l.verbis legis. ff. de verb.ſign.leg.3.§.de illo.ff.pro ſoc.§.1.inſtit.de hęred.quæ ab inteſt.def.& horũ, deportatum incapacem eſſe, probatur in d.l. 1.C.de hæred.inſtit.& ibi adnotarunt Bar.Bal.Ang.Sal.Alex.Corn.& Iaſ. & in l. 1.§.pen.ff.de bon.poſ.con.tab. & in l.ſi necem.§.ſi deportatus.ff.de bo.liber.& in l.nam & ſi miles. ff. de iniuſto teſtamento; & eſt communis opinio, quam vltra ſupra relatos, tenuit Bar. in d.l.ſi deportati, Iaſ.poſt alios.in l.ſi quis mihi bona.§. ſi quis planè, Clar. in §.teſtamentum.q.22.Burſat.cõſ.48.ſub nu. 27.& ad tex.in d.l.ſi deportati ſeruo: varijs modis reſpondent Doctores, vt latè per Corn.& Iaſ.in d.l. 1.verior apud me eſt ſolutio tradita per Bar.ibi, & in d.l. 1. quam comprobarunt Sal. Corn. & Iaſ. & communem ſecutus eſt Craſſus ſent. recept.§.legatum.q. 10.

3 Hinc infertur deportato hęrede inſtituto, quia incapax eſt, perinde haberi, ac ſi ſcriptus non fuiſſet: ideoq; eius portionem deferri ad ſubſtitutum, vel ad coniunctum, quòd ſi nec ſubſtitutum, nec cohæredem habeat, teſtamentum erit nullum, cũ omnib.in eo deſcriptis. l. ſi nemo.ff.de teſta.tut.l.ſi nemo. ff.de regu.iur.Iaſ.in d.l. 1.quòd dictum tempera, niſi in teſtamento ſit inſerta clauſula codicillaris, ad not.in l. 1.ff.de iure codicill.& in l. eam quam, C. de fideicom. ſimiliter ab inteſtato ſucceſſio ei delata ob illius incapacitatẽ, in alium transfertur, dicta l. prima, §. penult. ff. de contratab.& dicta l.ſi necem. §. ſi deportatus.ff.de bonor.liber.

4 Sic etiam deportatus amittit teſtamẽti factionem actiuam; quia iuris ciuilis eſt: ideoque nec teſtari poteſt, & teſtamentum ante factum, deportatione ſuperueniente, infirmatur.d.l.eius qui.§.1. ff.de teſtamen. l. ſi quis filio.§.eius qui. ff. de iniuſto teſt. tradit Curt. iunior conſilio 100.

Amplia etiam, quòd bona ſibi non confiſcarentur. quia pęna reddit illum inteſtabilem, ſic Paul.Caſtrenſ. in dicta l.eius qui.§. ſi cui.nume. 10.

5 Amplia etiam, vt nec ab inteſtato hęredem habeat, ſed quę bona poſt deportationem quæſiuit, fiſcus poſt eius mortem capit, l.eum qui. ff.de interd. & releg.l.3.C.de pœnis.& l.2.C.de bon.proſcript.vbi Angel.not. niſi liberos haberet, quia in dimidia ſuccederent, l. fin, C.eo.tit.Hodie verò per Authen.bona damnatorum, omnia quæſita poſt deportationem reſeruãtur perſonis in ea nominatis: ſic Salic.ibi.& Bal. ante eum in l.3.C.ſi penden.appel.ſed Ange.contra, & idem quod Angel.vt ad fiſcum redeant, cenſuit Paul.Caſtr.in d.l.eius.§.ſi cui. Afflict. poſt Iſern.in c. 1.§.iterum, nu.78.in tit. de capit. cor. prior opinio

magis placet, quam probauit Natta conſil.472.nu.20.

6 Sic eadem ratione deportatus amittit patriam pote. actiue & paſſiue.§.cum autem, inſtit.quib.mod.ius pat. quia patria poteſtas eſt de iure ciuili: inſtit. de patria poteſtate, in principio. Itē amittit iura tutelarū.§.ſed & capitis, inſti.quib. mod.tutela fi. qa tutela eſt de iure ciuili, inſtit.de tutel.in prin. Itē ciuiliter non pōt poſſidere, ac idcirco nec de nouo præſcribere, nec inceptam preſcriptionem proſequi, ſic per eam rationē, Bald. tradidit in tit.de pace conſtant.in Oleſſ. eam ſemper, ſequitur Ruin.conſ.49.nu. 5. in 4. Nec quoque aliquos legitimos actus explicare, quia iuris ciuilis ſunt, ad l. Actus legitimi.ff.de Reg.iur.

Item amittit ius eligendi delatum in ſtatu deportationis, ſecus ſi ad tempus, quo deportatio interim ceſſare poſſet, Bar.in l.centeſimis.§. fin. ff. de verb. oblig.& videtur verior ſententia, ſicuti latiſſimè tradidit D.Fortunius.in repetitio.§. & quid ſi tantum, numero vigeſimoſecundo.ff.de liber.& poſthu. Communis tamen Doctorum ſententia, prout ipſe fatetur, eſt, electionem deportatione non tolli.

7 Amplia premiſſa, inſpecto etiam iure nouo, quia licet per Authen. bona damnatorum, & in corpore vnde ſumitur, bona deportatorum non in fiſcum deuoluantur, ſed in perſonas, de quibus in illa Authen. attamen iura diſponētia de amiſſione eorum, quæ ſunt iuris ciuilis. incorrecta manent, Bar. & poſt eum communiter alij, in l.eius qui.§. primo. ff.de teſtamen. Imol.in cap.ingredientibus, ſub nume.30.extra eodem, Bar.Socin.conſ.275.nume.15.in 2.vbi de communi, Clarus.in §.teſtamentum.queſtione vigeſima ſecunda, vbi alios refert.

8 Capax tamen eſt deportatus eorum, quæ ſunt iuriſgentium, quia licet perdat ea, quæ à iure ciuili proueniunt: non tamen amittit ea, quæ ſunt iuriſgentium, quia per legem, hæc non fuerunt ſibi ablata, d.l.quidam ſunt.ff.de penis l. inter pœnas.ff.de interd. & releg.l.fi.ff.de capi.dimin. §. media, inſtit. eo.

9 Ideoque deportatus non poteſt impune offendi, quia offenſio iuregētium eſt inhibita, & defenſio permiſſa, l. vt vim.ff.de iuſt.& iure, & ibi notatur, Bal. in terminis in l. 1.nu.20.C.de hæred. inſtit.Bart.in diſp.Lucanę ciuitatis nu.15. ad quod tex.in l.relegati, in l. moris. §. in exulibus.ff.de penis.

10 Item deportatus poteſt contrahere, & contrahendo ſibi acquirere.l.ſi ſibi.§. is cuius.ff.mandati.d.l.eius, §.ſi cui, & ibi notatur.gloſ.in d.l.quidam ſunt.ff.de penis, & ſequitur Bar.ibi, nec mirum, quia contractus ſunt iuriſgentium, dicta l. ex hoc iure, & l.iuriſgentium in princip. ff. de pact. ſic & aliàs, qui nō capit per vlt. volun.capit per contractū, gloſ.& in verbo mortis cauſa: in l.1.C.de ſecund.nup. quam ſequuntur communiter Doctor. ibi Ioan.de Garron.nume.121. Quinimmo licet actiones ſint iuris ciuilis.§.primo, inſtitut.de obligation.& §.1. inſtit. de action. Cuius deportatus eſt incapax, nihilominus exercere poteſt actiones prouenientes ex contractibus iuriſgentium, quorum ipſe capax eſt: ſic Bar. in d.l.quidam ſunt, & in l.ſi victum.ff.de re iudic. quē ſequuntur ſcriptores poſt eum, ſequitur Aret.in d.§.ſi cui: columna ſecunda, nè alioquin contractus per eos celebrati ſint ſine effectu: ſi tamen deportatus vult, nè bona ſua poſt quæſita in fiſcum poſt eius mortem cadant, conſiliū eſt, vt ea viuens alienet, ſic Bal. in dicto §.ſi cui: Cuius tamen dictū temperauit Aretin. ibi, modò fraus abſit, nam alias fiſcus reuocaret, ſecutus eſt Boſ. in tit. de public. bonorum, nu.43.

Item deportatus capax eſt iuriū prouenientium ex lege alterius Principis, Fortunius in repe. d. §. & quid ſi tantum. nume.15.

11 Deportatorum autem pena, & nomen hodiernis temporibus, non ſunt in vſu: poſſunt tamen Principes deportare in inſulam, vel in alium locum, ſi volunt, & ſufficit ſi vtantur verbo deportamus: Bal.in l.3.nu.6.C.ſi pend.appell. Verum confinatos in inſulam perpetuò, bonis





bonis magis ademptis, ſub pœna capitali in caſu receſſus, pro deportatis accipimus: ſic Budeus dicto loco, vt ſupra, relatus per D. Menoch. & ante eū Franc. Marzar.conſ.18.col.2.Iaſ.in l.1.nu.4.C. de hæred.inſti.diuerſum eſt in relegatis in inſulam, ob aliquā cauſam, bonis non ademptis, nam hi relegatis comparantur, & ciuitatem retinent, Angel. in d. l. 1. nume.3.

12 Relegatus autē is quippe eſt, qui extra fines patriæ, vel ciuitatis ſeu Regni, exire iubetur.l.relegatorum.§.his qui.ff. de interd. & relegat. Relegare enim nihil aliud eſt, quàm exterminare, id eſt, extra terminos ponere, ſic Bud.dicto loco quem Menoch. vt ſupra retulit, & in 1. lib.q.80. nu. 88. Quandoque tamen in inſulam ex delicto quis relegabatur, cuius pœna, ſi excedebat, non erat capitis, ſed deportationis, d.l.relegati.ff.de pœnis, & relegabantur ad tempus, quādoque tamen & in perpetuum, l.relegatorum.§.ad tempus.& §. hæc eſt differentia.ff.de interd.& releg.

13 Relegatus autē, ex natura relegationis non amittit ciuitatem, nec bona ſua, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum, d.l.relegati, & l.quidam ſunt.ff.de pœnis. l. 1. & l.relegati.ff.de interd.& relegat. Quādoque tamen per ſententiam bona adimebantur relegato, in totum, vel in partem, d.l.relegati.& l.relegatorū.§.ad tempus: modo tamen relegatus eſſet in perpetuum: nam citra exilij perpetui pœnā bona fiſco non adijciuntur.l.bona. ff.de iure fiſ. Valet tamen ademptionis bonorum ſententia aduerſus relegatum ad tempus, niſi fuerit appellata, gloſ.in d.§. ad tempus, Alex.in l.in ratione.§.Imperator, nu.4.ff.ad leg.Falcid.

14 Ideoque relegatus, quia ciuitatem retinet, nō amittit teſtamenti factionem, d.l.eius qui.§.1.& ibi no.ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum, & ſiue cū publicatione bonorum, ſiue non, ſicut probant iura proxi.adducta, nempè quia bonorū publicatio futura non includit. l. ſi tibi mandauero.§.is cuius.ff.mand. ſic in ſpecie adnotauit Clarus dicto §. teſtamentum. quæſtio. 22. Caſtrenſ. per eum non adductus in dicto §.ſi cui.

15 Et cum retineat iura ciuilia, retinebit proinde patr.poteſtatem, dicta l.relegati.ff.de interd.& §.cū autem, verſ. relegati, inſti.qui mo.ius patr.pot.ſol.

Item retinet iura tutelarum, quia tutela non perit ob minimam, ſed ob maximam, vel mediam capitis diminutionem.§.item finitur, & §.media, inſtit. de capi.diminut. Quia tamen abeſt, nec preſens ſupereſſe poteſt rebus pupilli, vt tenetur.§.1.inſti.de auctor.tutorum: idcirco curator interim erit dandus, l.in omnem.ff.de tutelis.

16 Relegati autem, vltra præmiſſa, in pluribus alijs differunt à deportatis, & è cōtra: nam deportati erant in perpetuum licet quandoque ad tempus: relegati vero ad tempus, quandoque tamen & in perpetuum, l. relegatorum. §. eſt differentia, cum gloſ. ff. de interd. & relega. gloſ. in §. relegati, inſtitut. quib. mo. ius patr.

Item deportatus ex propria natura condemnationis amittebat bona.l. 1.ff. de bon.dam.relegatus verò non, d.l. 1.& l.relegati. ff.de interd. niſi per ſententiā expreſsè adimebātur. d.l.relegatorum. §.ſiue ad tempus, & §.ſeq.vel niſi lex expreſsè vltra penam relegationis adijceret pœnam ademptionis bonorum, in totum, vel in partem, vt in caſu l.fin. C.de poſtul. reiterata in l. nemo. C. de epiſcop.audien. alias differentias proſequere, vt per gloſſ.in d.§.relegati.

17 Iuxta premiſſa quero, nam iura dicūt, quòd deportatus habetur pro mortuo, l.prima, §. final.ff.de contratabu.l.ſi necem. §. ſi deportatus. ff.de bonis liber. & l.actione.§.publicatione.ff.pro ſocio.

Contra autem videtur caſus in l.Statius.§.Cornelio.ff.de iure fiſ.vbi herede grauato per fideicommiſſ.reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam, non cedit dies fideicommiſſi per deportationem ipſius grauati, ſed illius mors naturalis eſt expectanda.

Item obſtat tex.in l. ex ea parte.§.in inſulam.ff.de verborum obligation. vbi

promiſſio de dando 10. in tempus mortis promiſſoris, non contingit, nec committitur, ſecuta eius deportatione, ſed cum naturaliter morietur.

18 Et ratio eſt, quia mentio de morte alicuius, intelligitur de naturali, non de ciuili, quoniam verba naturaliter non ciuiliter debent intelligi, l. fina. C. de his qui veniam ætatis, l. fideicommiſſum. ff. de condition. & demonſtration. l. ſi ita quis. §. final. ff. de legatis primo, glo. no. in cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. & in c. placuit, 17. q. 1.

Præterea ad hoc tex. in l. intercidit. ff. de condition. & demonſtration. vbi legatum conditionale alicui relictum, nõ perit ſi conditione pendente deportetur, quia reſtitui poteſt: ſecus autem ſi naturaliter moriatur, vel ſeruus pœnæ efficiatur. quia ſeruitus morti aſſimilatur. ſic tex. ille ex quo infertur, quòd deportatio non ſit ſimilis morti.

Ad idem tex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. & in l. cũ pater. §. hæreditatem. ff. de legatis ſecundo, vbi facultas eligendi conceſſa per teſtatorẽ hæredi grauato, vt reſtituat hæreditatem, cui velit ex pluribus per teſtatorem nominatis, nõ perditur, quia hæres grauatus paſſus ſit ſententiam deportationis: Quod ſi ſeruus pœnæ factus ſit, electio ſibi non competit, ſed omnes viriliter ſuccedunt. Ad hæc tex. in l. ſed ſi alia. ff. de bon. damn. vbi per damnationem in metallũ vxoris, dos lucro mariti cedit ac ſi vxor nõ eſſet, non ſi deportata ſit.

Ad hæc etiam tex. no. in l. res vxoris. C. de dona. inter virum, vbi donationes à viro in vxorem collatæ, confirmantur, ſi vir naturaliter præmoriatur, aut ſeruus pęnæ efficiatur. non autem deportatione ſuperueniente, ſed illius mors naturalis eſt expectanda.

His accedit, quia deportatus poteſt contrahere, & contrahendo ſibi acquirere, l. ſi tibi mandauero. §. his cuius. ff. mandati.

Pro ſolutione, & concordia horum iurium, Doctores varia ſcripſerunt, in d. l. ex ea parte. §. in inſulam, & in d. l. ex facto. §. ex facto, vbi D. Ripa ſub nu. 12.

19 Placet mihi Theor. & diſtinctio Bar. in d. §. in inſulam: quam communiter approbari profitetur Iaſ. ibi Alex. conſ. 139. col. pen. in 2. cum pluribus adductis per Ceſal. conſ. 395. nu. 32.

Vt dicamus, quòd vbi mors ciuilis operatur eundem effectum, quẽ mors naturalis. Mortuus ciuiliter, eo caſu, reputetur pro mortuo naturaliter. Quia factum ciuiliter æquipollet facto naturali, quando eũdem effectum operatur. iſte eſt caſus quem Bar. adducit in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. nempe, quò ad effectum diſſolutionis matrimonij, paria ſunt, vel quòd maritus naturaliter moriatur, aut monaſterium intret, ideoque vtroq; caſu dos repeti poteſt, ſic etiã eſt caſus in d. l. res vxoris: nam per damnationem in metallum eo iure matrimonium ſoluebatur, ſicuti per mortẽ, ideo vtroque caſu donata per virum vxori confirmabantur, quia matrimonii iura diſſoluebantur. & vxor vti extranea ex tũc reputabatur. Quia verò deportatione matrimoniũ non diſſoluebatur, proinde mors naturalis attendẽda, eo caſu erat, ſicẽt diſſoluitur, qđ reſponſum fuit in l. quinq; legibus. ff. de bon. dam. vt ibi per Bar. ſub hac determinatione incidit deciſio, in dicta l. 1. §. pen. ff. de contra tab. & in l. ſi necem. §. ſi deportatus. nam quia deportatus eſt incapax ſucceſſionũ vt ſupra dixi, idcirco quia ſuccedere nequit, pro mortuo quò ad actum ſucceſſionis, reputatur: & aperitur locus ſequẽtibus: etenim capacitas deſideratur tempore delatæ ſucceſſionis, l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſti. §. in extraneis, inſti. de hæred. qual. & diff.

Sic etiam in caſu l. actione. §. publicatione. ff. pro ſoc. diſſoluitur ſocietas per bonorum publicationem: quia ſocietas eſt quid perſonale, non egrediens perſonam ſocij, d. l. actione. §. morte: ideoq; vtroq; caſu ſocietas finitur. Quia perſona, cũ qua ſocietas gerenda eſſet, nouatˆ.

20 At in iuribus in contrarium adductis alia eſt ratio, nam in §. Cornelio fęlici, reſponſum fuit expectãdam eſſe mortẽ





naturalem illius grauati condemnati, & rationabiliter quidem: quia ipſemet cõdemnatus hæreditatem habebat, quam naturaliter viuens potuit in fiſcum per contractum alienare: ideoque & per maleficium: proinde fideicõmiſſarius agẽs ante diem, & conditionis euentum, non recte agit, & iuſte excluditur: quia ante tempus mortis agit. Amplius contingere poſſet, quod ipſemet ſubſtitutus pręde cederet condemnato, & ſic expiraret fideicommiſſum, & bona vti libera permanent penes fiſcum, in quem ex delicto translata fuerunt, ad tex. in l. fin. §. ſiue autem ſub conditione. C. de cad. tol. hoc itaq; caſu, factum ciuiliter, non idẽ operatur, quod factum naturaliter. Et idẽ ſentio, quando per cõdẽnationẽ, hęres grauatus fuiſſet factus ſeruus pęnę, vt q̧a dãnatus in metallũ, vel in opus metalli, vt adhuc non cedat dies fideicõmiſſi, ſed bona tranſeant in fiſcum ad vitam naturalem illius condemnati, & ſucceſſiue, quòd tex. in dicto §. Cornelio: procedat etiam in damnatis in metallũ, quòd aperte ſenſit Bart. ibi & explicite Pau. Imo. Alex. & Ripa. in d. l. ex facto. §. ex facto, ſub nu. 11. Et iure nouo in dubium eſt: quia ſtatutum fuit: per cõdemnationem, quæcunque ſit, damnatus, naturali eius vita durante, non amittat libertatem, nec pęnæ ſeruus efficiatur, Auth. ſed hodie. C. de donat. inter virum. §. quod autem, in Auth. de nuptijs, & in terminis Boer. deciſ. 268. num. 3.

Plerique tamen, videlicet Alber. Roſat. Nicol. de Neapol. & Raph. Comenſ. relati per Ripam, aduerſam ſententiam tenuerunt, vt ſcilicet in ſic damnatis ſtatim cedat dies fideicommiſſi non expectata eorum morte naturali, per tex. in dicta l. intercidit, & in dicto §. ſi quis rogatus: vbi manifeſta conſtituitur differẽtia inter deportatum, & inter damnatum in metallum, & horum opin. ſequitur & communẽ dixit Claud. in d. §. ex facto, poſt Alex. conſilio 13. in 3. Quæ tamen iura nihil obſtant, tùm in terminis iuris noui, quo iure libertas non amittitur, vt ſupra dixi, adeo vt differentia per illa iura inducta iure nouo ſuperueniẽte ſublata extitit, vt Socin. inquit, d. l. ſi cognatis, nume. 14. in fine, & Ripa d. §. ſi quis rogatus, col. 1. poſt gloſ. in d. l. quinque legibus. cùm etiam in terminis iuris antiqui: nempè iura illa nihil ad rem concludunt, nam in terminis d. l. intercidit: agitur de acquirendo ipſi condemnato. in puncto autem noſtro agitur de auferendo à fiſco, in quem damnatus in metallum, ex cauſa delicti, bona tranſtulerat: ſicut enim, ſi ex contractu, bona in aliquem alienaſſet, iniquum videretur, ſecuta condemnatoria in metallum, cedere diem fideicommiſſi vniuerſ. in præiudicium emptoris, & ad cõmmodum fideicommiſſar. ſubſtituti, non aliter expectata morte naturali illius grauati, ſic & cum de fiſco agitur. nempè à delinquente cauſam habet: minus verò obſtat, tex. in d. §. ſi quis rogatus: nam ideo damnatus in metallum, eo iure, perdit votum electionis, quia libertatem amittit. Cum autem vitam naturalem retineat, non incõuenit vt fideicommiſſum poſt illius mortem relictum, debeatur, non, niſi ſecuta illius morte naturali, & interim bona ſint penes fiſcum, in quem ipſe ex delicto tranſtulerat.

21 Quare ex pręmiſſis rationibus veram cenſeo doctrinam Barto. in quarto libro minoricarum, & in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. quem ibi ſequuntur Bald. & Doct. dum concludit hærede grauato per fideicommiſſ. vniuerſale, poſt eius mortem ingreſſo monaſterium, quod ſit incapax bonorum in proprio, & in communi: ſtatim fideicommiſſum deberi, non expectata illius morte naturali, & ſequuntur communiter Doctor. Angel. in d. §. ex facto, Alexand. d. conſilio 13. in 3. Socin. ſen. conſilio 192. in 2. Dec. in c. in præſentia. nume. 74. ext. de probatio. & in conſi. 419. Ruin. in repet. §. & quid ſi tantum, colum. 5. ff. de liber. & poſthum. Pariſi. conſilio ſexageſimoquinto in, primo dubio vol. 2.

Ratio cõcludens eſt, quia quantũ ad effectum bonorũ, ingreſſus monaſteriũ

quod ſit incapax bonorũ, habetur pro mortuo, & perinde habetur ac ſi naturaliter mortus eſſet: nempè quia nec ipſe bona poſſidet, nec illa, ex facto, & per ſona ſua, transfert in monaſteriũ, quod ingreditur, nil mirum ideo ſi bona tranſeunt in eas perſonas, in quas deuoluerentur, ſi ille naturaliter deceſſiſſet, quã rationem ſentit Bar. in d. §. Cornelio, & per eam ſic inductam reſoluũtur, quęque in contrarium adducta per tenentes contrariam ſententiam, quos refert & ſequitur Ripa in d. §. ex facto, ſub nu. 12. vnde hoc caſu: factum ciuiliter idem operatur, quod factum naturaliter.

23 Intellige, quò ad bona, quæ ingrediens tempore ſui ingreſſus poſſidebat: nam quæ antea alienauerat, fideicõmiſſarius vendicare non poterit, durante vita naturali illius profeſſi: quia per ingreſſum potuit quidem expropriare à ſe bona, quæ poſſidebat, ſed non prȩiudicare emptori, qui cum eo contraxerat, & pretium expoſuerat: nec mutatio ſtatus auctoris nocet emptori: & ſic in terminis decidit Bal. conſ. 280. Factum tale eſt: in p. & huic determinationi cõferunt, quæ proxime dixi, de damnatis in metallum, & ſic ex facto, me conſulente, obtentũ fuit pro D. Marco Antonio Curtio.

## DE FILIIS DEPORTATOrum & damn in metallum. Tit. VI.

1 *Matrimonium non diſſoluitur per ſententiam deportationis, aut damnationis in metallum, nec contrahendum impeditur.*

2 *Filij nati ex deportato & damnato ante ſententiam ſunt capaces bonorum.*

*Idem eſt in filijs ante conceptis, licet poſtea natis.*

3 *Filij nati & concepti poſt ſententiam confiſcatoriam, partem non conſequuntur.*

4 *Capiunt tamen bona per patrem quæſita poſt deportationem, vel confiſcationem.*

5 *Filij nati aut concepti ante ſententiam deportationis faciunt deficere conditionem ſi ſine filijs.*

6 *Filius conceptus non habetur pro nato, cũ de commodo tertij tantum agitur.*

7 *Filij nati & concepti poſt ſententiam deportationis, habentur pro natis ex alio homine, & ideo non capiunt bona per patrẽ poſſeſſa tempore deportationis.*

1 FIlii nati ex deportato, & damnato in metallum, an ſint capaces: breuiter concludo, quòd matrimonium antea contractum per ſententiam deportationis non diſſoluebatur, l. 1. C. de repud. ſed per damnationẽ in metallum vtiq; l. res vxoris. C. de don. inter virum. iure autem nouo vtroq; caſu perdurat: quia libertas non amittitur, Auth. ſed hodie, quę immediate ſequitur. C. eo. & §. quod autem, in Auth. de nup. Item nec contrahendũ impeditur, quia cum liberi ſint: matrimonium quidem contrahere valent: quod eſt iuriſgentium: nempe contractus eſt à voluntate pendens.

Qui aũt naſcũtur ex dãnatis vt ſupra: equidẽ quò ad alios attinet, capere poſſunt: quia nulla obſtat eis incapacitas.

2 Sed vtrum à patre capiant: diſtingue, aut ſunt nati & concepti ante ſententiã deportationis & damnationis, & tunc confiſcatis bonis paternis, partem, vel bona omnia paterna à fiſco capiebant, iuxta tex. in l. fin. ff. de bon. damn. hodie verò, iure nouo, bona non infiſcantur, ſed liberis ipſis reſeruantur, auth. bona damnatorum. C. de bon. dam. idem iuris eſt, ſi concepti forent, quia pro natis haberentur ad eorum commodũ. l. qui in vtero. ff. de ſtat. homi. & eſt caſus in l. 1. ff. de bo. dam. & in l. fin. C. eo.

3 Aut verò ſunt nati, & concepti poſt ſententiam deportationis, & confiſcationis, & tunc, aut quęris, an partem cõſequantur de bonis iam confiſcatis, & tunc, concluſiue dicendum eſt, ꝙ nõ, ſic .n. ſentit tex. in d. l. ex facto. §. ex facto, & Alex. ibi in primo notab. clare autẽ adnotauit Bald. in l. fina. C. de bonis damnatorum. ſecutus eſt Roland. conſilio 97. numero 38. in ſecundo, & eſt verior opinio,



opinio, quam cõcluſiue tenuit Hieron. Gabr. conſ. 123. num. tertio, & quarto. Et ſi aliud ſenſerit Ripa in dicto §. ex facto, in prima columna, & Claud. ibi ſub nu. 3. Sed iſta eſt verior, quia concepti & poſtea nati, nihil iuris habent in bonis, in alios iure peruentis. l. prima, §. ſi quis proximior. ff. vnde cogn. l. Titius. l. item prætor. ff. de ſuis & legit. Et idem eſt in ſucceſſionibus fideicõmiſſarijs, vt plenè per Socin. in l. ſi cognatis, nu. 30. ff. de rebus dubiis, per Alexan. conſ. 26. col. pe. in tertio, & per Dec. in conſ. 299. nu. 8. & per Gabriel. d. conſ. col. 2.

4 Aut quæris, an conſequatur bona quæ ex contractibus iuriſgentiũ, deportatus acquiſiſſet poſt ſententiam deportationis, quæ acquirere potuit, l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. man. & quę poſtea, eo naturaliter in deportationem mortuo, fiſcus capiebat, l. 2. C. de pęnis, & l. 3. C. de bon. dam. & quãtum ad hęc videtur dicendũ, ꝙ filii licet poſtea cõcepti, bona iſta capiant ex beneficio d. authen. bona damnator. etenim ſunt filii legitimi, & à iure cogniti, idcirco bonorum per patrem poſt quæſitorum videntur capaces, & in his terminis ſententia d. Ripæ procedere poteſt. & voluit Sal. in d. auth. bona dãnatorum, quatenus concludit auth. illam procedere etiã in poſt quæſitis, de quo tamen puncto ſcripſi ſupra tit. proxi. nu. 6. ante verò illam Auth. capiebant dimidiam bonorum, vt in l. preced.

5 Alia pręterea eſt qõ, an ſcilicet filii horum ſint capaces bonorum conditionatorũ alicui fideicommiſſariæ didiſpoſitioni, & qõ dupliciter formari poteſt.

Primò, quando filii ſunt in conditione poſiti, nõ diſpoſitiue, vt aiunt vocati.

Secundo, quando ſunt diſpoſitiue vocati: primo caſu, veluti cum pater grauatus fuit reſtituere hæreditatem teſtatoris, ſub cõditione, ſi deceſſerit ſine filiis. Quo caſu, habemus reſpõſum in terminis, in d. l. ex facto. §. ex facto, nam aut filii ſunt cõcepti, & nati ante cõdẽnationem, & hoc caſu, proculdubio capaces ſunt, & faciunt deficere conditionem fideicommiſſi ad commodum fiſci. nempè bona tranſeũt in fiſcum, cum ſua cauſa, vt dicit ille tex. & expectãda eſt mors naturalis illius grauati, vt dicunt Doctores, poſt glo. in d. §. ex facto. per tex. in l. Statius Florus. §. Cornelio. ff. de iure fiſ. quo tempore, ſi filii ſic nati ſuperuiuũt, fideicõmiſſũ expirat, ſecus autẽ ſi præmortui fuiſſent ante naturalẽ mortẽ patris grauati, ſic clarè præſupponit tex. in d. §. ex facto, put aduertit Ripa ibi n. 3.

6 Aut verò fuerunt concepti, ſed non nati ante ſententiam deportationis. Et tunc adhuc capaces ſunt, & faciunt deficere fideicommiſſi conditionem, vt eſt caſus ibi, & licet fideicommiſſi defectus cedat ad commodum fiſci, quia filius ille in vtero exiſtens poſitus in conditione non eſt diſpoſitiue vocatus, ut præſupponit ille tex. & eſt communis traditio Doctorum poſt glo. in l. Lucius. ff. de hære. inſtit. & proinde, cum non agatur de commodo ſuo, ſed de cõmodo fiſci, non debeat haberi pro nato, ad tex. in l. qui in vtero. ff. de ſtat. ho. attamen negari nequit, quin de illius commodo non ageretur, quoniam filii cõcepti ante ſententiam publicationis bonorum, prout nati vocabantur, & admittebantur in partem bonorum cum fiſco, l. 1. & l. fi. ff. de bon. damn. vt dixi ſupra nu. 20. & idcirco de eorum commodo agebantur, prout in puncto aduertit & reſoluit Bar. in d. §. ex facto. Fortius autem iure nouo, quo omnia bona patris condẽnati, filiis, loco fiſci, adiiciuntur. d. Auth. bona damnatorum.

Quòd ſi filii ipſi concepti in nullam partem vocarentur, non vtiq; haberentur pro natis, nec operarẽtur fideicommiſſi extinctionem ad beneficium fiſci, ſic egregie ex ui illius tex. in dic. l. qui in vtero, & ex mente Bart. in d. §. ex facto deducit Socin. conſ. 275. nume. 15. in 2.

7 Aut verò ſunt nati & concepti poſt deportationem, & tunc non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, quaſi nati ex alio homine, ſic tex. in d. §. ex facto, ex quo colligunt Ang. Alex. Ripa, & Clau. ꝙ deportatus dr̃ nouus homo,

quia mutat,& perdit ſtatum ciuilem, vt egregiè diſſerit Paul.Caſtrenſ.in l. eius qui. §. 1.ff.de teſtamen.

Qua ratione,deciſionem illius tex.in d. §.ex facto, procedere etiam ſecundũ iura noua,firmauit Alex.ibi in 1.not. & quamuis d. Ripa in primo ſimiliter notab.fuerit ſubdubius,& contrarium firmauerit Claud. ibi ſub nu. 3. placet mihi opinio d. Alex. triplici conſideratione.Primò,quia iurium correctio eſt euitanda.Secundò,quia quantum ad ſtatũ deportati,nihil eſt immutatum.Tertiò, quia filij nati & concepti poſt ſententiã deportationis non admittuntur ad bona iam confiſcata,vt ſupra dixi nu. 3.Si tamen deporatus reſtitueretur dubitari quidem poſſet:& quò ad filios natos poſt reſtitutionem,quòd faciant deficere fideicommiſſi conditionem, firmauit Ripa ibi nu. 4. quia mors grauati naturalis expectanda,ideo conſideratur, ſi ſuæ mortis tẽpore liberos, qui capaces ſint,reliquerit. Quò verò ac liberos natos & conceptos intra tempus deportationis, nempè quia ſic nati & concepti ſunt incapaces illorum bonorum,vt prę ſupponit ille tex.& Bart. in l.filius famil. §.cum quis. ff. de leg. 1.nec pater bona iam confiſcata recuperat,idcirco eorum exiſtentiam adhuc non euertere fideicom.concludo,ſecundo vero caſu:Cum filij in conditione poſiti ſunt diſpoſitiue vocati palam eſt: natos vel conceptos ante ſententiam capaces eſſe illius fideicommiſſi: quia de illorum cõmodo agitur,modo ſuperſtites ſint,tempore mortis naturalis patris condemnati, & grauati,d.§. Cornelio Felici.Quòd ſi concepti, & nati fuerint poſt ſententiam deportationis,maius dubium eſt: & ſiquidem reſtitutus fuerit pater, recuperant ius ſuccedendi ad tex.in l. inter cidit. ff. de condi.& demon. quia patris reſtitutio filijs prodeſt ad eorum capacitatem, vt dicam infra in tit. de bannitis reſtitutis. Si verò pater in ſua damnatione moriatur,dubitabilis eſt quæſtio:nam conſtat hos eſſe filios illius,& quidem legitimos, & naturales, quia matrimonium per deportationem non fuit direptum, & ſic ſatisfactum eſt verbis & voluntati teſtatoris: in contrarium verò facit tex. in d.l.ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. quia ſcilicet nati & concepti ex patre deportato videntur nati ex alio homine, cogita. & vide aliqua in hoc propoſito apud Hier.Gabr. conſ. 123, nume. 36. vbi concludit hos eſſe repellendos:licet ſecus concludat in filijs natis ex bannito noſtri temporis.in filijs autem bannitorum noſtri temporis cum confiſcatione bonorum, vt capaces ſint: quamuis cõcepti & nati poſt ſententiam damnatoriam pleniſſime ſcripſit. Petra placen.in ſuo Tract.de fideicom.q.11.ſub num.585.& ſeq.vbi refert in ſenatu Mediolani ſic fuiſſe deciſum: vt in decreto per eum relato ſub num.623.

## DE BANNITIS.
## Tit. VII.

1 *Bannitus ex propria natura banni nõ amittit bona,nec impune poteſt offendi.*

2 *Bannum eſt ſtricti iuris.*

3 *Bannitus non poteſt inuadi in ſuis bonis.*

4 *Offendi qui poteſt impune, poteſt quoque impune interfici.*

*Bannitus qui poteſt impune offendi, poteſt quoque impune interfici.*

5 *Bannitus qui impune offendi non poteſt retinet in patria iura communia, & municipalia.*

6 *Amplia etiam,quod fuiſſet bannitus cum publicatione bonorum.*

7 *Bannitus ſub pœna capitali non amittit bona, niſi lege vel ſententia id expreſſum ſit.*

8 *Bannitus cum publicatione bonorum qui impune offendi poteſt an comparetur deportato.*

9 *Bannitus qui ex forma ſtatutorum impune offendi poteſt; non amittit in loco à quo exulat iura communia, ſed iura municipalia.*

10 *Cõdemnatus vt impune offendi poſſit amittit in eo loco iura ciuilia propria,non autem iura communia,quod declara vt ibi.*

*Bannitus*



11 *Bannitus in loco reputatur vti forenſis.*

12 *Bannito non proſunt ſtatuta loci fauorabilia in ſucceſſionibus, nec in lucris dotalibus.*

13 *Bannitus non capit ex teſtam.iure ſpeciali in eo loco condito.*

14 *Bannitus incapax ſuccedere ex teſtamento non vtitur remedio l.fin. C. de edicto diui Adria.*

15 *Bannitus vtitur ſtatutis loci bannientis in concernentibus publ. vtilitatem.*

16 *Item in ſibi præiudicialibus.*

17 *Bannito in loco à quo exulat ſucceditur ex ſtatutis loci bannientis.*

18 *Bannitus retinet in loco iura agnationis.*

19 *Bannitus in loco acquirit ex omnibus cauſis de iure gentium,& de iure communi.*

20 *Bannitus tutor iure communi datus non deſinit eſſe tutor.*

21 *Bannitus qui erat notarius auctoritate Cæſaris non deſinit eſſe notarius.*

22 *Banniti filij in conditione poſiti oporantur defectum fideicommiſſi.*

23 *Bannitus an retineat patriam poteſtatem.*

24 *Bannitus poteſt arbitrari eligere & conſulere ex ſtatuto de conſilio ſapientis.*

25 *Bannitus ab Imperatore amittit iura ciuilia in locis vnde exulat, non autem iura aliarum ciuitatum & regnorum.*

26 *Bannitus à Papa amittit iura ciuilia in terris eccleſiæ.*

27 *Bannitus ab vno regno vel vna prouincia, non amittit iura alterius regni, vel prouinciæ.*

28 *Bannitus an offendi poſſit extra territorium bannientis.*

29 *Bannitus an poſſit offendi vel puniri in terris confederatis.*

30 *Bannitus qui in loco banniente poteſt impune offendi an poſſit effectualiter in eo loco acquirere bona.*

31 *Legitima an debeatur filio bannito in ære & in perſona.*

32 *Bannitus qui impune in perſona poteſt offendi an poſſit bonis ſpoliari.*

33 *Occidi qui impune poteſt: idem & vulnerari.*

34 *Bannito poteſt ſtatutum denegare facultatem acquirendi ſub ſuo territorio expreſſe, & per verba æquipollentia.*

35 *Excluſus ab omni actu legitimo, eſt excluſus à iure ſuccedendi.*

36 *Bannitus cum publicatione bonorum qui poteſt impune offendi: is valet acquirere ex cauſis iuris communis, & gentium in loco à quo exulat.*

37 *Indignus non reputatur quis niſi in caſibus à iure expreſſis.*

38 *Bannitus reſtitutus, actiones ſuas exercere poteſt.*

39 *Acquirere potẽs ex illis cauſis agere valet.*

40 *Agere qui non poteſt ex ſui perſona, poteſt actiones ſuas cedere ex cauſa oneroſa.*

41 *Banni exceptio perſonalis eſt.*

42 *Bannito filio debetur legitima in bonis patris.*

43 *Bannitus banno Imperiali & Pontificio in caſibus in iure expreſſis poteſt impune depredari.*

44 *Bannitus pro rebelle poteſt impune in bonis derobari.*

45 *Bannitus pro alio crimine excepto perduellionis,qui poteſt impune in perſona offendi,non poteſt impune bonis ſpoliari.*

46 *Bannitorum bona poſt bannum quæſita fiſcus non occupat prout deportatorum.*

47 *Banniti noſtri temporis nõ per omnia æquiparantur transfugis, non deportatis, non relegatis: ſed ſunt tertia ſpecies.*

BANNITI noſtri temporis,
quorum & ipſi capaces
ſint, pulchra, & vtilis eſt
inueſtigatio, quam per-
1 tractarunt Doctores in le
ge prima,C.de hæredib.inſtituen. Bar.
in ſua diſputatione;Lucanæ Ciuitatis:&
ſcriptores variis in locis.

Sciendum eſt autem,pro facili totius materię intelligentia,quòd bannitus,ex propria natura banni,non amittit bona ſua.nec impunè,ſi durante banno, in patriam reuertitur, offendi poteſt:niſi lex municipalis id expreſſe permitrat, vel niſi ſententia banni lata ab habente poteſtatem ſic concedat,l.relegati,& l.capitalium.§.in exulibus.ff. de pęnis,Bart in dicta diſputatio.nume.trigeſimoſecundo.& ratione confirmatur.

Quia

2 Quia bannum eſt ſtricti iuris, & quicquid in eo omiſſum eſt, pro omiſſo habetur: quoniam pęnale eſt, Cyn. Bal. & Corn. in dicta l. prima, Aretin. in l. eius. §. 1. ff. de teſtam. Ripa in d. §. ex facto. numero decimoquarto, & in terminis, quòd in perſona offendi nequeat, not. Bart. in l. vt vim. col. 2. ff. de iuſt. & iure, Dec. ibi numer. decimoquarto, & latius Claud. Aquenſ. nu. 17. Bal. d. l. 1. numero vigeſimo, & poſt eum Sal.

3 Item nec in bonis impunè inuadi poterit, Doctor. præcitati in dicto loco, Bal. Aluar. & Afflict. in capitulo primo, in titulo de mil. vaſ. vbi reprobant gloſ. ibi, idem Bal. Aluar. & Præpoſi. in capi. primo, in tit. Hic finitur lex. adducunt tex. in l. Papinianus exuli. ff. de minor. & eſt veriſſ. propoſitio.

4 Sciẽdum eſt etiam quod ſtatuto permittente bannitum poſſe impunè offendi, is etiã poterit impune interfici, quia offendere verbum, homicidium continet, ad tex. in c. fi. de homicid. in 6. & in l. teſtamento Centurio. ff. de man. teſtamento, ſic per ea iura concludunt communiter Doctor. Bar. conſilio 188. Statuto caſtri plebis. Io. And. in additio. ad Spec. in titulo de conſtitution. §. primo. Bal. conſi. 441. in 3. Alber. Roſ. in 4. part. ſtat. quęſtione decimaoctaua. Pau. Alex. & Iaſ. in l. in ſuis. ff. de liber & poſth. & idem Pau. in l. vnica. C. quan. lic. vnicuique. Corn. conſ. 122. col. vlt. in 2. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum. num. 20. ext. de conſtit. Marſil. in repe. l. vnicæ. nu. 51. C. de rap. virg. & nouiſſime excel. Menoch. de arbit. iud. libro. quæſt. 90. nu. 26. Quam tamen ſententiam temperarunt Angel. & Paul. in l. binas edes. ff. de ſer. vrb. præd. cum bannum eſt pro delicto, pro quo imponenda erat pœna mortis: aliàs ſecus. nè priuato videretur conceſſa ſeuerior caſtigatio, quam magiſtratus ipſe de iure facere poſſet: & fuit opinio Bald. in peculio ſuo, in verbo bannitus: refert & ęquam dicit Alex. in dicta l. in ſuis. numero quarto, & fuit antiqua diſtinctio Mart. de Fano relata per Alber. de Gandino ſub tit. de multis quæſtion. ad finem, quam probauit Nellus in 2. par. ſec. temp. q. 7. & conſulendo ſecutus fuit Bar. Cœpola in ſuo conſil. 5. Quicquid aũt ſit, conſuetudo contrariũ ſeruat. ſicuti retulerunt Alber. Gandin. Io. And. & Alex. in locis pręalleg. & hoc iure apud nos vtimur. Cæterum redeũdo ad principale propoſitum, circa capacitatem bannitorum, infraſcriptas conſtituo concluſiones, quarum prima eſt.

5 Bannitus, qui ex forma banni, vel ex legis diſpoſitione impunè offendi non poteſt: retinet iura ne dum communia, ſed propria illius ciuitatis, vel prouincię, à qua exulat: ſiue ad tempus, ſiue perpetuò exul ſit: ad exemplum relegati. nam & hic ciuitatem, & iura ciuitatis retinebat, ſiue ad tempus, ſiue indefinite relegatus foret. l. relegati. & l. quidã ſunt. ff. de pœnis. l. prima, & l. relegati. ff. de interd. & releg. & de exulibus habetur in l. prima, & ſecunda. C. de his qui in exil. libro decimo.

6 Amplia etiam, quòd eſſet bannitus cum publicatione bonorum: nam bonorum publicatio non reddit condemnatum incapacem, quò ad iura ciuitatis, & futuras acquiſitiones, nam & relegato bona quandoque in totum, vel in partem adimebãtur, attamen iura ciuitatis retinebat l, relegatorum. §. ad tempus. ff. de interd. & releg. Ratio huius concluſionis eſt: quia ſic bannitus non cẽſetur hoſtis ciuitatis, ideo ciuitatis iura retinet, cum ea iura nec per ſententiam, nec per legem, ſibi ſint adempta. Hæc aũt concluſio probatur auctoritate Bar. in dicta ſua diſputatione: Lucanę Ciuitatis, nume. 19. & in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capitis diminutio. & eſt cõmunis concluſio, reprobata gloſ. in §. cũ autem, inſtitut. quibus modis ius patr. pot. quæ voluit, bannitum cum publicatione bonorum, ſimilẽ eſſe deportato. Salycet. in dicta l. prima, in quarta quæſtione, vbi pulchre, & latè Corn. conſilio quinquageſimoquinto, in ſecundo, Clariſſ. Menoch. conſilio 171. columna tertia, nume. 23. Claud. Aquenſ. in repetitio. l. vt vim. num. 19. ff. de iuſt. & iure.





7 Secunda concluſio: Bannitus ſub pœna capitali, non amittit bona ſua, in eo loco à quo exulat: niſi ex lege expreſſa, vel per ſententiam latam ab auctoritatem habente, bona ſibi fuerint adempta: & eſt ratio, quia ſententia eſt ſtricti iuris, ideo intra ſuos terminos clauditur. vt latius dixi infra titulo de publi. bon. ſic in puncto determinauit Bald. in l. data opera, numer. octuageſimoquarto. C. qui accuſa. non poſſ. ſecuti ſunt Alex. in dicta l. prima, numero octauo, & Corn. numero vigeſimotertio. C. de hęred. inſtituen. & Doctores communiter ibi, clare Salyc. in 5. quæſt. Ioan. de Imol. in d. l. ex facto. §. ex facto. Gozadin. conſi. 96. nu. 4. & 7. Dom. Decian. conſ. 64. nu. quadragèſimoquarto, in 3.

Et iſta concluſio indubitanter eſt vera, cum pœna capitalis reſeruatur magiſtratui, ſi in fortiam communis peruenerit: quid autem iuris ſit ſi etiam priuatis vindicta capitalis cõceſſa ſit: vt quia bannitus impunè offendi poſſit, infra dicã: itaque ſic bannitus ſub pęna capitali, vt ſupra, capax erit bonorum, & retinebit iura in ciuitate, à qua exulat: præterquã quo ad officia, & honores, quibus vti nõ poterit, cum per bannum patria ſibi interdictum ſit, ſicuti eleganter declarauit Salycet. in dicta lege prima, in ſecunda, & tertia quæſt. & eſt veritas.

Sed contra primam concluſionẽ ampliatam vt ibi, quod bannitus cum publicatione bonorum quamuis impune offendi nequeat, ad exemplum deportati, amittat iura municipalia ſuæ ciuitatis determinauit Angel in diſputatio. ſua: duo ad inuicem litigãtes: motus. nam & deportati, quibus tamen bellum non indicebatur, nec poterant impune offendi. l. relegati. ff. de pœnis, & dixi ſupra in tracta. de deportatis. attamen quia erãt damnati cum publicatione bonorum, amittebant iura ciuilia: vt latius dixi in eo tractatu, & dicta Ang. probauit Alexand. conſilio 116. nume. ſexto, in 2.

Verum ſentẽtia iſta communiter reiicitur, ſicut ex infra dicendis conſtabit.

8 Tertia concluſio, bannitus cum publicatione bonorum, qui ex forma ſtatuti poteſt impune offendi, æquiparatur deportato, ac ideo amittit in eo loco, ad exemplum deportati, iura communia, & municipalia, ſic cenſuit gloſ. in §. cum autem, inſti. quib. mod. ius patr. pot. ſol. cui adhæruit Bal. in l. corruptionem. C. de vſufr. Specul. & Io. Andr. in tit. de inſtru. edit. §. compendioſe, in verſ. Quid de bannito, & ſequuntur plures alij relati per Alex. conſi. 23. & 75. in primo, & conſilio 116. in 2. quibus in locis gloſ. opinionẽ amplecti videtur. Huius quoquo opinionis fuit Ange. in dicta diſputat. ubi inquit, quod hi, ſic banniti, æquiparantur transfugis, qui, & ipſi impune offendi poſſunt l. 3. §. transfugas. ff. de ſicar. l. poſtliminium. §. transfugę. ff. de captiu. & bona ac iura in ciuitate amittũt, ad l. transfugam. ff. de acquirend. rer. domi. horum etiam opinionem habuit Iaſ. conſ. 166. & 167. in 2.

9 Sed horum opinio communiter improbatur, & communis ſcriptorum in hac re ſententia eſt, vt ſic bannitus ex forma legum, & ſtatutorum illius patrię amittat quidem iura, & beneficia municipalia ac propria illius ciuitatis, prouinciæ, & regni: non autem iura gentium, vel iura ciuilia, & communia, in eo loco, ſic poſt Iac. de Are. eleganter probauit Bar. in d. diſput. Lucanæ Ciuitatis. nu. 20. & 21. & in extrauag. qui ſint rebel. in gloſ. rebellando. colum. vlt. vbi limitat: cum per ſtatutum loci ſic bannito adempta ſunt beneficia iuris cõmunis, vel cum per ſententiam banni à Principe latam, ſibi adempta fuiſſent, idem Bart. in l. certa forma. C. de iure fiſ. libr. 10. vbi Ang. in addit. limitat vt ſupra, & idem Bar. in d. l. 1. quem ibi ſequuntur Bal. Ang. & latius Salycet. in 6. quæſtio. Paul. Alexan. Corn. & Iaſ. & idem Bart. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminutio. & in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebellian. ſequuntur Imol. Paul. Alexand. Ripa, & Claud. & eſt communis traditio. Nellus in prima par. ſecun. tempor. quęſtione quinta: Curtius ſenior. in conſilio ſexageſimo, Dux Filippus,

pus,num.quadrageſimoquinto, & qua
drageſimoſexto. Curtius iunior conſi-
lio 182.numer. quarto: Claud. Aquenſ.
in rep.d.l.vt vim.numer.decimonono,
Corn.conſilio quinquageſimotertio,in
1. volumine. Et hanc probarunt Angel.
Aret.in dicto.§.cum autem. Alex.conſ.
vigeſimoſexto, in ſexto. Socin. iunior
conſil.174.in 2.Egid.Boſ.in titu.Banni-
ti quid amitt. numer.10.cum alijs addu-
ctis per d.Decian.conſil.64.nu.41.in 3.
& per D.Menoch.d.conſil.271. nume.
19. nam & deportati, & transfugæ ab
Imperio Romano non amittebant iura
gentium,& naturalia,ſed tantum iura ci
uilia ab eo Imperio lata: igitur pari mo-
do banniti ab vna ciuitate, Prouincia,
vel Regno iuxta leges illius Regni amit
tent quidem iura propria illius Regni,
& Prouinciæ, ſed non iura ciuilia Ro-
man. vniuerſalia in eo loco,ad hoc etiã
plures inducuntur rationes per Docto-
res dictis in locis,quas minime tranſcri
bere decreui: quia videri poſſunt, &
quia cum communi tranſeundum eſt.
quam etiam probauit Ceſal.conſi.324.
nume.31.

Notandum tamen eſt, quia effectus
iſte, vt ſic bannitus, qui impune poteſt
offendi,amittat iura propria, & particu
laria illius Prouinciæ: non prouenit ex
eo,quia eius bona fuerint publicata, nã
bonorum publicatio, vt dixi in prima
concluſione,non parit effectum incapa-
citatis,quò ad futuras acquiſitiones,ſed
ex eo, quia cum poſſit impune offendi,
videtur eidem indictum bellum, tã per
officiales publicos, quàm per homines
priuatos,ideo veluti hoſtis patriæ amit-
tit iura, & beneficia patriæ.

10 Quocirca, ſi quis ob aliquam ſuam
culpam condemnatus fuiſſet, vt à quo-
cunq; impunè offendi poſſet, quamuis
non fuiſſent bona ſibi infiſcata, amitte-
ret iſte ſic cõdẽnatus iura propria illius
ciuitatis,quaſi ab ea deficiens,ſic Barto.
in l.publicorum.columna tertia.ff.de pu
blic.iud.per tex.in dicta l.amiſſione. §.
qui deficiunt. Quod tu intellige,in ſim-
pliciter condemnato: ſecus in condem-
nato in certa pecuniaria ſumma, pro
qua condemnatus, interim donec illam
ſolueret,impunè occidi poſſet: nam pœ
na impunitatis non eſt mortalis,ſed me
dicinalis,& reſolubilis per ſolutionẽ,ſicu
ti Bartol.ipſe explicuit dicto loco: vbi in
fert hũc retinere iura propria ſuę ciuita
tis, & clarius Salycetus in dicta lege pri
ma,in vltima quęſtione. quòd nota, &
obſerua ad intellectum ſtatuti Paduani
permittentis condemnatũ in libris 50.
& ſupra, ſi non ſoluerit, poſſe impune
interfici.

11 Ex his autem: quòd bannitus,qui im
pune durante banno interfici poteſt,
amittat in eo loco iura municipalia, &
retineat iura ciuilia communia,ac gen-
tium iura,infertur: quòd ſic Bannitus re
putetur vti forenſis: nam & forenſes nõ
gaudent iuribus particularibus ciuita-
tis, & Prouincię. ſic in ſpecie conſuluit
Paduę.Paul.Caſt.conſil.212. omiſſo in
2. vbi infert ſtatutum Paduanum inha-
bilitans forenſes acquirere,locum quo-
que habeat in bannitis à Padua, ſecu-
tus eſt Alexan.conſi.75.nume. 14.in 1.
Decian. conſil. 86.numer. 33. in 3. Bo-
ſius in titul. de crimin. læſæ maieſtat.
nume. 93.

12 Sic etiam ſtatutum priuilegians ma-
ſculos in ſucceſſione defuncti, ad exclu-
ſionem fęminarũ, non prodeſt agnatis
bãnitis.ſic Bar.in d.diſputat.nu.28.& in
d.§.qui deficiũt.Bal.in l.gallus.§.& quid
ſi tantum.ff.de lib.& poſth. Paul. Caſtr.
conſ.56.in 1.Socin.conſil.58. viſis. col.
vlt.in 1.Brun. de ſtatut.exclud.artic.12.
num.90. etiam quò ad bona ſita in alio
territorio,Caſtr. in d. l. 1.C.de hæred.
inſtit.ideo ſtatutum Paduanum admit-
tens fratrem defuncti ad ſucceſſionem
cum filia pro dimidia, non iuuat fratri
bannito, ſic Saly. in d. l. 1. in 6. quæſt.
Item ſic bannitus non poterit vti benefi
cio retractus municipalis, Tiraq. de re
tract.lignag.§.1.gloſ.9. nume. 27. Item
nec iuuari poterit ſtatuto de lucro do-
tis, Alber.4.par. ſtat. quęſt.13.Iaſ.d.l.1.
colum.penult.Merzar.qui alios adducit
conſil. 18.

Item



23 Item nec capere poterit ex teſtamen
to, iure ſpeciali illius ciuitatis condito,
ſic Bar.in d.§.ex facto: & in d.l.1.& in d.
§.qui deficiunt, ac in dicta diſputatione
num.27. & ſequuntur communiter Do
ctores vbique, ſimiliter nec teſtari pote-
rit ex beneficio ſtatuti illius loci,Bar. in
dictis locis,& idem Barto. & Aretin. in
l.eius. §. 1. ff. de teſtam. Iaſ. in d. l.1.co-
lum.penult.

14 Ideo bannitus incapax ſucceſſionis
non poteſt vti beneficio.l.fin.C. de edi.
d. Adr. toll. Bald. ibi nume. 42.D.Me-
noch.in conſi.180.nume.84.in 2.

15 Limita in beneficijs concernentibus
publicam vtilitatem, nam hæc bannitus
non perdit.l.ſi quis in graui. §.hi quo-
que.ff.ad Syllan. Alex. in l. cum mulier.
nu.9.ff. ſolut.matrimo.

16 Limita ſecundò,in prǽiudicialibus ip
ſi bannito, nam ex vi ſtatuti poteſt agi,
& excipi aduerſus bannitũ, nè alioquin
ex ſuo delicto lucrum aſſequatur, ad l.ſi
ue hæreditaria.ff.de neg.geſt. & l.itaq;
fullo.ff.de furt.Bar.in d.§.qui deficiunt:
& in d.diſputat.nu.20.& in l.tutelas. §.
fin.ff.de cap.dimin. Nellus in 1. par. ſec.
temp.q.5.Roman.conſi.73.nu.4.Socin.
conſi.58.col.vlti.in 1.& fuit dictum Bal.
in l.fin.C. ſi prop. pub. penſ. ſequuntur
alij relati per Felyn.in c.intelleximus in
2.no.extra de iudic. ideo bannitus non
eſt immunis à collectis, & alijs oneribus
publicis,Dyn.Bar.& alij in l.ſi ſeruus plu
riũ.§. 1.ff.de leg.1.Bar.in l.1.inter quos.
§.1.ff.de damno inf.& eſt generale: ꝙ vbi
ex delicto quis priuat̃, priuatio illa intel
ligit̃,quoad ꝓficua illi, non quoad dam
noſa & præiudicialia. Iaſ. in Auth. hoc
amplius col.3.in 4.limit.C.de fideicom.
vbi ex pluribus comprobat.

17 Limita tertiò,in ijs,quæ ad alios ſpe-
ctant: puta quia agatur de ſuccedendo
defuncto bannito,nam inter concurren
tes ad eius ſucceſſionem, qui ſint de ea
prouincia à qua exulabat, lex loci ſeruã
da erit,Bal.& Corn.in d.l.1.col.vlt.vnde
infero, malè ſenſiſſe Ludou. Bologn. in
ſuo conſil.70.vbi non relata Bald.doctri
na contrarium reſpondit, vt bannito iu
re communi ſuccedatur.

18 Porrò cum ſic bannitus retineat in lo
co iura ciuilia,& gentiũ,proinde infer-
tur,vt retineat iura ſanguinis, & agna-
tionis,& idcirco bannitum filium pater
alere tenetur, & ad id compelli poteſt:
item exigente ſtatuto conſenſum fratris
in maritanda ſorore, ſufficiet conſenſus
fratris banniti,ſic pulchrè Soc.iun.con-
ſi.54.per totum in 3. vbi plures adducit
& quòd parentes filios bannitos,& è cõ
tra,alere teneantur,notarunt Rainer.&
Bar.in l.ſi quis à liberis.§.vtrũ. ff. de lib.
agnoſc.Gomeſius inſtitut. de action. in
princ.nu.32.Deciſ. Pedem.124.& vltra
eos. Nell. in p. par.2.tempor.q.48.Ce
ſal.conſ.498.Immo ſtatutum prohibens
preſtari aliquid bannitis,non videtur in
hibere patrem quò ad alimenta filij ban
niti: vel è contra: Socin.iun.conſ. 54. ſu-
pra allegato.

19 Item ſic bannitus in eo loco poterit
contrahere, & contrahendo iure com-
muni ſibi acquirere, ex quibuſcunque
cauſis; ac inſuper retinet teſtamenti fa-
ctionem in eo loco actiuam, & paſſiuam
iure communi tamen, etiam pro bonis
ſitis in eo territorio,ſic Bar. in d. §. qui
deficiunt: & in d.§.ex facto: & in d.l.1.&
in dicta diſputat. & ſequuntur commu-
niter Doctores dictis in locis, & pro fi-
lio bannito in ſucceſſione patris,reſpon
dit Anch.conſ.275. & è contra pro pa-
tre bannito,in bonis filij.Paul.Caſtren.
conſi.56.in 1.& generaliter in omni ac-
quiſitione. Alexand.d.conſ.26.in 1.ple-
niſſime D.Menoch.in d.conſil. 271.vbi
ex teſtamento in bonis vbique ſitis,Cla
rus.§.teſtamentum.q.20.Port.Imol.cõ
ſil.48.col.2.cui ſubſcripſit Excell. Man-
tua. Ripa id d. §. ex facto. colum. vlt.
vbi infert.

20 Quòd ſi bannitus fuerit datus tutor
ſecundum formam iuris communis,nõ
deſinet eſſe tutor propter bannum,niſi
per iudicem remoueatur,& fuit deciſio.
Bal.conſi.54.ſtatuto Terræ: in 5.

21 Item ſi Bannitus ſit notarius auctori-
tate Imperiali,propter bannum nõ de-
ſinit eſſe notarius. Ancharan.conſ.287.

Item

22 Item filij ipſi banniti poſiti in conditione, faciunt deficere conditionem fideicōmiſſi iniuncti ad onus patris: quia de iure communi ſunt capaces, & ſiquidem diſpoſitiue ſunt vocati, capiunt ipſi, aliàs pater diſponere poteſt, ad not. in l. filius familias. §. cum quis. ff. de lega. 1. & ſi pater fuiſſet bannitus cum bonorũ publicatione, filij ipſi banniti poſt mortem patris capiunt, cum diſpoſitiue vocantur etiam ex coniecturis Socin. iun. conſi. 174. in 2. aliàs operarentur defectum conditionis ad commodum fiſci: & ſic intelligo, quæ Ripa ſcripſit in d. §. ex facto. col. vlt. aliàs male ſenſiſſet, & in terminis addo Hier. Gabr. conſ. 123. nu. 36. vbi pro filio nato ex bannito poſt bãnum cum publicatione bonorũ reſpondit vt ſit capax fideicommiſſi iniuncti patri ſuo.

23 Infertur etiam, quòd ſic bannitus retineat in filijs patr. poteſtatem, quia eſt de iure communi ciuium Romanorum: inſtit. de patr. poteſt. in princip. ſic concludunt Bal. Angel. & Alexan. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri: per illum tex. ff. ſolut. matr. Bal. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & in d. l. 1. C. de hęred. inſtit. Nellus in prima part. ſec. tempor. q. 20. Corn. conſ. 55. in 2. Ripa in d. §. ex facto, nume. 19. ex quo infert poſt Bald. in d. l. 1. nu. 19. filio banniti non eſſe dandum tutorem, quia tutor datur ei, qui nõ eſt in poteſtate alterius. l. fin. in princip. C. de cur. fur. & inſtitut. de tutel. in princip. ſed dabitur curator, ad inſtar eius, cuius pater apud hoſtes eſt. l. muto. §. ei cuius. ff. de tutel. Item quòd filius banniti non poterit teſtari Corn. d. conſil. 55. Item quòd nec filius bannitus à patre in teſtamento impunè pręteriri nequibit. idē Corn. conſ. 24. in 2. Curt. iunior conſi. 182. Sed contra, quòd perdatur patria poteſtas, cum per bannum pater poteſt impune offendi, determinauit Bar. in l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adulter. adducit tex. in l. poſtliminium. §. filius. ff. de captiu. & in l. minime. ff. de releg. & hæc Bar. opinio procedit ea ratione: quia hos ſic bannitos transfugis comparat, ſicuti latius ſcripſit in d. diſputat. ſub num. 18. quos actiue, & paſſiue amittere patr. pot. conſtat. & cum Bar. tranſiuit Alexand. conſi. 75. nu. 11. in 1. Tiraquel. dicto loco. nu. 29. Tu dic Bar. ſententiam veram eſſe, in rebellibus, & transfugis, qui in hoſtes ſe conuertunt: in quibus terminis loquuntur iura per eum adducta: diuerſum eſt in bannitis pro alio crimine capitali, etiã quod impune poſſint offendi ex lege municipij: ſic diſtinguendo ſenſit Salyc. in d. l. 1. C. de hæred. inſtit. in 6. q. & in terminis d. Ripa in l. fin. quæſtio. 23. C. de reuoc. donati. Socin. iun. conſ. 54. in 3. nil mirum, nam horum condemnatio, non vltra illos grauat in ære, & in iuribus ſuis, & ſic etiam diſtinguendo ſenſit Claud. Aq. in l. 1. §. fin. nu. 13. ff. de iuſt. & iure.

24 Item ſic bannitus poterit eligere, & arbitrari, Bar. Ang. & Doct. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus: idem Bar. in l. Pedius. ff. de arbitr. & eſt cõmunis opinio, vt Fortun. retulit in rep. d. §. & quid ſi tantum, quamuis illam impugnet, & male iudicio meo, quia ſi retinet in loco iura cõmunia, ergo nõ amittit voluntatē, & quæ ad factum & ius pertinent. hīc ex forma ſtatuti de conſilio ſapientis eligi poterit in conſultorem Doctor bannitus à ſua patria, iuxta tamen præmiſſam diſtinctionem: veluti pulchre ſcripſit in ſuo eleganti tractat. de conſ. ſapient. lib. 3. cap. 3. excell. D. Pax Scala mihi maxima familiaritate coniunctus.

25 Ex prædictis autem infertur: quòd bannitus ab Imperatore, qui impunè poteſt offendi, amittit iuris ciuilis beneficia, quaſi hoſtis Imperij, in terris ſubditis Imperio, ad tex. in l. amiſſione. §. qui deficiũt. ff. de cap. dimi. iura autem gentium, & naturalia non perdit, niſi per ſententiam ſibi ablata fuerint. Bar. in extrauag. qui ſint rebelles, in gloſ. rebellando. nu. 20. & in d. §. qui deficiunt, Ange. Imol. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſol. mat. Nell. in 1. par. ſec. temp. q. 4. cum adductis per D. Menoch. conſ. 101. num. 8. in 1. & idem eſt cum per legem Imperatoris, aut per ſententiam, quis

banno



banno Imperiali annotatus fuiſſet, nam talem effectum ſecum ferret ea ſententia: vt ille amittat beneficia iuris ciuilis. Bal. poſt Guliel. in Auth. quęcunque. C. de epiſ. & cler. Ang. Imol. & Alex. in d. §. ſi patri, vbi exemplificant in caſu illius Authen. & in Auth. item nulla communitas. C. eod. & in Auth. Caſſa, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in Authen. Nauigia. C. de furt. in terris autem non ſubditis Imperio, in quibus iura ciuilia ſeruantur, banni Imperialis effectus non ſe extendet, quia in iis Imperator ius non dicit, nec bona, vel iura eorum locorum afficit, aut afficere poteſt ad l. fin. ff. de iur. omnium iudicum, & cap. vt animarum: de conſti. in 6. & multominus amittit ſic bannitus iura propria Regũ, Principum, & ciuitatum non recognoſcentium Imperatorem in ſuperiorem, ſicuti pulchrè idem Bar. docuit dicto loco, vbi ſecus concludit quo ad iura aliorũ Dominorum ſub Imperio cōſtitutorũ, quales ſunt Imperii vaſalli, nam amittit bannitus ab Imperatore iura ciuilia, & propria in terris illorum Dominorum.

26 Item bannitus à Papa, qui poteſt in Terris ſubiectis iuriſdictioni temporali Eccleſ. Rom. impune offendi, is quidem amittit iura propria, & iura ciuilia in Terris illis: quia Papa iura Imperii Romani, actu, & habitu, tenet in eis Terris, ſic clarè ſenſit Bar. in l. hoſtes, columna, prima, & ſecunda. ff. de captiu. & in d. gloſſ. rebellando. nume. vigeſimo, & vigeſimoſecundo. Ripa in dicto §. ex facto. numero decimoquarto. Exemplum de banno Pontificio, habetur in capit. pro humani, de homicid. in 6. & in cap. Felicis. de pęnis in 6. Extra autem ciuitates Romanæ Eccleſiæ ſubditas in temporalibus bannũ pontificium nõ ſe extēdit, quia in his iuriſdictionem temporalem non exercet.

27 Similiter bannitus ab vno Rege, vel vna Prouincia, non amittit iura, in alio Regno, vel Prouincia, vt eſt notum per reg. in dict. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & releg. gloſ. notab. in c. 1. in titul. Hic finitur lex. Bartol. in dicto loco. Bald. in d. Authentic. item nulla communitas: & idem Bald. in l. 1. colum. 6. C. de hæred. inſtitut. Iaſ. in d. l. fin. colum. 1. Ripa in dicto §. ex facto. nume. 14.

28 Item extra territorium bannientis non poteſt bannitus impunè offendi, licet ex ſtatuto intra territorium potuiſſet: & occidens de homicidio teneretur. Ripa, & Iaſ. dictis locis poſt Imo. & Petr. de Anchar. per eos relatos: Intellige tamen, quòd occiſor banniti extra territorium bannientis non poteſt per iudicē bannientem puniri, licet per iudicem loci homicidij ſic, Iaſ. d. l. fin. num. 22. poſt Bal. in l. 1. col. 8. C. de ſum. Trin. Corn. d. l. 1. nume. 20. C. de hæred. inſtit. Afflict. in cap. 1. in 5. not. in tit. Hic finitur lex, & eſt ratio: quia bannum comittatur perſonam vbique, ſicuti excommunicatio, & lepra, leproſum, quamuis, quòd etiã per iudicem bannientem, eo caſu, procedi poſſit, ſi occiſus erat ciuis ciuitatis bannientis: quia per bannum iura communia non amittit: conſulendo ſcripſerit Lud. Bolog. conſ. 57. ſed prior opinio verior eſt, quam probauit Nellus in ſec. part. ſec. Temp. quęſt. 57. & de facto ſeruatur.

29 Amplia, vt nec etiam in Terris confederatis poſſit detineri, aut puniri, vel impunè offendi, Barto. in l. non dubito. ff. de captiu. & in l. cunctos populos, in 8. quæſt. C. de ſumm.. Trin. Bal. in l. etiam. nu. 6. & 7. C. de iure dot. & in l. executorem. nume. 32. C. de exec. rei iudic. Iaſ. in d. l. fin. nume. 21. & Dec. nume. 15. ff. de iuriſd. omn. iud. Nellus in ſec. par. 2. Temp. q. 36. limita cum per ſtatuta aliter fuiſſet diſpoſitum, Bar. & Doctores in dictis locis, limita ſecundò, cum in capitulis cōfederationis aliter fuiſſet conuentum, Nellus, & Dec. vbi ſupra: limita tertio in locis perpetuò vnitis cum translatione meri, & mixti Imperij. Bal. d. l. etiam. limita denique cum terra perpetuò confederata ſibi reſeruaſſet merum & mixtum Imperium, ſed ſuperior mandaſſet bannitos non poſſe ibi

 recipi.

recipi.Bald.dicto loco.
30 Iuxta prædicta ſtat ſolemnis dubita-
tio: quia videtur quòd ſic bannitus,qui
impunè offendi poteſt, non valeat cum
effectu ſibi acquirere bona:& ex contra
ctibus,obligationes,& actiones in eo lo
co à quo exulat: quia cum ſit factus ho-
ſtis patrię,iudex illius loci poterit ſibi de
negare audientiam,cum ſit extra prote
ctionem ſuam: ſic ſanè aduertit Bart. in
d.§.qui deficiũt:& in dicta diſputat.nu.
24.adducit tex. in l.ſed ſi per prætorem.
§.ſi cum decreto.ff.ex quib.cau.ma. vbi
idem Bar.not.quod etiam explicite vo-
luit Paul. Caſt.in d.l. 1. C. de hęred. in
ſtit.& in d.§.ex facto, ſequitur Iaſ. in ea
l.nu.6.vbi inquit poſt Paul.Caſtr.quòd
iudex loci poterit denegare audientiã
ſic bannito:quia ſtatutum in ſuo territo
rio poteſt obumbrare,& offuſcare bene
ficia iuris communis in præiudicium al
terius: extra verò territorium loci ban-
nientis,poterit bannitus capere ẽt ex a-
ctibus factis intra territorium, veluti ex
teſtamento iure cõi condito: ſic Caſtr.
ibi,cuius ſanè dicta reaſſumpſit Alex.cõ
ſi.23.& conſ.75.in 1.Sigiſmũd.Lofred.
conſ.45.nu.8.& 9.& D.Menoch.d. cõſ.
271.nu.20.Item Rainer. antiquus Do-
ctor,in d.l.1.abſolute tenuit,ſic bannitũ
non poſſe acquirere bona in eo loco, &
ſecutus eſt Ioan.de Imol.in d.§.ex facto,
& in d.§.& quid ſi tãtum,& horum om-
nium dicta recenſuit Iaſ.conſ. 166. in 3.
col.verſ.5.facit,in 2.Riminal.ſen. conſi.
243.nu.7.in 2.vbi quoque atteſtãtur de
communi.Ruin.conſ.49.nu.4. in 4. vbi
hanc ex pluribus probauit Alciat. conſ.
54.nu.3.lib.5. & in eodem caſu conſ.6.
ad finem:in 2.vbi refert ſic ſeruari in ſta
tu Mediolani,quod ẽt aſſeuerauit Clar.
in ſua pract.crim.§.fin.q.71.& ſic quoq;
conſuloerũt Padue D.Ant.Fran.de Do
ctorib. Pariſ. Achilles de ſenis, & Burſ.
quos retulit, & ſecutus fuit Ioan.Bap.
Ferretus conſ.169.Curt.iun. conſ. 100.
nu.2.Fortun.d.§.& quid ſi tantum. nu.
27.Lud.Cattus inter conſ. crim. Tomo
1.conſ.103.nu.5.Ioſeph.Ludou. in Pe-
ruſin.deciſio.11.nu.7.Decian.conſ.86.
nume. 31. in 3. vbi late comprobat, &
confirmat: concludens ſic bannitum ex
ſubſtitutione iure communi ſuccedere
non poſſe in bonis intra territorium,
quia iudex loci bannientis illum non au
diet; cuius quoq; ſententiæ fuit clariſſ.
Menoch.conſ.91.nu.1.conſil.101.num.
9. in 1.Amplius voluit Barto.in d.l.1.ad
finem,quòd fiſcus loci bannientis pote-
rit ab eo,vti ab indigno,bona auferre.
31 Horum autem opinioni conſonat de
ciſio Bal. in l.ſi qua pœna. ff. de his,qui
ſunt ſui,vbi determinat quòd filio bãni
to in ære,& in perſona,non debeatur le
gitima in bonis patris,& fiſcus ex perſo
na filii nõ poſſit illam petere: ſecutus eſt
Paul.Caſtr.d.conſil. 212. omiſſo.col.1.
in 2. Alex.conſ.75.nume.13.in 1.Iaſ.in
Auth.nõ licet,in 8.limitat.C.de lib.præ
ter.Dec.conſ.438.nu.8.& in eodem ca-
ſu Curt.iun.conſ. 182.col.3.cuius quo-
que opinionis fuit idemmet. Bald. con-
ſil. 7.in 2.
32 Inſuper bannitus, qui in perſona po-
teſt impune offendi,videtur etiam ꝙ in
ſuis rebus poſſit impune depredari, qa
perſona rebus nobilior eſt.l. iuſtiſſime.
ff.edil.edic.
33 Vnde, qui impune occidi poteſt, is
quoque impunè vulneratur: quia vul-
nus eſt infra homicidium, Bartol. in l.
nec in ea.ff.de adulter. Ang. Imol.& Iaſ.
in l. in ſuis.ff.de lib.& poſth.& in termi-
nis ſubiectis ſic ſenſiſſe videtur Bartol.
in d.diſputat. ſub nume. 18.vbi ſic ban-
nitos transfugis comparat: quia effi-
ciuntur hoſtes patriæ, & idem Bartol.
in d. extrauag. qui ſint rebell. in gloſſ.
rebellando. col. 3. vbi adducit, quòd
transfugis bellum erat indictum, ita vt
à priuatis impune poterant occidi, ad
l. 3. §. transfugas.ff.de ſicar.& capti, ac
in fortiam magiſtratus ducti, furcis ſu-
ſpendebantur, vel igni ſubiiciebantur,
ad l. ſi quis aliquid.§.transfuga.ff.de pę
nis: bona autem transfugę poſſunt im-
punè per priuatos, antequam infiſcata
ſint,occupari.l.transfugam.ff.de acq.re
rũ dom.igitur,& pari modo ſic bannito
rum bona, idem etiam ſenſiſſe videtur
Bart.



Bar.ipſe in l.vt vim.colum.2.ff. de iuſti.
& iure, & clare Dec. ibi nu. 14. Claud.
Aq.col.2.& in rep.nu.21.explicite,Bal.
in c. in literis.col. 1.extra de reſtit. ſpol.
& in l.fin.C.ſi contra ius.Paul.Caſt.in d.
l.in ſuis.Alexan.in l.1.C.de hæred.inſt.
Tiraq. de Retr.conuent.§.1.gloſ.5. nu.
12.Anton.Gabriel. qui plures adducit:
lib. 5.com.opin.in tit.de reſtit.ſpol.con
cluſ.1.nume.185.Felyn.in c.quæ in eccle
ſiarum. nu. 19. extra de conſtitution. &
ſic quoque conſulendo reſponderunt
Curt.ſenior.conſi.60.Dux Filippus,co-
lum.11.Ruin.conſ.49.ſupraalleg.ſub nu.
6.verſ. ſed dato. Curt.iunior conſi. 182.
nu.7.clariſſ.Menoch.conſi.91.nu. 4.
34 Pro reſolutione huius articuli,qui eſt
valde neceſſarius, & vtilis in materia:
pręmittendum eſt, quòd ſtatutum loci
poteſt expreſſe,& ęquipollentur aufer-
re bannito ius acquirendi, & retinendi
bona etiam ex cauſis iuriſgentium,& iu
ris cõmunis,in loco à quo exulat:ad no.
in l.fin.C.ſi contra ius,& in c.quæ in ec-
cleſiarum,extr.de conſtit. & in terminis
Bar.in d. gloſ. rebellando. col. vlt.idem
Bar.Ange.in d.l.certa forma. C. de iure
fiſc.nil mirum: quia lex ex cauſa poteſt
facere aliquam perſonam incapacem,vt
dixi in princ.huius tractatus de incapa-
cibus, æquipollenter autem diceretur
prohibuiſſe:ſi ſtatutũ diceret,quòd ban
nitus ſit extra protectionem iuris cõis.
Bal.in l. 1.C.ſi pend.appell. Alex.Claud.
& Ripa nu. 16. in d. §. ex facto, Alex. &
Corn.nu.38.in d.l.1.C.de hæred.inſtit.
35 Idem ſi ſtatutum diceret, quòd ban-
nitus excluderetur ab omni actu legiti-
mo. Alex. conſi. 75. in 1. vbi propterea
infert, ſtante tali ſtatuto filius exclu da-
tur à ſucceſſione patris,idem eſt,ſi ſtatu
tum diceret, ꝙ bannito ius non redda-
tur,nam ab omni iure ciuili,& patrio vi-
deretur ſemotus, & quæcunq; acta per
eum facta, etiam parte non opponente,
eſſent ipſo iure nulla,Bal. d. l. 1.colum.
vlt. cum concord. adductis per Iaſ. d.
conſ.166.& 168.col.3.Sed aduerte,quia
Bal. ipſe ſub nu. 21.in col. pręced.decla-
rando iſtum paſſum, voluit & rectius,
non obſtante illo ſtatuto, bannitum eſ-
ſe habilem ad acquirendum,& acquire
re poſſe, quia ſtatutum ſupra relatum
non diſponit de iure quærendo,vel non
quærendo,ſed de eius exercitio,& ſæpe
ius queritur, nõ tamen exerceri poteſt,
ad not.in l.doli mali.ff. de nouation. &
in c. ſi quis in ius, de regul.iur. in 6.vn-
de infert, quòd talis ſic bannitus pote
rit ſuccedere ab inteſtato,& ex teſtamẽ
to de iure communi,nec inutilis erit ſuc
ceſſio,vt ibi plenius per eum. Illud quidẽ
verum eſt, quòd proceſſus per eum for-
matus ſuper petitione iuris ſui,erit ipſo
iure nullus:per ea,quæ ipſe dicit,& ſub-
ſcribit Corn.ibi,Aliud exemplum retu-
lit Iaſ.in eo conſ.166.de ſtatuto Mediol.
diſponente: quod banniti non audian-
tur aliquo modo ſuper petitione iuris
ſui: vel quod non poſſint procedere ali
quo modo,Ruin.d.conſi.49.nu.7.
Extra iſtos caſus,concluſio ſit: quòd
bannitus licet cum publicatione bono-
rum eſto,quòd in perſona poſſit impu-
ne offendi,quia tamen in loco retinet iu
ra gentium,& iura ciuilia communia,ſi-
cuti ſupra dixi,poterit ſibi ex illis cauſis
effectualiter acquirere,& iſta eſt cõis o-
pinio,quã Bar.ſenſit in locis præallegat.
Saly.Alex.& Corn.in d.l.1.vbi Corneus
in pen.col.communem dixit, idẽ Alex.
& Ripa in d.§.ex facto.nu.15.Imol.in c.
2.extra de teſtam.Ang. Aret. in §.cum
autem:inſti.quibus modis ius patr.pot.
ſol. Alex.d.conſi.26.in 1.Corn.conſ.55.
nu.26.in ſecundo.Cur.ſenior d.conſ.60.
D.Decian.conſi.64.nu.43.in 3.latiſſime
Menoch. d. conſil.271.nume. 19. & nu.
21. & magis communem dixerunt Car-
din. Alban.cõſ.8.nu.28.& Mich. Craſſ.
ſentent.recep.§.legatum.q.8.& ſub hoc
Ser.Domi.practicatum vidi,quòd confi
ſcatis bonis delinquentis, pręſentibus
& futuris:includantur etiã bona,quæ ex
ſucceſſione parẽtũ poſtea defũctorũ, ex
legibus,ad eos bãnitos deuoluta fuere.
36 Quorum ſententia probatur:nam de
portatus,qui in loco iura ciuilia amitte
bat:quia tamẽ iura gentium retinebat,
ideo ex contractib. iuriſgentiũ poterat

ſibi effectualiter acquirere, ad l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. mandati, igitur & bannitus ex eiſdem cauſis, & quæ à iure cõi procedunt, poterit cum effectu, ſibi ipſi in loco à quo exulat, quærere, cum in eo loco iura illa ſibi ſint integra & incolumia: planum autem eſt & indubitatum, bannitum in eo loco conuẽtum iudicialiter ſe, & res ſuas tueri poſſe, ad exemplum excommunicati. Bald. in d. l. 1. colum. penul. C. de hæred. inſti. Alber. in 4. par. ſtatut. q. 54. idem Bald. in l. peremptorias. nu. 35. C. ſenten. reſcin. non poſ. Iaſ. conſil. 167. nume. 3. in 2. vol.

37 Contraria autem diſſolui poſſunt, primo enim non obſtat, quod Bar. dixit in in d. l. 1. quòd fiſcus loci forte auferet bona à bãnito vti ab indigno: nam Bar. locutus fuit cum temperamento; & rectè: quia fiſcus non aufert ab aliquo, vti ab indigno, niſi pro cauſis indignitatis in iure expreſſis; ac idcirco dictum illud improbarũt Bal. & Corn. nu. 27. in d. l. j. & Iaſ. ibi, nu. 7. Nellus in prima par. ſec. temp. q. 39. Curt. ſen. d. conſ. 60. nu. 35. Ruyn. conſ. 123. nume. 6. in 4. Curt. Iun. d. conſ. 182. num. 7.

38 Non obſtat, quòd iudex loci poterit ſic bannito denegare audientiam, quaſi ſit hoſtis patriæ, & extra protectionem communis, nam ad hoc reſp. Bar. in d. diſputa. numero 24. idem Bar. & Ange. in dicta l. certa forma, quòd prodeſt ſic bannito habere actionem: quia ſpes eſt; quòd reſtituatur; quo caſu indubitãter iura, & actiones ſuas intendere poterit, ſequitur Ripa in dicto. §. ex facto. nume. 17. conſuluit Socin. ſenior conſ. 42. in 4. vbi in id adducit Ioan. And. in addition. ad Specul. in titulo de empt. & vendit. §. nunc dicendum, in verſi. vbi autem.

39 Secundò reſp. quòd immo efficaciter agere poterit ex ijs, quæ de deportato ſcripſit Bar. in l. quidam ſunt. ff. de pęnis, vbi concludit, deportatum poſſe actiones, quamuis ciuiles in iudicio exercere prouenientes ex contractibus iuriſgentiũ, qui in eo loco ſibi permittũtur, quia conceſſo vno, & illud conceſſum videtur quod ex eo ſequitur, & idem Bar. in l. ſi victum. ff. de re iud.

40 Tertiò reſpon. quòd poterit iura ſua alteri cedere ex cauſa nõ lucratiua, qui quidem poterit illas exercere: nec ſibi obſtabit banni exceptio: ſecundum Dyn. in ſua diſtinctione, in cap. ſi quis in ius, de regul. iuris in 6. & in l. doli mali, ff. de nouation. ſic à ſimili excommunicatus, qui per ſe agere nequit, poteſt actiones ſuas alteri vendere, vel cedere ex cauſa oneroſa, & ceſſionarius cum effectu agere poterit, gloſ. in capit. 1. de iure patr. in 6. Felin. in capit. intelleximus, extr. de iudic. numero 25. vbi alios refert.

41 Quartò reſpond. quòd & ſi plerique ſenſerint bannitum, qui per ſe in loco non poteſt agere, non etiam agere poſſe per procuratorem, ſicuti Alber. tradidit in 4. par. ſtat, q. 62. Nellus in prima par. ſec. tempor. q. 73. Berous conſil. 97. col. 1. in 3. ad regulam l. neq; per ſe. C. de hæred. inſtitu. attamen horum opinio non videtur tuta: quia bannum afficit perſonam, nõ ius, idcirco banni exceptio perſonalis eſt Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi pãtri. num. 5. ff. ſol. matr. Card. Alban. cõſil. 8. num. 32. Bal. in d. l. peremptorias, nu. 34. C. ſent. reſc. non poſſ. Non obſtant dicta per Pau. de Caſt. quem ſequũtur ſupra relati, nam ex præmiſſis multipliciter declinantur. Nec etiam obſtat quod Raine. ſcripſit in d. l. 1. nam eius opinio aduerſatur communi intẽtioni.

42 Quamobrem puto falſam eſſe deciſionem Bal. in d. l. ſi qua pęna: quam plures ſupra adducti ſequuntur, quatenus concludit, quòd filio bannito in ęre, & in perſona, non debeatur legitima in bonis patris poſt defuncti: nam deciſio hęc eſt contra communẽ: quia filius bannitus retinet in patria iura communia, ac iura ſanguinis, & patr. poteſt. & ſucceſſiones iure communi ex teſtamento, vel ab inteſtato ſibi debitas in bonis parentum, & cõiunctorum, ſicuti latius ſupra dixi, & in terminis eidem, mortuo patre, deberi legitimã, firmauit Pau. Caſt. dicto conſ. 212. omiſſo, in primo, Deciã.





dicto conſilio ſexageſimoquarto, nume. 43. in tertio: poteſt tamen Bald. deciſio duobus modis ſaluari: primò, in filio bãnito in ære, & in perſona, qui ob bannum reditus fuiſſet incapax ſuccedendi de iure ciuili, veluti pro crimine lęſæ maieſtat. ad terminos. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. Secundo ſaluari poteſt: vt in vita patris filio non debeatur legitima, adeo vt fiſcus ex illius perſona illam capere non poſſit, veluti tradiderunt Cremenſ. ſingul. 12. & 89. D. Gigas de crim. læſæ Maieſt. in vlt. par. quæſtio. 19.

Non ob. denique, quòd bannitus in ære, & in perſona poterit depredari, & ſic inutilis ſibi erit bonorum acquiſitio: nam reſpond. quòd & ſi propoſitio eſſet vera, non tamen pertineret ad impediẽdum bonorum acquiſitionem: nam & rebelles retinent dominium bonorũ, quamuis poſſint impune depredari, vel per ſententiam ſibi adimi. d. l. transfugam. ff. de acq. rerum dom. pulchre Bar. in d. gloſ. rebellando, colum. penult. Curt. dicto conſi. nu. 36. & latius ſcripſi infra in tit. de rebellibus, pro clara tamen difficultatis reſolutione, conſtituo nonnullas concluſiones, quas tamen iudicio melius ſentientium ſubijcio.

43 Prima eſt, bannitus banno Imperiali: in caſibus in iure ſcriptis: veluti in Authent. Nauigia. C. de Furt. in Auth. Caſſa. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. in Authen. item quacunque, & in Authentic. item nulla communitas, C. de epiſcop. & cleric. vel banno Põtificio: in caſu. cap. pro humani: de homicid. in 6. & in caſu cap. Felicis: de pœnis: eodem libro. hic ſic bannitus poteſt impune in rebus ſuis depredari, & derobari: ſic Bald. in capit. primo, in titul. Hic finitur lex: in vſibus feudorum: vbi ita intelligit gloſ. ibi, ſequuntur Aluarot. & Præpoſ. Mediolan. ibi Claudius Aquenſ. in l. vt vim, nu. 18. ff. de iuſt. & iure.

44 Secunda concluſio, bannitus pro rebelle: qui ſtatim commiſſo delicto intelligitur rebellis, & à lege damnatus: vt in d. extrauag. quoniam nuper: qui ſint rebel. ſtatim poteſt derobari. & depredari in rebus ſuis impunè: ante tamen ſentẽtiam infiſcatoriam, ſicuti latius declarauit Bar. in d. extrauag. in glo. rebellãdo, colum. 3. & latius ſcripſi infra, in titu. de rebellib.

45 Tertia concluſio, bannitus pro alio crimine vltra cauſam perduellionis; quãuis poſſit in perſonã impune offendi: nõ tamen poterit impune bonis ſpoliari, ratio eſt: quia ſtatutum & bannum ſunt ſtrictiſſimi iuris, vt ſupra dixi, ideo permiſſa offenſa in perſonam: non eſt amplianda permiſſio ad res, & bona: quia de his ſtatutum nõ loquitur. §. cum aũt. in Authen. de non elig. ſec. l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor. ff. de acquir. hered. etenim odia reſtringi debent. c. odia, de regulis iuris in 6. item in odioſis, & correctorijs legum, non fit extenſio de caſu ad caſum, etiam ex maioritate rationis, adnotata in Authentic. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et quia bona non deliquert, ſeũ d perſona, ideoq; perſona, non res grauatur, Salyc. in l. fina. C. de peric. & com. rei vend. Bertachin. de Gabell. parte vlt. nume. 24. vbi ita concludunt; quibus addo citatos ſupra ſub nume. 8.

Item quia ſtatuta Italiæ, & aliorum locorum, permittentia bannitos impune offendi poſſe, emanarunt ad terrendum eos, vt procul abſint pro ſtatu pacifico ciuitatis, & prouinciæ, quæ ſanè ratio non vniformiter concurrit in rebus eorum. Item cum commune loci permittat, bannitum poſſe acquirere ex cauſis iuriſgentium, & communis, non videtur conuenire, vt priuatus eas acquiſitiones auferre poſſit, nam & de iure communi, non licet priuato inuadere bona priuati, niſi in caſu ſpeciali, in quo, ob eius delictum bona ipſa aliàs in fiſcum cogebantur, veluti in transfuga & rebelle: nec his obſtat, quòd bannitus qui impune offendi poteſt æquipararetur transfugæ: nam hoc negatur in omnibus, ſed tantum quò ad hæc, vt in perſonam impune offendi poſſit: item & quo ad amiſſionem iurium municipalium loci, à quo exulat: & huius ſentẽtiæ

ſatis fuit Barto. Salyc. in d.l. 1. C. de hȩred. inſtit. in 5. quæſt. vbi diſtinguit inter bannitos pro crimine lȩſæ maieſt. & inter bannitos pro aliis criminibus, ſequitur Curt. ſenior. conſil. 60. nu. 36. & alii adducti ſupra. nume. 23. ad fi. Et clarè Nellus in ſecũd. par. ſecun. temp. q. 55. vbi tamẽ intelligit cum ſtatutum expreſſe diſponit de perſona, quòd bannitus poſſit in perſona impunè offendi: ſecus autem ſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur: quòd bannitus poſſet offendi: quia indiſtinctè ſecundum eum intelligeretur in perſona, & in rebus: & ſic quoque ſenſit poſt eum Ruin. in d. conſ. 49. col. 3. verſ. in quantum. adducit notata per Bar. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publicat. vbi inquit, quòd offenſa conſideratur in perſona & in rebus. & cum de offenſa ſit mẽtio ſimpliciter, intelligitur de vtraque: ſed ego in vtroque caſu rectius credo ſtatutum intelligi de offenſa in perſona tantum: & ſic cenſuit Illuſtr. Cardin. Alban. conſil. 8. nu. 28. cuius ſententiæ poſt Bald. fuit quoque Afflict. in c. 1. in 5. notab. nu. 4. in titu. hic finitur lex, Nec obſtat doctrina illa Bar. quia loquitur in offenſa prohibita: magis enim afficit negatio, quàm permiſſio, gloſ. cõmuniter recepta in l. hoc genus. ff. de cond. & dem.

46 Ex prædictis autem ſatis liquet, bannitos noſtri temporis non ȩquiparari deportatis, quamuis banniti ſint cũ publicatione bonorum: & præterea impune offendi poſſint: ideoque de iure, quamuis fiſcus occupet bona per deportatum acquiſita poſt illius deportationem, l. 2. C. de pœnis, l. 3. C. de bon. damn. non tamen occupat bona quæſita per bannitũ poſt ſententiam banni; ſic Bal. in dicta l. prima, in fine, C. de hæred. inſtit. Bal. Salyc. & Alexan. in l. ſororem. C. de indig. Aquen. in rep. l. vt vim. nume. 25. Curt. Antiq. conſ. 60. nu. 46. & hoc iure vtimur, & tradidit Natta conſi. 472. nu. 19.

47 Quare concluſiuè, banniti noſtri temporis, qui impunè offendi poſſunt: non ſunt comparandi per omnia, nec transfugis, nec deportatis, nec relegatis, ſed ſunt quȩdã tertia ſpecies, vt adnotauit Bal. in d.l. 1. nume. 4. & 15. Nellus in prima par. 2. tempor. quæſtio. 4. Alexand. conſil. 115. colum. 2. in ſecundo, vel dic æquiparari his, vel illis, pro qualitate pȩnæ, prout ſic tandem diffinit Pedemont. deciſio. 105. ideoque filii bannitorum & confiſcatorum noſtri temporis nati & concepti poſt ſententiam confiſcatoriam: capaces ſunt fideicommiſſorum quorumcunque, nec ſunt ad inſtar filiorum natorum ex deportatis: Socin. iun. conſ. 174. nu. 19. in 2. vbi refert ſic fuiſſe de mẽte Bar. & aliorum in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. & ſic cenſuit Petra Plancent. in tract. de fideicom. q. 11. nume. 613.

## DE REBELLIBVS, ET transfugis, Tit. VIII.

1 *Rebellis ad terminos l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. eſt incapax bonorum.*
2 *Rebelles crimine commiſſo ex tunc amittunt ea, quæ ſunt iuris ciuilis.*
3 *Non tamen amittunt Dominium, & ea quæ ſunt iuriſgentium.*
4 *Rebellium bona nondum infiſcata occupantibus conceduntur.*
5 *Rebellis poteſt impune occidi etiam nondum per ſententiam damnatus.*
6 *Rebellis ſtatim commiſſo delicto non poteſt acquirere ex teſtamẽto, nec ab inteſtato.*
7 *Item amittit feudalia, & dominium ciuile.*
8 *Rebelles qui ſint.*
9 *Extrauagans qui ſint rebelles habet locum in Papa, & Imperatore tantum.*
10 *Rebellis an quis ſit ante ſententiam, ex ſolo crimine.*
11 *Rebellium bona fiſcus nõ inuadit, niſi prius citato, & condemnato reo.*
12 *Rebellis notorius poteſt condemnari etiam non citatus.*

1 REBELLES in terminis l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maie. cadunt à bonis ſuis infames, ac incapaces bonorũ redduntur, & ſi in fortiam peruene-



peruenerint, gladio vltore pereunt, ſic arguit à maiori per illam l. ad horum incapacitatem Marian. ſen. conſi. 22. numer. 7. in 1. D. Decian. conſil. 18. nume. 341. in 1.

2 Generaliter autem rebelles commiſſo delicto ſtatim perdunt ea, quæ iuris ciuilis ſunt. l. amiſſione. §. qui deficiunt, & ibi not. ff. de cap. dimin. Bar. in extrauag. qui ſint rebell. in gloſ. rebellando, colum. 3. verſ. de pȩna verò, vbi infert quòd ſtatim amittunt ciuitatem, item amittunt patr. poteſtatem actiuè, & paſſiuè. l. poſtliminium. §. filius. ff. de captiu. pulcherrime Cepola in ciuilibus conſ. 58. nu. 24. vbi quod ſtatim reddũtur inteſtabiles actiue & paſſiue, & perdunt ius ſuccedẽdi in bonis paternis, & agnabilis & quorumcunque, & eſt ratio quia ſententia legis, in iis, quæ iuris ſunt, ſtatim operatur ſuos effectus, c. cum ſecundum, de hæretic. in 6. not. Domin. in c. Felicis, in 2. col. de pȩnis: ĩ eo. libro, Dec. conſ. 372. col. 3. & idem voluit Bal. in l. quæ ſub conditione. §. ſi. ff. de cond. inſti. & in rebelle Ferett. in conſ. infra allegando: nu. 9.

3 Non tamen amittunt directum dominium, quia iuriſgentium eſt, quoniã retinent ea, quæ iuris illius ſunt, niſi ſequatur ſentent a confiſcatoria, quia tũc omnia bona publicarentur. l. eorum., & l. fina. ff. ad l. Maieſt. l penulti. & l. fina. C. eodem. interim verò ante ſententiam capaces ſunt bonorum, & ex contractibus iuriſgentium acquirere poſſunt, & ſic ex Bar. vt ſupra colligitur, & cenſuit Pau. Caſt. conſ. 212. omiſſo ad finem in 2. Calcan. conſ. 52. col. 3. & 4. & eorum interim mortuorum memoria damnatur. l. fina. ff. ad l. Iul. Ma. quam ſanè materiam latius pertractaui in titu. de crimin. quæ mor. rei non exting.

4 Id tamen diffinitum eſt rebellium bona non adhuc infiſcata occupantibus cõcedi. l. transfuga. ff. de acquir. rerũ dom. poſt nõ, quia publica facta ſunt, ſic Bar. dicto loco, ſequitur Alexand. conſil. 13. nume. 6. & 7. in 6. Curt. ſen. conſ. 60. col. 11. Curt. iun. conſil. 137. nu. 13. Socin. iunior conſi. 68. nu. 141. D. Menoch. conſ. 101. nume. 29. Boſ. in titu. de crim. læ. Maie. nume. 130.

5 Nil mirum, quia rebellis poteſt etiam in perſona impunè offendi. l. 3. §. fina. ff. de ſicar. & l. proditores. ff. de re mil. etiã quòd ſit pater. l. minime. ff. de relig. & ibi notatur. Item poteſt capi, & vti ſeruus detineri, d. l. transfuga. fortius ergò in bonis inuadi, ſic ſane Bar. ibi arguit: & ſi agatur contra occiſorem, aut bonorum inuaſorem, poterit is in eo iudicio deducere, & probare ad ſui defenſam, de illius rebellione, arg. tex. in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de oper. nou. nunt. per quem ſic Bar. tradit in d. gloſ. rebellando. colum. vlt. in verſ. circa ſecundum: Secutus eſt Ancharan. conſi. 277. nume. 4. Ruin. conſ. 1. colum. 3. in 5. Grammat. voto. 10. num. 36. D. Gigas in ſuo tract. de crim. læſȩ maieſt. in titu. de rebell. q. 25. Boſ. in titul. de hæret. ſub nume. 29. & in tit. de crimin. læſȩ Maieſt. nu. 119. Clar. lib. 5. §. læſæ Maieſtatis, ad finem, & ſic practicatum fuit pro Ill. D. Duce Vrbini qui occiderat Cardin. Alidoſium vti rebellem S. R. Eccleſiæ, veluti retulit Ferett. conſ. 31. nu. 8. & 9.

6 Quia autem rebellis, crimine commiſſo, cõtinuò amittit, quȩ iuris ciuilis ſunt, idcirco amittit dominium ex cauſis iuris ciuilis prouenieus, item ex teſtamento, & ab inteſtato acquirere nequit, qa iuris ciuilis acquiſitiones ſunt. l. lege obuenire. ff. de verborum ſignifi. §. 1. inſtit. de hȩred. quȩ ab inteſt. pulchrè Marian. ſen. conſ. 22. columna prima, & ſecunda in primo: item nec præſcriptiones perficere, nec de nouo inchoare poteſt, quia iuris ciuilis ſunt: Bal. in ti. de pace conſt. in verbo: eã ſemper. & præterea amittit officia, & beneficia. cap. Felicis; de pœnis in 6. Iaſ. conſ. 86. colum. 1. in 3. Socin. iun. d. conſ. 68. nu. 51. in 3. & in eodem conſi. nume. 89. ubi quòd amittit feuda, ſecutus eſt D. Gigas in tit. de pȩnis committent. q. 21. D. Menoch. conſ. 101. nu. 2. Item amittit iuriſdictionalia omnia, quia à iure ciuili deſcẽdunt. Bar. d. glo. rebellando, nume. 18. & priuatus

ea

ea occupans nõ facit ſua, quia fiſci ſunt, ſic Bar. ibi, & Egid. in tit. de crim. læſæ Maieſt. nu. 130. & proſequitur D. Gigas in dicto loco, & præterea rebelli in eo Imperio, quia hoſtis eſt, ius non redditur, Cy. in l. 1. C. de Nat. lib. Bal. in Auth. habita. colum. 3. C. ne fili. pro patre.

7 Inde ex his infertur, rebellem ſtatim commiſſo delicto, amittere feudalia deuoluenda in dominum, aut in proximiores agnatos, pro eorum natura, & facti qualitate, ſic Iſer. & Bald. in cap. 1. §. callidis, in tit. de proh. feudi alienat. per Feder. & idem Andr. in cap. 1. in fine in tit. de feud. ſine culpa non amitt. Aret. in l. ſi quis poſt. ff. de teſt. Gram. deciſ. 105. ſub nu. 12. Gig. in d. ti. de pœn. commit. in 5. col. Afflict. poſt eundem Iſern. in cap. 1. in glo. 3. nu. 73. in tit. quæ fuit prima cauſ. Socin. ſenior. conſil. 4. nu. 24. in 3. Socin. iunior. d. conſil. nume. 109. Quamobrem veriſſima apud me eſt cõſultatio D. Menoch. pro Excelſa R.P. Genuę aduerſus Ill. D. Scipionem Fliſcum bannitum & Rebellem, vt in feudalib. ſuccedere nequiuerit, ſed ad R.P. deuoluta, vt latius per eum in ſec. dubio d. conſil. 101.

8 Qui autem ſint rebelles, declarauit Bart. in d. extrauag. in gloſ. tenore, vbi quinque modis tradidit quem eſſe rebellem. Scilicet cõuertendo ſe in hoſtes, denegando obedientiam Principi, vel non receptando eius gentem, exercendo opera hoſtilia in eum, & in eius ciuitates, & caſtra: machinãdo aduerſus perſonam ipſius Principis, & ſuorũ officialium, & ſequuntur vbique ſcriptores. Brun. conſ. 28. num. 1. Michael Vlcurun. de regim. mund. in 3. quæſt. 2 part. princip. num. 44. D. Gig. in tit. de rebellib. q. 1. & 2. vbi rebelles multifariam accipi declarat. Imol. & Anchar. in clem. paſtoralis, de re iud. Socin. iun. dicto conſi. 68. nume. 84. & infra, & nu. 140. Sed quò ad propoſitum, non omnis rebellio inducit crimen læſæ maieſtat. ſed ſolùm, quæ ſtatum Imperij concernit, idcirco citatus contumax in non comparando coram Imperatore, nõ propterea rebellis, quò ad hæc, exiſtimatur, ſic Bonif. Vitalin. in d. clem. paſtoralis. §. ſanè. ſequitur D. Gig. dicto loco in 3. q. Sed ante eos, fuit dictum Bar. in d. gloſ. rebellando in 2. colum. in princ. ſic, & qui mandatis Principis ſui non paruit, in concernentibus intereſſe priuatũ, vel Principis pecuniarium, rebellis non eſt. ſic Bal. conſ. 271. quæritur in 2. & in conſil. 159. ſuper eo, in 3. pulchrè Natt. in conſi. 596. per totum. Item non omnis, qui committit crimen læſæ Maieſt. rebellis eſt, ſicuti Egid. aduertit, & bene in titu. de crim. læſæ maieſt. nume. 68.

9 Porro conſtitutio illa extrauagans, Quoniam nuper; qui ſint rebell. habet quidem locum, cum ſubditus rebellat aduerſus Imperat. in quibus terminis loquitur, vel cum contra Papam, & eorum Vicarios: quia Papa vtitur iuribus Imperij, ſicuti Bar. cenſuit in d. glo. rebellando, in prima colum. & in extrauag. ad reprim. in verbo totius orbis. ſequitur Salyc. in l. 1. C. ad l. Iul. Ma. Petr. Anchara. conſi. 439. nume. 6. & 7. Alexand. conſi. 13. nu. 4. in 6. Sed non locum habet, cũ ſubditus rebellat aduerſus Reges, vel alios Principes, non recognoſcentes in temporalibus Papam, aut Imperatorẽ in ſuperiorem, vel etiã quòd illos recognoſcerent, eſſent tamen Principes perpetui pro ſe, & ad eorũ cõmodum, quia de his conſtitutio illa non loquitur, idcirco vti pęnalis non ad hos protendenda, ideo quoad hos, iura vetera ſeruantur, ad l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimin. vt ſcilicet amittant ea, quæ ſunt iuris ciuilis, poſſint in perſona, & in bonis impune depredari, & offendi. d. l. transfuga. cum alijs ſupra allegatis, & ſi in fortiam peruenerint, capitaliter cum bonorum ademptione puniantur, legibus ſupra allegatis, ſic Bar. in d. gloſ. rebellando. colum. 2. in verſ. ſed an hæc conſtitutio, & dicta Bar. probarunt vbique Doct. Petr. de Anchar. conſil. 287. Dec. conſil. 410. colum. vlt. D. Gigas d. loco. q. 18.

10 Ideo attenta Bar. ſententia, rebellis erga Papam, vel Imperatorem, ſtatim cõmiſſo



miſſo delicto, ante latam ſententiam cõdemnatoriam, vel declaratoriam, incidit in pœnas rebellium, per caſum in d. extrauaganti, & ita arguit Corn. conſi. 96. in quarto. Dec. conſil. 606. columna prima, ſecus autẽ ſi aduerſus alios Principes rebellio commiſſa fuerit: nam non ante ſententiam in rebellium pœnas incidet, & ſic procedere poteſt deciſio Paul. Caſſ. conſi. 212. omiſſo in ſecundo, vbi condemnatoriam requirit, & ante eum Bald. conſ. 96 proponitur in tertio, vbi quòd ante condemnatoriam maritus retinet ius municipale de lucro dotis, quamuis etiam per eam extrauag. quo ad alios Principes, vt rebellis ſtatim in pęnas cadat, ante latam condemnatoriam, tradiderit Bero. conſ. 176. nu. 97. in primo, & ſenſit Corn. d. conſi. 96. cuius tamen auctoritas euadi poteſt, quia loquitur in Vicario S. Pont. pro vt exprimit ipſe in 2. colum. & eſt vera diſtinctio.

11 Scias tamen, prout etiã ſupra dixi, ꝙ ad effectum confiſcationis, & ablationis bonorum, requiritur ſententia contra rebellem, nec ante eius bona inuadi poſſunt, ſicuti probauit Boſius in tit. de crimi. læſæ Maieſt. nume. 72. & 73. Grammat. ex multis per eum relatis deciſio. 15. vbi, & pręterea quòd requiritur citatio; aliàs declaratoria ferri non poteſt ad tex. in clem. paſtoralis, de re iud.

12 Niſi rebellio ſit notoria, notorio actus permanẽtis, veluti idem Grammat. declarauit deciſio. 105. columna tertia, & quarta, ſic intelligẽdus in ſua deciſio. 61. nume. 13. Poteſt enim princeps notorium rebellem, abſque alia citatione, condemnare, & abſque aliqua condemnatione, punire, ac illius bona inuadere. Iſern. in capit. primo, §. ſancimus, in tit. quo temp. miles, & ſequuntur plures relati ad hoc per Dom. Decian. conſ. 18. nu. 355. in 1. & conſi. 19. in 3. volum. latius ſcripſi in prima par. in tit. Hab. iura fiſ. nume. 61. & infra. & adde citationem non eſſe neceſſariam, cum reus ipſe citatus poſſet inſtrui ad fugam, vel aliàs perturbatio ſtatus contingere poſſet, Abb. & communiter poſteriores ad eum, in d. c. cum non ab homine: Felin. in d. c. Rodulfus, col. pen. de reſcrip. Ferett. d. conſ. 31. nume. 11. & infra.

## DE FILIIS REBELlium. Tit. IX.

1 *Filij rebellium ad terminos l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. ſunt incapaces ſucceſſionum.*

2 *Amplia, vt nec etiam ſuccedant in feudis antiquis poſſeſſis per patrem.*

3 *Quid autem in feudis poſſeſſis per auum nondum patri apertis.*

4 *Lex quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. locum habet in Papa, Imper. & ſuis officialibus, ac in Cardinalibus, non in alijs Principibus etiam ſupremis.*

5 *Sed quo ad pœnam filiorum locum habet in alijs liberis.*

6 *Vtrum autem locum habeat matre delinquente.*

7 *Quid autem in officijs & beneficijs eccleſiaſticis.*

8 *Maſculinum non concipit fœmininum in odioſis, odio irrationabili.*

9 *Filiæ damnati pro crimine maieſtatis dotari debent.*

10 *Pœna l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. reſpectu filiorum in deſſuetudinem abijt.*

11 *Donatio inter viuos non eſt titulus ex teſtamento, nec ab inteſtato.*

12 *Donare poteſt inter viuos, qui non poteſt relinquere ex teſtamento.*

13 *Relinquere vni grauatus, non poteſt alteri donare inter viuos.*

14 *Statutum Paduæ mulier aliqua, pulchrę declaratur.*

15 *Relinquendi verbum, trahitur etiam ad actum inter viuos.*

1 FILII eorum, qui commiſerunt crimen læſæ maie. ad terminos l. quiſquis. C. eo. infames redduntur, & incapaces ſunt ſucceſſionum ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, ideoque ad alios deferuntur, ac ſi ipſi in medio

dio non extarent, vel hæredes ſcripti minime fuiſſent, vt eſt caſus in ea l. §. filii vero: canonizata. 6. q. 1. quiſquis: quam ſic, vt ſupra retuli, intellexit Azo. Petrus verò & Cyn. ſenſerunt hos quidem ſuccesſibiles eſſe, ſed fiſcum ab eis auferre: Sal. autem & Ang. diuerſimode diſtinxerunt: opinio autem Azo. verior eſt, quam probarunt Bal. & Fulg. ibi, & late defendit Bar. Soc. conſil. 275. col. 6. ver. 3. principaliter, vbi de communi. & ſubſequitur Gram. deciſ. 6. col. 3. & ante eos Bar. Cep. conſ. 79. præclarè Menoch. cõſil. 275. in 2. vbi latiſſime ſcribit. concludens ex aliorum auctoritatibus, nec ex teſtamẽtis, nec ex fideicõmiſſis, propinquorũ capere poſſe, vt in primo dubio. & quod ipſi capere nequeunt: nõ fiſco, ſed alijs capacibus deuolui, vt igneus in ſecun. dubio nume. 23.

Amplia, vt nec etiam capere poſſint feuda paterna, & antiqua, ex pacto, & prouidentia maiorum, quæ pater eius tenebat. Per rationem & deciſioſiem illius legis, ſic And. Iſern. & Afflict. in c. 1. §. præterea: gloſ. 3. num. 8. in tit. quæ fuit prima cauſa. Gig. in tit. de pœn. quas fil. incur. in 4. quæſtio. Menoch. d. conſ. nu. 11. quorum opinio, in feudis ab illo domino recognitis, poteſt quidem procedere, quia delictum patris, erga dominum, nocet filijs, & ſucceſſoribus, ſed in alijs feudis aliud de iure videtur dicendum, ex doctrina Bar. in l. eum qui. ff. de interd. & releg. quia delictum patris non nocet filijs in acquiſitionibus, aliunde, quàm à patre prouenientibus: & ita cenſuit Gram. deciſ. 6. num. 14. & illa Bar. doctrina cõmuniter recipitur. Alex. conſ. 55. nu. 6. in 3.

Sed pro alia ſententia iuuant ſcripta à Paul. Caſtr. in l. 1. num. 4. C. de bon. liber. & vide quæ ſcripſi in titul. de public. bon. nu. 108. cum ſequen.

3 Quid autem ſit in feudis non poſſeſſis per patrẽ, quia auus viuebat, an per rebellionem per patrem in dominium feudi commiſſam, nepos amittat feudũ auitum, pulchra eſt quæſtio: nam And. Iſern. in dicto loco, quem ſubſequitur Afflict. nu. 15. cũ pluribus ſeq. ſenſit delictum patris verſus dominum feudi nocere filijs, & deſcendẽtibus: licet agnatis: non etiam in feudis nondum apertis ipſi patri delinquenti, refert tamen diuerſas opiniones. Tu verò aduerte Bar. in d. l. eum qui. expreſſe decidere cõtrarium, & idem Bald. in l. emancipatum. §. 1. ff. de ſenator. & in terminis rebellionis Dec. conſil. 445. col. 1.

4 Quia autem lex illa, quò ad filiorum pœnam, repugnat rationi ciuili, & naturali, propterea odioſa cẽſetur, odio quidem irrationabili, ac idcirco ſtrictiſſime intelligenda eſt in ſuis puris terminis, ideo locum non habet, cum quis machinatus fuit in perſonã domini ſui regis, quia lex illa nominatim loquitur de Imperatore, & illius Conſiliarij ſic Cyn. & Angel. in d. l. quiſquis: idem Ange. in l. fallaciter. C. de abolition. & eſt cõmunis concluſio. Bar. Cępol. conſil. 80. & Bar. Socin. conſil. 275. col. 3. & 4. in 2. & 121. col. 2. in 4. Gramm. deciſ. 6. ſecutus eſt D. Gig. in dicto titu. de pœn. quas incur. filij. quęſtio. 10. & quæſt. 22.

Et multo magis, cum aduerſus perſonas Principum recognoſcentium ſuperiorem, ratione infeudationis, veluti ſunt Duces, Marchiones, & alij Domini in Italia, & extra, qui Principatus ſuos recognoſcunt aut à Papa, aut ab Imperatore, vel à Regibus ſuis, ſic in eodẽ caſu in Duce Mediolani tradiderũt Dec. in conſil. 410. col. penul. & vltim. Ruin. conſil. 3. nu. 12. in 5. Pau. Caſt. in l. 3. C. de epiſc. aud. latiſſime omniũ Rolan. à Valle conſil. 74. in 3. Nec quicquam mutat, quòd iſti ſint Vicarij Supremi Principis. ac ideo videãtur de eius latere: quia iuriſdictionem pro ſe, & ad eorum commodum exercent, nõ pro Imperatore, ac idcirco nõ poſſunt videri de eius corpore, & ad eius latus aſſiſtere, ſic Dec. conſ. 410. col. vltim. D. Gig. d. q. 23. & fuit prius conſideratio Bart. in d. extrauag. qui ſint rebell. in gloſ. rebellando, col. 2. quem retuli in tit. proximo nu. 7. Putarem tamen, cõſtitutionem illam indubitanter locum habere in Papa, & Cardi-



Cardinalibus, ſicuti locũ habet d. extrauagans ſupra relata, ex Bar. ibi in 2. col. in dicta gloſ. rebellando, & dixi in loco proxi. allegato: contra tamen quod etiã lex illa locum habeat in alijs Principibus: ſuadent quę ſcripſi in tit. de crimin. quę mor. non exting. nu. 24. & Boſius in titul. de crim. læſæ maieſt. numer. 51. 56. & 57.

5 Intellige illam legẽ in filijs primi gradus: non in nepotibus: quia in odioſis, & pœnalibus, filiorum appellatione, nepotes nõ cõtinẽtur, l. pater. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupt. & quia aliter filij, aliter nepotes appellantur. l. quod ſi nepotes. ff. de teſt. tut. & ita arguit Alberic. in d. l. quiſquis, col. 1. vbi refert ita tenuiſſe D. Thomam de Formaginis, & niſi aliud eſſet, veriſſima foret illius opinio, Cynus autem in d. l. quiſquis dicit dubitationẽ ſublatam fuiſſe ex noua conſtitutione Federici Imper. quæ vtitur verbo liberorũ, approbata per Rom. Ecc. poſt illius damnationem, ideo nepores comprehẽdãtur. l. liberorum. ff. de verb. ſign. & ibi Bar. in 4. col. refert & ſequitur dicta per Cynum. Et ſubſequitur D. Gigas in dicto titulo. q. 8. quamuis Bar. non retulerit: vlteriores autem non puniuntur. Iaſ. conſ. 106. col. vlt. in 4. vbi de communi adducit, quia idem conſtitutum reperitur: in terminis. c. cum ſecundum, de hęret. in 6. & c. fęlicis, de pœnis, in eo. & in clemen. 1. de pœnis.

6 Intellige in filijs reſpectu patris delinquentis, non ſi mater tantum delinquat: ſic enim pluribus rationibus, determinarunt Odofre. Alber. & Saly. in d. l. quiſquis, cuius opinionis fuit etiam Old. & pleriq; alij relati per D. Gigant. in titul. quas pęnas filij incur. q. 17. & vltra eos addo duas rationes. Prima eſt, nam tex. ille in §. emancipationes: ponderat filiorum emancipationes. Quæ ſanè conſideratio patres ſpectat, non matres, quia matribus, filiorum emancipatio non congruit Secundò, filii per patrem emancipati, quia iuris ſui ſunt, niſi proponatur in fraudem emancipatos fuiſſe, non ſubiacẽt pęnis illius legis: glo & Doct. in d. gloſ. in c. ſi quis militibus. §. filii, 6. q. 1. quam ibi ſequũtur Archid. Cardin. à Turre Crem. & D. Præpoſ. ibi, D. Gigas d. loco in 6. q. igitur à fortiori ratione, filii reſpectu matris. Tertiò, quia pater filios habet in poteſtate, & in eos indubitãter plus iuris habet, quàm mater, vnde pro neceſſitate famis pater filium vendere poteſt, non ſic mater. l. 2. C. de patrib. qui fil. nil mirum ideo, ſi lex ob delictum paternum affecit filios, non ſic ob delictum maternum. Nec refert, quòd mater ob delictum per eam commiſſum incidat in pęnã illius legis, quæ abſolute loquitur per relatiuũ ſubſtantię: quiſquis, ſicuti adnotauit Alber. ibi, Angel. Aret. in §. interdum, inſtit. de hære. quæ ab inteſt. def. & in ſuo tract. malefic. in verbo: che hai tradito la tua patria, vbi refert de facto contigiſſe Bononiæ, refert D. Gigas d. q. 17. Deinde immediate ſubſequatur. §. filii vero eius, & ſic de eo, de quo ſupra dixerat: nam fateor, relatiuum illud, quiſquis, generaliter comprehendere omnem perſonam committentem delictum, §. vero ſubſequẽtem intelligi de filiis eius, cuius factum rationabiliter potuit eos noxiæ ſubmittere: Angel. tamen videtur in matre ſenſiſſe idem, quod in patre: ſequitur Iaſ. d. conſ. 106. vbi voluit filios primi tantũ gradus ex parte matris puniri, ad exemplum læſæ maieſtatis diuinæ.

7 Item intellige, in bonis, officis, & beneficijs temporalibus: beneficia autem eccleſiaſtica retinent, & habere poſſunt. c. ſatis peruerſum, 56. not. in clem. paſtoralis: de re iudic. Afflict. in d. c. 1. in verbo. Et bona committentiũ, nu. 118. vbi ad hoc inducit auctoritatem Ioan. de Imol. & Ang. Aret. intellige etiam, vt pęna filiorum perſeueret etiã mortuo patre, ſic Menoch. dicto conſilio 275. nume. 46. & 47.

8 Rurſus declara, vt lex illa in d. §. filii. non procedat in filiabus: quia maſculinum in odioſis, odio irrationali, non cõprehẽdit fęmininum. ſic Bar. in l. 1. ff. de verb. ſignif. Bald. Angel. & Salycet. in l. quicun-

quicunque.C.de ſer.fugit. Franc. Aret. conſil. 39. per totum, Iaſ. in l.ſi quis id quod,nu. 16.ff.de iuriſ.om.iud.& conſuluit Dec.conſ.64.col.pen. Et eſt communior,ac verior ſentẽtia, quam probauit D.Gigas in 14.quæſt.eiuſdem tituli, & poſt eum,Roland.conſi.93.in fine in 2. qui quid magnopere in contrarium ſtuduerit Claud. Seiſſell. in d.l. ſi quis id quod. & probatur communis aſſertio, de mente illius legis,in §.ad filias. vbi filias admittit pro menſura legitimæ ad ſuccedendum in bonis maternis.

9 Amplius,ſcriptores communiter admittunt, confiſcatis bonis paternis pro crimine lęſę maieſt.in terminis etiam d. l. quiſquis. filias eſſe dotandas in bonis paternis,quia alia eſt ratio filiarum fęminarum, à filiis maſculis, & ſic exemplo docuiſſe Ferdinandum Regem Neapolitanum,qui,eiecto Principe Roſſani,ob defectionem & rebellionem,eius filias, nobiliter,dotari, & maritari curauit:Afflic.in c.1.§.præterea in gl.3. nu.80.in ti. quæ fuit prima cauſa. & in c.1. in verbo: Et bona comittentiũ col.1.ĩ ti.quæ ſint regal.refert D. Gigas.in d ti.q. 15.dixi latius infra de public.bonorum.nu.76.

10 Notandum denique eſt,quòd lex illa pœnalis reſpectu filiorum, vt odioſa & irrationalis, per generalẽ totius Italiæ conſuetudinem abrogata extitit, veluti Angel. ſummus practicus retulit in l.fallaciter.C.de abolitionibus.Soci. dicto conſilio 275.col.2.Rolan. dicto conſil.74.nu.20.in 3.Clarus libro 5.ſub titulo lęſæ maieſt.crimen.

11 Sed vtrum illa lex,quæ incapaces reddit filios, vt capere non poſſint ex teſtamento,vel ab inteſtato,inhibeat,nè poſſint capere per donationẽ inter viuos, quæ ſane quæſtio generalis eſt,ad quẽcunque prohibitum ex lege,vel ſtatuto, relinquere ex teſtamento,vel ab inteſtato:vtrum poſſit cõferre inter viuos:quęſtionem huiuſmodi reaſſumpſit Pariſ. conſ.69.in 3. in terminis d.§. filii vero: & concludit pro validitate donationis, vt per eũ ſub nu.171.& loquitur in donatione facta per matrem filio,quia huiuſmodi titulus eſt penitus ſeiunctus & ſeparatus à ſucceſſionibus,per vltimam voluntatem, & ab inteſtato: ad l. verba contraxerunt. ff.de verb.ſignifi. immò videntur tituli contrarii: nam donatio eſt irreuocabilis,l.perfecta.C. de donatio.quę ſub mo.l.fin.C. de reuoc. don. vltimæ verò voluntates ſunt variabiles, l.4.ff.de adim. leg. igitur de una ad aliã diſſimilis eſt illatio.l.inter ſtipulãtẽ.§.ſacrã.ff.de ver. ob.l. Papi.exuli.ff.de min.

Item prohibitus capere ex titulis ab inteſtato,vel per teſtamentum, videbitur permiſſus capere ex titulis inter viuos,ad l. cum prætor.ff. de iud & l. nec non,§.quod eis.ff.ex quib.ca.ma.dubitauit tamen de huiuſmodi deciſione D. Gigas.in d.titu.in 2.q.Ego autem,omiſſis pluribus, quæ hincinde adduci poſſent: in hac materia, conſtituo tres concluſiones.Prima eſt,cum ſtatutum inhabilitat aliquem capere ex teſtamento, vel ab inteſtato,is quidem,quia ex contractibus capax eſt ſibi acquirere,proinde ex donatione inter viuos capere poterit:ad hoc tex.in l.ſeruum meum.ff.de hære.inſti.& ibi in ſpecie no.Bal.ad hoc etiam deciſio gloſ.in l.1.in verbo donationum. C. de ſec.nup. vbi mulier intra annum luctus nubens, ex lege redditur infamis, & incapax capere ex teſta. vel ab inteſt. & per donationes cauſa mortis: poteſt tamen capere per donationẽ inter viuos:quia in pęnalib.mitior ĩterpretatio eſt capienda.l.ſi de interpretatione.ff.de legibus.& illam gloſ.ſequuntur communiter ſcriptores ibi,Alex. in l.2.col.4.ver.item in alio.ff.de le.1.quamobrem, cum incapacitas,in terminis d.l.quiſquis.referatur ad filios ex teſtamento, & ab inteſtato,proinde non ad donata inter viuos erit referenda,vnde puto recte reſpondiſſe D. Pariſium.

12 Secunda concluſio eſt,cum prohibitio refertur ad diſponentem reſpectu certę perſonæ, & eo caſu donatio quoque inter viuos cẽlebitur prohibita, nè quòd vna via fieri prohibetur,alia excogitata via comittatur in fraudem legis: c. cum quid vna via,de reg.iur.in 6.

& in



& in his terminis procedit gl.in l.1.C.de ſec.nupt.in verbo,ex teſtamento : nam lex illa prohibet, mulierem ad ſecundas nuptias intra annum luctus properantem, relinquere ſecundo viro ex teſtamẽto,gl.ſupplet: nec etiam inter viuos, nè fiat fraus legi,& illam gl.Doct.cõiter ſequuntur, Ioan.de Garon.ibi nu. 110.

Contra tamen obſtat deciſio Alex. conſ.54.nu.4.in 7.vbi in ſtatuto prohibẽte maritũ relinquere vxor,reſpondit prohibita videri relicta per vlt. volunt. non autem donationes inter viuos, per plures rationes per eum inductas.

13 Tertia concluſio eſt,quòd vbi ſtatutum onerat relinquere bona aliquibus perſonis,& non aliis:eo caſu donatio inter viuos videtur interdicta, vti facta in fraudem illius perſonæ, cui bona ex lege vel conſuetudine ſunt relinquẽda, ac ideo donatio facta reuocari poterit.l.fi. ff.ſi quid in frau.patr. ſic ſanè in his terminis recte procedit conſultatio Alex. conſ.55.in 1.deciſio ſacri conſilii in caſu relato per Afflict.deciſ.370.in 3.dub. & Aimon.Crau.conſ. 118.& huic concluſioni conſonat deciſio Pau.Caſt.cõſ. 441.pro declaratione,in 1.

Et in ſpecie, donatio magis cenſeretur prohibita,quãdo ex facti ſpecie, videri poſſet facta in fraudẽ legis,vt quia, donator pro tẽpore vitę ſuę retinuiſſet vſũfructũ nam non in ſui damnũ,ſed in præiudicium vocati ex lege, poſt illius mortẽ,facta videretur,vnde fraus euinceretur, vt in puncto prudenter aduertit Aimo d.conſ.118.nu.11.

14 Ex his inferri poteſt, ad intellectum ſtatuti Patauini ſuò rub. de ſucceſſion. mulierũ,inci.mulier aliqua.quo expreſſe cauetur:vt mulier aliqua habẽs filios nõ poſſit relinquere bona ſua, vel de bonis ſuis, niſi filiis ſuis, aut nepotibus, & aliis deſcendentibus, nec ex teſtamento,nec ab inteſtato,aut donatione cauſa mortis, aut alio modo. Saluo eo, ꝙ poſſit relinquere,quod iuſtũ fuerit, ita tamen, quòd illud iuſtum non excedat quartum bonorum ſuorum:nam ex dictis in tertia concluſione,ẽt donatio inter viuos vltra quartam in extraneos,filiis extantibus,videtur interdicta:& eo magis quia ſtatutum ſubiungit,aut alio modo: & hanc interpretationem verã eſſe ſentio,quamuis in caſu de facto cõtra reſponderit excel.Mantua,olim pręceptor meus conſ.57.nu.13.& 14.in 1.

15 Adde præmiſſis,quòd relinquẽdi verbũ trahitur etiam ad actus inter viuos : l.hoc ſermone.ff.ſi lib.ing. eſſe dicatur, l.ſi ante.C.de donat.ant.nup.glo.in cle. fin.de iure patr.Iaſ.in l. qui Romæ.§.cohæredes,nu.26,ff.de verb.obl.

## DE HAERETICIS ET apoſtatis. Tit. X.

1 *Hæretici incapaces ſunt cuiuſcunque acquiſitionis, item teſtamenti factionis, ac inſuper omniũ officiorum,& beneficiorũ.*

2 *Filij,& nepotes hæreticorũ incapaces ſunt prout eorum pater,& auus hæreticorum filij, & nepotes incapaces ſunt prout eorum pater,& auus.*

3 *Apoſtatæ qui ſint & de eorũ incapacitate.*

4 *Hæreticis non prodeſt,quod communi opinione reputentur fideles.*

1 HAERETICI incapaces ſunt cuiuſcunque acquiſitionis, ex quocunque titulo prouenientis.l.Manichęos. C.de hęret.

Similiter credentes, receptatores,defenſores,& hæreticorum fautores,inteſtabiles ſunt,actiue & paſſiue l. credentes.C.eod.cap.excommunicamus.§.credentes, extra eod.

Item ab officiis ,& beneficijs publicis eiecti ſunt.c.2.§.hæretici: ext.eod. in 6.

22 Filii verò,& nepotes iſtorũ,ſimiliter incapaces ſunt,officii,vel beneficii publici,d.c.2.§.hæretici.Qui verò ex mulieribus hæreticis naſcuntur,nõ vltra primũ gradũ plectuntur.c.ſtatutũ,ext. eo.in 6. filios tamen hęreticorum incapaces eſſe abſolutè dixerunt Ang.& Corn.in l.1. C.de hæred. inſti.& beneficia etiam obtenta perdunt.Henrich. Boich. in c.vergentis,col.fin.prope fi.extra de hæretic.

3 Apoſtatæ quoq; primi generis Apo-
ſtaſiæ, qui ſcilicet à vera Chriſti Religio
ne ad infideles deficiũt, omnium acqui-
ſitionum expertes, ac inteſtabiles. actiue
& paſſiue declarãtur, l. hi qui ſanctã, & l.
ſeq. C. de Apoſtati Tria enim ſunt apo-
ſtaſiæ ſpecies. Primũ perfidię, de quo ſu
pra: ſecundum inobedientiæ, ſcilicet cũ
prelato nõ obedit, vel Canonum decre
ta tranſgreditur. & tamen obediendum
credit. Tertium irregularitatis, ſcilicet
cum quis à ſtatu ſumptæ religionis rece
dit: Innoc. in cap. 1. extra de apoſtat. de
hoc vltimo conſulti, reſponderũt Rom.
conſ. 941. Socin. ſeni. conſ. 222. in 2.

4 Amplia etiam, quòd hi eſſent tol-
lerati & communi opinione reputaren
tur fideles, nam communis error non il
lis prodeſſet ad capacitatem, & habilita
tem eorum: ad gloſ. 74. q. 1. in ſumma,
Archidiac. in c. pen. de offic. deleg. in 6.
Alber. de Roſ. in l. Barbarius Philippus.
ff. de off. pretor. ſequitur Iaſ. ibi nu. 55. la
tiſſime Menoch. conſ. 185. nu. 9. vbi ple
ne probat hereticũ occultũ eſſe incapa-
cẽ legatorũ, & aliarũ acq ſitionũ, ad qđ
videtur tex. in c. ſi quis eps, ex. de heret.

## DE EXCOMMVNICATIS. Tit. XI.

1 *Excommunicatus æquiparatur deportato ſecundum aliquos.*
2 *Excommunicatus ex cauſa hæreſis poſt annum bona & iura ſua amittit.*
3 *Excõicatio duplex eſt, maior, & minor.*
4 *Excommunicatus minori excommunicatione omnium eſt capax, præter ſacramentorum.*
5 *Excommunicatio maior priuat à communione fidelium.*
6 *Itẽ & à participatione ſpiritualiũ omniũ.*
7 *Excommunicatus clericus nõ percipit fructus beneficij.*
*Clericus excommunicatus non percipit fructus ſuorum beneficiorum.*
8 *Excommunicatus excommunicatione maiori incapax eſt iudiciorũ, nec vti actor, nec vti iudex, nec vti arbiter, nec vti teſtis, nec vti notarius.*
9 *Excommunicatus agere non poteſt pro offenſa ſibi illata. limita vt ibi.*
10 *Excommunicatus agendo non poteſt dicere de nullitate, ſed excipiendo ſic.*
11 *Excommunicatus agere non poteſt remedijs reſtitutorijs.*
12 *Item nec prouocatus ad agendũ in iudicio.*
13 *Item nec contra pariter excommunicatũ agere poteſt.*
14 *Item in quacunque parte iudicij poteſt excipi & repelli.*
15 *Item nec etiam in foro ſeculari auditur.*
16 *Item iudex ex officio poteſt illũ repellere.*
17 *Excommunicato agente ſi nec pars, nec iudex illum repellat, valet proceſſus.*
18 *Idem eſt cum eſt actor neceſſarius.*
19 *Excommunicatus reus conuentus in iudicio ſiſtere valet.*
20 *Excommunicato non ſunt ſublata quæ ad defenſionem pertinent.*
21 *Excommunicatio non prodeſt excõmunicato in ſibi præiudicialibus.*
22 *Excommunicatus cum ſtare poteſt in iudicio, an per ſe vel per procuratorem comparere debeat.*
23 *Excommunicatus eſt incapax cuiuſcunq; officij publici, vel priuati.*
24 *Excõicato publicè tollerato acta publica per eum facta valent, licet non priuata.*
*Error communis prodeſt quo ad acta publica, non quo ad priuatas actiones.*
25 *Excõicatus temporaliũ bonorũ capax eſt.*
26 *Item teſtari ac quaſcunque vltimas volut. conficere poteſt: limita vt ibi.*
27 *Excommunicatum vitare debemus in quibuſque, alias cum eo communicando minor excommunicatio contrahitur.*
28 *Excommunicati contractus hincinde ſunt obligatorij, quamuis ſecum contrahens cenſuram minoris excõicationis incurrat.*
29 *Excommunicatus rogatus à partibus in teſtem, eſt idoneus teſtis.*
30 *Item poteſt eſſe procurator ad negocia.*
31 *Item poteſt eſſe arbitrator.*
32 *Item capax eſt eorum quæ facti ſunt: etiã in ſpiritualibus ſecundum aliquos.*
33 *Excommunicatus publice excommunicatione maiori eſt incapax ſepulturæ.*
34 *Excommunicatus an capere poſſit ex teſtamentis, & vlt. volunt.*





35 *Excommunicatus eſt turpis perſona.*
36 *Excommunicatus an præſcribere poſſit.*
37 *Excommunicationis ſententia parit effectum vbique locorum.*
38 *Excommunicatus ſententia legis non hominis. noc remouetur ab exercitio actuũ, alias permiſſorum.*
39 *Excommunicatus admittitur in negocio, quod pertinet ad eccleſiæ vtilitatem.*

1 EXCOMMVNICATVS ęquiparatur deportato, gl. in
§. minor: inſti. de capi. dimin. ſed illa gl. communiter damnatur. quia plus
poteſt excommunicatus, quàm deportatus. Item excommunicatus non perdit bona, nec ciuitatẽ: ſic Doc. in d. §. minor. Bar. in l. publicorũ, col. 3. ff. de publ.
iud. Ripa ĩ l. ex facto, §. ſi quis rogatus,
el 2. nu. 7. ff. ad Treb. & latius dicã infra.

2 Poſſet tamen gloſ. ſuſtineri in excom
municato ex cauſa hæreſis, qui per an-
num induruit: nam hic bona, & iura om
nia amittit. c. excommunicamus, ext. de
hæret. l. credentes. C. eo. & idem eſt in
ſciſmatico. c. 1. de ſciſmat. in 6. & idem in
caſu c. Felicis: de pęnis in eod.

3 Verùm poſtquam in materiã excõi-
catorũ incidimus: notãdũ eſt, quod ex-
cõicatio eſt duplex, minor & maior, vt
eſt tex. & ibi notatur in c. à nobis, ext. de
except. in c. fi. ext. de cler. excom. & in c.
nuper, & c. pen. ext. de ſent. excõmunic.

4 Excommunicatus enim minori excõ
municatione omnium eſt capax, præter
ſacramentorum. d. c. à nobis, & d. c. fi. &
vtrobique notatur per Abbatem. & idẽ
Abbas in c. intelleximus, ext. de iudi. in
vlt no. Felyn. nu. 22. & Dec. nu. 6.

5 Maior excommunicatio priuat ne
dum participatione ſacramentorum,
ſed etiam cõmunione fidelium. d. c. à no
bis. & c. pen. de ſent. excom. in c. cum ex
cõicato, 11. q. 3. Abb. d. c. à nobis, nu. 5.

6 Et pręterea, omnium ſpiritualium ſic
excommunicatus incapax eſt: gloſ. in
verbo, communibus: in c. pia, de except.
in 6. per tex. in c. cum bonæ, ext. de ętа-
te & qual. & in c. poſtulaſtis, ext. de cleri
co miniſtr. Abbas in c. veritatis, ext. de
dolo & contum.

7 Ideo elericus excommunicatus, fru-
ctus beneficiorum ſuorum nõ percipit,
gl. Bar. Paul. & alij in l. inter quos. §. dam
ni. ff. de dam. infec. canon. in c. cum dile-
ctus, ext. de conſuetud. & in c. paſtoralis
per illum tex. ext. de appel. Rota in anti-
quior. deciſ. 8.

8 Item excommunicatus maiori excõ-
municatione iudiciorum incapax eſt: ac
ideo in iudicio ſiſtere nequit, vti actor,
d. c. intelleximus. ext. de iud. item nec vti
iudex, nec vti aduocatus, nec vti nota-
rius, nec etiam vti teſtis. c. decernimus,
de ſent. excom. in 6. nec etiam vti iudex
delegatus. c. ad probandum. ext. de re
iud. Amplius, nec arbiter eſſe poterit,
quia arbitraria redacta ſunt ad inſtar iu
diciorũ, l. 1. ff. de arbit. ſic cõiter no. in d.
c. intelleximus, & p legiſtas in l. ex facto.
§. ſi quis rogatus. el 2. ff. ad Trebell. & in
l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. ob. Blãcus
in tractatu de compromiſ. in 2. q. princ.
nu. 9. & in iudice ordinario, qui ſit excõi
catus, ad nullitatẽ ſententiæ per eum la-
tæ, ſcribit Vantius de nullit. ſent. ex defe
ctu iuriſdic. nu. 137. vbi plura adducit: &
in delegato, idem Vant. de nullit. ſent. ex
defec. iuriſ. delegat. nu. 61. Generaliter
autem d. Abb. in d. c. intelleximus, dixit,
excòicatum repelli ab omnibus iudicia-
libus, pręterquam in caſibus de iure ex-
preſſis: vnde infert quòd non poterit ſta
re in iudicio nec vti accuſator, d. c. à no
bis. & d. c. intelleximus, nec vti denũcia
tor, nec vti liti aſſiſtẽs. & ſequũtur poſte
riores ad eũ, & idẽ Abb. in d. c. veritatis
nu. 32. de do. & cont. & ante eũ Io. And.
in reg. dolo facit: de reg. iur. in mercu-
ria. Amplia ſiue excõicatio ſit occulta, ſi
ue notoria, idẽ Ab. d. c. intelleximus, ad
finem. Item nec vti procurator alterius,
Cyn. in l. reos. C. de accuſat. Bal. in c. Do
mino guerram: in tit. hic finitur lex, quẽ
ſubſequitur Afflict. nume. 9.

9 Amplia, vt nec etiam agere poſſit pro
iniuria & offenſa ſibi illata, poſſet tamen
poſtea agere ſecuta abſolutione, quia
contra ius facta. ſic concludunt Innoc.

Hoſt. & Io. Andr. quos ſequitur Abbas
d.c.veritatis,nu.41. vbi tamen ſolemni-
ter limitat, cũ iniuria irrogaretur ei vo-
lenti explicare rem ſibi permiſſam,velu-
ti proſequenti appellationem,aut ſe de
fendenti in iudicio: nam permiſſa ſibi
defenſione, videtur etiã ſibi conceſſum
nè defenſio ꝑ iniurias ſibi impediatur:
& eſt vera limitatio:nam generaliter ex
communicato permittitur in iudicio ſi
ſtere ad remouendũ impedimenta: per
quæ impeditur facere ſibi de iure per-
miſſa,tex.no.in c.ſi.ext. de except.Fely.
d.c.intelleximus,nu.26.

10 Amplia tertiò; vt nec etiam agendo
principaliter, de nullitate dicere poſſit;
quamuis excipiendo ſic. Idem Vantius,
in ti.quis poſ.dic.de nullit.nu.30.

11 Amplia, vt nec etiam agere poſſit re-
medijs reſtitutorijs, veluti ꝑ reſtitutio-
ne rei ſpoliatę.Dec.poſt alios.c.cum in-
ter.nu.16.ext.de except.Item nec princi
paliter agendo implorare reſtitutionem
in integrum,licet excipiendo ſic.Abbas
d.c.cum inter. & Dec.ibi nu. 17.& in di-
cto c.intelleximus:Felyn.in c.dilectus.el
1.col.pen.ext.de reſcript.

12 Amplia quintò, cum eſt actor volun-
tarius:quamuis interpellatus ab aduer-
ſario,veluti,in terminis l.diffamari.C.de
ingen. man. ſic Paul. Caſtr.in l.libertus.
ff. de in ius voc. Ant. Abb. Fel. & Dec.
d.c.intelleximus, nu. 16. Dec. in c. poſt
ceſſionem, nu.28.ext.de proba. reiecta
contraria opinione Ioan.de Anan. in c.
dura,colum.3.extra de crimin.falſ.

13 Amplia, vt nec etiam aduerſus pari-
ter excommunicatum agere poſſit:gloſ.
& communiter ſcrib.in d. c. à nobis:per
illum tex.ext.de except.Bal.& Dec.d.c.
intelleximus, nu.19.

14 Amplia,vt in quacunque parte iudi-
cij poſſit excipi,& repelli,d.c.pia:de ex-
cept.in 6.& c. exceptionem, ext. de ex-
cept. Et ſi de facto fuerit admiſſus ad
agendum,non obſtante exceptione ſibi
obiecta, inutiliter omnino agit. adeo vt
præſcriptionẽ incęptam nõ interrũpat,
Abbas.& Dec.d.c.poſt ceſſionẽ.nu.17.

15 Amplia etiam in foro ſeculari,Bald.
d.c.intelleximus.Iaſ.in l.1.nu.23. C. de
iuris & facti ignor.& eſt communis opi
nio, Tiraq. de retract.lignag.§.1,gl.9.
nu.282.vbi ſecus dicit ſeruari de gene-
rali conſuetudine regni Francię:& apud
nos,nunquam in practica vidi,huiuſmo
di exceptionem obiectam,immo in cu-
ria Rom. rariſſime exceptio excõmuni-
cationis admittitur, quia nũquam debi
tè proponitur, & ſpecificatur, ſic Rota
in nou.deciſ.8.in tit.de ſent. excom.

16 Amplia denique, vt etiam iudex ex
officio ſuo parte etiam non opponente
poſſit repellere excommunicatum à li-
mine iudicij.c.exceptionem,ext.de ex-
cep.& inde colligit Abb.in vlt.col.Dec.
in d.c.intelleximus nu.15.& in notorie
excommunicato res eſt clara, per illum
text.Sed etiam in non notorio,dummo
do excommunicatio poſſit liquidari idẽ
cenſuit Abb. ipſe d.loco.

17 Limita nonnullis modis, primò,cum
pars nõ opponit,nec iudex illum repel
lit:nam iudicium tenebit,ſiue proceſſus
agatur coram ordinario,ſiue coram de
legato impetrato per aduerſarium, vel
per actorem,ante tamen ſententiam ex-
communicationis,nõ ſi poſt:ſic pulchrè
Abb.d.c.intelleximus ſub nu.13.per tex.
in d.c. pia, de excep.in ſexto, & in capi-
tu.primo,de reſcript.eodem libro, ſecu
ti ſunt Fely.nu.29.Dec.nu.17.reiecta cõ
traria ſententia d.Andreæ Barbatij.

18 Limita ſecundò,cũ actor ex neceſſita
te agit,non ex voluntate,Innoc. in d. c.
exceptionẽ,in gl.fin.ext.de excep. & eſt
cõis opinio Doctorum in d.c.intellexi-
mus.Fely.ibi nu.14.Dec.nu.15.veluti in
caſu Auth.qui ſemel.C.quo.& quan.iu
dex, vbi Actor iudiciũ cęptũ requirẽte
reo perficere cogitur: & generaliter id
dicunt, cum actor eſt neceſſarius.

19 Limita tertiò,cum excommunicatus
in iudicio conuenitur:nam iudicium de
clinare nequit,ac ideo comparens audi
tur ſuper defenſionibus, tam reſpectu
ſuę perſonę,quàm rerum ſuarũ,tex.no.
& ibi notant ſcriptores omnes,in d.c.in
telleximus, ext.de iud. reconuenire ta-
men non põt actorem,quia reconuẽtio





non eſt defenſio,ſed actionis ſpecies:ca
ſus eſt in d.c.cum inter,& ibi canon.no.
ext.de except.ratio eſt.

20 Quia,quæ ad defenſionem pertinet,
excommunicato ſublata non ſunt:ideo-
que ſi in carceribus mancipatus ſit,im-
petrare poteſt,vt inde relaxetur,no.Bal.
d.c.1.de reſcript. Abb.d.c.intelleximus.
Et ſi interdictum, vel ſequeſtrum, aut
aliud grauamẽ iudiciale illatum fuerit,
poteſt ad eius relaxationẽ in iudicio cõ
parere,& ſi vti reus comparet, indubiè
auditur: ſi vero vti actor, concertant
Doct.Cano.in d.c.intelleximus.Bart.&
legiſtæ in l.de pupillo.§.ſi.ff.de oper.no.
nunc.Cur aũt permiſſum fuerit excom
municatũ in iudicio cõueniri:Ratio fuit
21 quia excõicatio non prodeſt excõicato
in ſibi præiudicialib.nè alioquin ex de-
licto,& improbitate ſua lucrum aſſequa
tur,cõtra regulã,de qua in l.itaque ful-
lo.ff.de furtis.& in l.non fraudantur. §.
nemo.ff. de reg. iur. ſic pulchrè conclu-
dunt Abb.Fel.& Dec.d. c. intelleximus
in 2.no.vbi propterea Dec.infert.ꝙ cle
ricus excommunicatus tenetur dicere
officiũ, & hac rõne vaſallus excõicatus
nõ excuſatur, ſi à dño intra annũ & diẽ
inueſtituram non petierit.ſic And.Iſer.
quẽ ſequitur Afflic.in c.ſancimus,in tit.
quo temp. miles,nu.70.ideoq; non pla-
cet dicti Bal.in c.1.in tit. hic finitur lex
Feder.quatenus voluit excõicatum tor
queri nõ poſſe.ac ideo merito reprehẽ
ditur per Afflic.in 4.no.Et ex his infer-
ri poteſt,ꝙ aduerſus excõicatum currat
præſcriptio,quamuis agere non poſſit,
& nõ valenti agere, non currat alias prę
ſcriptio: nam cum poſſit remouere im-
pedimentũ: & impedimentum illud cul
pa ſui proceſſerit, neutiquam ſibi iuua-
re debet, de quo tamen articulo viden-
dus eſt Dec.d. c.intelleximus,nu. 21.

22 Cum autem excommunicatus in iu-
dicio ſiſtere poteſt, vtrum eo caſu, de-
beat per ſe, vel per procuratorem, com
parere: variant inter ſe interpretes in
d. capit. intelleximus. ſanè mihi ma-
gis placet opinio tenentium,quòd & ip
ſe perſonaliter comparere poſſit: quia
ad defenſionem ſuam perſona excom-
municati nõ inhabilitatur, nec iure cau
tum reperitur, quod non per ſe, ſed per
procuratorem compareat.

23 Rurſus excommunicatus eſt incapax
cuiuſcunque officii publici, vel priuati,
quia excommunicatio ſuſpendit excom
municatum ab adminiſtratione cuiuſcũ
que officij;& geſta per eũ in officio non
valent,Card.in c. perpẽdimus.in 38.q.
ext.de ſent.excom.Dec. d. c. intellexi-
mus.nu.4.& latius in d.c. poſt ceſſionẽ,
nu.21.& eſt caſus in d.c.veritatis,ext.de
dolo & cont.& inde colligit Abbas nu.
33.& 34.vnde infert,quòd excommuni
catus non poterit eſſe iudex,nec tutor,
nec curator, nec procuratoris officium
in iudicialibus exercere, nec vti nota-
rius publica inſtrumenta conficere: Itẽ
nec ad dignitates ſeculares promoueri
poteſt,Abbas in c. venerabilem.nu. 11.
ext.de elect.per illum tex.cum adductis
per Tiraquel.quo ſupra loco nu.276.

24 Limita in excõicato tolerato, & qui
cõi opinione habebatur pro non ex-
communicato,ad l. Barbarius.ff.de off.
præt. nam hic publica officia exercere
poterit:per illum tex. Bar. ibi in termi-
nis noſtris, cum concordant. adductis
per d.Iaſ.nu.54.priuata verò non, velu-
ti tutelę,curę,procurationis,& huiuſmo
di,nam quò ad hæc cõmunis error non
prodeſt ad illorum confirmationẽ,Dec.
poſt alios d.c.poſt ceſſionem,nu.21.late
Iaſ.in d.l.Barbarius,ſub nu.59.ĩ 2.limit.
Alex.conſ.186.col.2.& col.3.in 2. Notã
dũ tñ eſt, quòd geſta per excõmunica-
tum in officio publico non valent ad be
neficium illius,qui non ignorabat illum
eſſe excommunicatum, ſic Calderin. in
c.ad probandum ext.de re iud.ſequitur
Dec.in d.c.poſt ceſſionem,num.22. Sed
contra valere etiam reſpectu ſcientis tra
didit Felin d.c.Rodulphus,nu.74.& hæc
mihi magis placet propter publicam
tollerantiam.

25 Quod verò attinet ad temporalia eo
rum, excõicatus retinet dominium &
adminiſtrationẽ: ideo bona & iura ſua
retinet,nec ea ob excõmunicationis de

meritum amittit,ſicuti no.in c.cum dile
ctus ext.de conſuet.

26 Quocirca excommunicatus valide te
ſtari poteſt,& quaſcunq; vlt. volun.con
ficere de reb. ſuis,etiam ad non pias cau
ſas,Feder.de Senis conſ.71.Bar.& Are.
in l. ſi quæramus.ff.de teſtam.Innoc. &
Felyn.in c.cum volũtate,ext. de ſenten.
excom.Abb.d.c.veritatis,nu.32.Dec.d.
c.intelleximus,nu.4.cum concord.addu
ctis per Duenã in reg.272.& per Craſ-
ſum ſentent. recept.§.teſtamentum. q.
24. niſi eſſet excommunicatus pro cri-
mine hęreſis.nam hic inteſtabilis reddi-
tur,l.Manicheos,l.credentes. C.de hæ-
ret.c.excõmunicamus.§. credentes ext.
eo.vel niſi pro crimine vſurarũ,ad text.
in c. quãquam,de vſur.in 6. ſic Bal. in l.
fin.nume.7.C.ſi à non comp.iud.vel ni-
ſi ſolemniter & publice fuiſſet excom-
municatus,vt idem Bal. tradidit in l. 3.
col.vlt. C.ſi pend.appel.& in loco proxi
alleg.quia ſic anathematizatus in non le
uem hæreſis ſuſpicionẽ incidit,ſic Due-
nas d.loco poſt Philip.Franc.in rubr.de
teſta. in 6. nu. 31. Craſſus d.loco.

27 In extraiudicialibus verò,excommu
nicatum vitare tenemur:ideo cum excõ
municato neque contrahere,nec loqui,
nec orare,nec veſci,aut aliter communi-
care debemus: alioquin qui cum excom
municato communicat, minorem ex-
communicationem incurrit. c. cum ex-
communicato:iuncta gloſ.11.q.3.c.exce
ptionem,extra de except. c.licet,de ſen-
ten.excommu.& in terminis,de eo,qui
contrahit cum excõmunicato,no. Abb.
in c.ſi vero,extra de ſentent.excom.per
illum tex.ideo excuſatur vaſallus,ſi non
petierit inueſtiri à Domino,qui ſit excõ
municatus,Afflict.in c. ſancimus,nu.69.
in titul.quo temp.mil.& è contra domi
nus vaſallum excommunicatum recuſa
re poteſt,vt eum adeat,per eandem ra-
tionem:Afflic. poſt Iſern.dicto loco nu.
70.Limita in Papa, quia licet cum excõ
municato communicet,non tamen inci
dit in aliquam excommunicationem ob
prærogatiuam perſonę:Felyn.poſt alios
in c.nulli,ext.de ſenten.excommu. Item
limita, cum vrgente aliqua neceſſitate
participamus cum excommunicato. c.
quod anteceſſorum,11. q.3.Dec.conſil.
522.nu.11.faciunt quamplurima, quæ
ob caſum neceſſitatis permittũtur,aliàs
fieri prohibita.

28 Cæterum contractus per excommu
nicatum celebrati ac extraiudiciales a-
ctus validi ſunt,& hincinde obligatorij,
quamuis ſecum contrahens in cenſurã
inciderit, ideo ex contractu poteſt ex-
communicatus efficaciter in iudicio cõ
ueniri, licet ex eo ipſe efficaciter agere
nequeat,& agendo exceptione excom-
municationis excluditur: poteſt tamen
conuentus,ex eo,& pro eo, valide exci-
pere: Item abſolutus poterit ex eo vtili-
ter agere.c.Felicis.§.cum autem: de pę-
nis in 6. ſic reiecta opinione Hoſtienſ.
concludunt communiter Docto. Inno.
Ant.& Abb. in d. c.veritatis:vbi d. Ab-
bas ſub nu. 33.valde inſiſtit, vbi infert,
quod excõmunicatus poteſt valide con
trahere matrimonium: idem tradide-
runt Io.Andr.in c.dolo facit,de reg.iur.
in 6. Card. in c.perpendimus, in 35. q.
extr.de ſent.excom. Abbas & Felyn. in
c.ſi verè, ext.eo. Dec.d. c.intelleximus,
nu.4. Ideoq; valet inueſtitura feudalis,
quamuis dominus,vel vaſallus,eſſent ex
communicati:Afflict.loco præall.& in c.
1.in 4.not.in tit.hic finitur lex Federic.
quia iſti ſunt capaces temporalium &
contractuum.

29 Infertur autem ex præmiſſa conclu-
ſione: quòd actus extraiudiciales facti
per excõmunicatũ validi ſint: ad plura.
Et primo,excommunicatum à partibus
in inſtrumento pro teſte adhibitum ido
neum eſſe teſtem,licet aliàs à teſtifican-
do repelleretur, vt ſupra dixi, ſic Felin.
poſt plures ab eo relatos,in d.c.intellexi
mus,col.1.& 2.

30 Infertur ſecundò,quòd excommuni-
catus poterit eſſe procurator ad nego-
cia,quamuis nõ ad iudicia.c.poſt ceſſio-
nem,& ibi no.Dec.nu.4.extra de proba
tio. Conſtitutus autem ad iudicia cum
poteſtate ſubſtituendi, an poſſit ſubſti-
tuere alium idoneum loco ſui: nam d.
Anto.



Anto.in d.c.poſt ceſſionem:ad finem te
nuit, & affirmat. & ſequit̃ ibi col.fi. Alij
diſtinguunt,an habeat poteſtatem ſub-
ſtituendi vnum de certis, & poſſit, an
vnum de omnino incertis,& non poſſit:
quia primo caſu præbet nudum miniſte
riũ facti:in ſecundo vero caſu præbet mi
niſteriũ iuris & facti: ſic Dec.in d.c.poſt
ceſſionem: col. vlt. vbi alios refert. Bart.
Alex.& Iaſ. in l. 1.§. item acquirimus.ff.
de acq.poſ. Ripa in l. ex facto.§. ſi quis
rogatus, el 2. ff. ad Treb. allegant gl. in
clem. religioſus, de procurator.ſecutus
eſt Vantius de nullit.ex def.mand.num.
136.Prior opinio poſſet ſuſtineri in ca-
ſu, cum excommunicatus ſubſtituiſſet
ante ſibi obiectam exceptionem excom
municationis. nam capax eſt iudiciorũ,
niſi à parte,vel à iudice ex officio repella
tur,vt ſup.dixi,ideoque mandatum non
omnino inhabile eſt:& ſic ſenſit gloſ. in
d. clemen.

31 Infertur tertiò,quòd excommunica-
tus poſſit eſſe arbitrator: quamuis non
arbiter:quia arbitramentum eſt ſpecies
contractus,ſ. tranſactionis à lite præſen
ti,vel futura. Authen.ſi vero contigerit,
C.de iud.ſic Bar. Raph.Paul.Alex.Soc.
& Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb.
obli.& in d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.
& ibi exactiſſimè d. Ripa. Contra vero
tenuit Io.And.in reg.dolo facit:in mer-
curial.Imo. & Roma.in d.l. ſi quis arbi-
tratu,cum concord.adductis per Ripam
d.loco,& hanc latiſſime defendit d. For
tun.in rep.§.& quid ſi tantum,nu. 28.ff.
de lib.& poſth. rationes hincinde addu
cuntur, ſed vtraque opinio diſtinguen-
do ſaluari poteſt:primò enim veriſſimũ
arbitror compromiſſum in arbitratorẽ
valere,quia contractus eſt:ſecundo arbi
tror verum eſſe,quòd facto compromiſ
ſo partes non coguntur,vel altera earũ,
coram eo vti excommunicato compare
re,& hoc modo declinare arbitramentũ
futurum,ſecuto autem arbitramento:
quia in ſpeciem tranſactionis & contra-
ctus reſoluitur, ſi ante oppoſitum non
fuerit, credo arbitramentum valere,in-
telligendo in cauſa profana: nam ſpiri-
tualium excommunicatus incapax eſt:
arbiter autẽ eſſe non poteſt,vt dixi ſup.
num.8.quia arbitria ſunt redacta ad in-
ſtar iudiciorum.

32 Infertur quartò, quòd excommuni-
catus ſit capax eorum, quæ ſunt facti, &
quidem in temporalib.id abſolutum eſt
ſi cum alio non expediantur:veluti elige
re vnum ex plurib.declarare votum ani
mi ſui,at ſi factum non à ſe tantum pen-
deat,ſed cum alijs ſit conferendum,ad-
huc inhabilis eſt, ideo in capitulo ineli-
gibilis eſt,actiue,& paſſiue. c. cum inter
R.ext.de elec.& c.cõſtitutis,ext.de app.
Rota in nouis deciſ. 195. acceptatio,
Dec.conſ.522.col. 1.Intellige,quòd etiã
circa ſpiritualia excommunitatus non
perdat ea, quæ ſunt facti, ideo excom-
municatus habens gratiam ad benefi-
cium vacaturum,poteſt beneficium va-
cans acceptare, quamuis executor non
poſſit de eo ſibi prouidere,quia accepta
tio eſt quid facti,& per eam acquiritur
ius ad rem,nõ ius in rem,quòd per pro
uiſionẽ acquiritur, Rota in Antiquior.
deciſ.4.ſub ti.de ſent.excom.& in antiq.
deciſ. 8.& 28.ſub eo. tit. & in nouis ſub
tit.de conceſ.præben.deciſ.5.& 10. vbi
quòd etiam poterit optare præbẽdam,
ſequitur Ripa d.§. ſi quis rogatus, ſub
nu.4.Sed horum opinio non eſt tuta,&
ideo Domini valde dubitarũt, vt ex eis
deciſionibus videre licet,& contrarium
firmauit D.Fortun.in d.§.& quid ſi tan
tum,ſub nu.28.nil mirum,quia excom-
municatus à ſpiritualibus repellitur.

33 Ideo ſepulturæ eccleſiaſticæ eſt inca-
pax, quia ſpiritualibus annexa eſt, licet
ſepelire mortuum facti ſit, intellige de
publicè excommunicato excommuni-
catione maiori.tex.& gloſ. in clem. 1.de
ſepultur.

34 Infertur quintò, quòd excommuni-
catus capere poſſit ex teſtamentis,& vlt.
volunt. quia habet teſtamenti factionẽ
actiuam,& paſſiuam:Archidia.in c.pia.
de excep. in 6. cuius opinio communis
eſt: vt ex his quæ ſup. dixi nu. 26.ſatis
conſtat:nil mirum,quia nulla lex prohi
bet excommunicatum capere per vlt.
volun.

volun. Contra vero in terminis decidit
Bal. in rep. l. 1. C. de ſacr. ſan. eccl. vbi in-
quit, quòd excommunicatus æquipara
tur ei, cui fuit interdictum aqua & igni,
ac idcirco incapax ſit, ſi tunc in eo ſtatu
reperiatur: quæ ratio non me mouet:
quia in pœnis & in odioſis non licet à ſi
milib. ad ſimilia arguere, & quia iura
in excommunicatum certas pœnas ſta-
tuerunt.

35 Id tamen verum eſt, excommunicatũ
capere non poſſe ex teſtamento illius,
qui turpem perſonam inſtituere, vel le-
gare non poſſet: veluti ex teſtamento
fratris, ad excluſionem fratris, ad l. fra-
tres. C. de inof. teſt. ſic Roland. à Valle
conſi. 95. nu. 21. in 4. quia excommuni-
catus eſt turpis perſona, Bal. in d. cap. in
telleximus, ext. de iudic. & eſt in famis
gloſ. & feudiſtæ in cap. 1. in titul. quo
temp. miles.

36 Infertur ſextò, an excommunicatus
præſcribere poſſit: Nam Hoſt. in c. cum
non liceat: ext. de præſcript. tenuit nega
tiuam. contrarium aſſeruit in c. pruden
tiam. §. ſexta, ext. de off. deleg. & retulit
Guido Papa. q. 416. ad finem, & hæc ex
prædictis verior eſt.

37 His autem omnibus in materia addo
quòd excommunicatio facta in vno lo-
co paritũ effect ſuum vbique locorum,
cap. pen. ext. de excep. & cap. pen. ext.
de ſentent. excommun. & c. vt animarũ
de conſtitution. in 6. Bart. in l. cunctos
populos. col. 11. C. de ſumm. Trinit. Af-
flict. in c. ſancimus. num. 73. in titu. Quo
temp. mil. idem Bar. in ſua diſput. Luca-
nę ciuitatis, ſub num. 17. & idem Bart. in
l. ex ea. ff. de poſtul. vbi quòd excommu-
nicatio, & infamiæ pęna, ſequũtur reũ,
ſicut lepra leproſum: vtrum autem ex-
communicatio ortum habuerit ab anti-
quorum ritibus, videndus eſt Tiraquell.
loco ſupra allegato.

38 Circa præmiſſa tamen adde duas de
clarationes. prima eſt, vt procedant in
excommunicato per ſententiam homi-
nis: nam excommunicatus per canonis
ſententiam, ante declaratoriam latam
ab homine, non remouetur interim
ab vſu, & exercitio actuum de ſui natura
permiſſorum, ſic Pet. Anchar. conſ. 189.
tribus de cauſis. Dec. conſil. 522. nu-
mer. 13. vbi id iuribus & rationibus
comprobant.

39 Secunda declaratio eſt, vt excommu
nicatus admittatur in negocio, quod
ſpectat ad vtilitatẽ Eccleſiæ, Abbas poſt
Hoſtienſ. in cap. dilecti, extr. de exce-
ption. quos in id refert, & ſequitur Dec.
d. conſi. nume. 13.

## DE ASCRIBENTIBVS ſibi in teſtamentis. Tit. XII.

1 *Aſcribentes ſibi in teſtamentis, & in vlt. voluntat. incapaces ſunt ea relicta habere.*
*Amplia etiam in teſtamento nuncupatiuo*
*Limita cum teſtator ſubſcripſit.*
*Limita in notario cui teſtator mercedem reliquiſſet.*
*Limita in filio, qui portionem ſuam in teſtamento paterno ſibi aſcripſiſſet.*
2 *Honoratus vti coniunctus, qui talis non ſit: eſt penitus incapax.*
*Error teſtatoris circa coniunctionem ſanguinis reddit relictum nullum.*
3 *Inſtitutio de aliquo vti filio legitimato qui talis non ſit, eſt penitus inualida.*
4 *Seruus qui dominam adulterauit ex eius teſtamento capere nequit.*
5 *Collegia illicita capere nequeunt.*
6 *Collegio diſſoluto bona in fiſcum deuoluuntur vti vacantia.*

1 ASCRIBENTES ſibi in teſta
mentis, & in vlt. defun-
ctorum voluntatibus, re-
licta aliqua, eorum inca-
paces ſunt, & pro nõ ſcri
ptis habentur. l. 1. & l. fin. ff. de his quæ
pro non ſcrip. hab. l. quæ in teſtamento,
& l. quod adhibitus. C. de his qui ſibi a-
ſcrib. vnde ſic relicta tranſeunt ad ſubſti
tutum, vel remanent apud hæredem, &
cohęredem, ſeu apud illum, à quo appa
rent relicta: vt dicunt iura illa, amplia
etiam



etiam in teſtamento nũcupatiuo, ſic ex
communi ſcripſit Boſ. in ti. de ijs qui ſi-
bi aſcrib. num. 2. Clarus in ſua pract. cri-
minal. in §. falſum, & ex facto conſuluit
Franc. Becius conſ. 103. nu. 10. Sed ho-
rum opinio contradictores habet, nam
Bal. Specu. & alij contra ſenſerunt, quo-
rum ſententiam conſulendo ſecuti ſunt
Raſ. Cuma. conſ. 79. Alexan. conſil. 50.
nume. 2. in 3.

Limita, cum teſtator, ſubſcriptione
ſua, relicta in teſtamento, vel codicillis
confirmaſſet, & an ſufficiat generalis cõ
firmatio, videndus eſt tex. cum materia,
in l. 1. §. ad teſtamenta, & in l. diuus. ff. de
falſis. Secundò limita in notario, cui te-
ſtator mercedem pro factione teſtamẽ-
ti legaſſet, nam edictum prohibet aſcri-
bi legata, & fideicommiſſa, non autem
debitum aſcribenti, & ita ſæpius factum
vidi, & conſuluit Cuman. d. conſ. 79.

Tertiò limita in filio, qui in patris te-
ſtamento portionẽ ſuã ſibi aſcripſiſſet,
Ang. & Sal. in l. 1. C. eod. Franc. Bec. d.
conſ. 103. nu. 2.

2 Beneficiati quoque à teſtatore tam-
quam coniuncti, qui tamẽ nexu conſan
guinitatis verè non coniunguntur, inca
paces ſunt relictorum, nec fiſcus ab eis
aufert. l. aufertur: in principio cum gloſ.
& Bar. ff. de iure fiſc. l. ſi pater, & l. nec
apud. C. de hære. inſti. & per Doc. in di
ctis iuribus, & in l. eam quam. C. de fidei
com. Corn. conſi. 309. in primo dubio,
vol. 1. & ſi ſubſtitutum habent, ſubſtitu
tus capit. Capra conſ. 2. col. 7. & idem
Corn. conſ. 158. col. 1. in 4. vbi quod ſi
ſubſtitutum non habent, vadit ad alios.

3 Ideoque non valere inſtitutionem de
aliquo vti filio ſuo legitimato, qui natus
ſit ex muliere coniugata, quoniam illius
mariti filius pręſumitur: tradidit Cor. in
d. l. ſi pater, & Roland. Val. conſi. 22. nu.
10. in 3. vbi plures ad hoc refert.

4 Seruus qui dominam adulterauit in-
capax eſt ex illius dominæ teſtamento.
l. 1. C. de mulier. quæ ſer. propr. §. eſt au
tem: inſtit. de hæred. inſtit.

5 Collegium item, quod non ex aucto
ritate ſuperioris approbatum ſit: quia il
licitum eſt, ex teſtamento capere prohi-
betur. l. 4. C. de hęred. inſtit declarat pul
chrè Bar. in l. cum ſenatus. ff. de reb. dub.
& in l. 1. ff. de colleg. illicit. & idem eſt in
fraternitatibus reprobatis, Bal. & Alex.
in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus. ff. de
acquir. hæred.

6 Et ſi collegium deſtructum fuerit au
ctoritate Summi Potif. vel alterius Prin
cipis habentis in id auctoritatem, bona
per collegium poſſeſſa vacant, & ad fi-
ſcum vti vacantia pertinent, Bar. in l. fin.
ff. de colleg. illicit. Afflict. in c. 1. §. & ite-
rum, nu. 42. in titul. de cap. Conrad. & in
c. 1. in verbo vacantia. nu. 15. in tit. quæ
ſint Regal.

## DE INIMICIS, ET INImicitijs Tit. XIII.

1 *Inimicitijs ſuperuenientibus particulariter beneficiati in vlt. volunt. redduntur incapaces, & relicta ræuocantur.*
2 *Non autem data, & donata inter viuos.*
3 *Inimicitia leuis non conſideratur.*
4 *Inimicitia grauis reſultat pluribus de cauſis, quamuis nec verba iniurioſa, nec offenſio in perſonam interuenerit.*
5 *Inimicitiæ ſubortæ cum fratre, an fratrem afficiant.*
6 *Offenſa ignorata operatur effectum inimicitiæ præſumptæ, vt relicta intelligantur rouocata.*
7 *Inimicitia proueniens ex facto teſtatoris verſus legatarium adhuc operatur reuocationem legatorum.*
8 *Amplia etiam quod teſtator ſuperuixiſſet.*
9 *Conciliatio etiam tacita operatur, vt legata ex cauſa inimicitiarum reuocata, confirmentur.*
10 *Legata relicta ob benemerita per ſuperuenientes inimicitias non reuocantur.*
11 *Status quæſtionem mouens indignus redditur, vt illi ſuccedere nequeat.*
12 *Inſtitutiones & relicta vniuerſalia non reuocantur ob inimicitias ſuperuenientes.*
13 *Hæres qui in vita offendit grauiter defunctum, an ei ſuccedere poſſit, an vero fiſcus auferat.*

*Probatio*

14 *Probatio de aliquo facto extra teſtamentũ fieri poteſt per duos teſtes, quamuis de re teſtamentaria agatur.*

1 INimicitia ſuperueniens inter teſtatorem, & inter particulariter beneficiatos in eius teſtamento, veluti legatarios, & fideicommiſſarios, efficit vt illi capere nõ poſſint, & relicta permaneant penes grauatos, vel ſubſtitutos, ac ſi illi non eſſent in medio, nempe eorum relictorum incapaces redduntur. caſus eſt in l. 3. §. fin. & ll. ſeq. ff. de adimen. leg. & in l. ſi inimicitiæ. ff. de indign. pleniſſime verò ſcripſit Excell. D. Mantica in ſuo tract. de cõiectur. vlt. vol. lib. 12. tit. 5. intellige etiã, quòd teſtator expreſſe, vel tacitè per aliquem actum non declarauerit pœnituiſſe eorum relictorum, nam ſola ſuperueniens inimicitia arguit, ac inducit mutationem voluntatis, ſicuti illa iura dicunt & præſupponunt ſcribentes omnes.

2 Secus autem in datis, & donatis inter viuos, nam in his vt reuocentur, requiritur animi declaratio, conuicta culpa donatarij ad tex. in l. fi. C. de reuoc. don. & in cap. fin. ext. eo. & in cap. 1. & per totũ, in titu. quæ fuit prima ca. ben. amitt. in quibus locis pleniſſime per Doctores.

3 Intellige, ſiue factis ſiue verbis, inimicitię interceſſerint, ſicuti iura illa dicunt, modò tamẽ iniuria fuerit capitalis, aut grauis, nempe leuis offenſa non ſufficeret: ſic enim præſupponunt iura præalleg. & in terminis Natta conſil. 462. D. Mantica d. loco ſub nu. 14. vbi in propoſito declarat, quæ ſit leuis, & quę grauis offenſa, & pulchrè Ripa in d. l. fin. in 6. & ſeq. quæſtionibus.

4 Intellige etiam, cum non interueniſſent verba iniurioſa, vel offenſa perſonalis, ſed aliud factum ex quo capitalis inimicitia, aut grauis offenſa poſſet videri ſuborta, vt quia legatarius teſtatorẽ de crimine capitali detuliſſet, ad hoc tex. in l. qui filio. §. ſeia. ff. de adimen. legat. & in l. 1. ff. de indign. vel quia viuente teſtatore, eius vxorem, filiam, vel neptem, nurũ aut ſororem, in domo eius degentem turpiter cognouiſſet, ad not. per gloſ. & Doct. in l. fideicommiſſum. C. de fideicom. & in l. ſororem. C. de indign. & eſt tex. in d. cap. 1. in titul. Quę fuit pri. cau. aut quia vxor, cum mala gratia à viro deuertiſſet, glo. & Bar. in l. vxori. ff. de auro, & arg. leg. vel quia viuo teſtatore adulteraſſet, ad no. in d. l. fideicommiſſum. idem ſi filium, nepotem, vel vxorẽ teſtatoris eo ſuperſtite legatarius occidiſſet, vel vulneraſſet, ad tex. in l. his conſequenter. §. 1. ff. fami. hęrciſc. & ſanè dictum fuit, ſuperſtite teſtatore, quia poſt eius mortem ob has, & ſimiles culpas legatarius non redditur incapax, ſed indignus, & fiſcus ab eo aufert, vt dictũ fuit ſupra in tit. de indign. & eſt rõ, quia in viuente mutatio voluntatis coniecturari poteſt: eo autẽ mortuo minime, quia morte voluntas finitur, l. 4. ff. locati. §. deinceps, l. in Auth. de nupt.

5 Amplia cum inimicitiæ graues ſunt ſubortæ cum fratre legatarij, ſic Ferdinan. Loazes in rep. §. Diui, in vlt. opp. Bar. per tex. in l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. qui tamen text. nihil ad rẽ probat, ideoq́; eius aſſertio nõ placet: q̃a fratris factũ fratri p̃iudicare non conuenit. l. 2. §. fratris. ff. ſi quis aliq. teſt. prohi. & l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſtam. intellege niſi appareret inimicitiam protenſam ad fratrem honorati: quid autẽ ſi legatarius fratrem teſtatoris offendiſſet, eſt materia, de qua in c. 1. in tit. an ille qui interf. fratr. Dom. ſui.

6 Amplia etiam, quòd teſtator ignoraſſet grauem offenſam ſibi fuiſſe illatã, nam adhuc ex præſumpta illius voluntate relicta cenſerentur adempta, ſic Bart. in l. 1. ff. de indign. gloſ. & Doct. in d. l. fideicommiſſum. C. de fideicom. Imo. in c. Raynaldus, ext. de teſtamen. eſt communis concluſio. Ruin. conſil. 153. nu. 3. in 3. Mantica dicto loco. nu. 6. & 7.

7 Amplia, etiam quòd inimicitiarum cauſæ proueniſſent ex facto ipſius teſtatoris, ſic tex. in l. 4. & in l. ex parte. ff. de adim. leg. firmauit Iaſ. in l. hęreditas, col. 3. C. de indign. & in l. ſi filiam. nu. 2. C.

de reuoc.



de reuoc. don. Didac. in Rubr. de teſta. par. 2. nume. 19. Ludou. Zunta in reſp. pro vxore. nume. 867. Mantica d. loco. nume. 9. & licet Bar. in l. cum tabulis. §. 1. ff. de indign. & in l. fin. colum. fin. ff. eo. contra dixerit per tex. in d. §. 1. attamen textus ille nihil officit, quia loquitur in inimicitia prę ſumpta ob inobedientiam legatarij verſus teſtatorem, circa factũ de iure laudabile, ſicq́ue per illum tex. limitatur ampliatio.

8 Amplia etiam, quòd teſtator poſt contractas inimicitias ſuperuixiſſet, immo etiam codicillos feciſſet; in quibus non pœnituiſſet legatorum, & fideicommiſſorum per eum inimico ſuo in priori voluntate relictorum: caſus eſt in d. l. qui filio. §. ſeia. ff. de adim. leg. & ibi Bart. notat. Aret. conſi. 93. viſo legato, nume. 5. Alexandrin. conſi. 125. nume. 5. Mantica d. loco. nume. 2.

9 Limita primò, ſubſecuta reconciliatione cum teſtatore, tunc enim legata, & fideicommiſſa quaſi ex nouata voluntate deberentur. d. l. 3. §. fin. & l. ſeq. ff. de adim. leg. vbi Bar. intelligit etiam in tacita reconciliatione, ſequitur Bal. in l. id quod pauperibus. num. 34. C. de epiſ. & cler. vbi tacitam reconciliationem colligit: quia teſtator poſt iniuriarum cauſas fuerit contritus, & confeſſus, quod articulandum, & probandum dicit, ſecutus eſt Alexan. conſ. 91. nu. 4. in 7. D. Mantica loco præalleg. nu. 18. pulchrè d. Ripa in rep. l. fin. ſub nume. 205. C. de reuoc. donat.

10 Limita ſecundò in legatis relictis alicui ob benemerita, ſic Ruin. d. conſ. 162. nume. 10. in 4. & licet D. Mantica iam di[illegible] loco ſub nume. 17. contra ſenſerit: tamen Ruini ſententia eſt ſuſtentabilis: quia meritorum ratio adducta in legato, non mediocriter operatur pro legati firmitate, ad ea, quæ plene Iaſon ſcripſit de remunerationis effectibus in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure: item ratio meritorum reſiſtit præſumptæ mutationi voluntatis, & præterea pro legatario immota manet ſcriptura teſtamenti.

11 Limita tertiò, cum inimicitiæ prouenirent ex facto legatarij proſequenti in iudicio intereſſe ſuum reale, & pecuniarium, tunc enim quamuis grauiter teſtatorem offenderet, vt quia illum de ſtatu ſuo impetijſſet, non tamen redderetur incapax legatorum, nec legata cẽſerentur ab eo reuocata, ſed ea quidem caperet, fiſcus autem vti ab indigno auferre poſſet, caſus eſt in d. l. ſi inimicitię, §. fin. ff. de indig. quem textum, Bart. ibi, & in l. fi. col. fin. ff. eo. ſic intellexit: quod notat, quia legatario agenti non poſſet hæres obijcere exceptionem indignitatis ad illum excludendum, gloſ. communiter approbata, vt ſæpius diximus, in d. l. his conſequenter. §. 1.

12 Limita quartò in relictis particularibus, nam in iſtis tacita ademptio per cõtrariam voluntatem facile præſumitur. Secus in inſtitutionibus vniuerſalibus: nam per inimicitias ſuperuenientes nõ reuocantur, etiam quòd ille factus inimicus cohæredem haberet, aut ſubſtitutum: caſus eſt in d. l. ex parte. ff. de adim. legat. & ibi notatur rationes differentiæ diſcurrit Iaſ. in l. hæreditas, nu. 3. C. de indig. placet mihi illa ratio: quia legata facilius, & cum minori ſolemnitate relinquuntur, ideoque per contrarium facilius, quàm hæredum inſtitutiones reuocantur. ad not. in l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtamen. & in l. nutu. ff. de leg. 3.

Declara duobus modis, primò cum teſtator incępiſſet facere aliud teſtamẽtũ, in quo hęredem in primo ſcriptũ, indignum dixiſſet: nam licet ſecundum teſtamẽtum eſſet inualidum, & hæres ſcriptus in primo ſuccederet. fiſcus tamen ab eo vti indigno hæreditatẽ auferret. caſus eſt in l. cum quidam. ff. de indign.

13 Declara ſecundò, cum inimicitiæ ſuperueniſſent ex facto tertij, aut teſtatoris, ſecus ſi ex facto hæredis ſcripti, nam fiſcus ab eo vti indigno haberet, hęreditatem illius, quem grauiter offendit, ſucceſſionẽ auferret: ſic Bart. ſenſit in d. l. ex parte, & in argum. ſuadent textus in Authentic. ſi captiui. C. de epiſ. & cler. & in

Authen.

Auth.liberi furioſi.C.de epiſ.aud.Hanc tamen declarationem nõ admitto,quia ingratitudinis cauſæ commiſſæ per hæredem futurum in vita teſtatoris, pro quibus teſtator illum nõ exhæredauit, non reddunt hæredem incapacem, nec indignum ſucceſſione. ſcripſi latius in tractatu de indign. ſub tit. de ingratis verſus defunct.

14 Quot autem teſtes ſint neceſſarij ad probandum inimicitias,ſeu inimicitiarũ cauſas,ex quibus arguitur reuocatio legatorum, & incapacitas legatarij tractauit D.Mantica dicto loco.num.13. concludit duos teſtes ſufficere, ad tex. in l. vbi numerus.ff.de teſtib.poſt Bal.in l.errore.C.de teſtamen.quem ſequitur Roman.in l.neque profeſſio.C.eodem,idẽ Bal.in dicta l.hæreditas,& ibi Iaſo.nu.3. Bal.in l. fideicõmiſſum. C. de fideicom. Paul.Caſtr.in l.hæredes.§. ſi quid poſt. ff.de teſtamen.vbi diſtinguunt, an agatur de probando aliquod factum per vltimam voluntatem, an verò aliquod extrinſecum, & eſt communis diſtinctio. Didac. in rub. de teſta.in 2.par.nu.19.

## DE FRATRIBVS MINORIBUS. Tit. XIV.

1 *Fratres minores S.Franciſci de obſeruantia ſunt incapaces bonorum in proprio, & in communi.*

*Et habentur pro mortuis mundo,quo ad retentionem bonorum.*

*Et per ingreſſum bona deuoluuntur ad venientes ab inteſtato ſi teſtamentum non fecerint.*

*Sunt incapaces ſucceſſionum vniuerſaliũ ab inteſtato, & ex teſtamento.*

*Poſſunt tamen capere titulo ſingulari,quo ad hos,vt bona.*

*Vendatur, & pretium in vſus eorum neceſſarios conuertatur.*

*Item ſunt capaces dignitatum eccleſiaſticarum.*

*Conuentuales autem ſunt capaces bonorũ ex regula priuilegiata.*

2 *Fratres mendicantes,præter minores,ſunt capaces bonorum in communi reſpectu æſtimationis & pretij.*

1 FRATRES minores ordinis S.Franciſci tam ex regula, quæ in altiſſima paupertate,& humilitate fundata eſt, quàm ex eorum profeſſione,incapaces ſunt,tam in proprio,quàm in communi,reſpectu ordinis, habere, tenere, & poſſidere bona aliqua mobilia, vel immobilia, ratione dominij,& proprietatis, vel etiã pro iure vſusfructus,ſolo vſu,ĩ neceſſarijs,pro victu,veſtitu,diuino cultu, & pro ſcientiarũ ſtudio,eis reſeruato:ſicuti pleniſſime habetur in c.exiit qui ſeminat: de verb.ſignificat.in 6.& in clem.exiui, de verb.ſign.qui ſanè vſus, an ſit ſimplicis facti, vel iuris, pleniſſime diſputat gloſ. Ioan.And.in d.clem.exiui, in verbo proinde,& habetur in extrauag.Ioan.22.ad conditorem, ſub tit.de verb.ſign.verum vt materia facilius expediatur: cõſtituã nonnullas concluſiones, Prima, fratres minores ſunt incapaces proprietatis,& dominii omnium rerum mobilium, & immobilium,iurium,& actionum,vt probatur in dictis iuribus in capitul. exiit. §.porrò.

2 Secunda,fratres minores in his,quæ vſu conſumuntur,per eſum, & potum, habent vſum iuris,nedum facti,qui etiã pro ſui natura conſiderari nequit vti ſeparatus à proprietate, pleniſſime ĩ d.extrauaganti.ad cõditorem. Pecuniarum tamen vſus,ac contractatio,penitus ſibi interdicitur.d.cap.exiit.§. cæterum. d. cle.exiui.§.porrò, & §.denique.Tertia concluſio,mobilium,quæ vſu non conſumuntur, quorum vſus neceſſarius eſt fratribus minoribus dominium acquiritur Eccleſ.Rom.ſolo vſu facti ipſis fratribus reſeruato.d.c.exiit.§ ad hęc.Sed an in his ſit abrogata, per illam extrauag.ad conditorem,videndum eſt ibi.

Quarta concluſio,ingreſſus religionẽ fratrum minorum: quò ad bona habetur pro mortuo mundo, ideoque ante profeſſionem de eis poteſt diſponere,& teſtari



teſtari, ac pro elemoſina ſub competenti moderamine poteſt concedere ipſis fratribus, prout quilibet alius, d. clem. exiui. §. nos autem.

Quinta concluſio, bona profeſſi monaſterium Minorum, non condito per eum teſtamento,veluti hęreditas iacẽs, pertinent ad venientes ab inteſtato, gl. in d.clemen.exiui,in §. cum vero. Bald. in Authẽ.ingreſſi, col. 6. C.de ſacroſan. eccle.Bart.in tract.minori. c.in vlt.lib.in principio,& in penult.col. Abb.& Dec. nume. 77. in c.in præſentia, nume. 77. extra de probatio.Feder.de Senis conſ. 26.Roman.conſil.258. in caſu. & conſ. 296.circa. Abbas.conſil.27. dubium.in primo, & Nicol.de Vbald.de ſucceſſ.ab int. cler. & Regal. in prima col.

Sexta concluſio, Fratres Minores, quia incapaces ſunt,non faciunt conditionem ad impediendum ſubſtitutum ſub conditione,ſi ſine filijs, expreſſe,vel tacitè: ſic Barto. in l. filiusfamil. §.cum quis, ff. de legat.primo, Bal.in l.cum acutiſſimi,colum.vlti.C.de fideicomiſſ.

Septima concluſio, Relictum poſt mortem alicuius,qui factus ſit frater Minor,ſtatim debetur, non expectata eius morte naturali: Bart. in l.cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat. ſecundo, vbi Bald.quoque, Dec. poſt alios in d.c. in præſentia, nume. 74. & in conſil. 419. Alexand.conſi.13. volu.3. Pariſ. conſi. 65. in primo dubio, volumi. 2. dixi ſupra in titu.de deportat. nume. 21.

Octaua concluſio, Profeſſus ordinẽ Minorum non ſuccedit ab inteſtato ſibi coniunctis,nec monaſterium ex illius perſona, vnde hæreditas vadit ad eos, ad quos pertineret, ſi ille non eſſet in mundo. Bald. in d.Authen.ingreſſi,colum. vlti. vbi infert, quòd vti maſculus non excludit filiam,ſtante ſtatuto excluſiuo. & fuit deciſio Barto.in l. 1. §. quæ habebat,colum.2.ff.de bon.poſ.contra tab. & eſt communis Alber. Bru. de ſtatu. exclu. artic. 12. quæſt. 5.

Nona concluſio, Fratres Minores ſunt incapaces hæreditatum ex teſtamento, d. clemen. exiui, §. quia ergo in ſucceſſionibus, & c. exijt qui ſeminat, Bald.d.Auth.ingreſſi,nu. 15.vbi inquit, quòd hæreditas vadit ad ſubſtitutum, ſi extat, aliàs ad venientes ab inteſtato, quia horum inſtitutio eſt pro non ſcripta, & idem Bald.in l.eam quam,col.6. verſ. ſecundo quærit glo. C.de fideico. vbi inquit,Fratres minores eſſe incapaces tituli,& emolumenti. Amplia etiam quòd eſſet eis relicta hæreditas cum onere vendendi, ſecundum Bald. d. loco contra Barto.

Amplia,vt nec etiam ſint capaces fideicommiſſorum vniuerſalium, quia fideicommiſſarius eſt loco hęredis, l.poſtulante. ff. ad Trebellia, ſic Bald. d.Authent. ingreſſi,nu.15. Pet. Duenas qui alios adducit, regula 381. fratres Minores, in prima ampliatione.

Decima concluſio, Relicta particularia de rebus immobilibus, expreſſa cauſa illicita, puta, vt habeant, & colant. non valent etiam quo ad hoc,vt æſtimatio debeatur,d.c. exijt,§. ad hæc. clem. exiui, § cæterum,§.cum vero. Ioan.Andre.& Card. ibi in §. proinde. Abb. & Dec.in d.cap.in præſentia. Alexand. & Iaſ.poſt legiſtas, in l. apud Iulianum, §. conſtat, ff.de legatis primo.

Vndecima concluſio, Legata particularia,quę non mendicitatem tollant,de pecunijs,& de rebus mobilibus,vel etiã de bonis immobilibus, eo adiecto, vt vendantur, & eorum pretium diſtribuatur in vſus neceſſarios ipſorum fratrum,valent,d.c.exiit, §. ad hæc, & in d. clem. exiui, in locis proxime adductis, Bald. pulchre, d. Auth. ingreſſi, nu. 18.

Duodecima concluſio, Fratres Minores ſunt incapaces iudiciorum pro rebus ſibi donatis,vel relictis per vlti. volun.ideo ex officio iudex compellit grauatos ad exequendum relicta,d.c.exiit, §.ita tamen,& in verſ.in hoc caſu.

Decimatertia concluſio,Fratres Minores ſunt capaces dignitatũ,ideo promouentur ad Epiſcopatus,& Cardinalatus, c.nullus,de elect. in 6. gloſſ.Ioan. Andr.d.clemen.exiui, in verb.proinde: Vbald.in loco præallega. non tamen ſic

aſſumpti, ſunt capaces bonorum: quia nulla dignitas liberat Monacum à ſubſtantialibus regulæ, Duenas poſt alios, dicta regula 381. in nona ampliatione.

Decimaquarta concluſio, Fratres minores conuentuales ex regula priuilegiata, ſunt capaces bonorum in cõmuni, veluti fratres S. Antonij confeſſoris de Padua: ſic enim conſtat ex indultis Clemen. IIII. Sixti IIII. & Alexandri VI.

Decimaquinta concluſio, Moniales S. Claræ, quamuis ſint ordinis S. Franciſci, ſunt tamen capaces bonorum in cõmuni: quia tanta mendicitas non conuenit Monialibus fœminis, prout Fratrib. Bal. conſi. 448. S. Franciſcus, in 5. Geminia. in c. non ſolum. nu. 11. ext. de regular. in 6. Lap. allega. 4. An diſpoſitio.

Decimaſexta concluſio, Mendicãtes, veluti fratres Prędicatores Heremitarij & Carmelitæ, licet non ſint capaces bonorum, nec in proprio, nec in communi vt illa retineant: quia ſic repugnaret regulæ mendicitatis: ſunt tamen capaces pretij, & æſtimationis, vt conuertantur in vſus ſuos, ac ideo relicta eis facta non ſunt inualida, nec pro non ſcripta, gloſ. & communiter ſcriptores in c. 1. §. 1. in verb. domum, de religio. in ſexto notab. in dicta clemen. exiui. Bald. conſil. 454. in quarto, & 481. in quinto, notatur in dicta l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. de legat. 1. per Alexand. Iaſ. & alios, & in c. in pręſentia, vbi Dec. nu. 78 ac ideo agere, & ſiſtere in iudicio poſſunt per ſuos procuratores pro ſibi relictis, ad effectum vt ſupra.

## DE MVLIERIBVS BINVBIS intra annum luctus, Tit. XV.

1 *Mulier nubens infra annum luctus amittit ſibi relicta per priorem virum, infamis, & incapax redditur, ac multas de iure ciuili incidit pœnas.*

2 *Mulier intra annum luctus, impune nubit de iure Canonico.*

3 *Pœnæ feſtinanter nubentium iure Canonico ſublatæ ſunt: non pœnæ ſecundarum nuptiarum.*

4 *Mulier nubens infra annum luctus, an vti indigna amittat ſibi relicta per priorem virum.*

5 *Vidua ſtuprum committens incidit in omnes pœnas iure ciuili indictas aduerſus ſecundo nubentes, & iſtæ pœnæ non ſunt ſublatæ iure Canonico.*

6 *Mater luxurioſe viuens, ſiue intra, ſiue poſt annum luctus, priuatur tutela filiorum ſuorum.*

7 *Vidua ſtuprum committens intra annum luctus incidit in pœnas legis primæ, & ſecundæ, C. de ſecundis nuptijs: poſt annum verò in alias incidit pœnas.*

8 *Vidua ſtuprum committens poſt annum luctus, tanquam indigna amittit ſibi relicta per priorem virum.*

9 *Vidua ob ſtuprum commiſſum incidens in pœnas legales, illas non euitat, quia poſtea cum eo amaſio, vel cum alio matrimonium contrahat.*

10 *Mulier nupta ſecundò ſi adulterium committat, non infamat priorem maritum, nec quo ad eum dicitur ſtuprum commiſiſſe.*

11 *Vidua committens ſtuprum intra annum luctus non poteſt donare amaſio ſuo vltra tertiam bonorum ſuorum,*

1 MVLIER intra annum luctus nubens, iure ciuili efficitur infamis, & ſecundo marito vltra tertiam bonorum ſuorum, nec titulo dotis, nec ex teſtamento, aut donatione inter viuos, transferre poteſt: expers præterea, & incapax redditur omniũ hæreditatum, fideicommiſſorum, legatorum, & donationum cauſa mortis, ac ſucceſſionum ab inteſtato, ſibi obuenientium à perſonis vltra tertium gradum ſibi coniunctis: inter viuos autem capere poteſt. Quæ verò a priore viro prædefuncto habuit, vel per vltimam





mam volun. iure ſponſalium amittit: & quærũtur decem perſonis, ſcilicet filio, filiæ, nepoti, & nepti, patri, vel matri, auo, vel auiæ, fratri, & ſorori, mariti prædefuncti gradibus inter eos ſeruatis; quibus non extantibus, aut capere nolentibus, fiſcus ipſe capit: caſus eſt in l. 1. & 2. C. de ſecun. nupt. ſuplendo cum annotationibus gloſſarum, & Doctorum communiter.

Circa quam materiam, notandum eſt: quia fiſcus capit ea tantum, quæ mulier habuit à primo viro, deficientibus tamen decem perſonis ſupra numeratis, aut eis capere nolentibus: relicta autem hæreditates, & donationes cauſa mortis obuenientes, à perſonis non coniunctis intra tertium gradum, fiſcus non occupat, ſed deferuntur illis perſonis, quæ habituræ fuiſſent, ſi mulieri illi aſcriptæ non fuiſſent, nempè, quia horum incapax eſt, & idem eſt in translatis per eandem in ſecundum virum, vltra tertiam bonorum ſuorum: nam ſimiliter ſecundus vir, horum, ſupra tertiam, incapax eſt tã inter viuos, quàm ex teſtamento, ſic cenſuerunt cõmuniter Scriptores ad eam legem.

2 Iure autem canonico mulier impunè nubit, quò ad eas pœnas etiam intra annum luctus, capit. penult. & capitu. fina. extra de ſecund. nupt. ex auctoritate Apoſtoli VII. ad Corinthios. Mulier mortuo viro nubat in domino, quoniam a lege viri ſoluta eſt, & in illis iuribus ampliſsime notarunt communiter Canoni.

3 Vnde dubium eſt, an per iura canonica ſublata ſit diſpoſitio legis ciuilis, nam Paul. Caſtr. in lege decreto. Cod. ex quibus cauſ. infam. irrog. poſt gloſſ. ibi. decidit pro negatiua: quia non ſpectat ad apoſtolicum, & ad conditorem canonis, corrigere leges ciuiles: vbi nõ eſt quæſtio de peccato, ſed de moribus. & latius comprobauit Lucas de Penna in l. mulieres. columna quarta, C. de incol. libro 10.

Gloſſ. autem iuris ciuilis in dicta lege prima, & in l. liberorum. §. 1. ff. de his qui not. infam. & in dicto capitu. fina. extra de ſecun. nupt. concludunt dictas leges eſſe correctas: communis autem diſtinctio, quam mundus ſeruat, eſt: vt pœnæ feſtinanter nubentium intra luctus annum iure canonum ſint ſublatę: pœnæ vero ſecundarum nuptiarum, fauore filiorum primi matrimonij, iure ciuili indictæ, veluti in l. fœminæ, & in lege hac edictali. Cod. de ſecund. nup. ſublatæ nõ ſint: ſic originaliter tradidit Innocent. in dicto capitulo fina. ſequuntur Hoſtienſ. Ioan. And. Henric. Boich. Anton. Butr. Abbas, Præpoſ. Alexandr. & communiter Canon. in dicto capitu. fina. Barto. Bal. Salycet. Angel. & communiter ſcriptores in dicta lege prima, latiſsimè omnium Ioã. de Garron. in repeti. d. l. 1. numero 128. cum pluribus ſequen. & aliqua per eundem numero ſexageſimoſeptimo. Dec. in cap. quæ in eccleſiarum, numero 40. extr. de conſtitu. & conſuluerunt doct. quam ſepiſsime, Feder. de Senis conſi. 36. Pau. Caſt. conſi. 366. in 1. Dec. conſi. 87. col. 3. & idem Dec. conſi. 230.

4 Licet autem ex eo, quia iura illa ciuilia ſint correcta, videatur, quòd uidua nubens intra annum luctus, non efficiatur infamis, & cadat in pęnas dictarum legũ, videtur tamen, quòd uti indigna, & ingrata amittat hæreditatem, & legata ſibi relicta à viro prędefuncto, ſicuti cenſuit Alexander in addition. ad Bar. in dicta lege prima, ubi refert, quòd ita conſuluit Bald. in quodam ſuo conſilio, quod incipit, proponitur in facto. & Angelus in quoddam ſuo cõſilio, quod incipit, maritus ueniens. Secutus eſt Iacobin. in dicta lege prima. Quibus conſonat deciſio Oldrad. in conſilio 213. ad quæſtionem, vbi decidit legatum relictum vxori, quamdiu vixerit, & in domo teſtatoris habitare voluerit, non deberi ſi nupſerit, & in domo prioris viri ſecundum maritum ſecum habitare duxerit, arg. tex. in l. qui concubinã. §. vxori. ff. de legatis tertio, & ſequitur Præpoſ. Mediol. in d. c. fi. col. pen. extra de ſecũ. nup. Attamẽ deciſio illa Alex. nõ eſt

recepta, quia cum iure canonum ex auctoritate Apoſtoli, mortuo uiro licite nubat, ideo non debet pati pœnam amiſsionis relictorum ſibi per maritum, argum.text.in l. Gracchus. C. de adulter. nec enim ſub auctoritate canonis decipienda eſt, & in periculum incidere, & quia aliàs lex canonica circumſcriberetur, ſi ab ea ſub prætextu ingratitudinis, & in dignitatis, relicta auferri poſſent, ideoque Alexand. ſententiam refellit Ioan. de Garron. in dicta lege prima, numero octuageſimoquarto, vbi refert, quòd bis ſic conſuluit, & præterea, quod facta diligenti inueſtigatione, nũquam potuit adinuenire illa cõſilia Angeli, & Bal.

Ego autem vltra eum, quod mulier retineat ſibi relicta per ſecundum virũ, quamuis intra annum nubat, adduco deciſiones in terminis Bal. conſi. 381. in quinto. Pau. Caſt. conſi. 366. in pri. Bened. Cap. conſilio ſeptuageſimo. Corn. conſilio vigeſimoprimo, in primo. Pariſ. conſilio nonageſimoquinto, nume. 17. in ſecundo. Crauet. conſi. 36. Amadeus. Roland. Val. conſ. 95. numero 14. in primo. Ripa in l. fina. quæſtio. 62. C. de reuoc. donat. Boer. in deciſio. 186. Borgni. Caualc. in tractatu de vſufruct. mul. relicto. numero 113. & ita in caſu de facto obtinui, reiecta opinione Alexandri, ex iudicio M. & Excell. Iuriſconſult. D. Gaſparis Fabiani olim ordinarij ad lecturam Canon.

5 In vidua tamen ſtuprum committẽte intra annum luctus, ſiue pariat, ſiue non, eędem pęnæ omnes ſupra relatæ, ſcilicet infamiæ, in capacitatis, & ablationis, locum quidem habent, vt eſt caſus in auth. eiſdem. C. de ſecund. nupt. & in corpore, vnde ſumitur, in Authenti. de reſtitut. & ea, quæ parit, in §. fina. cum gloſ. quæ ſanè iura in vidua ſtuprãte non ſunt correcta per canones præallegatos, quia lex canonica hanc non fouet, ſed improbat, ſic gloſ. Bartol. Bal. Faber. Sal. Ang. & quot quot ſcripſere in d. auth. eiſdem, & in dicto §. fi. latiſſime Garron. in d. Authenti. eiſdem, ſub numero quarto, & ſub numero decimooctauo, & idem de Garron. in l. 1. numero 73. & in Rubric. C. eod. numero 60: cum ſequen. quibus in locis generaliter tradidit, quòd omnes pęnæ contra ſecundo nubentes indictæ, intra annũ, vel poſt annum luctus, locum habent cum effectu aduerſus viduas ſtuprum committentes, & luxurioſe viuentes, quod etiam Bartol. voluit in l. his ſolis, C. de reuocan. donat. Abbas in capitulo vxoratus, extra de conuerſ. coniug. Præpoſ. Alexandri. poſt Cardin. Florent. in dict. capitu. fina. extra de ſecundis nuptijs. Alber. Brun. de ſtat. exclud. in 6. articulo. numero vigeſimoſexto. Ripa in lege fina. numero nonageſimo octauo. C. de reuocand. donatio. & eſt veriſſima opinio, ne plus habeat caſtitate, luxuria; & quia filij, ac maritus pręde functus magis exhonorantur per ſtuprum, & vitam luxurioſam, quam per ſecundas nuptias, quamuis nonnulli ſenſerint contrarium, & malè.

6 Vnde ſicut mater tranſiens ad ſecunda vota amittit tutelam filiorum, Authentic. ſacramentum hoc. C. quando mul. tutelæ officio, & in corpore vnde ſumitur, ita etiam perdit, ſi luxurietur vel intra, vel poſt luctus annum. gl. Bartol. & communiter Doctores in d. Authentic. ſacramentum. Bartol. in lege ſi quis ſub conditione. ff. de teſtament. tut. idem Bartolus poſt Iacobum de Beluiſ. in dicto. § fina. in Authent. de reſtit. & ea quæ parit. Pau. Caſt. in l. omnem. C. ad Trebell. Abb. in d. cap. vxoratus: cum infinitis cõcordantibus adductis per Garron. in d. Authẽ. eiſdem, numero 23. & ſeq.

7 Notandum tamen eſt, quòd ſi uidua poſt annum luctus ſtuprum committat, non quidem incidit in pęnas l. 1. & 2. C. de ſecun. nupt. quia illa lex ultra annum ſe non extendit: ſic cenſuit gloſ. in d. §. fin. quam ſequuntur Iacob. de Beluiſ. & Angel. ibi, Bald. & Corn. in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſ. & de Garron. in dicta Authenti. eiſdem, numero 19.





8 Incidit tamen in alias pęnas omnes, quas binuba patitur, vt ſupra dixi: item vti ab indigna fiſcus aufert ſibi relicta per virum prædefunctum, Corn. in d. l. ſi deicommiſſum. C. de fideicommiſ. de Garron. in d. l. 1. numero ſeptuageſimo tertio, & probatur ex iis, quæ dixi ſupra, ſed titu. de ingratis.

9 Et huiuſmodi pœnas, in quas incidit per ſtuprum commiſſum, ſiue intra, ſiue poſt annum luctus, non euitat, ſi poſtea nubat, vel cum eo amaſio, vel cũ alio, ſic Præpoſ. Alexandri. in cap. tanta, in 9. quæſt. ext. qui fil. ſint leg. Garron. in d. l. 1. num. 73. Berous pulchrè conſi. 32. nu. 36. & 37. in 2.

10 Intellige tamen in uidua perſiſtente in viduitate, ſed ſi poſt matrimonium cum ſecundo viro contractum adulteret, non dicitur, quò ad primum virum ſtuprum commiſiſſe, ac ideo in nullas pęnas reſpectu primi uiri incidit: pro ut nec adulter dicitur offendere priorem virum: ſic enim in vaſallo adulterante vxorem olim domini ſui, nuptã poſtea cum alio, ut dominum offendiſſe nõ dicatur, ac ideo non cadat a feudo, determinauit Aluarot. in capitulo ſecundo, in tit. de feudo ſine culp. non amitt. poſt Andr. de Iſern. & Nicol. de Neap. Præpoſ. in capitulo primo in §. item ſi fidelis, in titulo. quibus modis feud. Iacob. a S. Georg. in ſua inueſtitura feudali, in verbo, dictique vaſall. quorum dicta ad hoc, & bene deducit, idem de Garron. in d. l. 1. numero ſeptuageſimoquarto, & ſeptuageſimoquinto, nam non eſt in primo viri matrimonio, in quo cẽſetur eſſe, dum uiduat. l. ſi. C. de bon. matern.

11 Ex prædictis infero uerũ eſſe, quod aliàs dixi, & reſpondi, quòd uidua ſtuprum committens intra annum luctus, non potuerit donare amaſio, vltra tertiam ſuorũ bonorũ, per caſum in d. l. 1.

## DE MATRIBVS NVBENTIBUS, non prouiſo de tutore filijs ſuis. Tit. XVI.

*Mater quæ ſuſcepta filiorum tutela tranſiuit ad ſecundas nuptias non prouiſo de tutore, non redditis rationibus, nec reliquis reſtitutis, quas pœnas incurrat, uide cum ampliationibus, declarationibus, & limitationibus.*

2 *Mater ob non petitum tutorem non repellitur a ſucceſsione filij, qui poſtea non petito tutore ſit factus maior.*

3 *Mater luxurioſe uiuens, quia cadit a tutela filij, incidit in eas pœnas, ac ſi non petito tutore tranſiſſet ad ſecundas nuptias.*

4 *Mater tutrix filiorum ſuorum, non conficiens inuentarium, cadit ab eorum ſucceſsione.*

1 MATER, quę ſuſcepta filiorum tutela, etiam naturalium nubit, ſiue ante, ſiue poſt annum luctus, non prouiſo de tutore filijs ſuis impuberibus, non redditis rationibus, nec reliquis reſtitutis, in eaſdẽ pœnas incidit, infamiæ, incapacitatis, & indignitatis, quas mulier intra annum luctus nubens, de quibus ſupra, ſic tex. in d. Auth. eiſdem. C. de ſec. nupt. & latius vnde ſumitur in §. ſiue autem, tutelam, in Auth. de nuptijs, ubi textus reddit rationem, quia mater ſic immaturè nubens, Deum, defuncti memoriam, & & filiorum charitatem negligit, & præterea, nec filijs ipſis impuberibus ſuccedit, aut ab inteſtato, uel ex pupillari, d. §. ſi autem, & l. omnem. C. ad Tertullia. & bona ſequentis mariti ſunt tacitè hypotecata filijs, uſque ad integram rationum redditionem, cum reliquorum reſtitutione, ut ibi, & in l. pen. C. in quibus cauſ. pign. tac. contrah. & l. 2. C. quan. mul. tut. off. Quinimmò ante reditas rationes dotes ſuas exigere nequit, quia pupillus retinere poteſt, vti ſibi obligatas. l. pro officio, C. de admi. tuto. & Auth. matri. & auiæ, C. qu. mul. tuto. off. & ſic conſuluit Socin. conſilio 126. duplicato 180. in 2. volumi. ſequuntur Dec. conſ. 349. col. fin. Berous conſi. 37. numer. 8. in 2. Roland. ex profeſſo conſi. decimoſeptimo numero 4.

contra verò tenuit Neguſant. in trac.pignor.in p.memb.5.par.nu. 36. per tex. in l.vnica.§.taceat.C.de rei vxor. act. & quia de non liquido ad liquidum non opponitur compenſatio.l.ſi.C. de compẽſ.ſecutus eſt Caualcan.de Tutore,nu. 219. vti refert ſic fuiſſe iudicatum in Rota Florentina, puto: rem cautionibus temperandam eſſe, ſi iudici expedire videbitur.

Amplia etiam, quod in aſſumptione tutelæ non iurauerit alias appetere nuptias, Cyn.communiter Doctores in d. Auth.eiſdem,cum adductis per Garon. ibi nume.27.& voluit gloſ.in d.§. ſin autem tutelam, quia iuramentum illud in tutelis per matres ſubeundis ſublatum extitit, nec obſeruatur auth. ſacramentũ hoc.C.quan.mul.tutelę off.& in corpore,in §.fin.in Auth.vt matr.debitric. & in ſpecie conſuluit Decian.conſil.35. nume.17.in p.

Et notandum eſt, quia textus iſti explicite loquũtur in matre poſt ſuſceptã tutelam nubente, non prouiſo de tutore filiis ſuis,non redditis rationibus,nec reliquis reſtitutis:etenim iſta tria copulatiuè adimpleri debent, vt pęnas euitet ſibi vt ſupra inflictas,nec releuaretur ſi alterũ, vel duo ex eis requiſitis adimpleuiſſet,ſic Alber.& Paul.in dicta l.omnem.C.ad Tertullian.Bal.in d.auth. eiſdem,in ſecunda lectura, cum adductis per Garron.in prima columna,& conſuluit idem Bal. conſilio ſexageſimooctauo,factum tale eſt,quidam Franciſcus,in ſecundo,alias in quarto volumine. conſilio ſexageſimoprimo, & Paul. Caſtr. conſi. 154.in ſecundo,vbi tamen rigorẽ moderat,cum mater debitrix non euaſit. Grauius enim punitur mater in his terminis,quàm ſi tutellam non ſuſcepiſſet, nam cum tutelam non ſuſcipit, ſed negligit tutorem dari filijs intra annũ, excluditur ab illorũ ſucceſſione,nec tamen pœnas infamiæ,incapacitatis,quò ad alios,& indignitatis incurrit.lege ſecũda, §.ſi mater.ff.ad Tertullia.l.ſciant. C.de legit.hæred. & ea tria exigit quoque Decian.d.conſ.35.nu.51.ſi verò filius impubes moreretur infra annum, Mater ob non petitum tutorem non excluderetur à ſucceſſione: Bald. conſ.71. Angelus Maſioli,in 2.vol.

Item ſi tutelam filiorum nõ ſuſcepit, & nubit infra annum luctus: non repellitur à ſucceſſione filiorum impuberum, vt eſt caſus in dicta lege prima.C.de ſecund. nupt. nempè ſuccedit coniunctis ſibi vſque in tertium gradum:ſi verò ſuſcepta eorum tutela nubit,quandocunque non adimpletis tribus illis ſupra relatis,infamis redditur,incapax ex teſtamentis, & donationibus cauſa mortis, vltra coniunctos ſibi intra tertium gradum,relicta,vel donata à priore marito amittit,in ſecundum maritum,non vltra tertiam bonorum ſuorum trãſponere, & præterea filijs ſuis impuberibus ſuccedere nequit ab inteſtato, vel ex pupillari,per dicta iura,quę minime correcta ſunt per iura canonica,ſaltem extra pœnam infamię. Azo in ſumma in titu. C. de ſecund.nupt.in §.quas autem pęnas. Hoſti.ext.eod.in 5. col. Cardi. Alex.in rub.ext.eo.in 2.col. & conſuluerũt Bal. & Pan.ſupra relati.idem Bal. conſ.366. mater, in 4. Ang. conſi.37.quidam pater.Decian.d.conſi.35.nu.19. Marian. Socin.conſi.49.viſis.col.6.quamobrem Bal.no.in d.Auth. eiſdem,conſuluit aduocatos, & inſtruit, quòd cum mater iam liberorum tutela ſuſcepta ad alias migrare vult nuptias, prouideat de tutore filiis ſuis, rationem reddat,& reliqua reſtituat,& de pręmiſsis ſibi fieri faciat inſtrumentum: ne alioquin matres incidant in laqueos legum. & ſequuntur pro notab. Iacob. & Dominus de Garron. num.31.vbi plura congerit ad hoc. Et idem Bal. in d.l. pen. C.in quib. cauſ.vbi inquit, quod matres valde errant, quæ petunt tutores, & rationem non reddunt, nec reliqua reſtituunt.

Excuſaretur tamen mater,ſi de licentia mariti prædefuncti, iterũ nupſiſſet, nam non incideret in eas pœnas, quia tutela non priuaretur. Bald. & Filipp. Franc. in 3.notab. in c. ex parte M. ext. de app.idem Bal.conſi.249.iſta quæſtio in



in primo aliàs.li.in 3.Garron.in rep.dictæ authen.eiſdem,ſub nume.10.quamuis aliud reſpõderit & malè Decian.d. conſ.nu.27.

Item excuſaretur,ſi mater tutelã non legitime ſuſcepiſſet, quamuis de facto adminiſtraſſet:nam à pœnis dictę l.primę,remaneret tuta:non tamen ſuccederet filio impuberi.Bal.& Paul. in dicta l. omnem,idem Bal.& Paul.in l.cum oportet.§.final.C.de bon.quæ lib.Bald. in dicta authen.eiſdem: cum concordan. adductis per de Garron. in dicta Authentica,numero octauo, & conſuluit Paul. Caſtren.dicto conſ. 154.in ſecundo, cũ moderatione tamen,vt per eum ibi.

Item ſi minor 25.annis de facto, tutelam aſſumpſiſſet: Bal. in dicta authen. eiſdem,in lectura noua:per tex. in l. fin. C.ſi aduerſ.delict. & quod ibi notatur. quamuis etiam maior facta poſtea nupſiſſet,ſecuudum eundem Bal. in l. omnem. C. ad Tertullian. quẽ ibi ſequitur Paul.Caſt.eſt ratio, quia minor 25.annis non potuit eſſe tutrix,l.final.C.de interd.matr. ideo lex pœnalis loquens de matre tutrice nõprocedet in pro tutrice,& ſequuntur communiter Doct. ſecundum de Garron. in d.Authent. eiſdem,num. 9.

2 Nota tamen, quia non repelleretur à ſucceſſione filiorum,qui facti ſint puberes, quia lex pœnalis loquitur de impuberibus,dicta l.omnem.& ibi aduertit Pau.Caſt.& ita dixi in caſu de facto.

3 Adde etiam, quod mater luxurioſe viuẽs ſiue intra,ſiue poſt annum luctus, quia à tutela cadit vt dixi ſupra titul. prox. proinde in omnes pęnas incidit, ac ſi nupſiſſet,nõ petito tutore,nec redditis rationibus, ne plus caſtitate habeat luxuria,Paul. de Caſtr. in d. l. omnem,cum concordantibus adductis per Garron.in d.Auth.nu.23.

4 His etiam adde, quòd mater tutrix non conficiens inuentarium bonorum filiorum ſuorum pupillorum,in pęnam ſui priuatur eorũ ſucceſſione,Bar. poſt glo.in l.2.§. quod ſi pater.ff. ad Tertul. & in l. 2. col.2. ff. qui pet. tutor. Fulgo. conſi.52. Neuizan. conſi. 3. nu.6.deciſ. Pedemon.37.nu. 19.vbi late in materia.

## DE NATIS EX PATRE in dignitate & concubinis vilis condit. Tit. XVII.

1 *Spurij nati ex viliſsimis concubinis, & patribus in dignitate poſitis incapaces ſunt.*
2 *Spurij nati ex viliſsimis fœminis legitimantur per ſubſequens matrimonium.*
3 *Lex 1.C.de natur.liber. iure nouo prodeſt, quando concubina non fuit deſponſata.*
4 *Contractus inter patrem & filium de facili præſumitur ſimulatus.*
5 *Emptio facta per patrem filij ſpurij nomine præſumitur ſimulata.*
6 *Confeſsio patris ad commodum ſpurij præſumitur fictitia, & non vera.*
7 *Spurij acquiſitio ab eo cui pater vendidit, ſimulata præſumitur.*
8 *Contractus oneroſus inter patrem, & filium, qui veritate nitatur, validus eſt.*
9 *Lex 1. C.de nat. lib. non protenditur vltra ſuos terminos.*
10 *Concubina in dignitate poſita non capit ab eo: priuati vero concubina filijs legitimis extantibus non capit ſupra vnciam.*

1 NATI 1 ex concubinis viliſſimis, & patribus in dignitate poſitis, ſunt ſpurij, & incapaces tàm per viam vltimę volun.quàm contractus lucratiui, à patre eorum habere, & quod eis pater dederit, ſiue illos legitimos dixerit, ſiue naturales,totum retractum legitimi ſoboli redditur aut fratri,aut ſorori,aut matri, aut patri illius, quibus non extantibus, vel repudiantibus, aut infra duos menſes agere negligẽtibus,fiſco locus aperitur. Item nec ipſis concubinis eorum matribus,aliquid relinqui poteſt,vel donari, vel ficto titulo vendi, aut concedi,caſus eſt in l. 1.C.de natu. lib.qui quidem tex.expreſſe loquitur in concubinis viliſsimis, deſponſatis,& in uxorem acceptis,

ptis, & locum habet etiam in ea, quæ cõcubina fuiſſet, nec deſponſata, ſic Bal. ibi, & explicite Ruin. conſilio 109. numero 32. in tertio.

2 Hodie verò, iure nouo matrimoniũ tenet, & collata in eas perſonas valent, ſic Sal. ibi per Auth. immediate ſequentem, & in corpore vnde ſumitur ĩ §. quã v. ro legem, in auth. ut lic. Ma. & Auiæ, ſequitur Boer. poſt alios. quęſt. 263. num. 17. immò & ante nati per ſubſequens matrimonium legitimantur, quamuis pater ſit illuſtris, & mater uiliſſimæ conditionis: ſic ſanè ex pluribus concludũt Iaſ. conſi. 234. vol. 2. Siluan. conſil. 3. in 2. dub. ubi ampliſſime Menoch. conſi. 18. Gabriel. conſi. 21. in 1. & 2. dubio, deciſio Pedemon. 154. & probatur de iure Cano. in c. propoſuit, & cap. fi. extr. de coniug. ſer.

3 Quare utilis erit lex illa iure nouo, quò ad concubinas uiliſſimę conditionis, & natos ex eis.

4 Et adde, quòd dum illa conſtitutio prohibet ex contractibus oneroſis in eas perſonas transferri, id quidem procedit, cum de ueritate contractus non apparet: ut quia pater filio ſuo ſpurio ſic nato vẽderet, & pretium confiteretur habuiſse, tunc enim confeſſio ſimulata, & fictitia præſumeretur. Bald. & Sal. in d. l. 1.

5 Idem ſi pater emeret, & inſtrumentum conciperet in perſonam filij ſpurij ſic nati: nam & hoc caſu fictitium & ſimulatum præſumeretur, Cyn. Bald. & Sal. ibi.

6 Idem quoque, ſi pater in inſtrumẽto aliquid confiteretur ad vtilitatem ſic nati, nam ea confeſſio ſimulata pręſumeretur: ſic ſane reprobatã gl. concludunt Bar. Bal. Florian. & Sal. in l. qui teſtamẽtum. ff. de probatio. qui quidem tex. procedit etiam in actibus inter uiuos, ſicuti profitentur Doct. ibi, Bart. Imo. Alex. & Iaſ. in l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulga. vbi Bar. ĩ terminis inquit, quod facilius pręſumitur fraus in cõtractibus, quàm in vlt. volunt. nil mirum: quia in vlt. volun. teſtatores de morte cogitant: ſequuntur Laurent. Calcan. conſi. 59. Iacobus Puteus conſi. 62. Bar. Soc. conſi. 65. nu. 5. in 1. Dec. conſi. 311. nu. 3.

Item ſimiliter ſi is cui pater donauit filio donatoris ſpurio donaſſet, nã fraus præſumeretur, ſic Bald. in l. eam quam, num. 40. C. de fideicom. Anan. in conſi. 13. Didac. de ſponſal. ca. 8. parte 2. §. 5. numero 5.

7 Sic etiam ſi ſpurius ſic natus acquireret ab eo, cui pater uendidit, fraus præſumeretur. Bar. poſt Iacob. Beluiſ. in d. l. 1. & in d. l. ſi is qui, per tex. in d. l. 1. & ſequuntur Imo. Alex. & Iaſ. & idem Alex. conſi. 54. col. 1. in 7. quaſi per interpoſitam perſonam a patre habuerit. Aliam quoque facti ſpeciem in fraudem dictę legis, aduertit Bal. conſilio 75. in 2.

8 Hæc autem utique, procedunt in dubio, ſecus autem ſi verè conſtaret de cõtractu, vt quia filius ĩ depoſito propriã pecuniam aliunde, quàm a patre ſibi obuẽtam, haberet, & ex ea pecunia filius à patre emiſſet: quam pater ipſe pro dote filiæ, vel in aliam cauſam ſibi neceſſariam, aut vtilem, expoſuiſſet: idem quoq; ſi ex legitimis præſumptionibus de cõtractus veritate appareret: ſic voluerunt Cyn. Bald. & Sal. in d. l. 1. pulchre idem Salyc. in l. ſi mater. C. de contrahen. empt. Alexand. conſi. 18. in 3. Iacob. Puteus d. conſi. 62. ubi deſiderat apertiſſimas probationes, Dec. conſi. 96. col. 2. Ruin. in conſi. 44. in 5. Crau. conſi. 275. Alc. reg. 1. præſumpt. 16. Roland. conſi. 90. col. pen. in ſecundo.

9 Sed utrum illa lex locum habeat in alijs ſpurijs: Azo in ſumma illius tituli, & Accurſ. in l. hæreditas, C. de indig. ſenſerũt, ꝙ ſic: Bar. uero in d. l. 1. & in d. l. hæreditas. cõtra determinauit: dicẽs legẽ illam continere ius ſpeciale in ſpurijs illis: in aliis vero ſpuriis diſtinguendum eſſe, quòd aut pater palam reliquit, & relictum ſit inutile, aut clam & tacite, & fiſcus vendicet, ut infra dicetur: & idem dixit Barto. conſ. 119. D. Dominicus, & conſ. 205. & cum Bar. legem illam in iis ſpuriis ius ſpeciale continere, tranſierunt Ang. Sal. & Alex. in d. l. hæreditas,

Alex.



Alex. conſi. 202. col. 2. in 6. Corn. conſi. 310. col. 3. in primo, & cõſ. 236. nu. 8. in 2. Dec. conſi. 311. nu. 4. Socin. iun. cõſilio 3. nu. 12. in 3. & conſi. 48. nu. 34. in 4. & ante eos Bal. in l. certum, num. 17. C. vnde legit.

Notandum tamen eſt: quia Sal. in d. l. 1. ſentit, quòd hæredes ſcripti per prius admittantur ad reuocationem relictorum, & poſt eos, perſonæ nominatę in illa lege: Ego tamen à communi intẽtione non eſſe recedendum cenſeo, quia lex illa ſic particulariter conſtituit. & leges prohibitiuæ & pęnales in ſuis terminis ſunt exequendæ, ad l. in teſtamento. ff. de condi. & demon. & ita etiã in terminis l. 1. C. de ſec. nup. ſecutus Iaco. a S. Georgio exploſa Salic. opinione: tenuit de Garronib. ibi ſub. nu. 124.

Illud tamẽ uerum eſt: quòd ex diſpoſitis per illam legem, arguunt Bart. Bal. Sal. & alii in d. l. 1. & in d. l. qui teſtamentum. ff. de probat. & in d. l. ſi is qui ex bonis, ff. de uulg. ad alios ſpurios. ad colligendum fraudem, & ſimulationem.

10 Concubina verò priuati, qui nõ ſit in dignitate poſitus, vel militia decoratus, poteſt quidem ab eo capere, ut dixi ſupra in tract. de indignis: cum tamen adeſt ſoboles legitima: punctus eſt, an poſſit ei relinqui: Rom. conſ. 478. determinauit pro cõcubina matre ſpuriorũ, ſalua legitima iure ciuili debita filiæ legitimæ & naturali.

Cuius deciſio improbatur ex l. hac edictali, cum materia. C. de ſecun. nupt. Secundò eſt contra caſum in l. 2. C. de natur. liber. & in §. diſcretis: in Authen. quib. mod. natur. effic. ſui. vbi extante ſobole legitima, vel matre, non poteſt pater filijs naturalibus, & eorum matri, ſupra unciam relinquere, uel donare: Concubinæ vero ſemiunciam tantum. Extantibus vero filiis naturalibus non poteſt plus relinqui concubinæ, quàm filiis ipſis, l. humanitatis. C. de natur. liber. nõ extantibus autem nec iſtis, nec illis, poteſt concubinarius concubinæ paſſim & indiſtincte relinquere: quia nulla lex prohibet, Ruin. conſilio 109. numero 32. in tertio, niſi intra annum luctus uiri prędefuncti, mulier cum alio concubuiſſet: nã ſubijceretur pęnis l. 1. C. de ſec. nup. Garron. ibi. nu. 31. & 32.

## DE NATVRALIBVS ET ſpurijs. Titulus. XVIII.

1 *Naturales proprie ſunt, qui naſcuntur ex concubina, & in quantum ſuccedant patri.*

2 *Coniux patris naturalis excludit naturales in totum a patris ſucceſsione.*

3 *Naturalis ut ſuccedat in duabus vncijs patri ſuo, quæ ſint neceſſaria.*

4 *Natus ex ancilla, vel amaſia extra domũ nõ ſuccedit patri in duabus vncijs.*

5 *Concubina, ut mulier ſit, an debeat diutino tempore viro eſſe aſſociata concubinatus ut contractus uideatur, quæ ſint neceſſaria, & an requiratur animi declaratio, ut concubinare uelint.*

6 *Concubinatus an contrahatur cum virgine, vel cum uidua, & quid in uirgine uilis conditionis.*

7 *Concubinatus iure Canonico eſt improbatus ſed iura ciuilia de cõcubinalibus ſublata non ſunt.*

8 *Naturales ex concubinis adhuc ſuccedũt in duabus uncijs, nec iure Canon. ea ſucceſsio ſublata eſt.*

9 *Naturales improprie ſunt, qui naſcuntur ex ſoluto & ex ſoluta extra domum.*

10 *Natus ex ſoluto & ex ſoluta extra domũ legitimari poteſt per ſubſequens matrimonium.*

11 *Natus illegitime an præſumatur naturalis vel ſpurius.*

12 *Naturalis ex teſtamento patris uel aui extantibus legitimis nõ capit ſupra unciã.*

13 *Naturalis ex teſtamento patris poteſt ſubſtitui pupillariter in bonis pupilli, etiam legitimis extantibus.*

14 *Naturalis inſtitutus in uncia extantibus legitimis non capit per ius accreſcendi, de portione repudiantis.*

15 *Naturalis inſtitutus in uncia legitimis omnibus repudiãtibus totum conſequitur.*

16 *Legitima*

16 Legitima ſoboles omnes deſcendentes includit etiam legitimatos per reſcriptum.

17 Adoptiui an excludant naturales, itaque ex teſtamento ſupra unciam non capiat.

18 Naturalis legitimis conſentientibus capere poteſt a patre ſupra unciam.

19 Naturales extantibus aſcendentibus ſeruata eis legitima reſiduum a patre capere poßunt ex teſtamento etiam, quod coniux patris ſit in medio.

20 Naturales improprie, id eſt, nati ex ſoluto, & ſoluta non in ſchemate concubinæ, nō capiunt ex teſtamento patris etiam legitimis non extantibus.

21 Nati ex ſoluto, & ſoluta licet non concubina, vel etiam vulgo quæſiti ſuccedūt matri, & aſcendentibus maternis etiam legitimis extantibus, niſi mater eſſet illuſtris, & extarent filij legitimi.

22. Naturalis ex concubina natus patri inteſtato ſuccedit in duabus uncijs non extantibus legitimis, nec coniuge defuncti.

22. Coniux defuncti excludit naturales a ſucceſsione in duabus vncijs etiam quod ipſa non ſuccedat.

23 Spurij nati ex coitu non damnato ſuccedunt matri cum legitimis excluſis aſcendentibus in totum.

24 Naturales vel ſpurij præteriti vel exhæredati teſtamentum paternum arguere nequeunt: maternum uero ſic.

25 Naturales vel ſpurij nati ex coitu non dānato ſuccedunt coniunctis per lineam maternam, & e contra.

26 Naturales non ſuccedunt coniunctis per patrem, nec illius ſucceditur.

27 Nepotes nati ex filio naturali: item nepotes naturales ex filio legitimo in ſucceſsione aui non habent plus iuris quam habeat filius naturalis ab inteſtato ſcilicet.

28 Nepos naturalis ex filio ſuccedit ab inteſtato auiæ paternæ in duabus vncijs.

28 Auia paterna nepoti naturali extantibus legitimis non poteſt ſupra vnciam relinquere pro ut nec auus paternus.

29 Aſcendentes paterni vel materni capiunt a naturalibus prout capere poſſunt naturales deſcendentes ab eis.

30 Spurio legitimato per reſcriptum cum poteſtate ſuccedendi patri & coniunctis per lineam paternam, non ſucceditur ei per patrem, & Agnatos patris.

31 Spurij & naturales tenentur alere genitores ſuos: prout e contra.

32 Spurij qui ſint.

33 Spurij nati ex coitu damnato iure ciuili a patribus, & matribus capere nequeunt ex teſtamento ab inteſtato, vel inter uiuos etiam ex cauſa alimentorum.

34 Spurijs natis ex coitu improbato matres relinquere nequeunt.

35 Natus ex coniugato & ſaluta utrum a patre capere poſsit.

36 Natus ex ſoluta & coniugato an a matre capere valeat.

37 Concubitus lege fori punibiles plures ſunt.

38 Inceſtuoſus natus ex coitu non accuſabili per accidens an a genitoribus ſuis capere ualeat.

39. Spurij incapaces capere a patre, vel a matre inſtituti in teſtamento, non utuntur beneficio miſsionis in poſſeſsionem ex l. fi. C. de edi. Diui Adrian.

40 Spurij prohibiti capere ex teſtamento nō etiam capere poſſunt ex titulis lucratiuis inter uiuos.

41 Spurij & odibiliter nati non prohibentur capere ab extraneis.

42 Non tamen ab inteſtato ſuccedunt coniunctis per patrem vel matrem.

43 Fratres vterini nati ex coitu punibili an vicisſim ſuccedant.

44 Nepos ſpurijs ex filio ſpurio vel legitimo an ab auo capere poſsit cum non extat ſoboles legitima.

45 Nepos legitime natus ex filio an ab auo capere poſsit.

46 Nepos ex filio ſpurio ab auo capere poteſt, cum conſtat auum reliquiſſe nepoti contemplatione eius.

47 Amplia etiam, quod nepos ſit natus ſacrilegio.

48 Nepos legitimus ex filio ſpurio non capit ab auo, cum conſtat relictum factum contemplatione filij.

49 Nepos in dubio cenſetur beneficiatus ab auo contemplatione ſui, non patris.

50 Aduētitiū eſt, quod auus nepoti relinquit.

51 Vſusfructus cum patri aliquo obſtante quæri non poteſt, remanet apud filium proprietarium.

52 Vſusfructus per attractionem cōſolidatur proprietati: cum vſufructuarius aliquo reſpectu eſt incapax.

53 Auus extante ſobole legitima naturalibus nepotibus vel natis ex filijs naturalibus relinquere non poteſt.

54 Nepos ex filio inceſtuoſo ab auo capere nequit.

55 Spurij & quicunque illegitime nati, iure Canonico capaces ſunt alimentorum a patre & matre.

Etiam in foro Cæſaris.

56 Spuria filia congrue a patre dotari debet.

57 Inceſtuoſi a parentibus debent ali.

58 Parentes pro alimentis præſtādis filijs odibiliter natis conueniri poßunt in foro eccleſiaſtico.

59 Mater in ſubſidium, poſt patrem, filios alere tenetur.

60 Mater ſi alimenta filio præſtiterit, poteſt a patre filiorum repetere.

Limita & declara ut ibi.

61 Mater dotans filiam a patre repetit, & ſi vna cum patre viro ſuo ſe obliget, adhuc ab eo repetit.

62 Mater intra triennium filios alere tenetur.

Limita ut ibi.

67 Pater tenetur alere filium & vxorem filij.

64 Pater filium ſpurium & eius filios alere tenetur.

65 Hæredes patris tenentur alere eius filios ſpurios vel naturales.

66 Succeßores vniuerſales in bonis alicuius tenentur filios illius alere.

67 Pater non poteſt prohibere alimenta filijs ſuis qualeſcunque ſint.

68 Hæredes patris an teneantur in ſubſidiū alere filios poſt matrem & fratres, an vero per prius.

69 Spurij ſi aliūde habēt, nō sūt alēdi a patre.

70 Spuria habens unde ſe dotare poſsit, non eſt dotanda a patre.

71 Spurio relictum a patre in cauſam alimentorum, valet vſque ad congruum modum alimentorum.

72 Alimentorum modus an ad naturalem educationē ſit reſtringēdus an vero vt ēt dignitatis perſonarum ratio habeatur.

73 Alere ſi quis alium tenetur, an ſatisfaciat, ſi eum in hoſpitali alendum repoſuerit.

74 Filius qui ex operis ſuis poteſt ſe alere, alimenta a patre an petere poſsit.

75 Spurio valenti ſe ex operis ſuis alere, pater relinquere non poteſt.

76 Filia ſpuria nupta viro inopi capere poteſt a patre in cauſam alimentorum.

77 Spurio relictum in cauſam alimentorum non ei quæritur quo ad proprietatem, limita ut ibi.

78 Dotis cauſa quatenus pater dare, vel relinquere poſsit filiæ ſpuriæ.

79 Dos quamuis exceſsiue filiæ ſpuriæ conſtituta matrimonio conſtante non poteſt a uiro reuocari.

80 Dos per patrem filiæ ſpuriæ data ea in matrimonio decedente ad patrem, & hæredes patris reuertitur, etiam quod filios reliquerit.

81 Alimenta ſpurijs debita per eorum mortem finiuntur, nec ad filios ſuos trāſeūt.

82 Alimenta filijs denegari poſſunt ex cauſis ex quibus exhæredari poßent.

83 Principes filijs ſuis ſpurij reliquere poſſūt.

84 Spurio relictum cum capere poterit, recte relinquitur.

85 Matrimonium inter prohibitos contractū ſub conditione, ſi Papa diſpenſabit, an ſecuta diſpenſatione, valeat abſque nouo conſenſu.

86 Forenſis prohibitus capere ex forma ſtatuti, non capit ſine nouo actu: quamuis poſtea per ciuilitatem ſit factus habilis.

87 Inhabilitatis ceſſatio an ſufficiat ad conualidandum actum factum tempore inhabili, ſine noua confirmatione.

88 Spurij inſtitutio, cum capax erit, valida eſt, & interim dabitur curator bonis.

89 Spurij inſtitutio conualidatur, ſi pater viuens illum legitimauerit.

90 Inceſtuoſus non poteſt a parentibus beneficiari quoquomodo vltra alimenta.

91 Spurij inſtitutio, cum grauamine de reſtituendo alicui capaci, valet.

92 Spurij inſtitutio in fraudem legis, quoquo modo facta, inualida eſt.

93 Spurio cum iuramento an pater efficaciter donare poſsit.

94 Spurio pro amore Dei pater relinquere nequit.

95 *Spurius ex perſona alterius veluti ſocij per indirectum poteſt titulo lucratiuo aſſequi de bonis paternis.*

96 *Spurius ex diſpoſitione patris capere poteſt de alienis bonis.*

97 *Spurij quod capere nequeunt de bonis paternis ex pupillari, illud acquiritur venientibus ab inteſtato, non fiſco.*

98 *Lucrum a quo quis remouetur contemplatione alicuius, illi acquiritur.*

99 *Ius accreſcendi, & ius ſubſtitutionis exclu dit ſucceſſorium edictum.*

100 *Spurij ſubſtitutus excludit venientes ab inteſtato.*

101 *Spurio filio pater diſtributor de alienis bonis dare poteſt.*

102 *Spurius qui ex re patris capere non poteſt, an poſſit propter rem patris.*

103 *Spurio relictum a patre cauſa conditionis implendæ an debeatur.*

104 *Spurius ab hærede patris ſui poteſt hæres inſtitui.*

105 *Pater grauatus de reſtituendo uni ex pluribus, non poteſt ſpurium eligere.*

106 *Spurius an capere poſsit a donatario patris.*

107 *Pater an poterit datum per eum filio ſpurio ab eo condicere.*

108 *Hæres patris ſpurij an poterit a ſpurio per patrem datum vendicare.*

109 *Hæres patris iuſſus ſub pæna priuationis hæreditatis dare filio ſpurio an incidat in pænam ſi non dederit.*

110 *Hæres promittens præſtare legata inutiliter relicta filijs ſpurijs, an ex promiſsione obligetur.*

111 *Spurio legatario onus iniunctum, ſi hæres legatum non præſtiterit, an onus ſit per hæredem implendum.*

112 *Incapaces poſsidentes contra legis prohibitionem, an præſcribant.*

1 NATVRALES ꝓpriè ſunt, q naſcuntur ex concubina in domo retēta, ſicuti dicunt iura infra allegāda, Hi autem ex teſtō patris, vel aui, aut ex donatione inter viuos, nō exiſtente ſobole legitima, totum capere poſſunt, modo relinquatur legitima: aſcendentibus, ſi extiterint extāte autem ſobole legitima, non poſſunt vnà cum matre eorum, ſupra vnciam capere, & ſi quid amplius eis relictum fuerit, id ad filios legitimos pertinet: Ab inteſtato verò, extante ſobole legitima, in nulla portione ſuccedunt, ſeruato tamen eis iure alimentorum, quòd ſi legitima ſoboles non extiterit, in duas paternæ ſubſtantiæ vncias ſuccedunt: reliquum verò defertur parentibus defuncti agnatis, aut cognatis: quibus nō extantibus, fiſcus reſiduum illud vltra duas vncias capit: niſi legitima extiterit cōiux defuncti: nam hæc in uniuerſum naturales excludit: in illis autem duabus vncijs, vnà cum naturalibus, eorum mater pro virili concurrit: ſic clare decidit tex. in §. conſideremus, in authen. de trien. & ſemiſ. & in §. diſcretis, ĩ auth. quibus modis natur. efficiun. ſui, & in Auth. licet. C. de natural. liber. ex quibus ſane iuribus tria notanda ſunt.

2 Primum, quòd coniũx defuncti fortius excludit naturales, quàm agnati, & cognati, qui tamen eidem in ſucceſſione inteſtati præferuntur. & nota, quòd illos excludit in totum, quamuis cōiũx ipſa in nulla parte ſuccedat, quia excluſa ab agnatis, & cognatis: & hoc ideo, quia iura uocant naturales ad ſucceſſionem in duabus vncijs, ſub conditione, ſi coniunx legitima nō extiterit, ſic Bar. in l. prima. §. quæ habebat. ff. de bonorum peſſeſſione contratabul. Secundũ, ꝙ fiſcus, præter duas vncias, excludit filios naturales à ſucceſſione defuncti. Tertium, quòd concubina concurrit cum filijs ſuis naturalibus pro virili in illis duabus vncijs.

3 Sed ultra hæc, ut naturales in duabus vncijs ſuccedant, colliguntur ex illis iuribus nōnulla alia. Primum, quod ſit natus ex concubina. Secundo, quòd illa ſit ſola. Tertium, quòd ſit libera mulier. Quartò, quòd ſit talis, cum qua matrimonium conſiſtere potuiſſet. Quintò, quòd tāta fuerit in domo in habitu, & ſchemate concubinæ, & pro tali publicè tenta, & reputata, quaſi vxoris lo-

co



co in eodem lecto, & ad eandem menſam. ſic communiter ubique concludũt ſcriptores per illa iura, Specul. in titulo de ſucceſſion. ab inteſtato. §. 1. verſicul. Nunc de naturalibus. Ioan. And. ad Specul. in rubrica qui fil. ſint legiti. Bartol. in l. final. ff. de concub. Bald. in l. eam quam, numero trigeſimoquinto. C. de fideicommiſſ. Abbas. in capitulo innotuit, columna penultima, extra, de electione, & in capitulo per uenerabilem. columna item penult. extra qui fil. ſint legit. Ang. in dicto §. conſideremus. quem ad hoc refert & ſequitur Ruin. conſilio 109. numero vndecimo, in tertio, pulchre Cor. conſilio nono, numero ſecundo, in 4. Dec. conſi. 433. nume. 14. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, in primo not. ff. ad Trebellian.

4 Ideo natus ex ancilla, uel amaſia, extra domum retenta, uti naturalis non ſuccedit in duabus vncijs. ſicuti in ſpecie conſuluit Oldrad. conſilio 196. ſecutus eſt Alberic. in rubrica. C. de natura. liber. Bald. dicta l. eam quam, numero trigeſimoquinto cum alijs adductis per Alciat. de præſumption. regula 2. præſumptio. 5. numero ſexto, & Clariſſ. Pancirol. conſilio 163. columna vltima, ubi requirit ad effectum ſuccedendi in duabus uncijs, quòd ille ſit natus ex concubina retēta in domo, vxoris loco, & idipſum clare cenſuit Illuſ. Cardinal. Paleot. in tractat. de ſpur. & Nothis in capitulo duodecimo.

5 Sed ultra illa requiſita, iura præaddu cta uidentur deſiderare, quòd mulier illa fuerit ſemper in ſchemate concubinæ aſſociata: ſic enim litera in illis iuribus clare explicat, in illis uerbis: ſit autem ei donec vixerit: & ita pōderauit Illuſt. D. Paleottus dicto loco. Et Alciat. dicta præſumptio. quinta, & numero quinto, vbi tamen dicit, ſufficere, quod diu aſſociata fuerit: & hæc mihi ſecundum iuris ciuilis rationes valde placet: & in puncto allegaui, in quadam ſpecie facti, non ſufficere cohabitationem 16. menſium inter ſolutum & ſolutam, vt partus inde natus ſit naturalis, ad effectum ſuccedendi in duabus vncijs, ſed ſaltem requiratur diutina cohabitatio: licet non perpetua: nam iura illa concedunt diſſolutionem concubinatus, per mortem, aut per receſſum.

Secundò in ea facti ſpecie animaduerti, iura deſiderare, vt omnino ſit indubitatus in domo concubinæ affectus: adeo vt apud iudicem, qui de cauſa iudicaturus eſt, nullum poſſit eſſe dubium de concubinatu: vnde inferebam quia ex facto potius apparebat tentam fuiſſe pro ſeruitrice, quam pro concubina, nō eſſe locum ſucceſſioni in duabus vncijs, ſed tantum deberi congrua alimenta, & ita in eo caſu pronunciatum fuit.

5 Cæterum, vt concubinatus videatur contractus inter ſolutum, & ſolutam, plura requiruntur ſupra relata ex communi Doctorum intentione, & vltra eos Ludouic. de Sard. in tractat. legitimation. in titulo de concubinis, & Thom. Grammat. in voto 4. cauſar. crimin. qua in re duo adnotanda ſunt.

Primum, quòd concubinatus contrahitur demum intercedente animi deſtinatione, id eſt, quod partes cōſenſerint ſimul concubinare. l. penultima, & l. anteceden. ff. de concubi. cum ſuis gloſ. & not. Bald. in dicta lege eam quam, numero trigeſimoquinto, vbi inquit, quòd ut concubinatus iure ciuili permiſſus contrahatur, requiritur verbum proteſtantis, item factum ſubſequens, aliàs partus inde natus, ſpurius eſt: Et idem tradidit Ludouic. de Sadis in loco præallega. ubi inquit, quòd proteſtatio, id eſt, animi declaratio debet in initio præcedere, nec ſufficit ſi ex poſt facto interueniat, & quòd in hoc multi decipiuntur: & fuit dictum gloſſ. in l. in concubinatu: in verbo teſtatione. ff. eodem, quam probauit Alberic. ibi, & poſt alios Thom. Grammat. in dicto uoto quarto, numero nono.

6 Secundò aduertendum eſt, quòd concubinatus non contrahitur cum ea, cum qua ſtuprum committitur, lege prima, verſiculo cum Attilicino. ff. eodem, niſi teſtatio inter eos ab

P initio

initio pręceſſerit de conſenſu concubinario, vt eſt caſus in dicta lege in concubinatu, & notat, gloſſ. in dicto verſicu. & tradiderunt Ludouic. de Sard. in dicto loco: & Thom. Grammat. ſub voto quarto, numero decimoquinto, & decimoſexto.

Et eſt notandum, quòd cum virgine, vel cum vidua honeſte conditionis, requiritur expreſſa animi declaratio, alioquin cum eis committeretur ſtuprum, vt ff. de adulter. l. inter. §. lex Iulia, & ff. de verborum ſignificatione, l. inter. ideo que delictum excluderet concubinatũ iure ciuili permiſſum, dicta l. in cõcubinatu: per longam tamen conſuetudinẽ, cũ ea ſtuprum purgaretur, & matrimonium iure ciuili præſumptum reſultaret: ad tex. in l. in liberæ. ff. de ritu nuptiarum: cum gl. Sed cum muliere non honeſtæ conditionis, quamuis de pręſenti quęſtum non faceret, concubinatus ẽt tacito conſenſu ex actibus inferentibus concubinatum contraheretur, ſic pulchre diſtinxit gl. notab. in dicta l. in liberæ. ff. de ritu nuptia. & probat text. in l. donationes in concubinam. ff. de concubi. Secutus fuit de Sardis dicto loco, & Thom. Gramm. dicto voto quarto. Sed an cum virgine humilis conditionis contrahatur concubinatus ex ſola animi affectione, concurrentibus alijs in facto requiſitis, citra expreſſam proteſtationem, gl. no. in dicta l. prima, in verſicu. & cum Attilicino, ſenſiſſe videtur: in virgine obſcuro loco nata, non eſſe neceſſariam proteſtationem, per text. in dicta l. in concubinatu. nil mirum, quia cum ea non committitur ſtuprum, ſicuti ex pluribus firmauit Crauet. conſilio 166. numero 6.

Quam tamen opinionem non facile admitto, quia indiſtincte in practica vidi uirginum ſtupratores, quamuis humilis conditionis, puniri ſi non corporaliter, vel ad pœnam relegationis, aut cõfiſcationis bonorum in aliqua parte, ſaltem pecuniariter puniri ad dotandum puellam, & iſta eſt communis practica, ſicuti adnotauit Iul. Clar. in criminal. in §. ſtuprum, per text. in capitulo primo, extra de adulter. cum ſua materia: Crederem tamen, ex cohabitatione cum ea de facili ſtuprum commiſſum videri purgatum, ſucceſſiue concubinatum facile induci, & ſic cenſuit Thom. Grammat. dicto voto ſub numero 2.

7 Porro, licet de iure Canonico, concubinatus ſit improbatus, quia eo iure, omnis coitus, præter vxorium, eſt illicitus: capitulo nemo. capitulo meretrices, trigeſimaſecunda quæſtione quarta, gloſſ. & ſcribent. in dicta l. in liberę: adeo ut etiam dubitetur, an iure ciuili ſit inhibitus, quia in materia peccati iura ciuilia canonibus adhærent: ad notata in lege priuilegia, C. de ſacroſanct. eccleſ. de quo late differunt Felyn. in capitulo cum ſit, extra de foro competen. Barbat. in capitulo per tuas, extra de probatio. Seuerin. & Cagnol. inuicem pugnantes in l. ſi qua Illuſtris. C. ad Orfician. Communis tamen concluſio eſt, iura ciuilia de concubinatu, non eſſe ſublata, ideo concubinarius pœna temporali non punitur. Sed quo ad pęnam ſpiritualem in foro poli tenetur. gloſſ. & Bartol. in d. l. in concubinatu.

8 Item iura ciuilia de ſucceſſione natorum ex concubinis in duabus uncijs, adhuc ſublata non ſunt, ſic Hoſtienſ. in capitulo lator, extra qui fil. ſint legit. Abb. in capitulo tanta, extra eodem, cum pluribus adductis per Vbald. de ſucceſ. ab inteſtat. in capitulo primo, numero 36. Seuerin. in dicta l. ſi qua illuſtris, numero 54. Ripa. in d. §. ſi quis rogatus, numero 50.

9 Impropriè autem naturales appellantur, qui naſcuntur ex ſoluto, & ſoluta, non in ſchemate concubinæ retenta. ſic gloſ. & Canon. in capitu. per uenerabilem, extra qui fil. ſint legi. ubi D. Abbas in penult. columna, Bald. in capitulo niſi cum pridem. extra de renunciat. & pulchre in conſilio 129. factum proponitur: in 2. & idem Bald. conſilio 206. in 3. Ioann. Andr. in rub. extra qui fil. ſint legit. Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. in capi. de natural. late Iaſon cõſi. 51. in 3. vbi in





diſpoſitione teſtatoris diſponentis de naturalibus. Crauetta conſi. 166. nu. 8. Brunell. de ſponſalibus cõcluſio 11. nu. 27. Duenas regu. 350. in 11. limitat. Couarruu. in titu. de ſponſal. c. 8. parte ſecũda, §. 4. nu. 2. & 3. Illuſtr. Paleottus in dicto ſuo tract. de ſpur. & Nothis. quæſtio. 40. & 41. Mainer. in l. quoties, nu. 12. ff. de reg. iur. Burſatt. conſilio ſexageſimo ſecundo, in 1. Immo hos ſic natos, etiam in duabus vncijs ſuccedere aſſeuerauit Hier. Cabr. in conſilio 29. in 1. dubio, ſed ego contra ſentio, ueluti ſupra declaraui.

10 Quamobrem, hos ſic natos, legitimati per ſubſequens matrimonium ad effectum ſuccedendi, etiam in terris Imperij, magis communiter conſentiunt ſcriptores, ſicuti tradiderunt Abbas & Canoniſtæ in c. tanta, extra qui fil. ſint legit. Bar. Soc. in l. ſed eſt quæſitum. ff. de liber. & poſth. Dec. conſi. 155. Siluan. conſi. 3. in ſecundo dubio, ubi plurimos refert Cabriel. conſi. 21. in 1. & ſecundo dubio. deciſio. Pedemont. 154. Clariſſ. Menoch. conſilio decimooctauo, in 1.

Quamquàm, quòd ſic nati, non legitimentur per ſubſequens matrimoniũ, ad effectum ſuccedendi, in terris Imperij. attẽtauerint grauiſſimi auctores. Barto. in l. ſi. de concub. Curt. iunior conſil. 136. per totum, Roſell. de legitimi per matrimon. in prima quæſtione. Soc. iunior, conſilio duodecimo, in quarto, Ceſal. conſilio 276.

Prior opinio eſt verior, ac magis recepta, in quam eo libẽtius accedo, quia iura canonica magis abhorrent concubinatum, de perſona, in domo publicè pro concubina retenta, quàm ſimplicẽ fornicationem, & furtiuos ad clandeſtinos complexus, vt quia minoris ſint ſcandali, nec diutini peccati, veluti egregiè tradiderunt Abb. in d. c. tanta, col. ſi. & Præpoſ. col. 6. Fortun. de vltimo fine utr. iuris: in 8. illatione, & Didac. loco præcitato, num. 4.

Hos autem, ſic ex ſoluto, & ſoluta, natos, iura ciuilia ſpurios appellant. l. ſi ſpurius, l. hac parte. ff. vnde cognati.

11 Vtrum autem in dubio illegitime natus præſumatur naturalis, an verò ſpurius, controueſtunt inter ſe maiores noſtri: nam Bal. conſi 448. Quæritur, col. 2. in tertio, reſpondit naturalem pręſumi, quia ſic euitatur doli pręſumptio. l. merito. ff. pro ſoc. l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. ſequitur Crau. cõſi. 166. col. 1.

Contra tamen præſuppoſuit Stefan. Betrand. relatus per eundem Craue. cõſi. 135. & 158. & præter eum Alciat. conſi. 52. in 5. motus: quia eius mater, in tempore, quo fuit cognita, præſumitur virgo, ad tex. in c. 1. extra de adulter. & ibi notatur, ideo partus inde natus præſumitur ex ſtupro editus, mihi placet, vt diſtinguamus, inter actorem, & reum, & inter eum, qui dicit ſpurium, vel naturalem, vt dicenti onus probandi incumbat, ad l. ei qui dicit. ff. de probat. ſicuti generale eſt in materia probationum: Et ſic tandem reſoluit idem Crau. in d. conſi. & D. Menoch. conſ. 60. numero 1. & numero 12.

Videamus modo de capacitate iſtorum naturalium, propriè, & impropriè, qua in re conſtituo nonnullas cõcluſiones, veras, & cõmunes, quarũ prima eſt.

12 Naturalis, extantibus legitimis, non poteſt ex teſtamento patris, vel aui paterni, capere ſupra vnciam, caſus eſt in l. 2. C. de natur. libe. & in d. §. diſcretis: in Auth. quib. mo. nat. effic. ſui, gl. in l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebel. ubi Alex. eam dicit communiter approbatam, & licet Bar. in l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulgar. dixerit de duabus vncijs, quod ẽt ante eum dixit gl. in l. Plautius. ff. de cõditio. & demonſtratio. id dictum fuit per errorem, ut aduertit Alexand. dicto loco, Cagno. in dicta l. ſi qua illuſtris. numero 6. hanc autem vnciam pater ex teſtamento relinquere poteſt filio naturali, ſiue mater illius extet, ſiue non, ſicuti Saly. ſenſit in dicta l. 2. quicquid contra attentauerit de Sardis in tract. ſuo legitimat. in tertia parte, quæſtione prima, ſentiens, matre non extante, ſemiunciam tãtum relinqui poſſe naturali, & malè: nil mirũ, illũ reprehendit Di-

dac.quo ſupra loco ſub nu. 11. Intellige ꝙ extantibus legitimis, non pōt capere vltra vnciam,per vulgarem, vel fideicōmiſſariam, per quas ſucceditur in bonis teſtatoris,vt not.in l.Lucius,per illū tex. ff.de vulga.per pupillarem autem ſubſtituti poterit in bonis proprijs ipſius pupilli,non in bonis paternis,ſupra vnciā, ſic deducunt Bart.& poſteriores omnes ex tex.in d.l.ſi is qui ex bonis,ff. eo.titu. Imol.& Ripa in d.l. Lucius, col.2.

Intellige,vt vnciam capere poſſit, ſupra id, quod ſoluerit cauſa conditionis implendæ, vel aliter iuſſu patris teſtatoris,ad tex.in l.ſed ſi hoc,§.1.ff.de condi. & demon.

14 Amplia,vt nec etiam per ius accreſcēdi poſſit naturalis in vncia inſtitutus cōcurrere cum legitimo in portione per fratrē repudiata,ſic Bal.in l.in teſtamento, ff.de vulga.ſequitur Ripa in l.Lucius nu.4.ff.eod.nil mirum, quia portio naturalis eſt à lege prætaxata.

15 Declara,legitimis extantibus,& ſuccedentibus: nam eis repudiantibus,naturalis *in vncia inſtitutus totum* conſequitur. & idem per vulgarem eueniret, ſi illis fuiſſet ſubſtitutus,quia paria ſunt,nō extare,vel extare, & non ſuccedere,l.2. §.ſed ſi ſint ſui,ff.ad Tertul. ſic cōmuniter Docto.in d. l. Lucius, vbi Ripa poſt alios relatos concludit,naturalem poſſe vulgariter ſubſtitui filiis legitimis: item pupillariter etiā in bonis paternis, cum nullus alius ſupereſt legitimus: item & in his caſibus ſuccedere poſſe per ius accreſcendi in totum.Quę ſanè communis traditio mihi placet,ex notatis per Bar. in l.2.§.videndum,col.2. ff.ad Tertullia. & in materia in pulchro caſu Alciat.conſil.42.nume.8.lib.9.

16 Sobolem autem legitimam in materia iſta accipe,pro omnibus deſcendentibus,ſicuti colligitur ex textu, in d.l.2, & in d.§.diſcretis: Capra conſi.130.Alexan.conſi.60.in ſecundo, etiam legitimatis per reſcriptum. ſic Dec, cōſi.258. per totum, Didac. Couarru. dicto loco de ſponſalibus, cap.8. parte ſecunda, §. 4.nu. [illegible]9. & §.5. nume. 13.

17 Adoptiui autē an contineantur,quęſtionis eſt: Nam Seuerin. in d.l.ſi qua illuſtris,fol.5.colum.3.C.ad Orficia. ſenſit pro affirmatiua: & idem Nicolaus de Vbal.de ſucceſſio.ab inteſtato,in capit. naturalium. quos ſequitur Didac.dicto loco,§. quarto,nume,9. quorum ſententia iuuatur ex l. ſi te parens, C. de ſuis, & legitimis,vbi adoptiuus ſuccedit cum legitimis: quinimmo in legitima facit eis partem, Corneus conſil. 85. nume. 16. in tertio, Matheſila. de ſucceſſione ab inteſta. in tertio membro principali,articu. pri.

Ego vero oppoſitum ſentio, quia nō videtur par ratio, quòd adoptiuus concurrat cum legitimis,& præterea,quod habeat prærogatiuam ad excludendum naturales: nam hos natura munit, illos vero ars ciuilis tantum: nil mirum iura quæ de tali prærogatiua loquuntur, de natis legitimis, & naturalibus loqui videntur. & idcirco in pluribus non habet adoptiuus eaſdem prærogatiuas, quas habet legitimus, & naturalis. latiſſime Ripa in l. ſi vnquam, quæſtione 23. C. de reuocanda donatio. & in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus,nu. 31.& in notab.caſu, deciſio Pedem. in ordi.75.

18 Secunda concluſio, Naturalis ex teſtamento,vel donatione inter viuos, legitimis conſentientibus, capere poteſt ſupra vnciam: quia poteſt quis fauori ſuo renunciare, l. ſi quis in conſcribendo. cum ſua materia, C.de pactis. intellige,conſentientibus expreſſe per ſtipulationem, præſentibus etiam naturalib. ſic Crauetta conſil. 200. nume. 9. poſt Romanum in conſi.43.in tertio dubio, ſecutus eſt Couarru.d.§.4. ſub nu. 11.

19 Tertia concluſio,Naturales, non extantibus legitimis,ex teſtamento patris, aut ex donatione inter viuos,totum capere poſſunt,ſeruata tamē legitima aſcēdentibus, ſi extāt, caſus eſt in d.§. diſcretis, & in dicta Authent. licet. C. de naturalibus liberis. intelligo etiam, quòd extet in medio legitima defuncti coniunx: nam eius exiſtentia præiudicat naturalibus, in ſucceſſione inteſtati tantum





tum. Adde per ea iura noua, correctā eſſe dictam l.ſecundam,C.de naturalib. libe. quatenus in ea cauetur,matre exiſtente in medio,naturalem habere poſſe niſi vnciam ex teſtamento patris: nā iure nouo ſatis eſt,quod matri ſeruetur legitima, ſic Bal. & communiter Doct. relati per Ripam in d.l.Lucius,nu.5.

20 Quarta concluſio, Naturales impropriè,id eſt nati ex ſoluto, & ſoluta, non in ſchemate concubinæ retenta: quia ſpurij ſunt,& nati ex coitu iure ciuili improbato, ex teſtamento patris capere nequeunt,etiam non extante ſobole legitima.§.ſi vero effuſa,in Authen.quib. mod. effic.natur.ſui, per quem text.ſic tradiderunt Dyn.in rub.ff.de concubi. Azo in ſumma C. de inceſt.nup. in fin. Bart.expreſſe in l.fina.col.1.ff.de indi.& Alexan.ad eum,Ange.in §.fin.in d.Authen.& idem Ang.conſi.223.colum.2. Bal. in l.perpetuo, ff. de condi. ob turp. cau. Gozadi.conſi.21. num. 23. Seuer. & Cagno.in d.l.ſi qua illuſtris,col.1.vbi de communi, & in filijs natis ex ſerua in domo retenta poſtea manumiſſa, deciſum fuiſſe per omnes Docto.refert Afflict.deciſio. 203. & eſt cōis ſententia.

Sed contra,in iſtis,ſenſerunt complures doctiſſimi viri, nam cum nati ſint ex coitu non punibili iure fori, quamuis non legibus approbato,non videtur legitima ratio, vt arceantur à ſucceſſione patris ex eius diſpoſitione,non extantibus legitimis, cum nulla videatur lex, quæ eos incapaces reddat,& ita ex pluribus determinauit illuſt.Paleo.in d.ſuo tract.q.40.& 41.cui opinioni conſenſerunt ante eum Saly.in Auth.ex complexu.C.de inceſt.nup.Pau.Caſt.conſ.467 viſo puncto, ad fi.in 2. Craue. d.conſil. 166. nu.11. ſenſit Alciat. Parerg. lib.4. cap.5. in fine.

Verum antiquorum opinio communiter recepta,viſa eſt mihi ſecundum iura ſcripta verior, & validè mihi probatur ex textu in §. ſi vero effuſa. vſq; ad finem, in Authen.quib. mod. effic. ſui: effuſam enim concupiſcentiam accipio ex litera,& ex mente illius tex. omnem coniunctionem prætēr vxoriam, & concubinariam,quę legibus permittuntur, & hanc ex profeſſo conſulendo probauit Natta conſ.421.Ex frequenti tamē iudiciorum vſu ſub hoc Sereniſſ. Venet. Dominio ſecunda opinio præualuit,nil mirum: quia multum tribuunt libertati teſtandi,& præcipue ad filiorum commodum, qui nihil peccarunt, non exiſtente alia ſobole legitima.

21 Quinta concluſio,Naturales ſiue propriè,ſiue impropriè,vt quia vulgo quęſiti,capiunt à matre,& aſcendentibus ꝑ lineam maternam,ex teſtamento,& inter viuos, prout legitimi & naturales,ſiue iſti non extent,ſiue extent.l,ſi qua illuſtris.C.ad Orfic.§.nouiſſime, inſti.eo. & vtrobique abunde notatur: Limita duobus coucurrentibus, primò, quòd mater ſit illuſtris: ſecundò,quòd adſint liberi legitimi, nam capere nequibunt, prout nec à patre,ſed altero horum ceſſante,capiunt prout legitimi. ſic Barto. Bal.Saly.Pau.& Corn. ad d.l.ſi qua illuſtris. quos ſequitur Cagnol. ibi nu. 20. reprobata opinione Seuerin. ibi in vlt. col. & hanc differentiam inter patrem, & matrem ex communi probauit Natta d.conſi.421. col. 3.

22 Sexta concluſio,Naturalis ex concubina natus,non extātibus legitimis, vel coniuge defuncti, ſuccedit patri naturali ab inteſtato in duabus vncijs: eis autem extantibus, vel extante coniuge, penitus excluditur, ſeruatis ſibi alimentis,ſicuti ſupra in princi.dixi per tex. in Authen.licet,& in corpore.C.de natur. lib.filijs autem repudiantibus,ſi coniūx non extet, reintegraretur naturalis ad duas vncias in concurſu cum agnatis: quia lex ſecludens naturales à duabus vnciis,extante ſobole legitima,debet intelligi, & ſuccedente: iuxta doctrinam Bart.communiter receptam in l.2.§.videndum.ff.ad Tertu.repudiatio autem coniugis nō prodeſſet naturalib. extantibus agnatis & ſuccedentib. ex doctrina eiuſdē Bar.in l.1.§.quæ habebat.col. 2.ff.de bonor.poſſeſſ. contratab. vbi ita declarat textus in dicta Authenti. licet,

& ita etiam ſecutus Imol. contra Alex. concludit Ripa in d. l. Lucius, num. 6. ſaluarem tamen Alexan. ſententiam in caſu, cum non extarent nec agnati, nec cognati, vt eo caſu repudiante coniuge, naturalis reintegretur ad duas vncias, in concurſu cum fiſco.

23 Septima concluſio, Naturales, & ſpurij, non tamen nati ex coitu damnato, ſuccedunt matri, & aſcendentibus per lineam maternam, in concurſu cum legitimis, d. §. nouiſſime, inſtit. ad Orfician. vbi Ange. Aret. & Scriptores poſt eum ad d. l. ſi qua illuſtris, vbi ample not. Limita duobus concurrentibus, ſcilicet cum mater eſt illuſtris, & extant filij legitimi: nam tunc naturalis non ſuccedit cum eis. probatur in d. l. & dixi ſup. Et adeo iſti ſic nati matri ſuccedunt, vt penitùs excludant aſcendentes maternos; quia in ſucceſſione prima cauſa eſt filiorum, Rota, Caſſiodo. de ſucceſſio. ab inteſt. deciſio. prima.

24 Octaua concluſio, Naturales præteriti, vel exhęredati in teſtamento patris, quamuis non extent liberi legitimi, nõ poſſunt dicere teſtamentum patris nullum, vel inofficioſum. glo. communiter recepta in l. 1. vbi Bar. ff. de bono. poſſe. contratab. Dec. in l. 1. C. eo. & in conſi. 264. Aret. in l. ex facto, col. 9. ff. de vulg. Alexan. conſi. 74. in ſecundo, Couarru. d. §. 4. nu. 16. Gabriel. conſil. 25. num. 9. vbi inquit, quòd naturali impugnãti teſtamentum patris, non ſunt exhibenda nec alimenta, nec ſumptus litis: quia calumnioſam litem agit: item nec ei debetur legitima. Roma. Alexan. Aret. & Ripa in l. 1. nu. 65. ff. ſoluto matrimo.

Iſti tamen, vel etiam vulgo quæſiti, teſtamentum maternum, & aſcendẽtium per lineam maternam, ſi iuſtè exhęredati ſint, vel etiam præteriti expugnant, & expugnare poſſunt. l. ſi ſuſpecta, §. 1. vbi glo. & Docto. ff. de inofficio. teſtamen. glo. Sali. Pau. Corn. Seuer. & Cagnol. in d. l. ſi qua illuſtris. nil mirum autem, lex ciuilis minus tribuit filijs huiuſmodi, in ſucceſſione patris, quàm matris, vel quia mater eſt certa, l. quia ſemper, ff. de in ius voc. vel quia improbos concubitus magis deſpexit in maribus, quàm in fœminis.

25 Nona concluſio, Naturales & ſpurij nati ex coitu non punibili ſuccedunt cõiunctis per lineam maternam, & è contra eis ſucceditur, l. hac parte, & l. ſi ſpurius, ff. vnde cogn. & l. Modeſtinus: quæ iura largè intelliguntur de quibuſcunque ſpurijs, non tamen natis ex coitu accuſabili. Bart. in l. fi. col. 2. verſic. quæro, an ſuccedat matri, ff. de indign. Capra conſil. 108. col. 3. & conſil. 136. in fi. Iacob. de Puteo apud Calcan. conſi. 62. col. 2. Cæpolla in nouis, conſil. 1. & 2. Alexan. conſil. 174. ad finem, in 5. Dec. conſil. 311. col. 1. Crauet. conſil. 138. columna ſecunda.

Amplia etiam, quòd ſint nati ex illuſtri: quia d. l. ſi qua illuſtris. ſolum prohibet, nè cum filiis legitimis concurrãt in ſucceſſione matris illuſtris: ſic Vbal. de ſucceſſ. ab inteſta. in 3. artic. princip. nume. 8. & 9. Bologn. ad Matheſi. in 2. memb. 3. artic. principal. nu. 10.

26 Decima concluſio, Naturales ex patre, quamuis patri ſuccedant ab inteſtato in duabus vnciis, non extantibus legitimis: non tamen ſuccedunt cõiunctis per patrem, nec illis ſucceditur ab inteſtato, ex teſtamento vtique capere poſſunt; vel ex donatione inter viuos: ſic præſupponit tex. in l. communium. C. de natura. libe. & in §. filium, in Authen. quib. mod. effi. ſui. conſuluit Bald. conſi. 104. in 2. Abbas in c. cum haberet, ad finem, extra de eo qui duxit. pleniſſime Crauetta conſil. 138. col. 2. & 3. vbi amplius determinauit, quòd naturales nati ex patre, ex diuerſis tamen matribus, viciſſim non ſuccedant: ideo naturalis, quia patri non ſuccedit, nec etiam ſuccedit auiæ paternę. Azo in ſumma, C. ad Orficia. Roſel. de ſucceſſ. ab inteſta. nume. 20. & num. 40. & è contra, agnatos patris non ſuccedere filio naturali inteſtato defuncto, decidit Baldus conſil. 239. Laurentius, volu. 2. Iaſ. ad Port. inſtit. de Orficia: Crauet. d. conſ. 138. nu. 7. vbi inquit, fiſco locum eſſe, & bene, niſi ex parte matris extiterint cognati: nil mirum, quia cum naturali nec pater, nec per patrem coniuncti, contrahitur ius agnationis, vt eſt caſus, in d. l. ſi ſpurius. & not. Bal. d. conſi. 139. Ioan. de Ana. conſi. 95. colu. 2. Alexan. conſi. 57. colum. fi. in 4. Corn. conſil. 234. col. pen. in 4. Dec. conſil. 316. in prima colum.

27 Vndecima concluſio, Nepos natus ex filio naturali, non plus iuris habet in ſucceſſione aui, vel auiæ, quàm pater naturalis, etiam quòd ſit legitimus: ab inteſtato tamen capere tantum poteſt, quãtum caperet eius pater naturalis, l. fin. C. de natural. liber. Azo in ſumma, C. eod. Bald. & Sal. in d. l. fin. Anchar. conſil. 389. col. 1. Alexan. 174. in quinto. Dec. conſil. 85. Crauet. conſi. 184. num. 2. & in fi. Rolan. conſil. 174. nume. 23. in 1. cum aliis adductis per Couarru. d. §. 4. nume. 10. reiecta contraria ſententia Guliel. de Bened. ſic etiam nepos naturalis ex filio legitimo, non plus iuris habet in aui ſucceſſione, quàm filius naturalis. d. l. fin. & in §. de nepotibus, in Authen. quib. mod. natu. effic. ſui. Amplia etiam, quòd nepos naturalis fuiſſet legitimatus à patre per reſcriptum ſine conſenſu aui. Ruin. conſil. 70. in 3. cui ſubſcripſit D. Marian. iunior.

28 Amplia etiam reſpectu auię paternę: nam ſi nepos legitimus ſit ex patre naturali, ſuccedit auiæ paternæ, prout ſuccederet pater: ſi verò nepos ſit naturalis, quia patri non ſuccedit in totum, ſed in duabus vnciis, ita etiam ſuccedit auię paternæ: ſic Roſell. poſt Azonem in loco ſupra adducto in priori concluſione. Ideo auia paterna non poteſt nepoti naturali, extante ſobole legitima, relinquere, prout nec etiã poſſet pater, vel auus paternus. gloſ. in d. l. fi. quam ad hoc inducit Aret. in l. Gallus. §. quid ſi is, ff. de libe. & poſthu. ſecutus eſt Ruin. conſil. 72. nume. 13. in 2. Alcia. conſi. 213. lib. 9. & eſt verior opinio reiecta ſententia Pauli Caſtr. in d. §. quid ſi is. vbi ſub nume. 8. contrarium aſſeruit debili fundamento, cuius opinioni viſus eſt adhęrere Roſel. de ſucceſſione ab inteſta. numero 38. & 39.

29 Duodecima concluſio, Aſcendentes paterni, & materni, pro eadem menſura capiunt, & capere poſſunt à naturalibus, prout naturales ab eis: quia ius capiendi, & ſuccedendi, viciſſitudinarium eſt inter eos, & coęquale, §. in quibus, & §. de nepotibus, in Authen. quib. modis natu. effi. ſui. & §. 1. inſtitu. de ſeru. cogna. notat Azo in ſumma, C. de leg. hæred. Bar. in l. fin. col. 2. ff. de indig. idem Bar. in l. ſi quis ſub conditione, col. 4. ff. de teſtam. tuto. Aret. in §. penul. inſtitu. de Orficia. Capra conſil. 1. Bald. conſil. 267. ad euidentiam. in primo. Abb. conſil. 50. in ſecundo. Calcan. & Puteus conſil. 59. & 62. Dec. in conſil. 311. col. 1. Crauet. conſil. 138. nume. 3. Scribentes in tractatibus de ſucceſſione ab inteſta. Roſel. ſub nume. 16. Matheſil. in 2. membro 2. artic. princip. nume. 8. Didac. in fine tractatus, vbi concludit, reciprocam eſſe ſucceſſionem cum naturalibus tam reſpectu aſcendentium, quàm tranſuerſalium, vt ſcilicet quibus naturales ſuccedunt, ijdem pro eadem menſura naturalibus ipſis ſuccedant: ideoque ſi cut filij naturales arcentur à ſucceſſione patris inteſtati in duabus vnciis, extantibus filiis legitimis, vel extante coniuge defuncti, d. Auth. licet. C. de natural. libe. ſic & patrem in his terminis excludi à ſucceſſione filii naturalis quo ad duas vncias, aliàs reſpondi, & probaui ex authoritate maiorum: nã ita tenuerunt Matheſil. in ſec. part. ſub nume. 7. verſicu. ſecundo caſu. Vbald. in eodem tracta. ſub nume. 23. & Oliuer. Textor ſub nume. 83.

30 Obiter tamen ſcias, hęc procedere in legali ſucceſſione, ſed in diſpenſatiua, & gratioſa ſecus, ideoque ſpurius legitimatus à patre per reſcriptum cum poteſtate eidem & matri, ac eorum coniunctis ſuccedendi ab inteſtato, vti legitimus: quamuis patri ſuccedat, & ab eo capiat, non tamen è contra per patrem ſibi ſucceditur, quia non eſt eadem ratio, veluti pulchre docuit Fulgo. cõſ. 82. Nico-

Nicolaus.vbi in matre,& in fortioribus terminis,pulchrè Benedi.Capra conſil. 1. colum. 2. & 3.

31 Et idem eſt reſpectu alimentorum, vt ſpurij,& naturales teneãtur alere patres ſuos, prout patres tenentur eos alere, Bar.in d.l.fi. col.2. Alex.conſ. 139. in prin. in 1. Bal.Nouel. de dotib. in 6. parte, priuilegio 16.

32 Hactenus ſatis ſcripſimus de capacitate naturalium, nunc videamus de ſpurijs, & de eorum capacitate: ſanè ſpurii dicuntur omnes, qui naſcuntur ex coitu non vxorio,nec concubinario. Bart. & Alex.ad eum,in l.fi.col.1. ff.de indig. Seuerin. & Cagnol. in l. ſi qua illuſtris. col. 1. C.ad Orficia. etiam qui naſcũtur ex ſoluto & ſoluta,non cõcubina,vt ſupra diximus nu. 9. Qui autem ex coitu iure damnato naſcuntur,hos ſpurios eſſe notum eſt, licet particulari quoq; nomine nuncupentur,veluti adulterini,inceſtuoſi,& ſacrilegi.

33 Hos autem incapaces eſſe,aliquid habere à patre, vel à matre, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vel inter viuos,etiam ex cauſa alimentorum,de iure ciuili, palam eſt,§. ſi vero effuſa, & §. vltima ſiquidem,in Authen.quib.mod. natura.efficiun.ſui. Authen. ex complexu. C. de inceſt. nupt. & Authen. licet. C.de natural.libe. Bart.in d. l. fi. Areti. in d.§.nouiſſime, inſti.ad Orfician. & in nato ex Sacerdote in ſacris conſtituto, quod à patre ex teſtamento capere nequeat,extra cauſam alimentorum, tradidit Barto.in d.l.fina. col.1. & in conſ. 119. Bald.& Paul.in l. 2.C.de epiſc.audien. Corn.in conſi.200. nume.4. in 4. & in nato ex ſoluto,& vxorata, quod ei à patre relinqui non poſſit, pleniſſimè ſcripſit Pariſ. conſi. 11. nume. 10. in 2. & conſil.64.in 3.

34 Et in matribus, quòd ſic natis relinquere nequeant,tradiderunt glo. Bart. Bal.Sali. & communiter Docto. in d. l. ſi qua illuſtris. cũ adductis per Cagno. ibi,num.45.& Seueri. nume.77. Ange. Aret. in d.§.nouiſſime,& Scribentes in tractatibus de ſucceſſione ab inteſta. & conſuluerunt Bal.conſi.267.ad euidentiam.colum.2. in primo. & conſil.457. colum.2.in 5. Fulgo.conſ.82.Nicolaus. Ioan.de Anan.d.conſi.95.Abbas conſi. 50.colum.2.in ſecundo.Alex.conſ.150. nume.6. in ſecundo. & 174. in quinto. Calcan. Puteus, & alii conſil. 59. 60. & 62. Dec.d.conſil.311.& Crauet.184.& Soci.iun. conſi. 48. in quarto. Mantua conſi. 162. in prima parte,in quibus locis varia referuntur exempla tam inter viuos,quàm in vltimis voluntatibus.

35 Dubium permaximum eſt apud Scriptores,quid in nato ex coniugato,& ſoluta, vtrum à patre, & à matre capere poſſit: nam illuſt.D.Paleot.in ſuo tract. de Nothis,& ſpuriis concludit, hos capere poſſe: mouetur duobus fundamẽtis: Primò, quia coitus de coniugato ad ſolutam, lege fori non eſt punibilis, ſicuti tradiderunt Ange. & Sali. in l. 1. C.de adulter.Sali. in d.l.ſi qua illuſtris, in 4.oppo. Pau.Caſtr. conſi.34. num.4. in ſecundo. Alexan.conſi.139. col.vlti. in primo. Dec.conſi.311.Boſ. in tit. de coitu illicito.nume.25.Item quia à matre ſic nati capere poſſunt,veluti conſuluit D.Bartho.Soci.conſi.48. in primo, cui ſubſcripſit D. Bal. de Bartolinis, & huius opinionis ante eum fuit Saly. in d.Auth.ex complexu. Verùm cum aliàs de facto caſus contigiſſet,per binas ſententias obtinui, hunc ſic natum capere non poſſe: quia huiuſmodi concubitus iure ciuili eſt improbatus, & tales inde nati incapaces redduntur, per tex.cum glo. in §.vltima ſiquidem, in Authenti. quib.mod.natura.effic. ſui. & ibi in ſpecie not. Ange. Bart.in d.l. fi. col. 1. ff.de indign.& præter eos adduxi auctoritatem Hoſtien.in ſumma.qui fil.ſint legit. vbi ita concludit, Bal. in l. perpetuo, ff. de condi. ob turp.cauſ.& conſil. 147. in quinto.Petr.de Ancha.conſil.335. col. 1.Abba.in c.tanta.ext.qui fil.ſint legiti. Dec.conſil.306. Vbald.de ſucceſ.ab inteſta.in primo artic. nu.38. Gozad.conſil.21.in 7.& 8. fundamentis, & Soci.d. conſil.148. ad finem.ex quibus deduxi hãc eſſe communem opinionem,quam

etiam



etiam communem dixit contra Saly. Alciat.conſi.52.in 5.& ita deciſum fuit,ut habetur in deciſio.Delfin.280. Titius. Ad obiecta reſpondi,& ad primum:coitum de coniugato ad ſolutam, non eſſe punibilem lege fori pro adulterio,punibilem tamen eſſe pro ſtupro, veluti declararunt Dec.& Gozadin.in conſi.præadductis,adeo ut tuta non ſit opinio dicentium huiuſmodi coitum non eſſe punibilem,ut ex Craue.conſi. 166.colum. 1.& punibilem eſſe præſupponit deciſ. Delfi.ſupra alleg.& tradit Alex.conſ.60 col.5.in verſ.plus dicit,in 2.

36 Ad ſecundum:ſic natum a matre capere poſſe, dixi quæſtionem eſſe ualde dubitabilem,nam licet Bar.Soci.d.cõſi. 148.in 1. reſponderit pro filio, & idem Socin.in l.Gallus.§.quid ſi is.colum.penult.& vlt.vbi refert ſecundum illud cõſilium fuiſſe iudicatum per D. Baldum de Bartolinis, cui cauſa fuerat commiſſa,& verum dicit, vt patet ex conſilio d.Baldi poſt conſilium Socini,quorum opinionem ſubſecuti ſunt Soc.iun.conſil.93.num.57.in 3.Roland.a Valle conſil.74.in primo dubio. uolum. 1. & Illuſtriſſ.Paleo.d.q.42.& pari ratione,quia coitus non ſit accuſabilis,matrem ſic nato è contra ſuccedere poſſe,firmat Illuſtris Alciat.conſi.14.lib.9.ſecundũ Venetam impreſſionem.

Contrarium tamen,hos etiam a matre capere non poſſe,ſenſerunt Doctores magni nominis,Petr. de Anchar. d. conſi.335. Ange,Aret.in d.§.nouiſſime colum.vlt.Seuerin.in d.l. ſi qua illuſtris. folio.3.colum.2.late Dec.conſ.306.ubi ex multorum auctoritate probat,huiuſmodi coitum, lege fori, punibilem eſſe, idem ſenſit Gozadin.conſ.21. num.7.& 8.Didacus de ſponſ.§.5.ſub num.16.in 7.capit.Alba. conſil. 37. Dominus Menoch.conſi.60.num.31. in 1. & horum ſententia viſa mihi fuit de mente Bart. Bald.& aliorum ſupra relatorum, num. 33.ac etiam ſecundũ iuris ciuilis rõnes.

Concordando tamen opiniones, nõnulli diſtinguunt, vt prior opinio procedat, cum ſpurius naſcitur ex ſoluta per coniugatum accidentaliter cognita: ſecunda uerò opinio locum habeat cum ex ea naſcitur,quam in domo pro concubina tenuit, nam factum huiuſmodi ſecundum bonos mores magis deteſtabile eſt,ſic Dec.d.conſi.306. colum.vlt. ſecutus eſt Alciat.d.conſi.14.ſecundò diſtingui poteſt ex intentione Crauet. d. conſi.166.num.6.vt prior opinio procedat in nato ex virgine,vel vidua, vel alia muliere,quæ ſint vilis conditionis; quia cum his non committitur ſtuprum lege fori punibile ad l.ſi ea,& l.quę adulteriũ C.de adulter. & per Bart.in l. ſi vxor,in princi.ff.eod.Bal.conſi,206.colum.2.in 3.Gozadin.d.conſi,21.colum.2. Socin. conſi.212.colum.2.in 2. reſtringe ad virgines,& viduas infimæ conditionis paſſim vagantes, non ſeruato verecundiæ pudore, quas morum honeſtas non decorat, ſic Didac.loco præcitato.§.5. nu. 17.& bene: quia fortunę vilitas,& conditio deterior, non nocet in ijs, quæ ad morum,& honeſtatis cultum pertinet.

Tertiò diſtingui poſſet, vt extãtibus legitimis, hi ſic nati capere a matre nequeant, prout nec nati ex illuſtri: non extantibus verò legitimis, capere poſſint ad excluſionem agnatorum, cognatorũ, & fiſci, & hæc diſtinctio, quamuis de iure ſtricto diſputabilis ſit, ſub hoc tamen Sereniſſimo Dominio indubitanter in ſecundo capite reciperetur pro libertate teſtandi, cui plurimum ſuprema iudicia in Exc. conſiliis fauẽt.

37 Certum autem eſt concubitũ, cum muliere vxorata,conſanguinea,vel affine,punibile eſſe lege fori:item cum concubina alterius, quę tamẽ matronalem pudorẽ ſeruet. l.inter liberas. l. ſi vxor. in prin.ff.de adulter.vbi Bart.item cum moniali.l.ſi quis nõ dicam rapere: cum materia.C.de epiſco. & cler. item inter dominam,& ſeruum.l.vnica. C. de mulier.quæ ſer. propr. Item concubitus ſacerdotis in ſacris conſtituti,nam ſacerdotes cum mulieribus cohabitare prohibentur.l. eum qui probabilem. C.de epiſco. & cler. toto tit. ext. de cohabit. cler.& mul.ſic Bar.in d.l.fi. colum. 1. ff.

de

de indi.Ang.Aret.in d.§.nouiſſime, ver
ſus finem,vbi generaliter extendit ad o-
mnes natos ex coitu lege exteriori puni
bili,communi,vel municipali,& in nato
ex moniali,pleniſſimè Dec.dicto conſil.
306.& in nato ex ſacerdote in ſacris cō-
ſtituto,quòd nec patri, nec matri ſucce-
dere valet. pleniſſime Soc. iun. conſ.48
in 4. & ante eum Abb.in c.per venerabi
lem,num.32.extra qui fil.ſint legit. & in
c.innotuit,extra de electione. Vbald.de
ſucceſſio.ab inteſta.in 4.ſpecie filiorum,
ſecutus eſt Didac. dicto loco ſub nume.
17.quamquam Mathe.Afflict.in conſti-
tutio,Neapol. titu. 82. quò ad matrem
ſubdubius fuerit.

38 Inceſtuoſus autem,natus ex coitu nō
accuſabili per accidens, ratione iuris i-
gnorantiæ,vtrum à matre,& aſcendenti
bus per lineam maternam capere poſſit
ex teſtamento,aut ab inteſtato;digladiā
tut inter ſe legum vertices, nempè Rui.
conſ.14,in 3. tenuit affirmatiuam,quam
etiam ſenſit Curt.iun. conſi.64. Contra
verò determinarunt Dec. conſil. 153.
Socin.iun.conſi.39.in 2.Card.Pariſ.con
ſil. 15.nume.43. in ſecundo.

39 Cum autem ſpurij, & odibiliter nati
prohibentur capere à patre,vel à matre
adeo efficax eſt eorum incapacitas,vt e-
tiam ex teſtamento inſtituti,non poſſint
obtinere, vt mittantur in poſſeſſionem
ex beneficio l.fina.C.de edict.diui Adr.
tollen. quia eis obſtat notorius incapa-
citatis defectus: ſic Ioan.Igneus in repe
titio.Authen. ex cauſa.C.de libe.præte.
nume.90.Pariſ,conſil.11.nume,10.in 2.
Menoch.conſi.180.nume.34.in 2.ſi ta-
men legitimati eſſent: & appareret legi-
timationis inſtrumentum, non impedi-
retur in poſſeſſionem miſſio. quæ ſum-
mariſſime expedienda eſt: ſic Rui.con-
ſil.87.ad fi,in 3. Riminal.iun.conſi.352
nume. 68. Berous conſi.57.nume.6. &
nume.13.Menoch.in 4,Remed.adipiſc.
nume. 753. & 760.

40 Et ſicut per vltimam voluntatem, hi
ſic nati capere prohibentur, ita etiā per
cōtractus inter viuos,qui lucratiui ſunt,
vt eſt caſus in l.1.C.de naturalib.libe.&
ibi adnotarunt poſt antiquos Cyn.Bar.
Bald.& Saly. Gloſ.in verb.participium,
in §.fina.in Authen.quib.mod.natu.effi
ciun.ſui.Bar.Bald. Sal. & Floria. in l.qui
teſtamentum.ff.de probatio. Bar. Bald.
Angel.Imol. Alexand.& Iaſ.in l.ſi is qui
ex bonis,ff.de vulgari.Bar.in d.Authen.
ex complexu:Calcan.Ambroſ.de Aduo
ca.& Iacob.Put. conſi.59. 60. & 62. vbi
in donatione,pleniſſime ſcripſerunt Ale
xan.conſi.54.colum.1.in 7. Dec. conſil.
311.nume.4. Rui.conſi.69. nu.10.in 3.

41 Non tamen prohibentur capete ab
extraneis,vel à collateralibus, paternis,
& maternis, tam per donationes inter
viuos,quàm per vltimas volūtates: quia
nulla lex, quò ad hos reddit illos incapa
ces: glo,& Angel.in dicto §.fina.in Au-
then.quib.mod.natur.effi.ſui.Bal.Alex.
& Docto.in l.ſi is qui ex bonis,ff de vul-
ga. Bar.in l.quod conditionis, ff.de do-
natio.cau.mor.& in l.1.in prin. ff.de iu-
re fiſci, Bal.in l.eam quam,colum penul.
& vlt.C.de fideicom. idem Bald. conſil.
207. quæſtio eſt, ſpurius,in 2.vol.vbi in
nato ex ſacerdote, Abb. in c.cum habe-
ret,in vltimis verbis, extra de eo qui du
xit: Franciſ.Marc.deciſ.258.Ceſal. con-
ſil.277.Roland.conſi.87.nume.16. ideo
ſpurius validè inueſtiri poteſt à domino
de aliquo feudo etiam nobili, Capic.de
ciſione 32.illuſt.Paleotus in ſuo tracta-
tu cap.58.& ex profeſſo conſuluit Fran,
Beci. conſi.18. nume.11.& eſt veriſſima
concluſio: Amplia, quamuis feudum,
vel emphyteoſis eſſent eccleſiaſtica. Af-
flict. & Præpoſ. in c.1.§.perſonam.in ti-
tu.per quos fiat inueſti.& conſuluit Bal.
conſi.129.ad fin.in tertio: & adde eun-
dem Afflict.in c.1.§.mulier, in 3.notabi.
in titu. ſi de feu.fue.controuer.dum ta-
men inueſtiens ſciuerit illius conditio-
nem,d.§.perſonam: Bald.per illum tex.
conſi.141.col.vlt. in 2. nil mirum, quia
iſti non peccarunt: & in re ſua alij ſunt
moderatores & arbitri.

42 Ab inteſtato tamen non capiunt à
coniunctis per patrem, ſicut nec etiam
naturales, quia cum his nulla contrahi-
tur agnatio, vt latè dixi ſupra in 10.con

clusione



cluſione. Sed an capiant à cōiunctis per
matrem: Mihi videtur, quòd in quibus
caſibus à matre capere nequeunt,nec e-
tiam capiant à coniunctis per matrem,
quoniam origo infecta eſt: & ita conce-
dunt Scribentes in tractatib. de ſucceſ.
ab inteſta. & Cæpol.in nouis conſil. 41.
vbi tamen refert plures contra tenētes,
& idem Cæpolla conſi. 1. & 2. in eod.vo
lu. vbi plura ſcribit ad declarationē tex.
in l.ſi ſpurius. & l.hac parte, ff.vnde co-
gna. & efficaciter probauit Capra conſ.
1.colum.3.verſi.ſed licet,vſque in finem
vbi probat, coniunctos per matrem, è
contra his non ſuccedere ab inteſtato.

43 Dubitarunt tamen maiores noſtri:
quid in duobus fratribus natis ex eadē
matre ex coitu punibili, an viciſſim ſuc-
cedant,an vero fiſco locus ſit: Doctores
nempè in duas ſe diuiderunt partes: nā
Matheſil. de ſucceſſ.ab inteſta.in 2.mem
bro,3.artic.principa.cui inhęret Bolog.
ibi,tenuit negatiuam,pro fiſco,etiam ex
teſtamento: ab inteſtato verò idem te-
nuerunt Fulgoſ. in conſil. 36. Alexand.
174. in quinto. Dec. 311. Alba. conſil.
37. Cagno.in l.ſi qua illuſtris, col. pen.
C.ad Orficia. Oliuer. de ſucceſſio.ab in-
teſta.nume.84. & hanc de iure magis ve
ra eſſe probauit Cæpolla d. conſi.41. &
conſi.1. & 2. & hæc opinio forte in ince
ſtuoſis procederet, ex ſcriptis à Cæpol-
la in dictis conſilijs.

Contra verò tam ab inteſtato, quàm
etiam,indubitanter,ex teſtamēto, inter
hos dari mutuam ſucceſſionem, firma-
runt Vbal.de ſucceſſio. ab inteſta. in 3.
par.principa.nu.6.Roſel. ſub nume. 28.
vbi de communi, de Sardis in tracta.le-
gitimat.in arti.de ſucceſſio.ſpur.in 7.q.
Corn.conſi.21. colum. penul. in 1. & in
d.l. ſi qua illuſtris,Curt.iun. conſi. 123.
quorum opi. probauit Didac. de ſponſ.
d.§.5. nume. 19. & hæc in iudicijs præ-
ualuit: quamuis de iure ſtricto materia
ſit diſputabilis: ſic enim bis contra re-
gium fiſcum pronunciatum fuiſſe,aſſeue
rauit Afflict. deciſio.96. & ſemel pro Iu
lio Mercato vidi iudicari in Cl. officio
publicorum Almæ Ciuitatis Venetiarū
de menſe Ianua.1574. more Imperij, ex
teſtamento autem apud me opinio hęc
indubia eſt.

44 Sed vtrum nepos ſpurius ex filio ſpu
rio,vel ex filio legitimo,capere poſſit ab
auo ex teſtamento, vel ex actu inter vi-
uos, contendunt auctores: nam quòd
ſint incapaces,ſcripſit Ange.in l.fi.C.de
naturalib.libe. quaſi eadem ſit prohibi-
tio: idem conſuluit Bal.conſi.67.ſi dicta
inſtitutio, in primo. quia laborat ſordi-
tate propria: & multo magis ſi etiam pa
terna: niſi tamē fuiſſet benemeritus de
auo, & vti ſic benemerentem illum be-
neficiaſſet,& idem Bal.conſi.406.in 3.

Contra autem decidit Feder. de Se-
nis cōſi.57.in ſexto dubio,ſequitur Cra
uet.conſi.184. & in terminis Paul.Caſt.
in l.Gallus,§.quid ſi is.nume.7.ff.de lib.
& poſthu. Imol.& Alexan.ibi in vlt.co-
lum.& idē reperio tenuiſſe ante eos Spe
cul.in titu.de ſucceſſ.ab inteſta.num.24.
declarando tamen,cum non adeſt ſobo-
les legitima,per caſum in d.l.fina. C.de
natural. libe. ratio huius determinatio-
nis eſt,quia quò ad hunc,auo,nihil cul-
pæ aſcribi poteſt: Item, quia per nepo-
tem ſpurium,patri itidem ſpurio,nō ac-
quiritur, cum non ſit in illius poteſtate.

45 Maior dubitatio eſt, an nepos legiti-
mè natus ex filio ſpurio,capere poſſit ab
auo: Nam Cyn.& plerique, quos retu-
lit Fulg. conſi.23. Engelpertus in ſecun
do dubio, quorum opinionem & ipſe
probauit, tenuerunt negatiuam: quia
filius ſpurius nō odio ſui, aut ex delicto
ſuo,prohibetur à patre capere, ſed pa-
tres in ſui odium, & caſtigationem pra-
uæ libidinis inhibentur his ſic natis bo-
na ſua conferre, vt ſic fauore legitimæ
prolis trahantur ad iuſtas nuptias con-
trahēdas. Quæ ſanè ratio in filijs ex ſpu
rio ipſo conceptis competere videtur.
Item quia ex perſona nepotis exiſtentis
in patris ſpurij poteſtate, patri acquire-
retur ex aui ordinatione,in fraudem le-
gis prohibitiuę: & hāc ſequuti ſunt ple
rique alij relati per Iaſo. in l. Gallus, §.
quid ſi is, ff.de libe.& poſthu.nu.20.

Contra verò tenuit Franciſ. Accurſ.

in l.

in l. fina. C. de natural. libe. vbi inquit,
idem eſſe nepote nato ex ſpurio, prout
in nato ex naturali, per tex. in d. l. fi. in ra
tione ſui: & quia nulla lex prohibet, auũ
bona ſua transferre in nepotem legiti-
mum ex filio ſpurio. Bar. vero in d. l. Gal-
lus. §. quod ſi is: plenius diſtinguit, & in
ſuo conſi. 118. Odducius Cornetti. &
eius diſtinctio eſt communiter recepta,
vt latè per Alexan. Iaſ. & alios ibi. Bald.
conſi. 147. in 1. & 363. in 5. Pau. de Caſt.
conſi. 467. viſo puncto: nu. 8. in 2. & con-
ſi. 306. circa primum, in 1. Roſell. de ſuc-
ceſ. ab inteſt. nu. 36. 37. Corn. conſi. 25.
in 1. & conſi. 1. nu. 24. in 3. Ceſal. conſil.
109. colu. vlt. Clarus in §. teſtamentum,
num. 32. Illuſt. Paleot. in ſuo tract. c. 58.

46 Conſiderat enim tres caſus, quorum
primus eſt: cum conſtat auum reliquiſſe
nepoti, non contemplatione filij ſpurii,
vt quia prohibuiſſet, ex eo relicto, ali-
quid ſpurio nepotis patris acquiri: hoc
caſu, nepos quidem capere poterit, & re
lictum valebit, quia rei ſuæ quilibet eſt
moderator & arbiter, l. in re mandata.
C. mandati, & ut eleganter inquit Bal. in
l. nulla. C. de iure do. omnia in rebus no
ſtris nobis cenſentur permiſſa, niſi repe
riantur prohibita: & ex diuerſo, in re-
bus alienis omnia cenſentur prohibita,
niſi expreſſe reperiantur conceſſa: vnde
cum nulla lex prohibeat, auum relinque
re nepoti legitimo ex filio ſpurio, id cen
ſebitur permiſſum, ad tex. in l. nec non.
§. quod eis. ff. ex quib. cau. ma. Adducit
etiam, quòd filii incapacitas & eius de-
meritum non obeſt nepoti, quo ad auũ,
l. eum qui. ff. de interd. & releg. l. 1. §. fin.
ff. de bon. poſ. con. tab. & l. ſi necem. §. ſi
deportatus. ff. de bo. lib. l. cognouimus.
cum Auth. ſeq. C. de hæret. ſequuntur,
vt dixi, communiter Docto. ibi, & vltra
ſupra relatos, idem tenuit Bened. Capra
conſi. 2. ver. circa ſextum, Alex. conſ. 74.
in 3. & in terminis idem Alex. conſi. 88.
col. 2. & 158. in 7. Dec. conſ. 462. col. vlt.
Quocirca mortuo patre ſpurio, vel ſi ne
pos ex eius perſona non acquireret, ut
quia natus eſſet ex filia ſpuria, indubitã
ter relictum ab auo nepoti valeret, ſicu
ti conſuluerunt Aymo. Crauetta conſi.
184. Mantua conſi. 238. in ſecundo du
bio, vol. 2. Ceſal. conſi. 103. colu. vltima.
Et in fideicommiſſo relicto filijs, & de-
ſcendentibus ex legitimo matrimonio,
& quoquomodo venientibus, vt nepo-
tes ſic nati capiant, Alciat. conſi. 24. &
conſilio 42. libro 9.

47 Amplia etiam, quòd nepos natus
ſit ex filio ſacrilego, puta, nato ex patre
ſacerdote in ſacris cõſtituto, nã auus ſa-
cerdos, in eum nepotem poterit teſta-
ri, & donare, ſic ſenſerunt Bald. & Saly.
in l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nup. Ale.
poſt Imol. in dicto §. quid ſi is, ad finem,
& eſt vera ampliatio, quia natus ex ſa-
cerdote non eſt inceſtuoſus, ideo non
comprehenſus in legibus, de inceſtuoſis
loquentibus: gl. Bal. Sal. Raph. & Pau. in
l. 2. C. de epiſc. aud. & eſt communis opi
nio, Didac. de ſponſal. c. 8. §. 5. nume. 14.
Rol. Vall. conſi. 12. nu. 42. in 4.

48 Secundus caſus eſt, cũ auus relinquit,
vel donat nepoti, contemplatione filij
ſpurij, & eo caſu relictum non valere,
Bar. concludit, & eſt communis opinio,
per tex. in l. 1. C. de nat. lib. nè alioquin
fiat fraus legi, intellige ſiue expreſſe, ſi-
ue tacite, filij perſona fuerit contempla-
ta, Berous. q. 127. & plures coniecturas
in id conſiderat Soc. iun. conſi. 16. in pri
mo dubio, vol. 4. Coniectura autem no-
tabilis eſt, ſi nepos eſſet pupillus, vel in-
fans, adeo, vt nulla eius merita verſus
auum conſiderari poſſent: & ſic aduer-
tit Rofre. Doctor antiquus relatus per
Bar. in d. §. quid ſi is.

49. Tertius uero caſus eſt: cum in dubio
res eſt: an contemplatione nepotis, vel
filij ſpurij, auus reliquerit, quo caſu, Bar
to. concludit relictum valere: contempla
tamque nepotis perſonam: quia in du-
bio, præſumitur teſtatorem elegiſſe uiã,
per quam delictum euadat: ad l. merito.
ff. pro ſocio. Adde tu, quòd præſumptio
quæ ſtat pro validitate actus, alijs eſt an
teponenda. l. quoties. ff. de reg. iur. De-
cius in l. in in teſtamento. C. de teſt. mil.

50 Item quia, quòd auus relinquit ne-
poti, non profectitium, ſed aduentitiũ





cõnumeratur. gl. Bar. & Ang. & ĩ l. q̃ ſitũ,
ff. de le. 1. gl. Bar. Pa. Ale. Iaſ. & cõiter Do
cto. ĩ l. q̃ ĩ aliena. §. ĩterdũ. ff. de acq. hæ.

51 Quo tamen caſu, quia in aduẽtitijs v-
ſusfructus acquiritur patri, dubiũ eſt, an
vſusfructus quæratur patri ſpurio, & ſi
quęri nõ poſſit, obſtãte legis prohibitio
ne, relictũ reddat̃ nullũ, vel ſaltẽ vſusfru-
ctus quærat̃ nepoti proprietario: & hoc
verius eſt: & eſt cõis omnium traditio.
poſt Bar. in d. §. quid ſi is: in vlt. col. & idẽ
Bar. in l. 1. ff. de auctor. tut. & eſt rõ, quia
in aduentitijs, vbicunq; ex aliqua cauſa
vſusfructus nõ põt patri acquiri, ob eius
impotẽtiã, & ĩcapacitatẽ, remanet apud
filiũ proprietarium: ſicuti tradidit Iaſ. in
d. §. quid ſi is. in vlt. col. & d. Tiraquel. de
retrac. municip. §. 1. glo. 9. nu. 71. & 72.
vbi recenſet Bar. cõcluſionem proxime
relatam ab omnibus receptam.

52 Amplius, ſi pater in teſtõ, filiũ ſpu-
riũ vſufructuariũ reliquiſſet, nepotẽ ve-
rò ex eo proprietariũ: vſusfructus qui-
dem qui patri non poſſet acquiri, iure
attractionis, cum proprietate filij con
ſolidaretur, ſic Dec. conſi. 462. colu. vlt.

53 Limitanda tñ eſt cõis traditio, duo-
bus modis. Primo, vt extante ſobole le-
gitima, non poſſit auus donare, vel relin
quere nepoti ex filio ſpurio: per caſum
in d. l. fi. C. de nat. lib. per quẽ tex. ſic mo
derauit Frã. Accu. ibi, Bar. & cõiter Doc.
in d. §. quid ſi is, Alex. cõſi. 74. in 3. Ill. Pa-
leot. ĩ d. c. 58. & eſt veriſſima declaratio.

54 Secundo limita, in nepote ex filio in-
ceſtuoſo, nã huic auus nequaquã relin-
quere poteſt, vel ille ab eo capere, ſicut
nec filio inceſtuoſo: ſic Bal. & Sal. in l. ſi
quis inceſt. C. de inceſt. nup. per illũ tex.
ſequitur Alex. in d. §. quid ſi is, ante nu.
8. Cor. cõſi. 25. in 1. & eſt cõis limitatio
ꝑ tex. in d. l. ſi q̃s inceſti: q̃ probarũt Di-
dac. d. c. 8. §. 5. nu. 13. Illuſ. Paleot. d. c. 58.
& mihi vr̃ vera, ac de iure ꝓbata, q̃cq̃d
attẽtauerit Iaſ. d. §. q̃d ſi is. col. pe. & vlt.

Hęc de iure ciuili aduerſus naturales,
& ſpurios, ac odibiliter natos ſãcita fue
rũt in odiũ parẽtũ, vt hoĩes implerent̃
ad iuſtas coeũdas nuptias, ſanè iuris ci-
uilis durities ĩ aliquibus, ex naturali ęq
tate, iure canonũ, moderata fuit: & præ
terea ſapiẽtes ſatagerũt, adinuenire cau
telas, ex q̃b. ſic malè natis, patres & ma-
tres donare, legare, & bona in eos con-
ferre poſſent, & illi ab eis capere, de
quibus vtiliter tractare decreui.

55 Iure enim canonico, ꝓuiſum eis fuit,
vt à parentib. ſuis utriuſq; ſexus, ẽt ꝙ illi
nati ſint ex cõplexu odibili, & accuſabili
alimẽta capere poſſint, ex largitione ĩter
viuos, vel ĩ vlt. vol. & viuẽtes genitores ſi
p̃ſtare nõ curauerint, cõpelli poſſũt ad
alimẽtorũ exhibitionẽ: ſic ordinatũ fuit
in c. cũ haberet, extra de eo q̃ duxit: nil
mirũ, quia iure naturę genitores, filios
ſuos alere tenentur. l. 1. §. ius naturale. ff.
de iuſt. & iu. Et illius canonis deciſio ſer
uatur ẽt ĩ foro Cęſaris, ſicuti ſcriptores
oẽs, eo loci, aſſeuerant, & p̃terea Bart. in
Auth. ex cõplexu. C. de inceſt. nup. & in
l. fi. col. 2. ff. de indig. & in l. fi. §. ſi a ſoce-
ro. ff. q̃ in fra. cred. Bal. cõſ. 267. in 1. col.
vol. 1. Ang. Aret. ĩſtit. de iure nat. gen. &
ciuil. in princip. Dec. in c. clerici, nu. 2. ex
tra de iud. & in conſ. 311. Soc. cõſ. 161.
in 1. Ripa in repet. l. ſi vnquam, q. 27. de
reuoc. do. Illuſ. Paleot. in ſuo trac. q. 46.
& 47. & eſt axioma indubitabile.

56 Ideoq; interpretes inferũt, patrẽ filiã
ſpuriã cõgruẽter dotare poſſe, quia dos
loco alimẽtorũ ſuccedit. l. aſſiduis. C. qui
pot. ĩ pig. hab. ſic ꝑ eã rõnẽ tradidit Bar.
ĩ dictis locis, Bal. ĩ l. q̃ liberos. ff. d̃ rit. nup
& ĩ l. fi. C. de dot. ꝓmiſ. & ẽ receptiſſima.

Cõcluſio apud ſcribẽtes ĩ vtroq; fo-
ro: ſic ĩ filia ex moniali, tradidit Dec. cõſ.
611. Magnificus: & pleniſſime Vbald. de
ſucceſ. ab inteſt. in 1. art. nu. 46. & ĩ 2. art.
nu. 25. Bal. Nouel. de dotib. par. 6. priui.
16. Ripa ĩ l. 1. nu. 66. ff. ſol. mat. Rol. Val.
cõſ. 74. ĩ 2. & cõſ. 54. ĩ 2. dub. vol. 2. & ite
rũ col. 89. ĩ 1. itẽ dubio, vol. 3. Port. Imo.
cõſ. 146. Illuſ. Paleot. in q. 49. Didac. de
ſpõſal. c. 8. par. 2. §. 6. vbi plurimos addu
cit: Et licet nõnulli cõtrariũ attentaue-
rint, nõ eſt curãdũ, q̃a cõis reſolutio ita
ſe hẽt, quę ẽt ſatis ꝓbatur, ꝑ tex. ĩ d. c. cũ
haberet: in illis uerbis: liberis neceſſaria
miniſtrẽt: nã ĩter neceſſaria, quo ad filiã
dos æquè numerat̃: ad tex. cũ materia in

l.1.ff.ſol.mat. & auth. res q̃. C.cõ.de le.

57 Ampliatur cõis concluſio ad quoſcũque illegitime natos, etiam inceſtuoſos: nam & hos paſci natura ſuadet ab illis, qui eos genuerunt: ſic contra Bal.in authen.ex complexu. concludit Fortun.in trac.de vlt.fine iur.cano. nu.114.Illuſ.Paleo.in q.46.Dida.d.§.6. in prin.& benè.

58 Ampliatur, ut pro his cauſis alimentorum,& dotis,patres conueniri poſſint etiam in foro eccleſiaſtico: nempè quia ratione paupertatis debentur, ad text. cum materia,in c.ſignificantibus. extra de off.deleg.& quod per illum tex. tradidit Bar.in l.ſolet.ff.de alim.& cib. leg. in ult.col.& quia iure canonum debentur.d.c.cum haberet.

56 Ampliatur,ut dixi ad matrẽ, per tex. in d.c.cum haberet:ubi cõe utrique parentum onus reijcit, liberis ſic natis alimenta miniſtrare, intellige non ordine coniũctiuo,ſed ordine ſucceſſiuo,ut pater per prius teneat̃,Mater uero in ſubſidium,iuxta iuris diſpoſitionem: ad tex. in l.Neſennius.ff.de neg. geſt.in l.alimẽta.C.eo.in l.ſi quis a liberis. §.ſi mulier, cum gl.ff.de lib. agnoſc.& in auth.licet. C.de natural.lib.Abb.in cap.fi.extra de conuerſ.infidel.in 2.col.

60 Immò ſi mater alimenta pro filio pręſtiterit,poteſt a patre repetere,ſicuti notatur per Bar.Alex.& Doct.in d.l.alimẽta,Soci.ſen.conſ.161.col.2.in 2.& conſ. 5.col.pen.in 4.Corn.conſ.155.ad finem,
61 in 4.Crau.conſ.77.col.vlt.Vbi refert,eadem ratione, & benè, dotem per matrẽ filiæ præſtitam a patre repeti poſſe;quia paternum per prius eſt officium dotare filias,non maternum, niſi in ſubſidium, l.fin.C. de dot. promiſ. & nota, quia d. Crau.loquitur in caſu,cum pater, & mater inſolidum ſe obligauerant penes generum pro dote filiæ cõſtituta, & adde idem eſſe in patre,& patruo ſe obligantibus pro dote promiſſa filiæ,& nepti,vt patruus uideatur fideiuſſor pro patre, & ab eo repetere poſſit, ſicut mater: ſic in terminis conſuluit Corn.conſ.316. in 4. & de facto obtinui, iuxta illa conſilia Cor.& Crau.quæ nota,quia ſunt valde vtilia,cæterum d.Abb.in d.c.cum haberet: ſenſit in terminis noſtris par eſſe onus matris cum patre in alimentandis ſpurijs,per caſum in d.c.cum haberet: licet ſecus in legitimè natis:nil mirum,q̃a ſpurij non ſunt de patris agnatione, nec in eius poteſtate:nec illis pater ſuccedit: quæ tamen rationes non me mouent: per tex.clarum in d.auth.licet, & in corpore unde ſumitur: & ideo ab eius ſententia receſſit Illuſt.Paleot.in q.48.

62 Porrò,intra triennium,onus eſt maternum filios educare, & nutrire: ſicuti tradiderũt gloſſatores in d.c. cum haberet:& in c.fi.extra de conuerſ. infidel. & in l.nec filium.C.de patr.poteſta.& in d. l.alimenta.C.de nego.geſt.vbi Alex.ſub nu.4.inquit, ꝙ inuito patre, mater põt per triennium filium penes ſe enutrire: per tex.in d.c.fi. Limita niſi mater ſit inops: item cum lacte caret:item cum nobilis eſt,& conſuetudo ſit, filios nobiliũ per nutrices educari,ſic Azo in ſumma. C.de patr.poteſta.ſequitur Didac.loco præcitato nu.13.& Illuſt. Paleo.d.q.48. Prima limitatio placet: ſed de ſecunda, & tertia dubito:nam cum onus alendi filium,ad triennium,matri ſit iniunctũ,vr̃ ꝙ ab eo onere impẽſa ſua ſe releuare debeat, nõ aũt illud onus in patrẽ referre.

63 Ampliat,ut pater ne dum filiũ, ſed & eius vxorẽ alere teneatur,ut eſt caſus in l.ſi q̃s à liberis.§.nõ tantũ.ff.de lib.agno. ẽt ſi filius vxorẽ indotatã, patre inſcio, duxiſſet: ſic Ruin.conſ.144. in 5. Crot. in repe.l.ſi cõſtante, in 2.lect.col.pen.& vlt.ff.ſol.mat.Dec.conſ.231.col. pen. ubi tñ limitat,modò honeſtã duxerit,refert Didac.d.loco ante num.6.Super quo tñ tẽperamẽto ſubſiſtendũ cenſeo, & licet tex.in d.§.non tantũ loquatur in filio legitimo, & auctoritates ſupra adductæ, idẽ tñ in illegitimis dicendũ eſt, quia alimentorum iura ſunt eis cõia, & omnia eis neceſſaria pater ſubminiſtrare tenetur.d.c.cum haberet:inter quæ vxorem connumerare congruit.

64 Itẽ,nè dũ pater filiũ ſpuriũ,ſed & nepotes,& deſcendẽtes ab illis alere tenet̃. & præterea auus nepotẽ ſpuriũ, & reliquos:

quos:



quos:ſic Abb. in d.c.cum haberet,col.fi. Cy.in l.2.C.de alen.liber.Soci.conſ.161. pro deciſ.in 2.Por.Imo.conſ.146. Rola. Val.d.conſ.89.in 3.Didac.loco præalle. nu.16.Niconit.allega.44. puto,quod in cã,in 1.par.intellige,ut in cõcurſu prius ſint petenda a patre,quàm ab auo: Bar. in l.pen.ff.de lib.agnoſ.Soc.d.conſ.Are. conſ.17.col.10.verſ. venio ad quartum.

65 Hæredes item patris, tenentur alere ſpurios,ẽt, ꝙ pater illis non prouidiſſet, nempè tale onus afficit ſucceſſores bonorum.d.l.ſi quis a liberis.§.idem reſcriptum.ff.de lib.agnoſ. & in d. auth. licet, & in corpore unde ſumitur.

66 Etiam, ꝙ ſuccedant titulo uniuerſali inter uiuos, ueluti cũ pater ingreditur monaſteriũ,quo caſu bona in illud tranſfert:Bart.in d. §. uel cũ omnia bona ſua donat, Ripa in l. ſi vnquam,q.27. C.de reuoc.dona.cum alijs adductis per Rol. conſ.54.num.65.in 2. uel cum bona per publicationem in fiſcum tranſeunt, dixi in tit.de public.bon.nu.75. Et in hærede patris,& filijs ſpurijs ſic ſcriptum reliquerunt Bal.in l. id quod pauperib.col. ult.C.de epiſc.& cler.Abb. conſ.115.in 2.Socin.d.conſ.161. Seuerin.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfic.in penu.col.Hippo. Marſil.ſingul.358. pater.

67 Amplia ẽt, ꝙ pater prohibuiſſet, Bal. d.loco poſt Dy.conſ.9. ſequitur Didac. loco præall.ante nu.6.nil mirũ,quia prohibitio patris aduerſus eius debitũ nihil operari põt,l.filiusfa.§. Diui.ff.de leg.1.

68 Vtrum autem hæredes patris teneantur in ſubſidium: an uerò ẽt cum adeſt alia perſona,quę alimentare tenẽtur,puta quia extent mater, aut frater:Bart.in d.§.idem reſcriptum,uidetur ſenſiſſe onus alimentandi eo caſu ſpectare ad matrem, & in ſubſidium ad hęredes patris, cuius doctrinã ſecutus eſt Berous q. 11. Verùm in hęredib.patris,cuius propriũ officium eſt alere filios,Bar. ſententiam, poſt plures,quos refert,aſpernatur Hie. Cabr.conſ.25.col. ult.& hęc fortaſſe uerior eſt,ex regula.ĩ l.hęredẽ.ff. de re.iu.

69 Cum autem ſpurij in cauſam alimentorum, & dotis, capere permittantur: quaſi in cauſas naturaliter neceſſarias, proinde ſi de ſuo aliũde habent, ex quo ſe alere poſſint, relictum indebitum redditur,tanquam ceſſante cauſa permiſſionis: & multominus urgeri poterit pater ad illorum exhibitionem, ad hoc tex.in d.l.ſi quis a liberis.§.ſed ſi filius.ff.de liber.agnoſ.& in puncto tradiderunt Anto.& Abb.in d.c. cum haberet: Calcan. conſ.59.Dec.conſ.576.col.1.& ante eũ Pau.Caſ.conſ.5.col.2.in 2.ſequitur Natta conſi.402.nu.49.

70 Idem dicerem in dote,ut filia naturalis,vel ſpuria, habens unde poſſit ſe dotare,vrgere nequeat patrem ad illius dotationem: caſus eſt cum glo.ubi Bart.& Doct.in l.vxorem.§. pater naturalis. ff. de leg.3.ubi tamen ſecus concludunt in filia legitima, per caſum in l.fina. C. de dot. promiſ.

71 Item relictum,uel datum a patre ſpurio filio, in cauſam alimentorum,ualet, uſque ad modum alimentorum, non ſupra:quia modus excedi non debet.l.cũ hi.§.modus.ff. de tranſact.nam limitata permiſſionis cauſa,limitatum quoq; ꝓducit effectum.l.in agris.ff.de acq.rerũ dom.ſic eleganter Bal.in l.eam quã,col. 10.uerſ.pone dicit decretum.C.de fidei comiſ.ſequuntur Dec.conſi. 311. nu.4. Crauet.conſ.186.col.vlt.& conſ.219.in pen.col.Rolan.conſ.74.nu. 40. in 1.

72 Alimentorum autem modus,an reſtringi debeat ad naturalem filij educationẽ, eiuſq; alimoniã neceſſariam, ita ꝙ nulla dignitatis perſonæ ſit habenda conſideratio:Bal.n.in l.ſi maritus. ff.ſol. mat.poſt Iac.& Are.determinauit in marito,cui miſerationis cã,alimenta ſoluto matrimonio ex dote uxoris debentur, ea deberi ſcd̃m neceſſitatẽ viuendi, nõ ſcd̃m illius dignitatẽ, ſecutus eſt Ange. ibi,& Caſſa.conſ.19.nu.55.& huius opinionis,in terminis noſtris,fuerunt Abb. & Cano.in d.c.cum haberet,ſecutus eſt Iac.Put.apud Calc.conſ.62.nu.16. & vr̃ probari in d.c. in illis uerbis: neceſſaria ſecundũ facultates ſubminiſtrent:adeo, quòd ratio in alimentorum conſtitutione ſit habenda, ad facultates, & ad

 neceſſita-

neceſſitatem perſonæ,non autem ad dignitatem: Confirmatur, quia huiuſmodi perſonis alimenta iure ciuili inhibita ſunt: naturales autem lex ciuilis paſcere iuſſit.d. Auth.licet,C.de nat.lib. paſcere autem neceſſariam indigentiam præſeferre uidetur. ad tex.in cap.paſce famæ morientem,86.diſtinct. & huius opinionis aſſeclæ fuerunt Crau.conſ. 219. col. pen.Rol.Vall. de lucro dotis.quæſt.94. numero 3.

Contra tamen,quòd dignitatis perſonæ ſit ratio habenda: adducitur glo. in l.nepos Proculo.ff.de uerb.ſign. & in marito contra Bald.tenuerunt Raph. & Alexan.in d.l.ſi maritus. Angel.Imol.& Alex.in l.Neſennius.§.fin.ff.de re iudic. Aret.conſ.17.in 5. dubio,quibus in negotio iſto naturalium,& ſpuriorum,accedere uidetur Didac. in dicto loco ſub num.8.Qui tandem concludit,in hac re iudicum arbitrium plurimum poſſe, cui aſſentio,ita tamẽ, ut iudex parum diſcedat a priori ſententia.

73 Et huic concluſioni noſtræ, optimè iuuat, quod Bald. ſcriptum reliquit in l. vnica.§.ſed ſcimus.C.de latina libe.toll. eum,qui alium alere tenetur. Satis oneri,ſibi a lege iniuncto ſatisfacere,ſi eum in hoſpitali, uel in domo publica, alendum reponi curauerit,dum alimẽtarius ſine dedecore eo loci morari poterit,vel ob dignitatem ſuæ perſonę,aut ex conditione hoſpitalis,ſecutus eſt Prępoſ.in dicto cap.cum haberet: nec contradixit Didac.in loco præallegato,ſub nu. 9.

74 Filius autem,qui ex operis ſuis poteſt ſe alere,non poteſt officio iudicis petere alimenta a patre, d.l. ſi quis liberis.§. ſed ſi filius.ff.de lib.agnoſ.vbi Bart. intelligit: ſi honeſtè poteſt exercere illã artẽ, aliàs ſecus,per tex.in d.l.nepos Proculo, ff.de uerb.ſign.idem Bar.in l.1.per illum tex.C.de Mendican.Valid.libro. 11. & in ſuo tract.de alimen. Abbas in d.cap. cum haberet.col. vlti.& in c.fin. extr.de conuerſ.infidel.Dec. conſi.576.in prin.

75 Vbi infert, ꝙ ſpurio valenti ex operis & induſtria ſua, ſibi alimenta quærere, pater relinquere non poterit in cauſam alimentorum, & idem conſulti reſponderunt Calcan. Ambroſ.de Aduoc.& Iacob.Puteus apud Calcan. conſi.59. 60. & 62.ſequitur Socin.iun.conſil.8.ad finem in 3.ubi refert,ita fuiſſe iudicatum, & idem tenuit Roland.d.conſi.54.num. 73.cum ſequen.in 2.moderãdo tamen, quando haberet aliquod legitimum artificium, vel eſſet talis, cui dedecus non eſſet alijs inſeruire,ad intentionem Bar. ut ſupra: contrariam tamen opinionem firmauit ex pluribus Aymo.Crau.conſ. 199.opinio d.Crauet.mihi placet in alimentis relictis debitis iure actionis, ſed in debitis officio iudicis eius opinio fortaſſe non procederet.

76 Sic etiam,ex eiuſdem reſponſo in cõſil.200.colum.vltim.placet mihi, filiam ſpuriam nuptam viro inopi, capacem eſſe legati ſibi relicti in alimentorum cauſam: quia non habet unde de alimentis ſit ſibi prouiſum.

77 Ex relicto autem in cauſam alimentorum,proprietas bonorum in ſpurios non transfertur,quia incapaces ſunt ꝓprietatis,ſed tãtum ius utendi,& fruendi:apud hæredes autem proprietas permanet, & filio mortuo finitur ius alimẽtorum,l.cum hi.§.ſi uni.ff.de tranſactio. l.dominus.§.fin.ff.de vſ. fr. notat Seuerin.in l.ſi qua illuſtris, colum. penult. C. ad Orfician.& ante eum, Bal.in l.eam q̃ nu.41.C. de fideic. Limita cum res ſpurio relicta in cauſam alimentorum in æſtimatione proprietatis nõ excedit quãtitatẽ pro alimentis neceſſariam: tunc.n. tota res pleno iure cedit in cauſam alimentorum, & ad hæredes trãſit,ſic Roderic.relatus per Didac.loco præal.ſub nu.15.& ante eos Bal.conſ.448.in 1.nu. 5.ubi intelligit, cum facta æſtimatione res plus non ualet.

78 Idem quod in alimentis, eſt in dote, vt pater filiæ ſpurię ſupra decentem modum relinquere,vel donare non poſſit: videlicet quatenus alimentorũ cã pater eidẽ obſtrictus dare fuiſſet,ſicuti Bar.ſẽſit in auth.res q̃.C.com. de leg.Bal.cõſi. 457.col.1.in 5.Abb.conſ.50.12.uel quatenus facultates patris,& cõditio ꝑſonarum,

rum,ac mores patriæ poſtulant, veluti Dec.ſcripſit,in conſ.611.& Illuſ.Paleo. in q.50. aduertendo tamẽ, quòd minores dotes conſtituuntur filiabus ſpurijs, q̃ legitimis: ſicuti notum eſt,& ſcripſit Abbas conſi.115.in 2.& ſi pater,uel in teſtamento,uel inter uiuos,filiæ ſpurię ſupra modum contulerit, reductio ad legitimum modum per patris ſucceſſores pe-
79 ti poterit: ſi autem uiro dos tradita fuerit, conſtante matrimonio non minuetur,quia maritus dominus eſt dotis,l.doce.C.de rei.uendic.& illam habet titulo oneroſo.l.ex promiſſione.ff. de act.& obligat. dote autem per mortem uiri ad uxorem reuerſa,tunc locus eſt modificationi,quia ſpuria illam habet a patre: ſic Bart.in l.fin.§.ſi a ſocero.ff.de his quę in fraud.cred.& in l.Mæuius.§.duobus in 3.q.ff.de leg.2.Bald.in Auth. ex complexu.C.de inceſt. nup. Et ita intelligenda ſunt quæ Bart.ſcripſit in l.fin.col.2.ff.de indign. & hæc dictinctio communiter recipitur, Alex.conſi.54.nu.12.in 7. Ripa in l.1.nu.68.ff.ſolu.matrimonio.Roland.a Valle conſi.74.nu.48.& 49. in 1. & conſi.85.in 2.dubio, in 3.Illuſt.Paleo. in d.ſuo tract.q.50.& eſt uera diſtinctio quamuis cõplures magni nominis Doctores tenuerint, etiam a uiro auocari poſſe,relati per Ripam,& Rol.& præter eos Th.Gram.deciſ.90. nu.3.

80 Quod ſi contigerit, ſpuriam decedere,dos ad patris hæredes,vel ad patrem ipſum reuertetur,quia per eius mortem alimentorum cauſa finitur,ut ex Bal. in d.l.eam quam nu.41.ſupra dixi, & conſuluit Bal.conſi.91.in 1.Calcan.conſi.59 & d.Iacob.Puteus conſi.62.nu.17. & alij ſubſcribentes,Dec.conſi.311.num.4. Crauet.conſi.186.col.ult.ubi tamen cõcludit,præmoriente uxore, ſaluum fore marito lucrum dotale,ex pacto,uel ex lege municipij,& ſecutus eſt utrunque dictum Roland.a Valle dicto conſilio 74. in 1.& latius de lucro dotis quæſt.nonageſimaquarta,Menoch.conſilio 60. numero 29.& Hieron.Cabriel. conſilio vigeſimoquinto, num.15.vbi tamen quò ad reuerſionem dotis.

81 Amplia etiam, quòd ex filia ipſa ſpuria,filij extarent,& eſt ratio, quia in alimentis non poteſt filios hæredes habere.§. finitur,inſtitu.de uſufruc.ideo nec in dote,quæ ſpurię ipſi ad alimenta conceditur: ſic concludit Abb. conſil. 50. & 115.in 2.ſecutus eſt Ripa in l.1.numero 67.ff.ſolu.matrimo.Crauet.d.conſi.186. nume.16.Illuſt.Paleot.q.51.num.5.Menoch.de arbi.iud.caſu 169.nu.107.Ideoque Barto. in l.fin.ff.de indign.ſub nu.7. conſuluit maritis, ut magnam dotem ꝓcurent pro filia ſpuria dari, quam poſt ſpuriæ mortem pater ipſe filijs ex ea naſcituris conferat: poteſt enim auus nepotibus ex ſpuria relinquere,& donare, ut dixi ſupra, & cautelam illam probarunt Ripa in d.l.1.nu.69.Capic.deciſ.181.Paleot.d.q.51.

Sed contra, quòd dos apud liberos remaneat,adduco,nam cõſuetudo Martini in iudicijs,& in ſcholis approbata induxit, ut mortua vxore,dos non redeat ad patrem,nec ad hæredes patris: ſed remaneat apud eius liberos, ſi liberos habeat: ideo ea cõſuetudo vr̃ ẽt obſeruanda in dote data filiæ ſpuriæ,ſicuti cõſuetudo de lucro dotis fauore mariti: ut ſupra dixi, de ea autem conſuetudine habetur per gl.& Doct.in l. poſt dotem.ff. ſoluto matr.& in l.dos a patre. C.eod.

Dices tu,quomodo relictum filio ſpurio in cauſam alimentorum, mortuo filio, reddit ad patrem, & non permanet apud eius filios, & ſimiliter dos data filiæ ſpuriæ, cum pater teneatur alere nèdum filium ſpurium, ſed & natos ex eo. dic verum eſſe, cum filij ex ſpurio nati uiuo auo,non habent unde ſe alant,ſed ſi aliunde habent, uel poſt nati ſint,ceſſat in auo alimentorum onus.

82 Ex quibus tamen cauſis, filij uti ingrati exhæredari poſſunt: ex eiſdem quoque, alimenta poterunt eis denegari: gloſſ.notab. quam Bart. aduertit, in d.l. ſi quis a liberis. §. idem iudex. ff. de lib.agnoſ.idem Bart. in fi.C.de alen. libr. & in l. diuus. ff. de parricid.Franc. Cremenſ. ſingul. 39. Abbas in dicto c. cum haberet,in ult.colum.Bal.nouel.de doti-

dotibus,par.6.priuil. 16. verſi.ſed quid
ſi filia,vbi de alimentis & de dote, Iaſon
in l. ius autem ciuile,ff.de iuſt.& iure,Di
dac.de ſponſa.c.8.parte ſecunda,§.6.nu
me.17.& deciſ.Pedemon.124.col. 1.

Sed aduerte,argumentum ab exhæ-
redatione,& excluſione à legitima,& ſuc
ceſſione, ad excluſionem ab alimentis,
non ęquè concludere : quia alimenta ar
ctiori vinculo debentur, ſcilicet natura-
li : ſucceſſio vero iure ciuili, ideo natura
li, & ſpurio debentur alimenta, quibus
tamen non debetur ſucceſſio, quare nõ
ex omnibus cauſis,ex quibus filius exhę
redari poteſt, ex eiſdem poterunt nega-
ri alimenta,quibus maxime eget: ſic.n.
pater necaret filium, ad l. necare. ff. de
lib. agnoſ. pro grauioribus tamen fortè
tollerabilis eſſet communis traditio, ad
no.in l.diuus.ff.de parricid.

Iuris itaque ciuilis diſpoſitio redden
tis ſpurios, & natos ex coitu damnato,
incapaces,reſpectu genitorum ſuorum:
limitatur,ut latius ſupra dixi ex cano.cõ
ſtitutionibus,quò ad alimẽta,& dotes,
ut latius ſupra ſcripſi.Limitatur itẽ plu-
ribus alijs modis.

83 Primò in ſpurijs principum,nam eis,
& matribus eorum, principes abſolutè
donare,& relinquere poſſunt:Bal.conſ.
248.in 1.& 457.Ad euidentiam in 5.in-
telligendo,de ſupremis Principibus ha-
bentibus auctoritatem condendi,& de-
rogandi leges : adducit rationem, quia
prohibitio non eſt de iure diuino, nec
de iure naturali:ſed iure poſitiuo aucto
rata.Cui princeps in ſtatu ſuo facilè de-
rogare poteſt:ad no.in l.omnes populi,
ff.de iuſt.& iure:ideo valet donatio, uel
inſtitutio in hos collata, etiam ſine ex-
preſſa obſtantiũ derogatione: ſic Boer.
deciſ.127.nu.27.Socin.iun.conſi.60.in
1.dubio,in 4.Mainer.in l.quoties,idem
ſermo.ff.de reg.iur.ſublimito ego.legiti
mis filijs non extantibus,quia iure diui-
no filius ancillæ non ſuccedit cum filio li
beræ:Geneſ.cap.21.& c.25.Sed in prin-
cipe, ꝙ requiratur expreſſa,vel tacita ob
ſtantium derogatio, cum filio ſpurio,
relinquit;contra Socin. in eodem caſu,
reſpõdit Natta conſi.420.& conſi.402.

84 Secundo fallit, cum pater relinquit
filio ſpurio in tempus, cum capere pote
rit, & ei concedit auctoritatem ſe legiti-
mari,& habilitari faciendi : ſic Bart. in l.
Gallus,§.& quid ſi tantum:in vlt.colum.
quam ſanè licentiam contuliſſe videtur,
ex eo, ꝙ illi reliquit,cum capere poterit,
ſic Iaſ.in d.l.Gallus. §. inſtituens. nume.
5. & ante eum Bald. conſil. 146. nume.
6.in 1.verum diligentius aduertendum
eſt: Nam Bald.ipſe in l.eam, quam. nu-
me.48.C.de fideicom.determinat, inſti
tutionem de ſpurio ſic factam non vale
re:quia pater uitio ſuo prohibetur ſpu-
rio relinquere,idcirco adiectio illa,cum
capere poterit: nihil reuelabit : itẽ quia
licentia teſtandi debet ineſſe tempore
teſtamenti,& non aliunde pendere, l. 1.
§.ſi filius.ff.de leg.3.l. fina. ff. communi
præd. & l.illa inſtitutio. ff. de hæred. in-
ſtit.& quia habilitas in honoratis requi
ritur tempore teſtamenti, l. ſi alienum.
§.in extraneis.ff.de hæred. inſtit. & l. 1.
ff. de Reg. Cathon. ſecutus eſt Paulus
Caſt.in l.ſi filius, qui in poteſtate, & in
l.Gallus.§.inſtituens.ff.de lib.& poſth.&
in l.filiusfamilias.ff.de teſtam. ubi tamẽ
diſtinguit : an dictum fuerit,cum capax
erit, & eo caſu ualere relictum, an verò
cum legitimabitur,& eo caſu nõ ualeat,
adducit deciſionem Innoc. quam ſequũ
tur Card. & Abb. in cap. ſuper eo, ext.
de condi.appoſ.

85 Non ualere matrimonium inter pro
hibitos contractum, ſub conditione, ſi
Papa diſpenſabit : obtenta diſpenſatio-
ne opus eſſe nouo cõſenſu,ut matrimo-
nium ualeat, ſecutus eſt Aretin. in d.l.ſi
filius.Iaſ.in d.§.inſtituens.col.2.

86 Ad hęc optimè conducit deciſio De
cij conſi.661.nume.13.& 14.vbi ſtante
ſtatuto in ciuitate Regij: quòd foren-
ſis non poſſit acquirere bona immobi-
lia in loco: contendit, quòd inſtitutio
facta de forenſe, quia ab initio inuali-
da, non conualidetur ob id, quia ciuis
poſtea efficiatur,ſed opus ſit noua con-
firmatione,ad text. in l.quæ ab initio.ff.
de reg.iur.& quod notat Dyn. in c. fir-
matur:



matur: de rẽgu.iur.in 6. & Rom.conſi.
509.in 5.dub.

87 Vbi determinat, quòd ſola ceſſatio
inhabilitatis non inducit actus reconua
leſcentiam, ſed nouus conſenſus requi-
ratur ad actum validandum, ad quod
plura inducit,& idem,in ſimili caſu,ſcri-
pſit Alex.conſi.171.nu.8.in 2.

88 Reſolutiue dicas,inſtitutionẽ de ſpu-
rio factã, & cũ capax erit,vel ſi legitima
bit,validã eſſe,ſecuta illius legitimatio-
ne,& habilitate ſuperueniẽte,quãdocũ
que in uita,vel poſt patris mortem, ſic
concludunt Iacob.de Are.Alber.Ange.
& Bene.de Plumb.in l.libertas.ff.de ma-
num.teſt.Bal. Imo. & Pau.in l.ſi quis ita
hæres inſtituatur.ff.de hæred. inſtit.Bal.
Imo.Alex.Soc.Iaſ. & Claud.in d.l.Gal-
lus.§.inſtituẽs,idẽ Bal.conſi. 146. in pri
mo,& 72.in quinto.Ang.conſi.223.nu.
4.Natta in conſ.246.nu.7.& pro cautela
reaſſumpſit Bar.Cepola ĩ caut.21. Dec.
conſi.176. nu.5.Curt.iun.conſi.84. Ca-
gnol.in l.quamdiu.num.4.ff. de reg.iur.
Clar.in §. teſtamentum, quæſtio.31.Bo
ſius de publicat.bon. num.33. & nouiſſi
me plures adducens, idem tenuit Ro-
land.conſi.22.num. 19.in tertio, adeo,
vt hæc ſit communis traditio, pro qua
allegatur tex.in l.in tempus.ff.de hęred.
inſtit. in l. Gallus. §. inſtituens, & quod
no.gl.in §. quid ſi is, quam ponderauit
Pau.Caſtr.ibi.

Interim autem, pendente conditio-
ne,dabitur curator bonis,qui ea admini
ſtrabit, vt aduertunt Doctores prælle-
gati in d.l.libertas,& in §.inſtituens;am
plius voluit Ang.in d.l.ſi quis,ita hæres
inſtituatur : quòd ſpurius ſic inſtitutus,
poterit, pendente conditione, petere ſe
immitti in poſſeſſionem, & bona admi-
niſtrare:ſecutus eſt Alex.in d.§.ĩſtituẽs,
per text.in d.l. verũ,declaratio iſta mihi
valde ſuſpecta apparuit:nam ſic de faci-
li captaretur legis prohibitio,quare cõ-
trarium,& rectius, firmarunt Imo.in d.
§. inſtituens, Cepola d.cautela 21. Cac-
cialup.apud Cor.cõſ.217.vol.3. ad quæ
optimus tex.cum materia in c. auaritiæ,
de election. in 6. Nec præmiſſis obſtat,
deciſ.Innoc. in d.c. ſuper eo, nam con-
trarium tenuerunt Butr.Calder.& Præ-
poſ.ibi : quorum opinio de conſuetudi-
ne ſeruatur:Boer.deciſ.246.num.27.

89 Hæc autem diſputatio vtilis eſt, cum
legitimatio,& habilitas ſuperuenit,poſt
mortem patris teſtatoris; cęterum ſi in
eius vita,neceſſaria non eſt,quia etiam,
quòd pure facta fuerit,de ſpurio,conua
lidatur inſtitutio, ſi patre uiuente ſpu-
rius fuerit legitimatus,licet ſecus ſi poſt
illius mortem,ſic Bar.in d.l. Gallus.§. &
quid ſi tantum, & in l. 1.in 4. membro.
ff.de Reg.Cathon.Bald. in l.certum.nu.
26.C.vnde cogn.& in l.ſeruis, C.de le-
gat.Imol.in l. ſi alienum.§. in extraneis.
ff.de hęred.inſtitu. & eſt communis opi
nio,vt per Alexã.Iaſ. & alios in d.l. Gal-
lus.§.inſtituens.Alex.conſ.40.in primo,
Ruin.conſ.69.nu.7. in tertio. Clar.in §.
teſtamentum,quæſtio.31. adducunt ra
tionem:quia legitimatio trahitur retrò,
ideoque ob retro trahitionem, omni
tempore, ſpurius legitimatus videtur
fuiſſe habilis,ſic Imo.in d.§.in extraneis,
Ang.in l.his verbis,§.interdum.ff.de hę
red.inſtit.& licet Pau.de Caſt.in l. 1.nu-
mero 7.ff.de Reg.Cathon. poſt Dyn.&
Bald.in d.l.eam quam,nu.25. contrariũ
ſenſerint: attamen communis diſtinctio
vera eſt : quia legitimatio poſt patris
mortem,in iuſſu eius obtenta, nihil ope
ratur in præiudicium aliorum, quibus
per mortem patris ius quæſitum fuit in
ſucceſſione,ad no.in d.§.& quid ſi tãtũ.

90 Communem tamẽ cautelam, & con-
cluſionem limita, in ſpurio inceſtuoſo:
nam cum eo omnis teſtamenti factio
prohibita eſt:ſic Bal.per illum tex. in l.ſi
quis inceſti. C. de inceſt. nupt. Ale-
xand. & Claud. in d. §. inſtituens. Tuta
tamen non videtur hęc limitatio, quia
& cum inceſtuoſo princeps diſpen-
ſat, ſicuti practica docet,& ſcriptum re-
liquit Bald.conſi.267. nume.11.in 1.&
457.in 5. per tex. in l.qua in prouincia.
§.Diuus.ff.de ritu.nupt.

91 Tertiò limita,cum pater inſtituit.vel
aliter beneficiat filium ſpurium, & eum
grauat reſtituere alicui capaci : valet
enim

enim inſtitutio, & legatum. l. cogi. §. hi
qui ſolidum. ff. ad Trebel. per quem ita
docuit Ang. in l. in tempus. ff. de hæred.
inſtit. & in l. 2. C. eo. inquiẽs, quòd ſi ſub
ſtitutus noluerit capere, hæreditas per-
manet apud hæredem grauatum: ideo-
que conſilium eſt ſecundum eum: vt pa
ter hæredem ſcribat filium ſuum ſpu-
rium, cui per fideicõmiſ. vniuerſale ſub-
ſtituat, purè, aliquam perſonam, ad quã
non facile eius rei notitia ſit peruentu-
ra, vel relicta non ſit agnitura, vt quia
Regem Franciȩ, vel alium Principem
ſubſtituat.

92 Sed certe conſilium Ang. probandũ
non eſt, quia manifeſtam prȩſefert frau-
dem, ideoque inſtitutio uti in fraudem
legis facta, inualida redditur: ad tex. in l.
contra legem & in l. fraus. ff. de legib. ad
hæc tex. in terminis in l. 1. C. de natural.
lib. & illud conſilium Ange. improbauit
Imo. in d. l. in tempus, & ante eum ſenſit
Bal. in l. hac edictali: per illum tex. ſub nu
me. 18. C. de ſecund. nupt. ſubſequitur
Alex. in d. §. hi qui ſolidum, & in d. §. in-
ſtituens, & in conſi. 202. colum. vlt. in 6.
Maior dubitatio ineſt, cum ſpurius ro-
garetur reſtituere pari, vel inferiori ſuo,
quo ſanè caſu, Angeli deciſio videtur ſu
ſtentabilis: licet de ea dubitauerit Alex.
in d. §. hi qui ſolidum.

Quibus ſanè rationibus, aliam frau-
dem in ſimili ſpecie excogitatam, refu-
tarunt Pau. Caſt. conſi. 467. colum. pen.
in 2. Cor. & Caccialup. d. conſ. 217. in 3.
de eo qui inſtituat Regem Franciæ, &
donec Rex hæreditatem agnoſceret, fi-
lium ipſum ſpurium adminiſtratorem
conſtituerat, cum liberatione à redditio
ne rationum, quã etiam improbauit Ce
pola caut. 38. poſt plures quos adducit.

93 Quarto limitãt aliqui, cum pater do-
nat filio ſuo ſpurio, cum iuramento, nẽ-
pe ſecundum eos iuramenti vinculum
operabitur donationis validitatẽ: quȩ
ſanè cautela non placet: quia pater ipſe
facta ſatisfactione, repetere poterit, ad
tex. in cap. debitores, ext. de iureiur. itẽ
tale uinculum cum non ſit confirmato-
rium, actus hæredes non obligat. ad
tex. in cap. veritatis, extra de iureiur. &
ita in pũcto concludit Rui. conſi. 179. in
1. & conſi. 69. num. 10. in 3. vbi ampliat,
etiam, quòd ſpurius poſtea legitimetur,
& idem Ruin. conſ. ſeq.

94 Quinto limitant aliqui, pro cautela
dantes, vt pater relinquat, vel donet ſpu
rio, pro amore Dei, quam tamen caute-
lam refellit, & benè Soc. iun. conſi. 99. in
vlt. dubio, volu. 2. ſicuti & alia cautela,
quòd pater relinquat ſpurio non nomi
nando eum, inualida eſt, detecta verita-
te, Bal. in l. 3. in princi. ff. de lib. & poſth.
Alex. d. conſi. 202. in prin. in 6.

95 Sexto limita, vt filius ſpurius per indi
rectum ex perſona alterius capere poſ-
ſit bona paterna: veluti quia contrahat
vniuerſalem ſocietatem omnium bono
rum cum aliquo: nam ſi pater teſtetur,
& ſpurij ſocium hæredem ſcribat, conſe
quetur ſpurius, ex vi ſocietatis, portio-
nem in illis bonis, quia, ex natura ſocie-
tatis vniuerſalis, omnia inter ſocios red
duntur communia, ſic ſanè docuit Bart.
in l. ſi is qui duos. ff. de liber. leg. Bal. in l.
1. in 14. q. C. pro Soc. Sal. in l. ſi ſocieta-
tis. C. eo. cum pluribus adductis per d.
Tiraquel. de retr. lignag. §. 26. glo. 1. nu.
33. intellige cum ſocius capax, hæres
fuit ſcriptus. Secus autem cum ſpurius
cum eo cohæres inſtituitur, nã pro par-
te ſpurij inſtitutio facta inualida eſt, ſi-
cuti Ruin. tradidit conſi. 139. nu. 9. in 5.
declara, & intellige, modo ſocius ille ſit
amicus, vel coniunctus teſtatoris: alio-
quin euidens fraus deprehenderetur, ſi
cuti aduertit Cepola in d. cautela. 38. in
ſeptima caut.

96 Septimo limita, cum pater relinquit
filio ſuo ſpurio, non de bonis ſuis, ſed
de bonis alienis, ut quia filium ſuum ſpu
rium pupillariter ſubſtituat filio legiti-
mo pupillo; nã ex pupillari poterit ſpu-
rius ſubſtitutus capere bona propria ip
ſius pupilli, veluti materna, non autem
paterna: caſus eſt, in l. ſi is qui ex bonis.
ff. de vulgar. & inde colligunt Bar. Ang.
Imo. Alex. Iaſ. & ſcribent. omnes, gl. ma
gna in §. fi. in Auth. quibus mod. nat. eff.
ſui, idem Bart. in l. quod conditionis. ff.
de



de don. ca. mor. Bal. in l. eam, quam. nu.
53. & 54. C. de fideic.

97 Cui autem, eo caſu, paterna bona de-
ferantur, an venientes ab inteſtato, an
verò, ad fiſcum: dubitatur, nam inteſtati
ſucceſſoribus reſiſtere videtur. Regula.
l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. nam vbi regu
la illa frangitur, fiſcus ſuccedit, vt ibi no
tatur, & in l. 1. C. de ſecund. nup. veritas
eſt, quòd ea bonorum portio defertur
venientibus ab inteſtato, quorum fauo
re emanauit prohibitio, qui tamen non
recta via in ea ſuccedũt, ſed de illius ſpu
rij manu capiunt, & capere debent, vt in
terminis concludit Bal. in d. l. ſi is, qui ex
bonis. col. 2. & ſequuntur poſt eum An-
ge. Pau. Alex. & Iaſ. idem Bal. in d. l. eam
quam. nu. 50. & eſt vera deciſio.

98 Quia quando aliquis remouetur a lu
cro, contemplatione alterius, lucrum illi
applicatur. l. poſt legatum. §. amittere. ff.
de indign. l. pen. C. de legat. Bar. in l. 2. §.
videndum, col. 2. ff. ad Tertullia. Bald. &
Pau. in l. ſi defunctus. C. de ſuis, & legit.
pulchrè Soc. ſenior. conſi. 241. colu. 10.

99 Quam tamen concluſionem intelli-
gas, cum ſpurius in relicto non habet cõ
iunctum: hic enim præferreretur ius ac
creſcendi venientibus ab inteſtato: quia
ius accreſcẽdi excludit ſucceſſorium edi
ctum, l. meminimus, vbi Bald. Fulgoſ. &
Corn. C. de leg. hæred. l. ſi Titio, & Mȩ-
uio, §. Iulianus. ff. de legat. 2. Alexand. &
Dec. in l. pactum, quod dotali, colu. pen.
& vlt. C. de collat. idem Dec. conſi. 181.
colum. pen. & in ſpecie ſic determinauit
Bald. ipſe in d. l. eam quam. numero 56.
& idem voluit Fulgo. conſi. 44. quidam:
prope finem.

100 Sic etiam, ſi ſpurius ſubſtitutum ha-
beret, is præferreretur uenientibus ab
inteſtato: quia ius ſubſtitutionis ex-
cludit, nedum ſucceſſorium edictum,
ſed & ius accreſcendi, vt probatur in d.
§. Iulianus, & in l. 2. §. ſi duo. ff. de bon.
poſ. ſec. tab. & in l. vnica. §. in primo, &
§. pro ſecundo. C. de cad. toll. Caſtrenſ.
conſi. 306. in primo. Qua ratione, aliàs
obtinui pro ſpurio contra venientes ab
inteſtato, ex ea principali ratione, quia
teſtator ſubſtituerat ei vulgariter, & per
fideicom. alterum ex agnatis, qui reli-
ctum illud non impugnabat: vnde infe-
rebã agnatos illos non recte agere: quia
obſtabat illis exceptio: Tua nõ intereſt:
nam quod ille ſpurius capere non pote
rat: non ad actores, ſed ad ſubſtitutum
pertinuiſſet, & illud iudicium fuit ad ap
pellationem partis diuerſæ acceptum in
conſ. Excell. de XL. inclitæ Ciuit. Venet.
vnde hinc elici poſſet Cautela optima
pro ſpurijs.

101 Ex præmiſſa autem limitatione infer
tur: patrem ſpurij executorem ſcriptum
ad diſtribuendum bona alicuius inter
pauperes, dare & diſtribuere poſſe filio
ſpurio, quia non dat ei de ſuo, ſed de alie
no: ſic tamen ſi ſpurius mereatur, nec ex
ceſſiue det. Pau. Caſt. & Alex. poſt eum,
in d. l. ſi is qui ex bonis: quamuis contra
ſenſerit Ben. Capra conſi. 54. col. vlt. ſed
tu intellige cum modificatione, vt ſupra,
Bal. in l. id, quod pauperibus, col. pen. C.
de epiſc. & cler. & idem Bald. conſi. 162.
in 5. Corn. 236. in 2.

102 Octauo limita, ut licet ſpurius capere
nequeat ex re patris, poteſt tamen cape
re propter rem patris, arg. tex. in l. eo tẽ
pore. §. fi. ff. de pecul. ideoque hærede in
ſtituto ſub conditione dandorum cẽtũ
filio ſpurio teſtatoris, iure capit ſpurius
illa centum: quia non ex re patris, ſed ex
re hæredis proueniunt, ſic concludunt
Dy. Ricar. Malumb. & Ludo. de Sardis:
quos refert Cepola caut. 38. in cautela
decima: vbi tamen temperat, niſi ex fa-
cti circunſtantia fraus deprehẽderetur,
vt quia reliquiſſet centum Titio ſub cõ-
ditione dandi tantumdem, vel aliquam
non leuem quantitatem filio ſpurio, ſed
contra, indiſtinctè cum effectu non ua-
lere relictum filio ſpurio, ab hærede, vel
legatario, cauſa conditionis implendæ,
firmauit Pau. Caſt. in l. quod conditio-
nis. ff. de donat. cau. mor. per illum text.
vbi adducit rationem: quia datum con-
ditionis implendæ cauſa ſuccedit loco
eius, quod viciſſim ille percipit a teſtato
re, & idem clarè voluit Bart. ibi, & idem
Bar. in l. fi. col. 2. ff. de indign. Bart. & Bal.
in

in d.l.ſi is qui ex bonis:idem Bald.in l.eã quam. nume.55.C. de fideicommiſ. & eſt caſus in l. Mæuius.ff. de cond.& demon.intellige,vt ibi, ſcilicet relictum dãdum eſſe incapaci, vt conditio impleatur, non tamen efficitur capientis, ſed fiſcus aufert:Bar.ibi.

104 Nonò limita, vt ſpurius poſſit hæres inſtitui ab hærede patris ſui: licet aliàs hæres hæredis ſit heres teſtatoris.l.fi.C. de hæred.inſtit.ſic Bar.Bal. & communiter Doctores in d.l.ſi is qui ex bonis.& eſt ratio: quia non capit ex ordinatione,& ex volũtate paterna, ſed ex libero illius hæredis iudicio. Item non capit vti bona patris, ſed vti bona hæredis, nempè per aditionem hæreditatis deſierunt eſſe bona teſtatoris, & facta ſunt bona propria illius hæredis,ad tex.cum glo.in l. ſed ſi plures.§.filio.ff.de vulga.& in l.1. §.veteres.ff.de acq.poſ. & hanc ſequuntur vbique Doctores, Bart.Pau.& Imo. in d.l.quod cõditionis,Bal.d.l.eã quam, nu.55.Cepol.dicta cautela 38.in vlt.colũ. Alex conſ.51.in fine,in 2.volu.Ruin. conſ.44.nu. 14.in 2. Ceſal.conſi.272.& Roland.Val.conſi.87.in tertio.Intellige dummodo id non faciat ex ordinatione patris ipſius ſpurij: quia per fideicommiſſum cenſeretur rogatus, ſicuti Doctor.ſentiũt dictis in locis,& præter eos, Natta conſ.402.nu.52. & probatur per tex.in l. filiusfam.§. ut quis hæredem.ff. de legat.1. & in l. ex facto, in princip.ff. ad Trebellia.

105 Amplius,ſi teſtator grauet heredem, de reſtituendo,cui velit ex pluribus, nõ poterit ſpurium eligere, quia à teſtatore capere diceretur. l. vnum ex familia, in prin.& per totam illam legem.ff.de lega.2.Bar.in l.fi. col.2.ff. de indign.Paul. Caſt.in l.Lucius.§.in teſtamento.ff.de lega.1.ſenſit Bal.conſi.162. quidam Franciſcus,in 5.Cepol.d.caut.38.Corn.conſi.236.in 2.

106 Ex ijs infertur,an ſpurius capere poſſit à donatario patris, nam ex præmiſſis reſolutio ſatis patet,& tradidit Bal.in d. l.eam quam.num.40.

107 Porrò,circa præmiſſa occurrunt nõnullæ queſtiones,quas minime omittere decreui:primò quero,pone,pater cõtra legis prohibitionem dedit ex donatione inter uiuos filio ſpurio:nũquid datum poterit vendicare, aut condicere? Reſpõ.poterit,ex doctrina Bar.in l.poſt mortem.ff.de adoptio.dum vult, quem uenire poſſe contra factum ſuũ,lege prohibente, cuius doctrina eſt communis: Vantius,de Nullitat.in c.quoties,& intra quod temp.nu.52. Menoc. conſ.89. nu.84.& in terminis, ſic firmauit Crau. in conſi.200.nu.7. per tex. in l.non dubium. C.de legib.Adde tu,quòd ex contractu inutili,& inualido,dominium nõ transfertur.d.l.non dubium.Bart.& cõmuniter Doct.ad eum in l.1.§. ſi vir vxori,ad finem.ff.de acq.poſ.pulchrè Corn. conſi.50.nu.4.in 1.

Amplia etiam, ſi iuramentum interueniſſet, ad ea quæ ſcribit Fed. Senenſ. conſi.172.Iaſ.in l.ſi donatione. colũ.vlt. C.de collat.Ruin.conſ.69.num.10.in 3. & dixi ſupra.nu.93.

108 Secundò quæro, an hæres patris poterit reuocare? cõcluſiue dico ꝙ ſic,quia hæres eſt eiuſdem poteſtatis, cuius eſt defunctus.l.hæredem.ff.de reg.iur. etiã quòd ſimpliciter adiuerit ſine beneficio inuentarij,ſic latè Crau. d.cõſi.200. per totum, & aliquid in conſi. 184. Nil mirum,quia inuentarij omiſſio non præiudicat hæredi in actionibus hæreditarijs,quas uti defuncti hæres exercet.

109 Tertiò quæro, quid ſi hæres iuſſus fuerit à teſtatore præſtare legata relicta filijs ſpurijs ſub pœna priuationis hæreditatis? Reſpon.preceptum eſſe nullum, & inualidum, quia contra legem: toties enim ſecundum voluntatem teſtatoris hæres facere compellitur, quoties contra legem nihil ſit futurum. l. ſi quis cũ. ff.de cond.& demonſtr.ad hoc text. in l. nemo poteſt.ff.de legatis primo,l.filiusfam.§.Diui.ff.de legatis primo, cũ materia,ſic Pau.Caſt.conſi.125.in 7.dub.volumine ſecundo, Cagnol.in l.ſi qua illuſtris: in 2.notab. C.ad Orfician.ubi adducit, quæ ad hoc ſcribit Iacobin. a S. Georg.in tracta.feudorum, in verbo.de Caſtro.



Caſtro,numero quarto. Ripa libro ſecũdo.Reſponſ.cap.25.

110 Quarto quæro,quid ſi hæres promittat preſtare legata,ſic ĩutiliter relicta,an ex promiſſione obligabitur, vel ſi præſtiterit,an poſſit condicere,videtur ꝙ promiſsio, & multò magis preſtatio ualida ſit,quaſi quòd licuerit hæredi renunciare fauori ſuo, ſic Rom. conſi.43.in tertio dubio,ſecutus eſt Crau. d.conſ.200. nume.9.ubi tamen inquit,quòd approbatio de illo legato,& promiſsio de preſtando fieri debeat præſentibus,& ſtipulantibus legatarijs ſpurijs,ad ea,quæ Iaſ. ſcribit conſi.82.col.3.in 3.nil mirũ,quia promiſſio fieri debet a præſente præſenti, aliàs non eſt obligatoria.l. abſenti.ff. de donat.l. 1.in principio.ff.de verb.obl.

Sed contra, huiuſmodi promiſſiones non ualere, ſenſit aperte Bal.in l.certũ. col.4.ſub nu.17.C.vnde cognati,vbi inquit: quòd hæredis non poſſunt facere gratiã,pactũ,vel remiſſionẽ ſpurio de paternis bonis:& in l.1.col.3.C.de his,quæ penæ nom.pulchrè Cepola ĩ cautela 38. & in terminis Ioan.de Garron.in Auth. eiſdem,nu.101.C.de ſec.nupt.& hæc verior eſt: quia promiſſio, & præſtatio ex cauſa illius relicti euidenter facta fuit, & apparuit facta,ex cauſa inutili,& inualida,ac ideo obligatoria non eſt,nec dominium transfert,& ita etiam concluſiue tenuit Natta in conſi.402.nu.51.ubi tamen declarat. cum conſtat heredem proprio ſuo motu, non pro executione voluntatis defuncti dediſſe.

111 Quintò quæro, an onus iniunctum ſpurijs in legato firmum maneat, vt ſic hæres illud implere cogatur, ſi relictum ſpurio non preſtiterit: dic pro non ſcripta remanere apud hæredem, cum ſuo onere,l.vnica,§.in primo,& §.pro ſecundo.C.de cad. toll. & in terminis Pa.Ca. conſi.306.circa primum,in primo.

112 Sextò quero,an incapaces poſſidentes contra legis prohibitionem, aliquo tempore præſcribant, ſaltem ſpacio 30. annorum,adeo vt inquietari nequeant: ſicuti q̃ nullo titulo bona poſſidet,an verò obſtet eis, quod malafide poſſidere videantur, cum poſſideant contra legis interdictum. Hanc ſanè materiam explicãt Bar.conſi.119.D.Dominicus,Alex. conſi.74.ad finem,in 3.Balb. de preſcriptio.in quar.parte.4. partis princip.nu. 72.Ripa in l.1.col.3.ff.quorũ bon.Crau. conſ.166.nu.13.& communiter concluditur,quòd præſcriptione 30.annorum tueri ſe poſſint, cauendum tamen eſt a Crauetta. dum inquit, ſpurium ſpacio duorum menſium præſcribere aduerſus agnatos,per tex.in l.1.C.de natural. lib. nam textus ille procedit in caſu ſuo ſpeciali,quia fiſcus poſt duos menſes aufert,ſicuti plenius declaraui in titul.proxi.præced.

113 Vltimo quero,an heres faciat contra conſcientiam,non preſtando legata ſpurijs relicta, Bar.in l.fin.col.3.ff.de indig. ſentit nõ eſſe contra cõſcientiam,immo cõtra eũ preſtat,quia facit aduerſus legẽ prohibentem:ſequitur Veronenſ.caut. 38.in cauſa.11.explicite Natta d.conſi. numero 57.

## DE RELICTIS CLAM, & palàm. Tit. XIX.

1 *Palam vel clam quando dicatur datum, & relictum.*

2 *Palam relicta incapaci, fiſcus non aufert, clam vero ſic, præſtita fide.*

3 *Verba teſtatoris ambigua, non inferunt relictum perſonæ incapaci.*

*Incapaci an fuerit relictum ob verba teſtatoris ambigua, euentus declarat.*

4 *Clam promiſſum de dando incapaci ex pluribus probatur.*

5 *Inſtrumentum facit negocium notorium, niſi in ſecretis celebratum fuerit.*

6 *Fiſcus non aufert ſub prætextu tacitæ fidei, niſi probetur, ſic fuiſſe conuentum tacite de dando incapaci.*

7 *Poſitionibus concernentibus tacitam fidẽ de dãdo incapaci, reus per iuramentũ credulitatis reſpondere cogitur.*

8 *Filijſfamil. & ſerui excuſantur ſi tacitam fidem præſtiterint.*

9 *Fides*

9 *Fides data de dando ſpurio incapaci non præſumitur, ob id quia poſtea hæres ſcriptus dederit ſpurio, vel reliquerit per ult. voluntatem.*

10 *Fiſcus, an vendicare poſsit relictum palam ſpurio præſtitum per hæredem.*

*Spurio palam relictum, & deinde datum, an fiſcus auferat.*

11 *Spurio non capiente, capit ſibi coniunctus.*

12 *Fides tacita non præſumitur ex eo, quia teſtator hæredem ſcripſerit perſonam valde coniunctam filio ſpurio.*

13 *Spurio non capiente, capit ſubſtitutus, qui tacitam fidem non dedit.*

14 *Fides tacita de dando incapaci, an debeat eſſe obſtricta per promiſsionem obligatoriã, an vero ſufficiat ſimplex pollicitatio.*

15 *Promiſsio de dando incapaci facta per hæredem, vel alium ſucceſſorem de rebus ſuis, an fiſco locum faciat.*

16 *Teſtamento primo reuocato, an cenſeatur reuocatum tacitum fideicommiſſ. ſi in ſecundo ille idem ſit beneficiatus, licet non tantum, vt in primo.*

17 *Teſtamento primo reuocato, conditiones in legatis inſtitutionibus, & in alijs relictis adiectæ non cenſentur repetitæ in ſecũdo.*

18 *Incapax quibus temporibus eſſe debeat, ut ex cauſa tacitæ fidei fiſcus relictum auferre poſsit.*

19 *Legatum inualidum ex perſona legatarij, vel ex perſona ipſius, & legantis ſuperueniente habilitate conualidatur.*

20 *Fiſcus ob tacitam fidem de dando incapaci aufert rem cum omnibus emolumentis in qua promiſſor deliquit, non autem alias res.*

*Fidem tacitam accommodans de dando incapaci in quibus puniatur.*

21 *Fidem accommodans de dando incapaci qui ſit incapax, odio ſui incidit in edictũ, ſecus ſi nõ odio ſui, nam fiſcus non aufert.*

22 *Fidem tacitã accõmodans de dãdo incapaci, an ſi non dederit, fiſcus ab eo auferat.*

23 *Fidem tacitam accommodans de dando incapaci in diem, vel ſub conditione, non ĩcidit in edictũ, ut fiſcus auferat ſi ille præmoriatur ante aduẽtũ diei, vel condõnis.*

24 *Clam incapaci relicta, ſolus fiſcus aufert, non priuatus.*

POSTQVAM abũdè vidim⁹ de perſonis incapacium: quia vt ſupra in prin. diximus relicta, vel collata in perſonas incapacium palã auferũtur per proximiores hæredes, aut venientes ab inteſtato: quæ vero clã relicta fuerunt fiſcus aufert. l. 1. l. non intelligitur, l. edicto. ff. de iure fiſc. l. in fraudem. ff. de indig. & in illis iuribus notatur.

1 Supereſt vt modo videamus, quando datum videatur palam, & quando clam, ſucceſſiue quando fiſcus auferat, vel non, & quantum auferat, cum nonnullis quæſtionibus apendicibus.

2 Circa igitur propoſitum quęſitum, Bar. poſt gl. in l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de legatis primo, cõſiderat tres caſus: nam quandoque teſtator palam relinquit non capaci, vt quia in teſtamento nuncupatiuo coram ſeptem teſtibus, aut in inſtrumento facto in loco publico pater det, vel leget filio ſuo ſpurio vnum ſuum potere, & hoc caſu legatũ quidem nõ valebit, nec fiſco applicatur, ſed remanet apud ſucceſſores patris, vti pro non ſcriptum, & datum per patrem poterit per hæredes vendicari, vt probatur in dictis iuribus. Alex. in l. ex facto, §. ſi. ff. de vulg. & pup. Soc. iunior. conſi. 3. numero 18. in 3. vol.

Quãdoque verò teſtator nullam mẽtionem facit de incapace, ſed alicui relinquit, & in eius fidem poſuit tacite, ut daret incapaci, & tunc aufertur ab eo, & applicatur fiſco, d. l. 1. & l. non intelligitur, & d. l. in fraudem, & eſt communis omnium traditio.

3 Quandoque verò teſtator exprimit, cui reſtituatur, ſed non clarè, vt quia teſtator dixerit, hæres mi dato fundum illi quem ſcis, nec eum nominat, & tunc aliqualis pręſumptio inſurgit tacite fidei contr iura, & de perſona improbata, ſed non tanta quæ ſufficiat, niſi probetur relictum perſonę incapaci, ſic Barto. in d. §. in teſtamento per illum text. poſt gloſ. ibi, ſequuntur Imol. Cuman. & Pau. & ad hoc etiam videtur caſus in d. l. non intelligitur, in prin. de quo reddit

rationem



rationem gloſ. ibi: quia teſtator potuit in ſuo teſtamento loqui, quo magis modo ſibi libuerit, ideoque per ea ſic ordinata fiſci patronus non obtineret contra hæredem: vnde ex euentu cauſa declarabitur: quia ſi daret incapaci, fiſcus auferret, ſic Paul. & Angel. ibi, & ante eos Bartol. in l. final. numero 6. ff. de indign. per text. in l. ſed & Iulianus, §. proinde. ff. ad Macedon. Quare ſic declarandus eſt Bartol. in dicta l. non intelligitur. §. primo.

4 Sed attende: quia materia non eſt perfecte declarata, & reſoluta, quare dic, quod clam, in fraudem legis, perſonæ incapaci relicta, detegi poſſunt, per ſcripturas, & per cautiones priuatas ſubſecutas inter honorantem, & honoratum, ad commodum perſonæ incapacis, item per teſtes, & per alias manifeſtas probationes, vt inquit text. in d. l. non intelligitur, in princip. & in §. tacite autem, & in l. in tacitis. ff. de legat. 1. & in l. in fraudem. ff. de indign. Manifeſtas autem probationes intellige, ideſt apparentes, non tamen per publicum inſtrumentum: quia ſic non diceretur clam factum, ſed palam, ſic Bartol. in d. l. in tacitis.

5 Vbi inquit, palam videri factum, cũ quis promittit per public. inſtrumentũ dare incapaci: clam autem, cum per ſcripturam manu ſua factam: Intellige, cum teſtamentum factum fuit bonafide in loco publico: ſecus autem ſi in ſecreto per notarium amicum, & præſentibus amicis, vel perſonis ignotis, aut exteris: tunc enim quia contenta in teſtamento pro ſui natura non venirent in cognitionem vniuerſorum, proinde factum diceretur clam, ſic Bartol. in d. l. non intelligitur, § tacitè, & in d. l. in fraudem. Paul. Caſt. in d. l. in tacitis.

Poteſt etiam de tacita fide probari, ex diſpoſitis per teſtatorem in ſuo teſtamento, & codicillis, cuiuſmodi duo exempla retulerunt Iureconſul. in d. l. non intelligitur, & in l. ita fidei. ff. de iure fiſc. Item & ex coniecturis legitimis tacita fides probatur: pulchrè Saly. in l. etiam, numero 7. C. ad legem Falcidiam, plene Ludoui. Bolog. conſilio 24. & Excell. Mantica in ſuo tracta. de coniect. vltim. volun. libro decimo, titulo 4. numero nono.

Item fraus, tacitaque fides de facili præſumeretur, ſi hæres incontinenti poſt mortem teſtatoris, vel etiã aliquo interuallo adhibitio, magnũ hæreditatis, ac bonorum partem ſpurio reſignaſſet ex titulo lucratiuo. Corn. conſi. 310. colum. 1. in 1. intelligendo quo ad præſumptionem, non quo ad effectum plenę probationis.

6 Notandum tamen eſt, quia tota uis conſiſtit in deducendo, quòd honoratus fidem ſuam aſtrinxerit de dando incapaci: nec ſufficeret allegare: defunctum clam & tacite incapaci reliquiſſe, etiam quòd aliqua ſuſpicio concurreret, ſed oportet deducere, & probare, quòd hæres tacite, & clam fidem ſuam aſtrinxerit: ſic ſenſit Barto. in d. l. in tacitis, & in d. l. non intelligitur: explicite Ange. in l. hæreditas. colum. 1. C. de indign. & in d. l. Lucius. §. in teſtamento, Bald. conſilio 380. numero quarto, in primo. Alexand. conſilio 202. ſub numero 5. in 7. & in eodem caſu, late Barbat. conſilio 46. colum. 2. in primo. Dec. conſi. 311. colu. vlt. & hæc maxime, cum incapaci non fuit facta reſignatio.

7 Ad probationes autem faciendas, poterit fiſci patronus adducere poſitiones, quibus reus per iuramentum ſuæ credulitatis reſpondere debeat, ſic Bar. in d. l. non intelligitur, in §. tacite: & in l. fin. colum. 3. ff. de indign. & in ſuo conſilio. 194. Checus: Socin. iunior. conſil. 180. nu. 34. cum ſeq. in 2.

8 Excuſantur tamen filiusfamilias, & ſerui, ſi parentibus & patronis ſuis, tacitam, & clandeſtinam, fidem præſtiterint: glo. magna in d. l. non intelligitur, vbi ad hoc plura iura ſimilia inducit, ſed eſt caſus in d. l. in fraudem. §. recte. ff. de indig. & in l. ſi tacitum. ff. ad leg. Falc. no. Bal. in l. etiam. C. ad leg. Fal.

9 His autem ſic declaratis, quæro: teſtator ſibi hæredem inſtituit

R vxorem

vxorem ſuam, quam grauauit, vt poſt illius mortem diſtribueret bona ſua in pauperes, arbitrio ſuo eligendos. Mulier veniens ad mortem elegit ſpurium filium teſtatoris, an ex hoc præſumatur fidem accommodaſſe, Bart. in d.l. Lucius.§.in teſtamento, concludit, hinc nõ ſuboriri efficacem præſumptionem taciti fideicommiſſi, ſequuntur Pau.& Angel.ibi. Sed vtrum ſpurius capere poſſit, Bar. vt aduertit Pau. Caſtr. videtur ſentire pro ſpurio, ſed certe Bartol. nihil explicat, ſed idem Bartol. in l.fin.colum.2. ff.de indign. aperte decidit contra ſpurium, quia videretur capere à patre teſtatore, quoniã electus ab hęrede ex vi diſpoſitionis paternę, per tex.in l.vnum ex familia, in princip. ff.de legat.2.& ita conſuluit Barto.d.conſilio 194. Checus & hanc firmauit Pau.Caſt. in d.§.in teſtamento, poſt Ioã.Andr.per eum relatum, adducit præmiſſam rationem, & quia in generali grauamine iniũcto hæredi, non includitur perſona incapax.l. Lucius.§.Lucius Titius.ff.de lega.3. Notandum tamen eſt, quia Paul.Caſtr.ibi inaduertenter reprehendit Bar. de hoc autem puncto latius fuit ſupra dictum numero 232.

10 Rurſus quæro, hæres palam grauatus, ſpurio relictum exhibuit, vtrum fiſcus, vel alius poterit vendicare, Pa.Ca. in d.l.Lucius.§.in teſtamento. poſt Bal. in l.eam quam, numero 21.C.de fideicommiſ. determinat, fiſco locum eſſe, per tex.in l.poſtulante.§.fin.ff.ad Treb. ſenſit explicite Cepola caut.38.verſicu. quinta cautela.

Contraria opinio magis placet: quia relictum ſpurio palam: pro non ſcriptũ eſt fauore hæredis: & ideo apud eum remanet, quilibet autẽ poteſt fauori ſuo renunciare, l.pen.C.de pactis. ideoq; videtur, ꝙ hæres grauatus impune poſſit ſpurio filio relicta palam perſoluere, nẽpe donatio ab eo in ſpurium eſt: cum ei det nullo iure cogẽte, l.donari.ff.de regu.iur.l.hoc iure.§.donari.ff.de donat. & in pũcto ſic decidit Rom. conſ.43.in 3.dub.& conſi.478.& Crau.conſi.200. nu.9. Poteſt autem hæres in ſpurium & de bonis patris defuncti conferre: cogita tu, quia paſſus eſt controuerſus.

11 Hæc autem ſecunda ſententia non procederet, cum teſtator grauat hæredem uni ex pluribus præſtare, nã ſi ſpurium de iure prohibitum elegerit: quia is incapax eſt, alij coniuncti vocarẽtur ad totum relictum, ad ea quę Bal.no.in l.eam quam, nu.56.C.de fideic. Fulgoſ. conſi.44. quidam ad fidem, & dixi ſupra, & ſeruiunt quæ habentur in d.l. vnum ex familia.

12 Iterum quæro, an ex eo, quod teſtator relinquat perſonę ſibi coniunctæ, quæ itidem coniunctionem annexam habeat ad perſonam capere prohibitã, & à teſtatore valde dilectam, efficax colligatur coniectura taciti fideicommiſſi, tex.eſt pro negatiua in l.fi. & inde colligit Bar.ff.de indig.idem Bart. in d.conſi.194. colu.1.Roma.conſi.478. Boſius in titu.de his quib.vt indig. ſub nu.12.

13 Vlterius quærò, teſtator inſtituit filium ſuũ ſpuriũ nõ nominãdo cum pro tali, cui aliquem ſubſtituit, qui quidem ſubſtitutus tacitam fidem non dedit: certe hoc caſu fiſcus non aufert, ſed ſubſtitutus capit, ſic in terminis Alex.d.cõſi.202.in 7.& Barbat.conſ.46.in 1.

14 Quintò quæro, an ad effectum, vt fiſcus capiat ob tacitam fidem datã, requiratur promiſſio obligatoria, an verò ſufficiat ſimplex pollicitatio. tex. in l.in fraudem, ſentit pro pollicitatione, & clare Pau.de Caſt.in l.in tacitis.ff.de leg.1. Cor.conſi.310.col.2.in 1.

Contra, quòd requiratur promiſſio obligatoria, firmat Bal.in d.l.in tacitis. Sicul.d.conſi.46.col.3.nu.16.in 1.poſt alios per eum adductos, cum Bal.tenuit D.Mantica in ſuo tract. de coniect.ult. uol.libro 10.titu.4.nume.8. Ego autem arbitror promiſſionem in propoſito ſatis eſſe, q̃ facta fuerit, inter defunctũ,& honoratũ, licet ĩcapax nõ interuenerit.

15 Sextò quæro, nam hæres licite poteſt de rebus ſuis conferre in ſpurium teſtatoris, & nulla lex prohibet, immo & de bonis hæreditarijs ipſius teſtatoris,



ſtatoris, remota tamen tacita fide: ſed quæro, an in vita teſtatoris poſſit hæres dare fidem de dando de ſuis proprijs bonis ſpurio ipſius teſtatoris, vel alteri incapaci, ſic vt fiſcus non auferat? concluſiue dicas, vt promiſſor habet a teſtatore ex libera eius diſpoſitione, & eo caſu non capit ſpurius: quia promiſſor non videtur dare de ſuo, ex quo tantundẽ à teſtatore conſequitur, ad hoc tex. in l.in fraudem.ff.de indign.not.Barto. in l.ita fidei,§.patronus. ff.de iure fiſc.& in l.fin. colum.2.ff.de indign.& in l. quod conditionis.ff.de condi.cau. mor.aut promiſſor non habuit a teſtatore, & nihil repugnat, quia de ſuo largitur, vt explicat tex. in ratione ſui, in d.§. patronus. Aut habuit a teſtatore, quia neceſſario relinquere tenebatur, velit, nolit, & adhuc promiſſio non eſt improbata: quia ille de ſuo, non de eo, quod eſt teſtatoris, largitur, exemplum in legitima debita patrono, caſus eſt in d. §. patronus: ſic etiam in legitima debita filio, aut neceſſario relinquere non tenebatur, ſed poſt relictam hæreditatem poterat hæres ipſe deducere etiam inuito teſtatore, veluti Falcidiam, & Trebellianicam, & hoc caſu, quia has quartas capit ex iudicio teſtatoris, fiſcus aufert, caſus eſt in l. ſi quilibet, ff.de indign. fortiori enim iure debetur legitima, patrono, filijs, & alijs, quàm debeatur Falcidia hæredi ſcripto, non Falcidia poteſt prohiberi, Authen. ſed cum teſtator, C. ad legem Falcidiam: legitima verò prohibere nequit.l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. teſtamento.

16 Septimò quæro, an tacita fides adhibita per hæredem, vel legatarium in priori teſtamento, illo reuocato, factoque nouo teſtamento, in quo hæres vel legatarius pariter ſint honorati, prout in primo, vel etiam minus, an tacitum fideicommiſſ. conuentum in primo videatur reuocatum.

17 Nam de iure planum eſt, relicta in primo teſtamento, per ſecundum, ipſo iure, reuocari, l.ſi iure. ff.de legatis tertio, item ab uno teſtamento, quod ſit reuocatum, non ſumitur repetitio ad ſecundum. Ideoque ſi teſtator leget Titio fundum, quem alienari prohibeat extra familiam, deinde reuocato eo teſtamento aliud conſcripſerit, in quo ſimpliciter eundem fundum Titio legauerit, conditio illa de non alienando non cenſetur repetita, per text.in dicta l.ſi iure, per quem poſt Dynum, ſic cenſuit Bartol. in l. Statius Florus. in princip.ff.de iure fiſc. & eſt communis traditio, nempe per ſecundum teſtamentum voluntas in primo mutata cenſetur. Alexand.conſilio 70.colum. quinta in 2. Ruinus conſilio 90. numero 13.in 2.Curt. iun. conſilio 163. numero 14. Clar.in §.teſtamentum, quęſtio.76.in 3. reg. quicquid attentauerit Corn. in conſi.275.in 4.

His non obſtantibus, veritas eſt, reuocato primo teſtamento, non videri reuocatum fideicommiſſum tacitè iniunctum, modo in ſecundo ille idem ſit honoratus, licet non tantum, prout in primo, caſus eſt in d.l. Statius Florus in princip. & in l.3.ff. de probatio. vbi Iureconſul. rationem reddit: quia ſecreti ſuſcepti ratio plerumque dominis rerum ſuadet: eos ita hæredes ſcribere, quorum fide elegerunt. Ex qua ſane ratione Bald. ibi in lectura antiqua infert idem eſſe, etiam cum teſtator relinquit alicui capaci, nec ob.text.in d.l.ſi iure: quia loquitur in legatis & fidicommiſ. relictis in teſtamento, quæ ex teſtamento petuntur: non in relictis extra teſtamentum per tacitam cautionẽ: ſic Bar.in d.l.Statius.

18 Octauò quæro, quando requiratur quem eſſe incapacem, vt ab eo fiſcus ob tacitam interpoſitam fidem auferat: dic, quòd requiritur incapacitas tempore teſtamenti, & tempore mortis teſtatoris: ſi enim fuiſſet capax vtroque tempore, proculdubio tacita fides non noceret. idem ſi tempore teſtamenti capax fuiſſet: niſi in futurũ quoque caſum ſuperueniẽtis incapacitatis promiſiſſet, nã hoc vltimo caſu fiſcus auferret, priori verò nõ, l.in fraudẽ.§.1.de indig. Itẽ ſi

tẽpore teſtamenti fuiſſet incapax, tẽpore verò mortis, capacitas ſuperueniſſet, data fides non prodeſſet fiſco, caſus eſt in d.l. non intelligitur. §. quando autem. ff. de iure fiſ. vbi Bar. ita diſtinguit: item ſi indignus ille præobijſſet teſtatori, ſimiliter tacita fides promiſſori non obeſſet. l. fina. §. 1. ff. de indign. Dubium eſt an ob ſuperuenientem capacitatem tempore mortis teſtatoris, legatũ aliàs inualidum confirmetur ad commodum legatarij. Bar. in d. §. quando autem: & in l. 1. ff. de reg. Cathon. diſtinguit.

19 Quia aut legatum erat inualidum ex perſona legatarij, & ſuperueniente capacitate confirmatur. quia in tali ſpecie locum non habet regula Cathoniana. l. interuenit. ff. de leg. præſt. Bar. in d. l. 1. verſicu. venio ad ſextum: idem cum legatum eſt inualidum ex perſona legantis, & legatarij, tali defectu, cui teſtator ſolus prouidere non poterat: veluti in ſpurio: nam ex ſolo facto patris non legitimatur: confirmatur enim habilitate ſuperueniente, Bar. in d. §. quando autem, & in d. l. 1. in 4. memb. & in conſi. 193. Checus de Spoleto.

20 Nonò quæro, an fiſcus ob tacitam fidem datam auferat portionem illam tantum, quam dare incapaci promiſerat: an verò totum, quod habuerat a teſtatore: quæſtio eſt notabilis: nam quòd totum auferat, videtur caſus in l. cum tacitum. ff. de iure fiſ. in l. ſi ſequens. ff. ad Sillan. in l. beneficio. ff. ad leg. Falci. & in l. etiam. C. eod. & in puncto nor. Bald. d. l. etiam, in penult. quæſtio. ad hoc etiam text. in l. cum quidam. §. in tacito. ff. de vſur. ubi dicitur, in tacito fideicommiſſo omne emolumentum eſſe hæredi auferendum, & fiſco præſtandum: ſecutus eſt Petra placent: in tract. de fideicommiſ. quæſtio. 10. nume. 58. Quinimmo videtur, quòd pœna deportationis cum publicatione bonorum ſit plectendus, l. unica. C. de his qui ſe deferunt: lib. 10. In contrarium eſt veritas, per text. apertum, in l. eum qui. §. pro parte. ff. de indig. & in l. ex facto. §. Iulianus. & ibi no. Alexand. & Iaſ. ff. de vulga. ubi propterea reprobant deciſionem Bald. adducunt rationem, quia in eo, in quo quis deliquit, puniri debet, ne alioquin pœna delicti metas egrediatur, l. reſcriptum. ff. de indign. & hanc habuit Bald. in l. cum virum. C. de fideicommiſ. per illa iura non ob. iura in contrarium adducta: nam hæres in vniuerſum fuerat rogatus: ideoque Falcidiam, ſeu Trebellianicam, non ex diſpoſitione teſtatoris, ſed legis beneficio capiebat: quo quidem facilius priuatur, cum in legem commiſerit: quam prouiſione hominis teſtatoris, qui in eum legatum, vel aliud, contulerat ultra tacitum fideicommiſſum, ad hoc gloſſ. & quæ ibi notantur in l. aſſiduis. C. qui potior. & in hac reſidet Boſ. in titu. de his quibus, vt in d. numero 13. & fuit diſtinctio Alexand. in l. Marcellus. §. quidam liberis, ſub numero 2. ff. ad Trebellian. dixi in titu. de indign. Tenetur tamen ad reſtitutionem omnium fructuum, & emolumentorum perceptorum ex re, quam fiſcus, ſibi uti indigno aufert: iſte eſt caſus in d. §. in tacito. etiam ante litem motam, quamuis ex benignitate ad eorum vſuras non teneatur. l. eum qui, in prin. ff. de indign.

Non obſtat tex. in d. l. vnica: nam procedit, quando hęres ſtudioſe celat fiſco, & illi cui rogatus fuerat dare, & ſic in fraudem utriuſque, veluti explicat Bartol. ibi.

21 Decimò quæro, an quæ dicta ſunt de ſpurijs, ut fiſcus auferat, ob tacitam præſtitam fidem, ſimiliter locum habeant in alijs incapacibus, ueluti deportatis, bannitis, & ſimilibus, Bal. in d. l. etiã C. ad leg. Falc. ſub numero 3. determinauit pro affirmatiua, & eſt uerum in omnibus, qui incapaces ſunt odio ſui, quia lex perſonas illas improbat, veluti naturales, ſpurios, bannitos, deportatos, hæreticos, & ſimiles: ſecus crederem in ijs, qui non odio ſui incapaces ſunt: ſed ex vi generalis regulæ & profeſſionis ſuę laudabilis, veluti fratres minores.

22 Vndecimò quæro, quid ſi is qui tacitam

tam



tam fidem præſtitit, non exhibuerit relictum, an fiſcus auferre poſſit: concluſiue dicendum eſt, quòd ſic, ita enim præſuponunt iura ſæpius adducta in l. 1. in l. non intelligitur, in l. edicto. ff. de iure fiſ. in l. in fraudem. ff. de indig. Sed eſt caſus in l. 1. C. de his, qui ſe defer. lib. 10. ubi & aliter punitur. portionem tamen lucratur, ſi ſe fiſco deferat, vt habetur in d. l. edicto, & in d. l. 1. proxime allegata, de quo latius ſcripſi in tit. de delatoribus.

23 Sed quid ſi promiſiſſet dare in diem, vel ſub conditione, & ante aduentum diei, & conditionis incapax ille deceſſiſſet, an fiſcus poterit auferre, Bar. d. conſ. 194. in vlt. dubio cõcludit pro negatiua.

24 Sed quid ſi fiſcus non auferat, venientes autem ab inteſtato, uel alij cohæredes opponant illum eſſe indignum, & relictum auferre contendant: dic eos non eſſe ex audiendos, quia fiſci ius, & actio eſt, non priuati, gl. celebris in l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. erciſcun. per quam ſic determinauit Bal. cõ ſ. 480. nu. 4. in l.

# MARCI ANTONII PEREGRINI

# DE IVRIBVS, ET PRIVILEGIIS FISCI,

## Liber Quartus.

Expedita luculenter, & abunde materia de indignis, & de incapacibus: tranſeo nunc ad alias cauſas, ex quibus fiſco acquiritur, iuxta tex. in l. 1. ff. de iu. fiſ.

### DE FISCO HAEREDE INSTITVTO, VEL aliter beneficiato. Titulus Primus.

1 *Fiſcus hæres inſtitutus, uel aliter beneficiatus per vltimam voluntatem relicta capit.*

2 *Teſtamentum imperfectum: nihil valet ad commodum fiſci.*

3 *Fiſcus ſuccedens ex teſtamento an teneatur creditoribus ſupra vires bonorum.*

4 *Fiſco ſuccedente debitori, an fideiuſſores liberentur.*

5 *Fiſcus appellatione hominis, vel perſonæ, an contineatur.*

1 FIsco acquiritur, ſi in teſtamento priuati, vel qualibet alia ultima voluntate, quid ſibi aſcriptū fuerit, & ſi quidem de teſtamento conſtet: res abſoluta eſt: quod ſi ſurreptum fuerit, id denunciari ſolet l. 1. & l. in fraudem §. qui autem. ff. de iure fiſci teſtamentum autem ſolemne eſſe debet.

2 Alioquin ex teſtamento imperfecto nec etiam fiſcus capit. l. ex imperfecto. C. de teſtamen. arguendo a Principe ad fiſcum, quorum æqualis eſt ratio, l. fiſcus cum in priuati. ff. de iure fiſc. l. fin. C. de quadr. præſ. item quia fiſcus vtitur iure communi, niſi in caſu ſubiecto reperiatur ſpecialiter priuilegiatus, ad gloſſ. in l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. de petit. hæredit. & quia text. in d. l. 1. ſignanter loquitur, cum princeps fuit hæres inſtitutus, dices tu, quomodo quæritur fiſco, cum Princeps hæres inſtituitur, ſi quidem princeps habeat patrimonium priuatum ſeparatum a ratione fiſcali, ut dixi in prima parte, intelligo cū Princeps, uti princeps, ratione principatus honoratur: ſecus ſi uti priuatus, & eo caſu fiſcus per ſuum procuratorem ſibi acquirit hæreditatem, l. 1. ff. de offi. procu. Cæſ. procurator uerò priuati hæreditatem adire nequit, l. Paulus. ff. de acq. hæred. iuxta communes traditiones.

3 Sed hic quæſtionis eſt, an fiſcus hæres teſtamentarius, inuentario non confecto, teneatur creditoribus ſupra uires bonorum, iuxta l. fi. C. de iur. deli. Bart. in l.



in l. 1. §. an bona. ff. de iu. fiſc. pro negatiua, in priuilegium fiſci, cui aſſenſit Bal. in l. etiam, ver. quæro an fiſcus. C. ad leg. Fal. vbi inquit, quòd cedendo hęreditatem liberatur. ad hoc text. in l. non poſſunt. ff. eo. & ita obſeruatur in curia Delfinali, ſic Guid. Papa q. 333. & 571. Contra tenuerūt Imo. Rom. & Alex. in rub. ff. de acq. hær. Iaſ. in l. fi. in prin. C. de iu. deli. per tex. in §. pen. in auth. de hær. & Fal. ibi in omni perſona, ſiue priuata, ſiue militari, ſiue ſacerdotali, ſiue imperiali: ubi ita tenuit Ang. & idem Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm, per leg. Fal. Itē, quia fiſcus in dubio vtitur iure priuati d. §. in priuatorum, cum glo. & huic opinioni aſſenſit etiam Angel. in l. 3. C. ad leg. Iul. de vi publ. poſt Inn. in c. in præſentia, ext. de prob. quatenus concludit: quòd nullus uniuerſalis ſucceſſor, qui hæres non ſit, non tenetur creditoribus ultra uires bonorum. Contraria verò diſſoluuntur, ut text. in d. §. an bona, & in d. l. non poſſunt, procedant, cum bona deferuntur fiſco uti uacantia, uel quia fiſcus auferat ab indigno: nam intelligūtur deducto ære alieno, l. ſubſignatū. §. bona, & l. princeps bona. ff. de verbo. ſign. Ego autem aduerti quòd tex. in §. an bona, refertur ad omnes caſus pręcedentes, inter quos continetur, cum princeps fuit hæres inſtitutus: quare Bar. & Bal. op. verior videtur, & ad tex. in §. pe. in auth. de hęre. & Fal. poteſt dici, ut procedat, cum Imperator vti priuatus ſucceſſit ab inteſtato, uel ex teſtamento: nam retenta alia opinione fateri oportet, quod fiſcus auferens hæreditatē alicui vti indigno, teneatur creditoribus ultra uires, quia hæreditatem capit: quod tamen a vero abeſt. dicto §. an bona: Et iſta reſponſio ad tex. in d. §. pen. corroboratur.

4 Quia appellatione perſonæ in materia ſtricta, & præiudiali, non continetur fiſcus, Anto. But. in c. graue, in 4. not. de præbend. Roman. conſil. 400. Gramma. deciſ. 65. nume. 47. ubi pręterea dicit, ꝙ fiſcus eſt perſona repreſentata, appellatione autem hominis fiſcum contineri, notauit Bal. per illum tex. in l. eos. §. ſuper. C. de vſur.

5 Cum autem fiſcus ſuccedit debitori, an confundantur actiones, ita ut fideiuſſor liberetur, uidendus eſt Bar. poſt glo. in l. in fraudem. §. principalis. ff. de iu. fiſ.

### DE THESAVRIS, ET Metallis. Tit. II.

1 *Theſaurus qui ſit.*

2 *Theſaurus magica arte inuentus Cæſaris eſt.*

3 *Theſaurus inuentus in fundo meo ſiue caſu, ſiue induſtria, meus eſt.*

4 *Theſaurus fortuito caſu in alieno inuentus, diuiditur inter inuentorem, & loci dominum.*

5 *Theſaurus de induſtria in alieno inuentus cedit domino.*

6 *Theſaurus fortuito inuentus in locis ſacris, & religioſis pro dimidia fiſco cedit.*

7 *Theſaurus ex induſtria adinuentus in locis ſacris, & religioſis, fiſci eſt.*

8 *Theſaurus inuentus in locis publicis, an inuentori pro aliqua parte quæratur.*

9 *Theſaurum inueniens, & ſuppreſſens partem fiſco debitam punitur.*

10 *Theſaurum adinuentū eſſe, alleganti, onus probandi incumbit.*

11 *Venæ Metallorum in fundo priuato repertorum pro quanta parte ſint inuentoris, & fiſci.*

12 *Venæ metallorum in fundo publico repertorum cenſetur ad inſtar theſauri.*

13 *Venæ lapidum precioſorum de regalibus, ſunt ad inſtar metallorum.*

THESAVRVS ab aliquo inuētus, quandoq; fiſco defertur, dicit text. in l. 1. ff. eo. quamobrem quæſtionis eſt: an inuētus theſaurus in totum, uel in partem, fiſco acquiratur: de quo abunde tradiderunt ſcriptores in §. theſauros, inſtit. de rerum diuiſ. & in l. 1. C. de theſaur. libro. 10. feu. diſtæ

diſtæ in capitulo primo, quæ ſint regal. Didac. in repetitio. cap. peccatum. §. ultimo, de reg. iuris, in 6.

1 Prius autem, quàm ad deciſionẽ principalis quæſtionis accedamus: uidendũ eſt, quid ſit theſaurus: nam Pau. Iuriſc. in l. nunquam nuda. §. 1. ff. de acquir. rerum dom. ſic diffiniuit: theſaurus eſt uerus pecuniæ depoſitio, cuius non extat memoria, ut iam dominum nõ habeat: ſic enim fit eius, qui inuenerit: quod nõ alterius ſit: alioquin, ſi quis lucri cauſa, vel metus, uel cuſtodiæ, aliquid ſub terra condiderit, non eſt theſaurus, cuius etiam furtum committitur, quam ſane diffinitionem probauit Leo Imperator, in d. l. 1. C. de theſaur. ubi theſaurum appellat, mobilia condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori: ſi enim dominus eſſet notus, dominium ordine ſucceſſiuo in hæredes ſuos trãſiſſet, ac ideo theſaurus inuentori non cederet.

His ſic præmiſſis, pro uniuerſa materiæ reſolutione, has conſtituo concluſiones. Quarum prima eſt.

2 Theſaurus magica inuentus arte, etiã in proprio fundo, *fiſci* eſt. d. *l.* 1. C. de theſaur. & l. 1. C. de malæfi. & mathe.

3 Secunda concluſio: theſaurus per me inuentus in fundo meo, ſiue caſu, ſiue de induſtria, meus efficitur. & ita cẽſuit Adrianus Impera. naturalem quandam rationem ſecutus, & ſubſequitur Iuſtinian. in d. §. Imperator. & idem quoque cenſuit Imper. Leo, in d. l. 1.

4 Tertia concluſio, theſaurus fortuito caſu, in alieno loco, uel priuato, uel publico, uel Cæſaris, ciuitatis, aut fiſci, inuentus, pro dimidia ad inuentorem, & pro alia dimidia, ad priuatum, fiſcum, ciuitatem, aut Cęſarem, loci dominũ, pertinet: & ita cenſuit Adrian. referente Iuſtiniano in d. §. theſauros, & eſt deciſum in d. l. 1.

5 Quarta concluſio: theſaurus de induſtria, & data opera, adinuentus, in alienis terrulis: ignorantibus, uel inuitis dominis: ſiue priuati, uel alij ſint, domino fundi ſpectat, nullaq; inuentori pars ſeruatur: ſic clare decidit tex. in d. l. 1. & pręſupponitur in §. theſauros, arguendo a contrario.

6 Quinta cõcluſio: theſaurus inuentus in locis ſacris, religioſis, in monumẽtis, & in locis publicis, pro dimidia inuentoris eſt, & pro alia dimidia fiſci, ſic in his decidit Caliſtratus Iureconſ. in l. 3. §. ſi in locis. ff. de iu. fiſ. vbi æquiparat theſaurum inuentum dictis in locis, ac ſi in locis fiſcalibus, uel Cæſaris adinuentus fuiſſet: & ita ex reſcripto diuorum fratrum conſtitutum fuiſſe refert: intellige dummodo, non data opera, adinuentus fuerit, ad hoc tex. clar. in d. c. 1. in tit. quę ſint regal.

Contra efficaciter obſtat tex. in. d. §. Theſauros: vbi expreſſe decidit, theſaurum fortuito caſu inuentum, in locis ſacris, & religioſis, in totum inuentori cedere. Pro concordia horum iurium: glo. & Docto. utrobique ualde ſe contorſerunt: nam Accurſ. ſecutus Ioannem, intellexit, textum illum procedere, ſecundum quandam naturalem æquitatem fundatã in ea ratione: quòd, quę in nullius bonis ſunt, occupanti conceduntur. Calliſtrati uerò reſponſum procedere ſecundum ciuilem rationem, quæ præualet naturali illi æquitati, & attenta hac prima cõcordia, præualeret deciſio tex. in d. §. ſi in locis: quæ tamen non eſt tenenda: quia Iuſtinianus contra legem decreuiſſet, poſterioremque ſanctionẽ, improbam tamen tuliſſet.

Quamobrem alio, & ſecundo modo, conciliauit glo. eiuſdem Accurſ. in d. §. in ſacris, ubi inquit, textum illum procedere in theſauro ex induſtria, & data opera adinuento, & eo caſu, medietas inuentori cedat, tex. uero in §. theſauros. cum fortuito fuerit adinuentus, & re vera tex. ille loqtur in his terminis, & huic diſtinctioni concordat gloſſ. in c. ſi quid inueniſti. 14. q. 5. Verum huiuſmodi diſtinctio non placet, nam.

7 Theſaurus ex induſtria, in loco ſacro, uel religioſo adinuentus, inuentori pro nulla parte cedit, ſed totus fiſco acquiritur, ſic clare præſupponit text. in d. c. 1. in tit. quæ ſint regal. id etiam ſatis conſtat



ſtat de mente Leonis in d. l. 1. & Iuſtiniani in d. §. theſauros: dum in alienis locis theſauro caſu adinuento partem inuentori tribuunt, præterea text. in d. §. ſi in ſacris. æquiparat loca ſacra, & religioſa locis fiſcalib. & Cæſaris, & tamen conſtat theſaurum in his adinuentum pro medietate inuentori cedere, cum fortuito adinuenit, & ita etiam præmiſſis rationibus, relatas reſolutiones gl. improbauit Didac. loco præcitato.

Quamobrem, alia placet ſententia Angel. Are. in d. §. theſauros. quam ſubſequitur Eguinar. Barro: ad illum text. & Didacus loco præallegato, ut ſcilicet attendenda ſit poſterior Iuſtiniani conſtitutio, uti derogatoria ad Calliſtrati reſponſum, in locis ſacris, & religioſis: quia cum eiuſmodi loca in nullius bonis ſint, naturali æquitati conuenit, theſaurum in ijs fortuito caſu adinuẽtum inuentori cedere, quandoquidem dominus non adſit, cum quo ſit facienda diuiſio.

Verum cum apud nos, loca ſacra, & religioſa pertineant ad prælatos, ſi non iure dominij perpetui, ſaltem iure cuiuſdam dominij, ſeu adminiſtrationis in eorum uita, idcirco præcitati Doctores dimidiam theſauri prælato, uti domino fundi ſacri, & religioſi adiudicãt, quorum tamen ſententiæ contradicit glo. in d. c. ſi quid inueniſti 14. q. 5. Hæc autem Angeli opinio fulcitur ex his, quæ ſtatim dicam.

8 Sexta concluſio, theſaurus in loco publico inuentus, qui in nullius bonis ſit, inuentori cedit, Bal. poſt Cyn. in l. item lapilli. ff. de rerum diuiſ. ueluti in plateis & uijs publicis, ſecutus eſt Didac. loco ſupra alleg. Aluarot. dicto cap. 1. colum. penult. in titu. quę ſint regal. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. prima, §. 1. nume. 7. modo tamen, fortuito adinuẽtus fuerit.

Communiter tamen, reijcitur horũ ſententia, per tex. in d. §. ſi in ſacris, & in d. §. theſauros. nam tex. illi ſpeciatim loquuntur de locis publicis, attamen inuentori cauſali dimidiam tantum tribuunt. Et ſolutio tradita per Didac. poſt alios, quòd illa iura nõ loquantur in locis publicis, quæ ſunt in nullius bonis, ſed in locis publicis, i. quæ Reipubl. ſunt: pro ut Cæſaris, fiſci, uel alterius priuati: nõ concludit, nec reſoluit, quia Iuſtinianus expreſſe conſtituit de locis fiſcalibus, Cæſaris, ciuitatis, & publicis: idcirco publica loca, de quib. textus ille meminit, non ad loca ciuitatis, uel Principis referri poſſunt.

9 Septima concluſio: inueniens theſaurum, cuius partem fiſco pertinentem ſupreſſerit, totum, cum altero tanto cogitur fiſco inferre. l. non intelligitur. §. fin. ff. de iure fiſc. ubi glo. in uerbo totũ, declarat, quanta ſit pœna per legem conſtituta.

10 Octaua concluſiò, allegans theſaurũ inuentum in fundo ſuo, & proinde partem, petenti onus probandi incumbit, theſaurum eſſe, ſic Io. Faber. & Angel. Aret. in d. §. theſauros: & probauit. deducendo, de eo non extare memoriam ad not. in l. ſi arbitrer. ff. de probat. utrũ autem in ſuo adinueniſſe dicantur: Dominus directi, Dominus utilis, Vſufructuarius, maritus, creditor, & poſſeſſor, qui præſcripſit, copioſe ſcripſerunt Angel. Are. in d. §. theſauros: Aluar. & Afflic. in d. c. 1. Adde tu, quòd licet de iure ciuili ſic ut ſupra deciſum ſit, attamẽ ex Principum conſtitutionib. & ex regionum conſuetudinib. uarie & aliter prouiſum extitit.

11 Nona concluſio, metallorum in fundo priuato repertorum, Decima debetur fiſco, Decima domino fundi, & reſiduum eſt metallarij. Qui tamen in ingreſſu officij ſoluere debet octo ſcrupulos illius metalli ſemel tantum, & ulterius annuatim, ſi aurum fodit, ſeptem ſcropulos. ſi uerò aliud metalli genus, libram unam illius metalli, unciarum 14. portionem autem metalli eidem remanentem fiſco uendere tenetur: ſic deciditur in l. 1. 2. & 3. C. de metal. libro 11. vbi Bar. & Doctor.

Dubium eſt, an dicta iura ſint correcta per tex. in d. c. 1. in uerbo argentariæ:

riæ: nam quod ſint correcta, ſenſerunt Aluarot. & Præpoſ. Mediolan. ibi, contra verò, quòd non ſint correcta, & ius regale conſiſtat in ea decima fiſco debita, tenuerunt Iſern. & Afflict. in d. c. 1. in dicto uerbo, & deciſum, refert idem Afflict. in deciſ. 321. in regia: & fuit opinio gloſ. in l. inter publica. ff. de uerbo. ſig. quam probauit Alciat. ibi, & eſt verior. quia vitãda eſt iurium correctio, ſic Vldar. Zaſ. conſ. 16. fol. 11. nume. 67. & 68. in 2.

12 Decima concluſio: metalla in ſolo publico reperta ad principem pertinent: Mar. Laud. in d. c. 1. Florian. in l. ſed ſi inter duos. §. quæſitum. ff. de vſufr. Iacob. in ſua inueſtit. in verbo: cum argentifodinis: ſeruata parte inuentori ad exemplum theſauri.

13 Vndecima concluſio: venæ ſaxorum precioſorum, veluti Marmoreæ & Coctariæ ſubterraneę non in ſuperficiem fundi, ſunt eiuſdem conditionis, prout venę metallorum: ſic Paul. Caſtr. in l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſol. mat. & latius in ſuis conſilijs. 3. 4. & 23. in 2. vol. ſecutus eſt Afflic. in dictis locis, vbi infert venam lapidum, ex quibus conficiuntur allumina, itidem eſſe de regalibus.

14 Duodecima concluſio: pro inquirendis metallis, & ſaxis precioſis ſubterraneis, licet etiam dominis inuitis ingredi fundos alienos dum tamen ſine lęſione domini in fundi ſuperficie: ſic Pau. Caſ. in l. diuortio. §. ſi uir. ff. ſol. ma. Cepol. in tract. ſeruit. in tit. de mõte, ubi dicit ob publicam vtilitatem ita conſtitutũ fuiſſe in metallis, & ſaxis precioſis: non in lapidicinis, quæ communiter reperiuntur, & eſt caſus in l. quoſdam, & in l. cuncti. C. de metal. & not. Alexand. ibi in additio. ad Barto. in l. 1. Intellige tamen non licere metallarijs propria ſua auctoritate id facere, ſed prius obtenta inueſtitura, & priuilegio à Principe, ſoluendo, vt dixi in 9. concl. & latius in hac materia ſcribit Egidius Boſius, in titu. de metal.

## DE BONIS VACANTIbus. Titul. III.

1 *Bona uacantia fiſco deferuntur.*
2 *Inteſtatus quis ſit.*
3 *Succedentes ab inteſtato, de iure ciuili, aut prætorio fiſcum excludunt.*
4 *Vxor in ſucceßione præfertur fiſco.*
5 *Affines non ſuccedunt, ideo fiſcum non excludunt.*
6 *Adoptiui fiſcum excludunt.*
7 *Naturales & ſpurij, an fiſco in ſucceßione præferantur.*
8 *Socius in re per Principem donata, vacante per mortem ſocij fiſcum excludunt.*
9 *Patronus in ſucceßione liberti præfertur fiſco.*
10 *Eccleſia in ſucceßione clerici præualet fiſco.*
11 *Collegium, & vniuerſitas in ſucceßione vnius ſui particularis fiſco præfertur.*
12 *Conſiliariorum ordo ſuccedit conſiliario defuncto, excluſo fiſco.*
13 *Militi defuncto ſuccedit legio illa, in qua militabat, fiſco excluſo.*
14 *Peregrino defuncto abſque hærede, epiſcopus capit eius bona.*
15 *Obſidum bona fiſco quæruntur.*
16 *Expoſitis ſuccedunt hoſpitalia.*
17 *Furioſo defuncto ſuccedit eius gubernator.*
18 *Tutor, an ſuccedat pupillo defuncto, abſq; hærede ad excluſionem fiſci.*
19 *Ciuitas non ſuccedit ciui defuncto ſine hærede.*
20 *Patriæ charitas maxima eſt.*
21 *Bona vacantia deferuntur fiſco illius loci vbi bona ſita ſunt.*
22 *Bona vacantia vtrum fiſco ipſo iure acquirantur. Et an in eis habeat titulum hæreditarium.*
23 *Poſſeßio non acquiritur fiſco, ipſo iure, quamuis rerum dominium ſic.*
24 *Fiſcus pro bonis vacantibus agit petitione hæreditatis.*
25 *Fiſcus pro bonis vacantibus non tenetur vltra vires bonorum.*
26 *Bonis vacantibus fiſco delatis, an teneatur ad præſtationem legatorum, & fideicommiſſorum.*
27 *Codicilli exigunt aditionem hæreditatis, vt in eis relicta debeantur.*
28 *Bona vacantia deferuntur fiſco ſi omnino vacent.*
29 *Bona omnia, quæ domino carent, an ad fiſcum pertineant.*
30 *Vacantium bonorum in fiſcum cogendorum practica.*



1 VACANTIA bona fiſco deferuntur, l. 1. ff. de iur. fiſ. & l. 1. per totum. C. de bo. vac. lib. 10. nil mirum, quia de regalib. ſunt c. 1. in tit. quæ ſint regal. ubi feudiſtæ oẽs.

2 Bona autem dicuntur vacantia, quæ proinde nullum legitimum dominum habent: illius, qui inteſtatus deceſſit, nullo relicto legitimo hærede: inteſtatum autem accipe eum, qui nullum fecit teſtamentum, uel cum feciſſet, ex eo tamen hæreditas adita non fuit, vel adiri non poteſt. l. inteſtatus. ff. de uer. ſig. l. 1. ff. de ſuis, & leg. l. 2. ff. de iniuſto teſt. §. 1. inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer. & ſic tradidit Alex. in rub. ff. de acquir. hæred.

3 Intellige, eum deceſſiſſe ſine legitimo hærede, qui neminem reliquit, ex linea deſcendente, aſcendente, uel tranſuerſali, agnatitia, vel cognatitia, uſque ad x. gradum, qui, vel quę ſine uiro, aut uxore obierit: Omnes enim perſonæ, quę de iure ciuili, uel prætorio, admittuntur ad ſucceſſionem inteſtati defuncti, præferuntur fiſco, d. l. 1. & l. vacantia. C. eo. & l. 2. C. de peti. bo. ſubl. lib. 11. & eſt caſus in l. 1. C. unde uir, & vxor. Et adde, quòd ueniens ad ſucceſſionem tenetur probare gradus conſanguinitatis, nec ſufficit, ſi in genere ꝓbet: quòd ſe uiciſſim conſanguineos appellabant: ſic poſt Maſuer. & rectè tradidit Tiraquel. de retr. mun. §. 1. gloſſ. 16. nu. 9.

4 Amplia, ut etiam uxor, quæ in quartam bonorum ſucceſſit, ad tex. in auth. præterea. C. unde vir & vxor, recuſantibus, aut aliter excluſis tranſuerſalibus
ſuccedat ipſa in reſiduo hæreditatis, fiſco excluſo, quinimo tranſmittit ad hæ
redes ſuos per ius accreſcendi, vel attra
hẽdi, reſiduum hæreditatis, ſic pulchrè
5 Corn. conſi. 324. in 4. Affines autem,
quia iure affinitatis ſucceſſio non defer
tur. l. affinitatis. C. com. de ſucceſ. fiſcũ
non excludunt: adeo ut fiſcus ſocero
præferatur, Fulg. Rom. Paul. Alex. Iaſ. &
Dec. in d. l. 1. C. unde uir. & in d. l. affini
tatis per ſcribentes ibi, Bal. in l. fin. col.
4. C. unde legit. quamuis idem Bald. in
aliã ſnĩam ductus contra deciderit: in
d. l. 1. per quaſdam ſuas rationes arguẽ
do a uiro, & vxore, ad ſocerum, & ſoce
ram, & malè: quia hæreditates defunctorum ex legibus deferuntur §. 1. inſt.
de hæred. quæ ab inteſta. defer. Lex au
tem poſitiua expreſſe loquitur de uiro,
& uxore: non igitur trahenda ad alias
perſonas.

6 Adoptiui autem, & arrogati, quia legitimi ſucceſſores ſunt l. 1. §. fin. & l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis, & leg. & l. cum in adoptiuis. C. de adopt. proinde fiſcum excludunt, glo. in d. l. uacantia.

7 Naturales autem, & ſpurij, an fiſcum excludant in ſucceſſione aſcendentium per lineam paternam, aut maternam, vel tranſuerſalem, ſcripſi copioſe ſupra in titulo de incapacibus.

Sunt præterea, & aliæ perſonæ, quæ fiſco præferuntur, de quibus per gloſſ. in d. l. 1. C. de bon. uac. & ſequitur Alex. conſ. 31. col. 2. in 1. & Dec. in d. l. 1. num. 20. C. unde uir.

8 Socius in re ſibi, & ſocio, ab Imperatore, & ſupremo Principe donata, ſocio inteſtato defuncto, abſque legitimo hærede, in re illa fiſco præfertur. l. 1.
C. ſi liber. Imper. Socius. lib. 10. No. ta
men quia iſta non eſt uniuerſalis ſucceſ
ſio, ſed particularis in illa re, & eſt ueriſ
ſima propoſitio, de qua materia latius
ſcribitur in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. &
in l. ſi mihi & Titio. ff. de uerb. oblig. &
in terminis ſic decidit Bellamera conſi.
9 23. num. 5. Patronus quoque in ſucceſ
ſione liberti fiſcum excludit. §. ſed no
ſtra. inſti. de ſuc. lib. & l. ſi quis presby
ter.

ter.C.de epiſc. & cler.

10 Eccleſia in bonis clerici inteſtati defuncti, nullis relictis conſanguineis, ſuccedit, excluſo fiſco temporali. l. ſi quis presbyter.C.de epiſ. & cler. & ibi not. Bal. Alber.& Caſt.c. 1. extra de ſucceſſ. ab inteſt. Et inde colligunt Butr. Abb. & alij Canon.Bar .in l.ſi quis filio.§.ei⁹, ff. de iniuſto teſtamento . Rota in antiquis: ſub rubr. c. de teſtamen. deciſ. 7. Mortuo Titio, Vbald.de ſucceſſ.ab inteſta.in quinta,& ultima parte, prope finem, ubi inquit in dubio præſumendũ eſſe pro fiſco ſeculari: quòd defunctus non fuerit clericus, pro clariori tamen reſolutione diſtingue: quòd aut clericus defunctus habet titulũ in eccleſia, & eo caſu, eccleſia ipſa particularis ſibi ſuccedit d.c. 1. ubi Abbas not. & d.l.ſi quis presbyter, ubi Bal.& Pau.Caſt.

Si uerò non habet eccleſiam in titulum beneficij, ſed altare, tunc altare illi ſuccedit, Abb.d.c. 1.num.3.

Si autem non haberet nec altare, nec eccleſiam, in titulũ, ſuccederet epiſcopus: Abb.d.c. 1.in fine: non tamen, ut ſibi appropriet, ſed in vſus pios, uel eccleſiæ conuertat: idem Abb. in capit. ſeq.& in cap.excommunicamus, ext.de hæret: eſt verum, quòd idem Abbas in c.quia diuerſitatem, colum.ult.extr. de conceſ.præben. intelligit, quòd epiſcopus occupabit pro Camera ſua: quia epiſcopus habet fiſcum. ſecundum glo. ibi. Et dixi ſupra in prima parte ſub nu. 71. Afflic.in c. 1. in uerbo. Bona vacantia nu. 11.in tit. quæ ſint regal.

Attẽde, quia in bonis ſtabilibus fortaſſe fiſcus ſecularis excluderet eccleſiã ad ea, quæ Oldrad. ſcripſit in conſ. 17. cum concor. a me adductis ſupra in 1. par.tit.2.num.110.

In mobilibus autem, & nominibus debitorum: quia perſonam ſequuntur, cõcluſio ſupra relata procedere poteſt de iure.

Cum autem caſus de facto hic Paduæ accidiſſet per mortem presbyteri Ioan. Alexandrini curati in Villa Trambacarum, qui deceſſit relictis quibuſdã mobilibus, & nominibus debitorum, abſque hærede, fiſcus huius Cameræ ſucceſſit, excluſa eccleſia, & bona fuerũt vẽdita, & diuiſum pretium iuxta leges die 19. Martij. 1583. Et habita fuit informatio per fidem publicam ex clar. officio publicorum, quòd ita obſeruantur in Alma Venetiarum Ciuitate, quę omnia notanda ſunt.

11 Collegia item licita, uniuerſitates, & confraternitates, & curiales: defuncto aliquo de curia, collegio, uniuerſitate, & fratalea: ſecundum aliquos, fiſcum in illius ſucceſſione excludunt, l. 1. & l.ſeq. C.de hæred.decur.& ibi no.Bal. & Sal. Bar.in d.l.ſi quis filio.§.eius.ff. de iniuſto teſta. ſecutus eſt Bened.Cap.conſil. 156.in 2.dubio, ubi concludit: quòd cõgregatio monialium tertij ordinis Sancti Franciſci, iure approbata in ſucceſſione monialis defunctę fiſcum excludat: ſic & per illa iura, quòd uniuerſitas ſcholarium fiſcum excludat in ſucceſſione ſcholaris inteſtati, abſque legitimo hærede defuncti, determinauit Oliue. Textor, de ſucceſ.ab inteſt. ad finem operis, num.124. Vbi tamen intelligit, ꝙ uniuerſitates iſtæ ſuccedant in bonis, quæ defunctus ibi habuit, non in alijs, & fuit dictum Baldi, in l. receptitia, in fine.C.de conſti.pec.per tex.in l.diuus commodus.ff.de iure fiſ.Dec. d.l. 1. C. unde uir.nume.20.Tiraq. loco infra al legando.num.6.

12 Conſiliarij quoque, & decuriones, fiſco excluſo, ſuccedunt defuncto ſui ordinis, eleganter Salic.in d.l. 1. C.de hæred.decur. ſequitur Dec.in dicta l. 1.nume.20.& Afflic.in ſupra relatis caſibus in d.verbo bona uacantia.

13 Miles item de una legione inteſtatus decedens, abſque legitimis hęredibus, ſucceſſores habet commilitones, de ſua legione: Bartol. in dicta l. ſi quis filio.§.eius.

Tu aduerte, quòd in materia ſucceſſionum, non eſt facienda extenſio, de ſimilibus ad ſimilia, quia hæreditates ex legibus deferuntur, ut dixi ſupra, num. 5. Et ideo extra caſus iure deciſos, au-





ctoritatibus Doctorum contra fiſcum, non facile ſubſcribendum.

14 Peregrini, ſi inteſtati moriãtur, abſq; legitimis hæredibus: non quidem fiſcus eis ſuccedit: ſed eps̃ loci bona eorum capit in pias cãs diſpenſanda: caſus eſt in auth. oẽs peregrini. C.cõmu. de ſucceſ.

15 Obſidum bona per eos in obſidatu quæſita, eis morientibus fiſco acquirũtur. d.l.diuus Commodus.ff.de iure fiſ. nec de eis teſtari poſſunt, l.obſides.ff. de teſta.& vtrobique not. Doc.

16 Expoſitis itidẽ, ſi decedant, ſuccedit hoſpitale, excluſo fiſco, Bal. ĩ l.ſi qua illuſtris, ver.& iõ expoſitis.C.ad Orſi. ſecutus eſt Oliue.textor d.loco ſub nu. 126.

17 Furioſi quoque, & dementes ſi moriantur: ijque in cuſtodia, regimine, & protectione alicuius fuerint: ſuccedit ille: excluſo nedum fiſco, ſed & liberis, ac parentibus, furioſi, præmiſſa tamen in id proteſtatione: auth.liberi.C.de epiſcop.audiend. & nota Oliuer. loco præallegato, adducens, quod habetur Lucę c. 10.de Samaritano illo.

18 Tutor item in ſucceſſione pupilli, in ętate pupillari defuncti, pręfertur fiſco, ſecundum glo.in l.quo tutela.ff.de reg. iur. quam ad hoc expendit Bal.in l.munitoribus.C.com.de ſucceſ.& plures ſequuntur, quos refert Tiraq. in tract. le mort Saiſit, in 2.par.in 14.declarat.numuro 4.& 5.

Contra verò tenuit Bart. in d.l.quo tutela.ff.de reg. iur. motus per tex.in d. l.nutritoribus. & quia ex lege non defertur ſucceſſio tutori, ideo non ad eũ protendẽda, & eius opimo eſt communis, ſecundum Tiraq. loco præallega. quia tamen in hac re variãt opiniones. pro medietate difficultatem componẽdam eſſe cẽſuit Borgn. Caualcan. in tracta.de tutore, ſub nu. 336. ubi refert ex facto ita fuiſſe iudicatum in ciuitate Ianuæ. mihi autem Bar. opinio magis placet, vti in iuris regulis fundata.

19 Ciuitas autem, aut alia communitas, vel municipium, non ſuccedit ab inteſtato ciui ſuo, l. 3.§. municipibus.ff. de bo.poſ.d.l. 1. C. de bonis vac. ubi caſus in terminis: Etenim ciuitates, & municipia, quamuis habere poſſint burſam cõmunem, non tamen habent iura fiſcalia: niſi ex Imperatoris conceſſione, vel niſi illum de iure, aut de facto, in ſuperiorem non recognoſcant: ueluti declarat Bar.in d.l. 1.& idem Bar. in l. 2.ff.de iur.fiſ. Alex.conſi. 31. in 1. & latius dixi in 1.par. Afflict. d.loco, col.pen.

Et adde, quòd priuilegium in hoc debet eſſe particulare, & proprio principis motu conceſſum, alioquin nihil prodeſſet, ſi ad petitionem ciuitatis vel municipij foret indultum, niſi inſerta eſſet particularis clauſula derogatoria ad iura in contrarium obſtantia, ut eſt caſus in l. 1. & 2. C. de petit. bonorum ſubl.& ibi no. plene Alexan. d.conſ. 31. Afflict. d.loco.

20 Sed mirũ eſt, cur patria nõ pręponatur in ſucceſſione, quam antiqua prudẽtia poſt Deum, & parentes in particularium affectione conſiderauit, & ſtatuit, l. 2.ff.de iuſt.& iure, ibi, veluti erga Deũ religio: ut parentibus, & patrię pareamus: naſcimur enim non tãtum nobis, & parentibus, ſed & patriæ, l. 1.§.& generaliter.ff.de ver.in poſſ.mit. ideoque & patria ciues ſuos uidetur in poteſtatem habere, prout pater filios, l.ordine, §.fin.ff.ad municip. & dulciſſima nobis patria eſt, qui habebat, in prin.ff .de le. 3. q̃ immortalitati Vliſſes prętulit, adeo ut iuris prudentes conſentire videãtur magis ſubueniẽdum eſſe patrię, quàm liberis & parentibus, d.l. 2.& no.gl.in c. 1.extra de conuerſ.infidel. & Ambroſ. Sanctus in lib. de officijs, inquit: ordinata pietas eſt 1.in Deum, 2.in patriam, 3. in parentes. Quibus conſonat, quæ Valer. Maxim.lib.5.c.6. grauiter edocuit, ſic dicens. Reſtat nunc ut patriæ pietas exhibeatur, cuius maieſtati etiam illa quæ Deorum numinibus ęquatur, parẽtũ auctoritas, vires ſuas ſubiecit. Fraterna quoque charitas ęquo animo, ac libẽter cedit, referens in id plura memorabilia exẽpla. Marcus itẽ Cicero officiorum c.14. ſingulariter in propoſito inquit, omniũ ſocietatũ nulla eſt gratior,

nullaque carior, quam ea quæ in republica eſt: vnicuique noſtrũ cari ſunt parentes, cari ſunt liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates patria una cõplexa eſt: pro qua quis nõ dubitat mortem appetere, modo ſit patrię profuturus, ad ꝙ plura adducit Marian. ſen. cõſ. 35. nu. 11. ĩ 1. Lucas de Pẽna in l. filijs. C. de decur. libr. 10. Cepol. in ciuil. conſi. 515. nu. 9.

Augetur difficultas, nam ſi collegiũ ſuccedit vni de collegio, cur ciuitas non ſuccedit ſuo ciui. Huic difficultati occurrunt Bal. & Doctor. Et vera eſt reſolutio, nam Princeps & Rex eſt caput ciuitatis, idcirco ciuitas ſuccedit ſuo ciui, ex perſona ſui principis, qui protectionem, & regimen ciuitatis habet. & ſic tandem ex alijs reſoluit Oliuer. quo ſupra loco, nu. 12.

21 Vtrum autẽ fiſcus loci, in quo defunctus obijt, habeat bona vbi queſita, an verò fiſcus cuiuſq; loci, bona ibi exiſtentia capiat: dic quemlibet fiſcum in bonis ſui territorij ſuccedere, Alex. conſi. 31. ĩ 1. quod eſt duplicatũ, 111. in 4. Zaſius conſi. 17. in 2. Dec. d. l. 1. in fi.

22 Sed utrum vacantia bona, ipſo iure acquirantur fiſco, an verò opus ſit agnitione: primã tenuit gl. ĩ l. 1. & ĩ l. vacãtia. C. eo, ꝑ tex. in l. 1. §. an bona. ff. de iu. fiſ.

Secundã vero tenuit gl. quã ſequitur Dy. in d. §. an bona, Bar. in d. l. 1. & in l. ſicut. §. in decurionib. ff. qđ cui. vniu. no.

Tu verò diſtingue poſt Bar. in d. §. an bona: nam interdum bona deferuntur titulo hæreditario, vt quia fiſcus ſit hæres inſtitutus, & eo caſu requiritur aditio, prout in alijs hæredibus.

Interdum verò, bona non deferũtur fiſco titulo hęreditatis, ſed uti vacantia, prout in propoſito, & hoc caſu, non eſt neceſſaria hæreditatis aditio, quia ſucceſſio fiſci in bonis vacantibus nõ ſapit ius hæreditarium: Bar. & Doctores in l. 1. ff. de acq. hær. gl. in l. fi. C. de bon. vac. Corn. d. conſi. 324. nu. 8. in 4. Boſius in ti. de bon. vac. nu. 6. Quamuis quod etiã Fiſcus capiat bona vacantia, vti hęres. ſenſerit gl. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebę. quam ibi notarunt Raf. Paul. in una lectura, & Ale. col. 2. ff. ad Treb. cum alijs additis per Tiraq. le Mort Sai ſit: in 2. par. in 14. Declarat: nu. 14. ſed prior opinio rectior eſt: prout aduertit Ripa. in 6. §. fi. in vlti. notab.

Quandoque verò bona deferuntur fiſco, non per mortem alicuius, ſed per delictum, & tũc fiſco acquiritur ipſo iure dominium per ſententiam legis, vel hominis, l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maie. l. commiſſa. ff. de publica. vbi idem Bar. no. & ĩ ſuo cõſi. 157. & in d. l. 1. C. de bo. vac. quem ibi ſequitur Ang. in additio. Boer. deci. 267. col. pe.

23 Nota tamen, quia ubicunque acquiritur dominium fiſco, ipſo iure, vel per ſententiam legis, aut hominis: non tamẽ transfertur poſſeſſio, ſed opus eſt apprehẽſione, ſic Bar. in dictis locis ꝑ tex. in l. fi. cum materia. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc. & in l. cum hæredes. ff. de acq. poſ. Bal. in terminis in c. 1. col. 3. quid ſit inueſtit. cum multis concor. adductis per Boer. d. deciſ. 167. nu. 9. cum ſeq. & in pen. col.

24 Quæ autem actio fiſco competat: dic petitio hæreditatis, l. item veniunt. §. pri die, & §. idem & ſi. ff. de petit. hære. l. 1. C. eo. Bar. in l. facultas. C. de iure fiſ. lib. 10. & in d. l. ſi vacantia, Corn. conſ. 324. colum. 1. & nu. 8. in 4. Ideoque contra titulo poſſidentem fiſcus non aget petitione hæreditatis, Corn. conſilio 278. numero duodecimo, in eod.

25 Non tamen tenebitur fiſcus creditoribus ultra vires bonorũ: Imo. & Alex. in rub. ff. de acq. hære. Bar. in l. 1. ff. eo. & eſt rõ, quia fiſcus non capit bona vti hæres, Bar. & Doc. ibi Afflic. d. loco nu. 20.

Item actiones confunditur pro rata bonorum. l. in fraudem. §. ſi principalis. ff. de iure fiſ.

26 Sed utrum fiſcus, cui bona vacantia deferunt, ut ꝗa hæres ĩſtitutus in teſtõ recuſet adire hęreditatem, vel decedat, hæreditate nõ adita, teneatur ad pręſtationẽ legatorũ, & fideicõmiſſorũ: qđ videtur per tex. in l. cum fiſco. ff. ad Sylla. & in



& in l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad Treb. & in l. qđ dr. ff. de iure fiſc. ibi ex quibuslibet alijs cauſis, & in l. vnica. §. penulti. C. de ca. l. toll. per quæ iura ſic cẽſuerunt Bal. in l. eam quam. col. 3. verſi. item quæritur C. de fideicommiſſ. Saly. in d. §. pen. numero trigeſimonono.

Contra tenuerunt magis cõiter ſcribentes. Ricar. Malumb. & Cy. in d. l. vnica. §. pen. Petr. de Bellaper. & Imol. in l. quidam teſtamẽto. §. quoties. ff. ad Trebel. Io. Faber. in §. 1. inſtit. de eo cui bona lib. ca. Raf. Cu. & Alex. in d. §. ſi fiſco. Pau. Caſt. & Iaſon. in d. l. eam quam, Ripa qui hanc communem dixit in l. ex facto, §. ex facto, nu. 6. ff. ad Treb. & Clau. in d. §. ſi fiſco. Clarius ĩ ſua prac. crimin. lib. 5. §. fi. q. 78. col. pen. pro qua eſt tex. in l. ſi nemo. ff. de teſt. tut. & ĩ l. ſi nemo. ff. de reg. iur. & in d. l. eam, quã & caſus apertus in l. quod diuo. ff. de man. teſtamento, & in l. 4. §. eadem. ff. de fideicommiſ. lib. & ibi Accurſ. aduertit.

Ad iura autem in contrarium adducta reſpondetur, videlicet ad tex. in d. l. cum fiſco, & in §. ſi fiſco, vt procedant, cum hæreditas alicui aufertur, vti ab indigno, vel cum fiſcus, cui vacantia bona ſunt deuoluenda, expreſſe grauatur, quod fieri poteſt. l. filiusfam. §. inteſtato. ff. de legatis primo, text. verò in d. l. vnica. §. pen. nihil pertinet ad caſum.

27 Et cum fiſcus non ſuccedat in bonis vacantibus vti hæres, ideo legata in codicillis relicta ab hæredibus veniẽtibus ab inteſtato, non præſtabit, ut Corn. tradit conſi. 324. ſub nu. 8. in 4. vbi rationẽ adducit: quia relicta in codicillis requirunt cõfirmationem per aditionem venientium ab inteſtato. gl. in l. qui filio. ff. de hæred. inſtit. no. Bart. per illa iura in lege ſecunda, & tertia, ff. de fideicommiſ. lib. dubitabilis tamen eſt iſta deciſio, & contra videtur obſtare text. in d. §. ſi fiſco, id tamẽ firmauit ipſemet Cor. conſi. 158. nu. 3. in eo. vol. & ad tex. in d. §. ſi fiſco: rñderi põt: ut procedat cũ bona fiſcus hẽt alia ex cã, ꝗ vti vacantia.

28 Item prædictis adde, ꝙ ad effectum vt bona vacantia fiſco deferantur oportet, vt omnino vacẽt, quod ſi feudalia, aut emphyteutica ſint, ad Dominum redeunt, nec in fiſcum tranſeunt pro iure vtilis dominij, ſic concludit Egid. Bellam. conſi. 23. licet ſecus ſecundum eũ, cum bona propter crimen cõfiſcantur, quæ ſanè diſtinctio mihi nõ applaudet, quia non video bonam differentiæ rationem inter caſum, & caſum.

29 Reſtat, ut videamus, an generaliter bona omnia, quæ domino carẽt, ad ius fiſci, vti bona vacãtia pertineãt, ſanè iura omnia de bonis vacantibus loquentia explicite loquuntur, cum bona vacant per mortem alicuius, qui nullum ſibi hæredem habeat ex teſtamento, aut ab inteſtato: cæterum ſi bona aliter vacent, vt quia dominus pro derelicto rẽ ſuã habuerit, dominiũq; illius rei abiecerit, hęc quidẽ occupãti immediate cõceditur, l. 1. & per totũ tit. ff. pro derelicto, & inde notãt Sribẽt. omnes. Quam ſanè materiã intelligo, ẽt in rebus ſtabilibus, quæ verus Dominus, & poſſeſſor ex profeſſo pro derelicto habuiſſet, ꝗa naturalis in iure approbata regula eſt, vt quæ in nullius bonis ſunt, occupanti cõcedantur. §. fere, inſt. de rerũ diuiſ. & ita ſenſit Cępola: in ti. pro derelicto. nu. 18. explicitè Bar. in l. rẽ, quæ nobis, in fine. ff. de acq. poſ. Ideo lapilli, & huiuſmodi res inuẽtę, quæ ex probabili cõiectura antea nõ fuerũt in bonis alicuius, inuẽtori acquiruntur. §. item lapilli: inſtit. de rerũ diuiſ. ꝙ ſi ex circũſtãtijs depræhẽdi põt fuiſſe in bonis alicuius ea res inuẽta, nec fiſco aſſignatur, nec inuẽtori cedit: & ſi ĩuẽtor eã rẽ ſibi appropriat furtũ, & rapinã cõtrahit, c. ſi ꝗd inueniſti, 14. q. 5. vbi Gratian. ſic diffiniuit ex auctoritate diui Aug. de verbis Apoſt. ſerm. 19. & de iure ciuili habetur in l. falſus. §. ꝗ alienũ. ff. de furt. tradidit Iaſ. in l. rẽ q nobis. col. 3. ff. de acq. poſ. Didac. ĩ reg. peccatũ, par. 3. §. 1. nu. 1. & ſi facta diligenti inqſitione, dñm nõ adinuenerit, epõ loci aſſignanda eſt, vt eam in pauperes, & pias cauſas cõuertat, in quas proprium dominum cedere voluiſſe, mentis eius, pręſumitur, priuſquàm apud inuentorem,

uentorem,vel fiſcum:ad hoc tex.in c.ſanè,eadem cauſa & quæſt.no.communiter Canon.in cap.cum tu.extra de uſur. Cępola dicto loco.nu. 13. & latius Didac.loco præall. Quid autem ſit in locis deſertis,& incultis,an huiuſmodi,vti uacantia, vel vti exiſtentia, intra fines regni,& principatus, cedant ſupremo domino, an verò vti in nullius bonis occupanti concedantur. Controuertũt Scriptores,nam Pau.& Soc.in l.1.in princi. ff.de acqui.poſſ.Aret.conſi.17.& idem Soc.conſ.127.in primo, concludũt pro Domino territorij,ſumpto argumento à prima dominiorum diſtinctione,ſequitur Ruin.conſi.26.num.7.in primo. Curt.iun.conſi.41.nu.9. & 158.colu.6. Rolan.Val.conſi.46. nume.34.in 3.contra verò ex plurium auctoritate contẽdit Ripa in d.l.1.in princ.nume.14.quaſi ea vti in nullius bonis exiſtẽtia,ac pro derelicto habita occupanti cedant, ſed prior opinio verior eſt, & de facto per Principes ſeruatur, quòd ſi conſtaret, ea bona aliquando per priuatos poſſeſſa, & per eos pro derelictis habita,tunc occupationis locus eſſet.

30 Practica autem in huiuſmodi materia bonorum vacantium eſt,vt facta denuncia in camera fiſci, & ſumpta ſummaria informatione per teſtes, ſtatim per officiales,ac ſcribas in id deputatos deſcribantur bona omnia, quæ vacare dicuntur: deinde ad inſtantiam fiſcaliũ mandato magiſtratus fieri debet proclama,vt ſi quis prætendat ſe hæredem talis defuncti,vel aliter bona illa non vacare, debeat intra certum terminum comparere in camera fiſci, & contradicere, ac iura ſua adducere, & apud nos moris eſt cridas facere etiam in loco, vbi bona reperiuntur: eo autem termino tranſacto,nemine comparẽte, ad inſtantiam procuratoris fiſcalis, magiſtratus pronunciat bona ibi vti vacantia fiſco pertinere,& facta pronuncia,ex decreto magiſtratus, fiſcus appræhendit illorum poſſeſſionem, & deinde ad eorum venditionem & ſubhaſtationẽ procedit:comparente autem contradictore,iura illius diſcutiuntur:ſic ea practica colligitur ex l.fi.C.de bon.vacant.lib.10. & inde notant Odofr.Plat.& alij: Addo ego poſt appræhenſam poſſeſſionẽ bonorum vacãtium per mortem alicuius, faciendas eſſe cridas, ut creditores vel aliter prętendẽtes ius aliquod in dictis bonis comparere debeant intra terminum,alioquin, & hanc practicam in ſtatu Mediolani obſeruandum docuit Boſius in titul.de bon. uacan.num.12.per huiuſmodi enim cridas factas ex auctoritate magiſtratus, & ſuper negocio publico,imponitur ſilentium non comparentibus in termino, ut à iure ſuo excludantur.ad tex.in l.diffamari.C.de ingẽ. manum.& in l. ſi eo tempore. C. de remiſ.pign. & in materia Egi d.Boſ.in tit. de proclamat.num.9. cum ſeq. abſentibus tamẽ creditoribus proclamata iſta non nocẽt,ſicuti indicat tex.in d.l.ſi eo tempore,ſed vtrum ignorãtibus, dubitatur.Sed cum præſcriptio ignorantibus quoque pręiudicet,idcirco ſub prętextu ignorantiæ excuſationem nõ dari determinauit Odofr.in d.l.ſi.poſt appræhenſam per fiſcum poſſeſſionem, & ſequitur Boſ.dicto loco.Quandoque tamen contingit Fiſcum repudiare ea bona,veluti nimis grauata, & eo caſu omnino vacare dicuntur: nec ius,aut nomẽ hęreditatis habẽt:ſicut Bar. docuit: in l.poſtquam,in fine principij.ff.vt leg. ſeu fideicõ.nom.cau. vbi inquit: ꝙ hæreditas eſt,donec aliquis poteſt eſſe hæres,ſequitur Dec.conſi.400. num.8.

## DE BONIS IIS, QVI mortem ſibi conſciuerunt. Titulus. IIII.

1 *Bona eorum qui depræhenſi in aliquo crimine,aut de eo poſtulati,ſe ipſos interfecerunt,fiſco deferuntur.*

2 *Fiſcus allegãs quem metu criminis ſe interemiſſe,probare debet.*

3 *Præſumpta confeſſio in criminibus,non impedit probationem contrariam.*

*Interficiens ſe ipſum metu criminis ex quo bona non publicabantur, non patitur bonorum publicationem.*



4 *Seipſum impune quiſquã vulnerare nõ pôt.*

5 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*

6 *Clericus ſe ipſum percutiens,incidit in canonem ſi quis ſuadente.*

7 *Vulnerans ſe ipſum incidit in pœnam ſtatuti loquentis de vulnerante.*

8 *Interficiens ſe ipſum non inquiritur de occiſo,nec propterea eius bona propter ſui ipſius homicidium publicantur.*

9 *Morte extinguuntur omnia crimina etiã quo ad pœnam ciuilem.*

10 *Cadauer nõ punitur ẽt ĩterficiẽtis ſeipſũ.*

11 *Auth. bona damnatorum, locum habet etiam in interficiente ſe ipſum.*

12 *Interficiens ſe ipſum ob eam cauſam feudum non amittit.*

1 BONA illorum, qui depręhenſi in aliquo crimine, aut de eo poſtulati, metu criminis imminentis ante ſententiam ſuper crimine, pro quo bona publicabantur, mortem ſibi conſciuerunt,in fiſcum deferuntur, quod ſi doloris impatientia, ęrisve alieni, aut vitæ tędio, aliave de cauſa,mortem ſibi intulerint, hæredem habent ex teſtamento, vel ab inteſtato, l.3.ff.de bonis eorum,l.1.& 2.C.eo.l.1. cum gl. & l. in fraudem.§. eius bona.ff. de iure fiſc.l.2. C. qui teſt. fac. poſ.pulchrè autem declarat Salycet.in d.l.1.C. eo.Bal.in d.l.2.

2 Tu verò adde,quòd in dubio nõ pręſumitur metu criminis ĩterfectus, adeo quòd ea qualitas ſit probanda ad effectum inſiſcandi bona: Alber.in rubr.ff. eo.pulchrè Dec.in conſi.438. & in puncto pro hærede ſcripto ad fiſci excluſionem, reſpondit Pariſ.conſi.155.in 4.& eſt vera propoſitio,ꝙ a fiſcus actor probare debet, quod eſt ſuæ fundamentum intentionis,& opus eſſet accuſatione,& condemnatione de crimine, & ad hoc videtur text.in d.l.3.§.de illo: & in d.l.in fraudem.§.eius bona.intellige,cũ leuis ſuſpicio contra eum laborat:ſecus verò cum de crimine notoriè cõſtaret, aut depræhenſus fuiſſet, vel de eo in iudicio poſtulatus.nam fiſci intentio reperiretur fundata,niſi hæredes ſcripti,aut venientes ab inteſtato probarent, non metu criminis, ſed alia cauſa ſe interemiſſe,ſic eleganter Bar.in d.§.de illo, Salyc.in d.l.1.ſenſit gl.in l.fi.ſecundùm tertiam lecturam, C.de iure fiſc. libro 10. ubi Bar.pulchrè declarat, & eſt communis diſt.Doc.in d.l.2.C.qui teſt.fac.poſ.

3 Nam contra præſumptam illam confeſſionem datur probatio in contrariũ, Alex.in d.l.2.col.1.& Iaſ. num.6.& probare poterunt pluribus modis, vt per Bar.in d.§.de illo,per Cy.in d.l.2. & per Sal.in d.l. 1. & aliquid per Roland.conſi. 20. in 3. pleniſſimè omnium D. Menoch.de arbitrar.iud.libro 2. caſu 284.

3 Intellige primum dictum nõ pro omni crimine,ſed pro quo reus ille damnatus,paſſus fuiſſet publicationẽ bonorũ, d.l.3.verſic. vt autem.& verſic.idem reſcripſit, Bald.& communiter Doctores in d.l.2.Saly. in d.l.1. gloſ.in l.fin.C.de iure fiſci, libro 10. Roland.& Menoch. locis ſupra allegatis: & ratio fuit, ne liceat Reo facto ſuo,ſibi mortem inferẽdo, ius fiſci auferre, ſi quidem crimen morte rei extinguatur,l.1.& 2.C.ſi reus

4 Obiter tamen in materia,volo te ad notare, quòd licet de iure, nemini liceat in proprio corpore ſęuire, ſe ipſum vulnerando,prout nec licet in alieno, alioquin vulnerãs ſeipſum,punitur, prout ſi alium vulneraſſet, l.fina.§.ſicut autem,ff.eod.Et ibi Bar. notat. & idem Bar.in l. 1.§.vſque adeo.ff.de iniur.Ioã. And. Abb. & alij canon.in cap. contingit:extra de ſent.excommun. & eſt tex. in l.ſi quis aliquid.§.fin.ff.de pęnis, & in l.omne delictum.ff.de re mil. quod ideo conſtitutum fuit.

5 Quia nemo eſt dominus ſui ipſius, nec membrorum ſuorum,l.liber homo. ff.ad leg. Aquil. l.non tantum.ff. de appell.& l.nec ſi volens.C.de liber.cau.

6 Adeo,ut ꝑ hãc rõnẽ,canon ſi ꝗs ſuadente diabolo,17.q.4. imponens pęnã excõicationis percutiẽti clericũ iniurioſe, reſeruata abſolutione Summo Pôt.

locum habeat, etiam in clerico ſeipſum percutiente, ſic Ioan. Andr. Abb. & alij Can. in d. c. contingit.

7 Item, & ſtatutum puniens vulnerantem, afficit vulnerantem ſeipſum. Corn. conſi. 195. col. 1. in 2.

8 Attamen contra ſeipſum interficientem, non poteſt procedi de occiſo ex lege Cornelia de ſicarijs: conſequenter, nec ex eo crimine ad bonorũ infiſcationem, ſed ex crimine priori. ſic ſanè determinarunt Cyn. in d. l. 2. Corn. pleniſſime, d. con. 195. Dec. poſt eum d. conſ. 438. & in eodem caſu Curt. iun. conſil. 182. Pariſ. d. conſi. 155. num. 4. in 4. uolentes, id etiam procedere, quod ex ſtatuto bona homicidæ debeant publicari, ſecutus eſt Roland. d. conſil. 20. num. 13. in tertio, quorum ſententia probatur in l. fi. ff. eo. & in l. 1. C. eo.

9 Et ratio eſt: quia delinquentis mors extinguit delictum, & delicti pœnam, ac pro eo accuſationem, & inquiſitionem, l. 3. & l. defuncto. ff. de publ. iud. l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. l. 1. & l. ſeq. C. ſi reus, vel accuſ. Immo, & pœnam, quæ ciuiliter imponitur, l. 1. C. ex del. def. nec mirum: quia mors omnia ſoluit. §. deinceps, in authen. de nupt. & ita latiſſime deducunt Corn. Roland. & alij in præcitatis conſilijs.

10 Adeo, ut nec etiam cadauer puniri debeat, ut ex veriori concludit Iaſ. in d. l. 2. in princip. Bald. in d. l. 1. col. 2. C. ex delict. def. Sepultura tamen chriſtiana ſibi denegatur, Iaſ. ibi per tex. in c. placuit, 23. q. 5.

11 Adde, quòd prouiſio noua: in auth. bona damnatorum, C. de bo. dam. equidem locum ſibi vendicat in eo, qui metu criminis ſe ipſum interemit, licet in eo adhuc perſeueret pœna, vt inteſtabilis ſit, de qua in d. l. 2. ſic ex cõi Iaſ. ibi in ult. col. Bar. in d. l. fi. C. de iure fiſ. lib. 10. ſecundum tertiam lecturã, Sal. in d. l. 1.

12 Interfectio aũt ſui ipſius nõ eſt iuſta cauſa, ut dominus poſſit auferre ab eo, & ab eius filijs, uel agnatis, feudũ. Bal. ĩ c. 1. in ti. quib. mod. feu. ami. laco. de feu. in uerbo, dictiq; uaſalli. nu. 19. Clarus. §. feudum, queſtio. 58.

Supereſt, ut videamus, ad quem eiuſmodi cognitio pertineat, & breuiter, cum non de crimine quæratur, ſed de bonis fiſco uendicandis propter illatã ſibi mortẽ, procuratorẽ Cæſaris, & ſic fiſcales iudices adeundos eſſe ſancitum eſt in l. 2. C. vbi cau. fiſc. & inde colligit Pau. Caſt. præter Bal. & Sal. nec. n. opus eſt accuſatione, uel condẽnatione: quia habetur pro confeſſo, & condemnato, qui in crimine deprehenſus, uel de eo poſtulatus ſeipſum interimit. Bart. in d. l. fi. C. de iure fiſ. & ſi hæredes illius contradicant pronunciandum erit non obſtãtib. oppoſitis, bona in fiſcũ eſſe incorporanda. Sal. in d. l. 1. C. eo. niſi tamen probarent, non metu criminis ſeipſum interemiſſe, ut ſupra dixi. Cum autem quis ſe interemiſſet ante de crimine accuſationem: opus eſt, ut ſequatur criminis accuſatio, & probetur metu criminis ſeipſum interfeciſſe, vt declarat Bar. in d. l. fi. Adde materiam iſtam practicatam fuiſſe Paduæ in perſonam Bapt. de Rodigio, retenti pro crimine hæreſis, qui ſeipſum laqueo ſuſpẽdit, nã huius bona non fuerunt confiſcata, ſed dimiſſa uenientibus ab inteſtato: quia ex legibus huius Sereniſſ. Dom. hæreticorum bona confiſcantur, ſicuti dixi infra titu. prox. nu. 31. & ita pronunciarunt Illuſt. DD. M. Anto. Memmus, & Petrus Marcellus ambo digniſ. Rect. Paduæ 1586. de menſe Iunij patrocinantibus pro hęredib. Excel. D. Angelo Matheatio lectore ordi. Ioſep. Biliroto, & Io. de Zanettis nepote meo: aduocatis in cã.

## DE CRIMINIBVS QVAE morte rei non exting. Titulus V.

1 *Crimina morte rei extinguuntur ſiue publica ſiue priuata ſint, etiam quòd pro delicto delinquentis procedatur cõtra aliũ.*

2 *Cadauera reorum defunctorum ante ſententiam non puniuntur in corpus.*

3 *Fallit ex cauſis, ex perſonis, & ex conſuetudine locorum.*

*Sepul-*



4 *Sepultura, an debeatur cadaueribus punitorum.*

5 *Cadauera defunctorum humari non poſſunt in loco, a quo exulant.*

6 *Crimen per mortem delinquentis, quandoque non extinguitur reſpectu bonorũ fiſco applicandorum.*

7 *Pœna ipſo iure a lege indicta ob aliquod delictum, afficit hæredes, etiam mortuo reo ante condemnationem.*

8 *Sententia declaratoria neceſſaria eſt in caſibus, in quibus lex ipſo iure pœnam indicit.*

9 *Appellari poteſt a ſententia declaratoria criminis commiſsi.*

10 *Sententia declaratoria ſuper crimine ferri debet parte citata.*

11 *Citatio nõ eſt neceſſaria in criminibus notorijs, in quibus conſtat parti non competere defenſionem.*

12 *Mortuus puniri non poteſt, quia nõ ſentit.*

13 *Sententia declaratoria in pœnis ipſo iure commiſsis ad quẽ effectum requiratur.*

14 *Confeſſus non intelligitur condemnatus, ſed vlterius requiritur condemnatoria.*

15 *Bona ipſo iure publicata poteſt Princeps in alium transferre etiam ante declaratoriam ſuper facto.*

*Pinceps poteſt bona ipſo iure publicata, ante declaratoriam alteri concedere.*

16 *Inceſtas nuptias contrahentium bona ipſo iure publicantur, & illorum dominiũ in fiſcum tranſit.*

17 *Conſanguinei contrahẽtium nuptias inceſtas non recte vendicant bona, quia fiſco ipſo iure acquiruntur.*

18 *Ignorantia iuris in vno ex contrahentibus nuptias inceſtas, an excuſet.*

19 *Læſæ Maieſt. crimen in primis duobus capitulis morte rei non finitur.*

20 *Morte conſpirationis in necem conſiliariorum Imperator. crimen extinguitur.*

21 *Lex quiſquis, C. ad leg. Iuliã Ma. quo ad filiorum pœnam procedit in primo capite tantum.*

22 *Læſæ Ma. pœna, vltra prima duo capitula, capitalis eſt cum ablatione bonorũ, ſed crimen rei morte extinguitur.*

23 *Papa vtitur iuribus, & legibus priuilegiatis læſæ Maieſt. de Imperatore loquẽtib.*

24 *Lex finalis. ff. ad leg. Iul. Ma. et l. quiſquis, C. eod. an locum habeant in principibus non recognoſcentibus, vel recognoſcentibus Imper. in ſuperiorem.*

25 *Leges de Imperatore loquentes, an locum habeant in alijs principibus.*

26 *Clemen. literis, de probation. non ſeruit principibus recognoſcentibus ſuperiorẽ.*

27 *Principes ſupremi, vel inferiores, & Reſpubl. libera, in quibus vtantur legibus, de lege Iul. Maieſt.*

28 *Morte Principis, an extinguatur crimen proditionis, & Rebellionis in eum commiſſum.*

29 *Hæreſis crimen reſpectu bonorum morte Rei non finitur.*

30 *Hæreticorum bona, an confiſcentur iure ciuili, varie diffinitum reperitur.*

31 *Hæreticorum bona cui fiſco acquirantur.*

32 *Apoſtatarum bona confiſcantur.*

33 *Fiſcus in quibus caſibus Reus poſt mortẽ damnatur, & bona hæredi auferuntur agere debet infra quinquennium.*

34 *Mortuus condemnari non poteſt.*

35 *Hæredes rei defuncti poſſunt de innocentia illius docere ad eum purgandum de infamia alicuius delicti.*

36 *Confitente Reo poteſt procedi ad diffinitiuam reſpectu ademptionis bonorum, licet interim defunctus ſit.*

37 *Confeſsio ficta, vel præſumpta non præiudicat hæredibus.*

38 *Morte Rei poſt ſententiam in tempus appellandi, an crimen extinguatur.*

39 *Hæredes pro ſuo intereſſe appellare poſſunt a ſententia in parte ademptionis bonorum.*

40 *Morte rei pendente appellationis cauſa, an crimen extinguatur etiam reſpectu bonorum confiſcatorum.*

41 *Dicto, cum, coniungit acceſſorie, dictio, &, copulat principaliter.*

42 *Procurator fiſci, an citari debeat, cũ Reus appellat a ſententia condemnatoria.*

44 *Gabellæ fraudatæ pœna, an tranſeat contra hæredes.*

44 *Reo mortuo, qui habetur pro confeſſo, & condemnato crimen non finitur.*

45 *Reo mortuo, prius abſente per ſententiam ex forma ſtatuti diffinitiuè condemnato,*

*to, crimen non extinguitur.*

46 *Venetorum Sereniſſ. Dom. non exigit pœnas ab hæredibus defunctorum.*

47 *Hæredes delinquentis capitaliter puniti, appellant a ſententia in parte ademptionis bonorum.*

48 *Reo abſoluto, ac defuncto, pendente appellatione, accuſationis crimẽ extinguitur.*

FIſco quam ſępiſſime
nunciatur, aliquem iam
prædefunctum. Reum
fuiſſe ad effectum bono
rum illius in totum, vel
in partem, in fiſcum cogendorum. l. 1.
ff. de iur. fiſc.

1 Quamuis enim crimina regulariter
per mortem Rei extinguantur, tã quo
ad pęnam reſpectu perſonæ, quàm etiã
quo ad publicationem bonorum, adeo
vt Reo defuncto antequam lis ſit conte
ſtata, & condemnatio ſecuta, non poſſit
vlterius procedi, l. defuncto. ff. de publ.
iud. l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. l. ſi pę
na. ff. de pœnis. l. 1. ff. ſi pend. appel. l. 3.
C. eo. l. fi. & per totum titulũ. C. ſi Reus,
vel accuſ. & l. fin. C. de iure fiſc. lib. 10. &
conſuluit Cepol. conſi. 23. Etiam quòd
delicta ſint priuata, cum pro eis crimi-
naliter agitur, vel etiam ad pœnam pe-
cuniariam, gl. in d. l. ex iudiciorum, ſecũ
dum opinionem Cipr. antiqui gloſſato
ris, quam probarunt Bart. & ſcriptores
ibi, Bart. in d. l. defuncto. Bal. & Ang. in l.
1. nu. 3. C. ex delict. def. Saly. in l. fi. C. ſi
Reus, vbi de cõi, & idem cum agitur ad
amiſſionẽ rei pro aliquo delicto: Cepola
multum pulchre in ciuilib. conſi. 59.

Ampliatur etiam in vectigalib. l. fi. §.
pœnæ. ff. de publican.

Ampliatur item, cum pro delicto
vnius, poteſt procedi contra alium, velu
ti pro delicto officialis contra Poteſta-
tem. l. ſed & ſi. §. 1. ff. dę public. gl. Bar. &
Paul. in l. 1. §. fi. ff. eo.

Vel cum pro delicto filij contra pa-
trem, ex forma alicuius ſtatuti: Soc. in l.
cum filius, nu. 20. ff. de verb. obl. Corn.
conſi. 97. nu. 11. in 4.

Cum verò ciuiliter agitur, ſeruatur,
quod deciditur in d. l. 1. C. ex del. def.
vbi Bal. & Ang. vtiliter ſcribunt, Bart. in
d. l. ex iudiciorum. in fine.

2 Cæterum adeo morte delinquentis,
crimen extinguitur, vt pęna corporis
afflictiua in cadauer defuncti non exer-
ceatur. Pet. Cy. Bal. Ang. Alex. Iaſ. & alij
in l. 2. C. qui teſt. fac. poſ. & in ſpecie An
gel. inquit, non licere cadauera defun-
ctorum ad furcas ſuſpendere, & idem
Angel. in d. l. defuncto: magis in termi-
nis inquit, errare aſſeſſores, qui exequũ
tur capitaliter contra mortuos, quia
poſſent conueniri in ſindicatu, & idem
Ang. in d. l. 1. C. ex del. def. refert & ſe-
quitur Dec. in l. pupillum. §. in hæredes.
ff. de regu. iur. & eſt commune dictum
Curt. iun. in l. imperium, numero 35. &
Sapia ſub numero 7. ff. de iuriſd. omn.
iud. Egid. Boſ. in titu. de accuſat. nu. 53.

Amplia etiam, quòd quis ſe ipſum
interfecerit, adeo vt viuens pro eo deli-
cto puniri non potuerit, dixi in tit. præ-
ced. numero 10.

Amplia etiam, quòd Reus deceſſiſſet
in cuſtodia. & in vinculis, l. in fraudem.
§. bona. ff. de iure fiſc. & late in materia
plures adducens, ſcripſit Cur. ſen. conſ.
60. Dux Philippus, ſub nu. 8. ubi ĩquit,
quòd mortuus ſolum damnari poteſt à
Deo Imperatore cęleſti, ad gl. in l. Ne-
ratius. ff. de reg. iur.

3 Et eſt ratio, quia pęna eſt ſenſus: Mor
tuus autem non ſentit, ideoque in de-
functi corpus exerceri nequit, & ita eſt
de iure: ex perſonis tamẽ, & ex cauſis, &
ex locorum conſuetudine, ſęuitum eſſe
in cadauera defunctorum, ante condẽ
nationem, plerunque ſcriptum inueni-
tur. Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus. nume.
21. & 42. ff. ad Sillanian. Cagnol. in d. l.
pupillus. §. in hæredes. Ant. Gomez. de-
lictorum, cap. 1. nu. 79. Clarus in crimi-
nalib. q. 51. & ante eos Roman. & Iaſ. in
d. l. 2. Angel. de malefic. in verbo, qui do
minus iudex, nu. 43. & 48.

4 Quia autem pęna ſepulturæ denegã
dę propriè in corpus exanimatum exer
cetur, idcirco corpora publica punito-
rum, non niſi de licentia iudicis, tollun-
tur



tur, & humantur, & quam ſępiſſime ad
aliorum terrorem furcis extra ciuitates
in locis publicis ſuſpenduntur. Sic Bal.
d. l. j. ſub. nu. 2. C. de delic. def. & eſt cõ-
munis traditio, Anton. Gomez. delicto
rum. cap. 14. num. 8. Clarus in crimina-
libus. quæſt. 100. iure autem canonum,
horum cadauera, qui poſt confeſſionẽ
peractam paſſi ſunt, ad eccleſias defer-
ri, & pro animarum ſuarum ſalute ora-
re permittitur, c. quæſitum, 13. q. 2.

5 Et ex his comprobatur Bart. dictum
in l. 2. ff. de cadauer. punit. quòd in ali-
qua Ciuitate propter bannum, aliam-
ve cauſam, uiuens morari non poteſt,
nõ etiam mortuus ibi humari debeat:
per illum text. ſequũtur Iaſ. d. l. 2. col. 2.
Dec. d. l. Neratius. d. Gigas. in tit. de pœ
nis commit. crimen læſæ maieſt. in 2.
parte ſui operis q. 34. in titu. de pœnis
comitten.

6 Quandoque tamen per mortem de
linquentis crimen nõ extinguitur, quò
ad pœnam reſpectu bonorum fiſco ap-
plicandorum, uel reſpectu pœnæ pecu-
niariæ, idque præter regulas iuris com
munis in pleriſque caſibus cõſtitutum
reperitur, de quibus per gloſſ. in d. l. ex
iudiciorum, & in d. l. 1. C. ſi reus, & per
Specul. in titu. de accuſatio. §. 1.

7 Primus itaque caſus eſt, & generalis,
cum ob delictum lex ipſo iure, & facto,
indicit pęnam pęcuniariam, uel conti-
ſcationis omniũ, aut partis bonorum,
ut quia diceret: mox, incontinenti, illi-
co, protinus, ipſo iure, ipſo facto: uel v-
teretur ſimilibus uerbis, aut uerbis de-
notãtibus tempus pręteritum, ut quod
ſit priuatus bonis ſuis, glo. notab. in l. 1.
§. quod ait. ff. quod quiſque iuris, quam
ſequuntur ſcriptores ibi, Bart. in l. com
miſſa. ff. de publica. in l. 1. ff. de priuat.
del. in d. l. ex iudiciorum: & l. Imperato.
ff. de iu. fiſ. vbi Alex. plures adducit cõ-
cordan. Bal. in dicta l. prima, ſub nume.
6. & Ange. colum. 2. C. ex del. def. Dec.
in dicta l. pupillum. §. in hæredes, Alex.
& poſteriores in l. ſi quis maior. C. de
tranſaction. Omnium uero latiſſime Fe
lyn. in capitulo Rodulphus, nume. 48.
cum ſequen. extra de reſcript. ubi am-
pliſſimè connumerat caſus: quando lex,
vel ſtatutum inducat canonẽ latæ ſentẽ
tiæ. pulchrè Socin. iun. in conſilio 68.
numero 38. in tertio, pleniſſimè etiam
D. Tiraquel. in repetitio. l. ſi unquam,
in uerbo reuertatur, numero 298. C.
de reuocan. donatio. Menoch. conſilio
99. numero 158. in primo, idem quan
do lex vteretur uerbis geminatis, uelu-
ti pulchrè ſcripſit Curt. ſenior. conſilio
30. Et idem uoluit Bald. in rubr. C. ſi
penden. appellatio. vbi inquit, quòd qñ
confiſcatio fit ipſo iure, mors nõ extin
guit pronunciatum, nec impedit pro-
nunciandum, adducit tex. in l. Caius. ff.
ad Sillan. & ſequitur ex pluribus, more
ſuo, Barba. conſilio ultimo, in primo, cõ
cludens, quòd ubi poſt mortem alicu-
ius occurrit quæſtio bonorum ex cauſa
delicti: poteſt quidem de delicto quæri
nõ quò ad pęnam corporalem, ſed quò
ad bona applicanda uni, vel alteri: addu
cit tex. in l. fi. C. de adulter. & quod ibi
notant Cyn. & Bal.

8 Sed contra facit: nam licet lex pro
delicto ferat ſententiam condemnato-
riam ipſo iure, & ipſo facto, de tota, uel
quota bonorum, uel de pęna pecunia-
ria, adeo ut non ſit neceſſaria ſententia
hominis condemnatoria, attamen re-
quiritur ſententia declaratoria facti, ꝑ
quam declaretur crimen illud fuiſſe cõ
miſſum, nec ante, bona per fiſcũ appre-
hendi poſſunt: tex. in capitulo, cum ſe-
cundum, de hęretic. in ſexto. Et inde
colligunt Ioan. Andr. Petr. de Anchar.
& quotquot ſcribentes, Dominic. in ca
pitulo Felicis, columna ſecunda, de pœ
nis in ſexto, Bart. in anthen. de inceſt.
nupt. columna ſecunda, Bald. in l. quæ
ſub conditione. §. fin. ff. de condit. inſti.
Alexand. ad Bart. in dicta l. Imperator.
Iaſ. in l. 2. num. 15. C. de iure emphyt. &
in crimine læſæ maieſtatis, Cardinal. cõ
ſilio 128. Felyn. dicto capitulo Rodul-
phus, numero 63. Alexand. in dicta l. ſi
quis maior. C. de tranſactio. ubi inquit,
omnia iura mundi pęnam aliquam ip-
ſo iure imponentia, debere intelligi, ſe-
cuta

cuta ſententia declaratoria ſuper facto:
quod etiam conſulendo tradiderunt v-
bique Doctores, Curt. iunior, conſilio.
149. nume. 2. Socin. iunior, conſi. 69. nu.
28. in primo, & conſil. 68. numero 59.
in tertio, Dec. conſil. 327. columna ter-
tia, Riminal. ſen. conſilio 258. nume. 9.
Ruin. conſ. 153. num. 14. in primo, Be-
rous conſilio 61. columna 3. in primo,
ubi inquit, quòd ante declaratoriam,
pœna effectum non habet, & idem in
crimine hæreſis tradidit D. Burſat. con
ſilio 43. nume. 1. in primo. Ideo tertius
ante declaratoriam latam non poterit
excipere de iure fiſci: ad glo, in l. his con
ſequenter. §. 1. ff. famil. erciſcun. ſic Did.
de ſponſalib. par. 2. c. 6. §. 8. ſub nu. 22.

9 Amplius, ab huiuſmodi declaratoria
poteſt appellari, ſecundum regulam, ꝙ
ab omni grauamine in ciuilibus, & cri-
minalibus appellatur, ſic Alexan. in ad-
ditio. ad Bart. in d. l. Imperator, glo. no.
in cap. cupientes. §. quod ſi, de electio.
in ſexto, Abbas in cap. quod ad conſul-
tationem, extra de re iudica. Sequitur
Berous conſilio 191. num. 7. in 3.

10 Vbi præterea, quòd ad huiuſmodi
declaratoriam perueniri non poſſit, niſi
parte citata: aliàs proceſſus, & ſententia
erunt nullius valoris, adducit glo. in cle
men. pręſenti, extra de cenſibus, ſed ad
id ſunt optima iura cum ſuis glo. in cle-
men. paſtoralis. §. cæterum, de re iud. &
in capitulo licet epiſcopus, de præben.
in ſexto, & not. Bald. in l. fin. in prin. C.
de legibus. ubi adducit rationem: quia
defenſio eſt iuris naturalis, quæ tolli nõ
poteſt, ac ideo citatio ſit neceſſaria, ſe-
quitur Alexand. conſilio 52. in 7. & in
terminis ſic tradidit Marian. Sen. con-
ſilio 12. nume. 9. in 1. & latius idem Be-
rous conſilio 176. nume. 89. & ſequen.
in 1. pulchre. Gramma. deciſio 105. col.
2. & 3. & num. 58. & 59. Dec. conſ. 410.
colum. 3. Boſius in tit. de ſenten. num.
53. Ruin. conſi. 153. nu. 17. in 1.

11 Fallit in crimine notorio, & manife-
ſto, quia non eſt opus alia citatione, uel
declaratoria, circa illud. Dominic. in d.
c. cum ſecundum, in princ. Felyn. in c. 1.
num. 60. extra de conſti. Lucas de Pen-
na in l. cum allegatis, in 5. colum. C. de
re milit. lib. 12. & in l. 1. C. de petit. bon.
ſubl. Gramma. d. deciſ. num. 13. & num.
58. Berous d. conſi. 176. nu. 96. latius di
xi ſupra in 1. lib. in titul. Habent iura
fiſ. nume. 57.

12 Quamobrem, cum requiratur decla
ratoria ſuper facto, proinde contra de
functum ferri nõ poſſe, ac ideo crimen
morte illius omnino extingui, firmauit
Curt. ſenior dicto conſilio 60. nume. 18.
Secutus eſt Iaſ. in d. l. 2. §. quod ait præ-
tor. ff. quod quiſque iur. ubi in ſpecie
adducit, quod Bar. tradidit in l. eius qui
delatorem. ff. de iure fiſ. per illum tex. &
idem ſenſerunt Igneus in l. Caius. ff. ad
Silla. Ripa in l. fi. col. ult. C. de reuocan.
donat. Boſ. in titu. de accuſatio. numero
34. in tit. de crim. læſæ maieſtatis. num.
76. & de facto, ſic Mediolani ſeruatum
tradidit Clarus, loco allegato. q. 51.

Verum a priori non eſt recedendũ,
quam indifferenter tenuerunt antiqui,
& Moderni, ſicuti profitetur Iaſ. in di-
cto §. quod ait, quam etiam probarunt
Nellus in prima part. ſec. temp. q. 7. Be-
rous dicto conſilio 176. nume. 93. Par-
pal. in dicta l. ſi quis maior. ubi reprehẽ
dit opinio d. Iaſon. & idem Egid. Boſ.
in tit. de ſent. ſub nu. 47.

13 Nec obſt. quòd requiratur declara-
toria, quia non requiritur ad effectum
pęnæ committendæ, & dominij rerum
in fiſcum transferẽdi, ſed tantum ſuper
facto, & aduocationem poſſeſſionis bo
norum: nam facta declaratione crimi-
nis commiſſi, ex tunc retro declaratur:
Reum ex delicto incurriſſe in pęnas a le
ge ipſo iure indictas, ideoque illius bo
na capi poterunt, ſic Abbas in capitulo
peruenit, ext. de cenſib. Felyn. loco præ
alleg. & explicitè Bero. d. conſi. 176. nu.
95. ſic etiam contingit in criminibus,
pro quibus Rei defuncti memoria dam
natur: nam & in his huiuſmodi pronũ-
ciatio requiritur, ueluti in crimine læſæ
Maieſt. & hæreſis: ſicuti ultra relatos ſu
pra nume. 8. tradidit Rolan. conſi. 8. nu
me. 8. in 3. Burſattus dicto conſilio 43.
in



in primo dubio, ideoque talis declara-
toria, reo mortuo, ferri poteſt, ſicuti ẽt
cenſuit D. Menoch. d. conſi. 99. nu. 172.
Et nota, quòd declaratoria requiritur,
quo ad effectus facti, ſed non quo ad ef-
fectus iuris, quia quo ad hos, ſententia
legis ſtatim operatur executionem: d. c.
cum ſecundum: ſic Domin. in c. Felicis
col. 2. de pęnis: in. 5. pulchrè Dec. conſi.
327. col. 3. dixi in tit. de Rebellib. nu. 2.
ſed contra, quòd etiam requiratur de-
claratoria iudicis, etiam quo ad effectus
iuris, cum lex ipſo iure pęnam imponit,
voluit Bal. ipſe ĩ l. ſi quis maior, col. 2. C.
de tranſ. ubi inquit: quòd quamuis per-
iurus in terminis illius legis, ipſo iure ef
ficiatur infamis, tamen nõ habetur pro
infame, antequã ſit declaratum per ſen-
tentiam, quod venit cõtra iurm. ſequũ
tur cõiter Doct. vt ibi per Alex. nu. 13.
Ruin. conſi. 85. nu. 6. in 4. vol. ſed prior
traditio videtur de mẽte eiuſdẽ Bal. in l.
quæ ſub conditione. §. fi. ff. de condi. in
ſtitut. quam etiam probauit Iaſ. d. l. ſi
quis maior. nu. 26.

14 Et ad tex. in l. eius qui delatorem: re-
ſpondetur, aliud eſſe, quòd lex propter
aliquod factum, vel non factum, velit ali
quem haberi pro confeſſo: aliud, quòd
ipſo iure quis ſit cõdemnatus: nam prio
re caſu, quamuis ille habeatur pro con-
feſſo, requiritur tamen ſententia condẽ
natoria: dixi ſupra in tit. de Delator. nu.
14. ideo ſi ficta confeſſio tranſiret ipſo
iure in condemnationem: pęna tacitæ
confeſſionis tranſiret ad grauamen hæ
redũ. Bal. in l. 1. col. 6. C. ex delictis def.
Alex. ad Bar. in d. l. eius qui: deciſ. Pede-
mon. 106. & dixi dicto loco, & in termi
nis, ſic etiam reſpondiſſe comperui Boſ.
in dicto titulo de ſentent. ſub nu. 47.

15 In omnibus autem caſibus, in qui-
bus ipſo iure, & facto, ob delictum com
miſſum bona publicantur, in totum, vel
in partem, poteſt Princeps, Reſp. etiam
ante declarationem, ſuper facto, bona
illa conferre in tertium: quia bona ip-
ſa, & eorum dominium commiſſo deli-
cto immediate fuerunt acquiſita, & ac-
quiſitum fiſco principis: ſic rectè ſecun-
dum iuris ciuilis rationes determinauit
Berous cõſi. 61. in primo dubio, & 176.
num. 89. cum ſeq. in primo, Lucas Pẽna
in l. cum allegatis, col. pen. C. de re mil.
libro 12. & in ſimili Cardina. conſ. 128.
col. vltim. Alex. conſi. 6. col. vlt. & conſi.
44. col. 1. in 3. Afflict. deciſio. 255. Soci.
ſeni. cõſi. 4. nu. 24. & 26. in 3. & optimè
cõferũt, quæ ſcripſi in 1. lib. ti. 3. nu. 59.

16 Secũdus caſus eſt, ut ad particularia
deueniamus, in contrahente nuptias in
ceſtas: nam per contractum lex ipſo iu-
re indicit pęnam publicationis bono-
rũ. §. 1. in Auth. de inceſt. nupt. ibi: Mox
rerum ſuorũ caſum imminere: & in Au-
then. inceſtas. C. eo. & utrobique notãt
Bar. Bal. Ang. & cæteri, ad hoc etiã tex.
in c. cum ſecundum, de hæret. in 6. gl. in
d. l. ex iudiciorum, & idem Bal. in d. l. 1.
num. 2. C. ex del. def. & eſt cõis opinio,
Dec. conſi. 235. colu. 2. Boer. deciſ. 264.
nu. 14. & 15. ubi hanc tuetur ab aliorũ
contradictionibus, & latè comprobat
Didac. in titul. de ſponſal. ca. 6. 2. par. §.
8. per totum, intellige dummodo nõ ad
ſint liberi, legitimi ex alio matrim. ut iu-
ra illa dicunt: Amplia, limita, & declara
materiam, vt dixi infra in tit. de public.
bon. numero duodecimo.

17 Ex præmiſſa autem concluſione, ꝙ
bona ex crimine inceſtus nuptialis ipſo
iure publicẽtur; infertur, ꝙ conſangui-
nei contrahentium nuptias inceſtas nõ
poterunt vendicare bona ex manibus
filiorum ex eis nuptijs procreatorum:
quia actione carent, cum ipſo iure ſint
fiſco deuoluta: ſic pulchrè deduxit, &
benè Boer. d. deciſio. 264. nu. 16.

18 Sed vtrum ignorantia iuris excuſet,
ꝑut ignorãtia facti, & an ſufficiat igno-
rantia, alterius contrahẽtium, & ex qui
bus poſſit præſumi ignorantia, vel
ſcientia, videndus eſt Bartol. in l. Auun-
culo. ff. de cond. ſine ca. Roman. conſi.
506. Ruin. conſilio 110. & conſilio 108.
in 3. & conſi. 51. nu. 15. in 5. Afflict. in ca
pi. 1. in verbo. & bona committentium,
in 1. colum. Roland. a Valle. conſi. 93. in
2. dubio, volu. 3. Didac. loco præallega.
nume. 21. & 22.

Tertius

19 Tertius caſus eſt in crimine læſæ Maieſt.d.l.ex iudiciorum.ff.de accuſ.& l.penul.ff.ad leg.Iul.Maie. & l.pen. & fi.C.eod.& §.interdum cum gl. in verbo,dãnata:inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.def. & in §.publica autem:inſtit.de publ.iudi. & in contingentia facti ſcripſerunt ſuper hoc genere criminis Cępola conſi.17.& in ciuilibus conſi.59. Ruin.conſi.3.nume.12.in 5.Ferett. conſi.31.numero 8.& 9.

Intellige in duobus tantum capitulis legis Iuliæ:videlicet cum quis contra Imperatorem,vel contra Rẽpub.Rom. machinatus eſt: Pro alijs verò capitulis,defuncti rei memoria nõ damnatur, vt eſt caſus in d.l.fi.ff.ad leg.Iul. Maieſt. & inde no.gl.& Doc.gl.& Bar. in d.l.ex iudiciorum; gl.in d.§.publica autem:& probatur in d.l.pen.C.eod. & ibi Saly.no.& Ang.in l.fin.quæ ſtatim ſubſequitur.Et idem Ang.in l.1.C.ex del.def.colu.1.& clarius in conſi.223. caſus talis eſt,Fortiguera:vbi inquit, quòd hominis memoria damnari non poteſt, niſi in certis caſibus in iure expreſſis, inter quos eſt crimen læſæ Maieſt.in duobus tamen capitulis tantum, videlicet cum quis machinatus eſt contra Cæſarẽ,aut contra Rempub.Rom.d.l.fi. in alijs autem capitulis ceſſat poteſtas damnandi memoriam defuncti, vt clarè explicat tex.ille, & tradidit Henrich.Boich.in c.ſi quis epiſcopus, col.1.extra de hæret. & plures relati per Roland.Val.conſ.1.nu.16.in 3.ſequitur Ceſal.in conſ.304.nu.252.& conſulendo in uno eodemq; caſu tradiderunt Dec.& Ruin. hic conſi.3.nu.12.in 5.ille conſi.410.colu.pen. & vlt. Alciat. conſ.19.in 7.Egid. Boſ.in titu.de crim.lęſæ Maieſt.nu.57.& deciſum refert Grammat.deciſio.6. in fine. Et adde quod ſicut memoria iſtorum damnari poteſt,ita quoque pro eorum innocentia poſſunt abſolui,& ſic arguit Bertazol.conſi.20.nu.28.

Hic autem diſcutere expedit: quæ ſint prima duo capitula legis Iul. Maie. pro quibus defuncti memoria damnari poteſt:de quibus præcitati Doctores loquuntur.Sanè cum ſe referant ad tex. in d.l.fi.ſentiunt ea eſſe,cum quis hoſtili animo aduerſus Principem,vel Rempubl.ideſt aduerſus Reipublicæ, & Imperij ſtatũ animatus extitit: Hęc enim dicunt eſſe duo capitula legis Iuliæ: quę prima duo appellant,pro quibus rei defuncti memoria damnatur: Porro, alia ſunt capitula, de quibus in legibus antecedentibus, & latiſſimè retulit Afflic. in c.1.in verbo. Et bona committẽtũ, in titul. quæ ſint Regal. pro quibus in Maieſtatem committitur, ſed pro illis defuncti memoria non damnatur: & eſt vera declaratio ad mentem Doctorum ſupra relatorum, & vltra eos ſic ſenſit Bar.Soc.conſi.275.nume.3.in 2. Quamuis eruditiſſimus Menoch.in ſuo Reſpon.edito pro Excelſa ciuitate Genuæ, quòd habetur in conſi.99. in primo,aduerſus conſilium d. Rolandi ſupra relatum:nu.62.& ſeq.aliter declarauerit capitula,primum, & ſecundum,legis Iul.Maieſt.& ante eum Egid. Bellamera conſi. 15.nu.9. ubi primum capitulum intelligit: cum quis machinatur contra Principẽ,vel Rempubl.aut Principis conſiliarios.Secundum vero capitulum cum aliter committitur aduerſus maieſtatem, vt in legibus dicti tituli, & fuit declaratio Cyni in d.l.quiſquis.Cũ autem d.l.finalis,lata fuerit ab Vlpiano Iureconſul. quem temporibus Alexandri Seueri optimi Roman.Imperat.floruiſſe apud omnes conſtat: idcirco cum de Principe & Rep.in ea lege loquatur, de Imperatore, ac de Rom. Rep.locutum fuiſſe palam eſt,idque explicat tex. in l.1.ff.eod.& clare habetur in l.penu. & fi.C.eo.& in d.§.publica.

20 Quia verò ex lege illa ab Vlpiano lata,& ab Alexandro cõfirmata,nihil ſtatutum fuerat aduerſus filios, ſic funeſte in Cæſarem conſpirantium, vel aduerſus Cæſaris conſiliarios, idcirco ad tam deteſtabile facinus compeſcendũ, longè poſt lata fuit conſtitutio, auctoribus Honorio, & Arcadio Imperator. quæ in his ſtatuit,& prouidit,relata ĩ l. quiſq̃s C.eo. Quæ ſanè cõſtitutio cum pęnalis



pœnalis admodum ſit, nec iuſſerit memoriam conſpirantium in necẽm conſiliariorum Cæſaris damnari poſſe, proinde crimen morte eorum diſſolui, nec illorum memoriam damnari poſſe,ſenſit Salyc.in d.l. quiſquis,& in l.fin.C.eodem. Dec. & Ruin.in conſiliis præallegat.& clarè d.Roland.dicto conſilio primo, numero 19. in quo tamen puncto contrarium ſenſiſſe reperi dictum Beroum conſilio 114.numero quadrageſimonono,in primo, & D.Menoch. d. conſilio 99. numero 106. & ſequ. pro quorum ſententia urgere uidetur text. in dicta l. quiſquis: ubi æquiparat conſpiratores aduerſus perſonam Imperatoris, & ſibi aſſiſtentium. ſed tu dicas: æquiparationem procedere, quò ad pœnas per eam legem indictas.

21 Rurſus diſpoſitio illius l. quoniam, pęnaliſſima eſt, quò ad filios, locum tantum habet in primo capite, prout loquitur: cum quis machinatur aduerſus perſonas Imperatoris, uel ſuorum Conſiliariorum, non autem in ſecundo vel alijs capitulis: ſic poſt Cyn. & Ang. in ea lege, & poſt plures per eum relatos, belliſſime explicuit Bartol. Socin. d. conſilio 275. numero 3. & ſequent.

22 Cæterum pro aliis capitulis legis Iul. Maieſta. vltra primum, & ſecundum, ſiquidem reus uiuens damnatus fuerit bona ſua amittit,& in fiſcum tranſeunt, quæcunque ſint, ſi filios non habeat. l. eorum.ff.ad leg.Iul.Maieſtat.l.iura.ff.de iure patrona.l.prima, C.de bon.lib.authen.bona damnatorum.C.eod.ſi uero filios habuerit,omnia ad fiſcum pertinent, præter iura libertorum, dicta l. eorum: Saly. in dicta l.quiſquis,in principio,& in §.filij uerò: Alexand. conſilio decimotertio, columna ſecunda, in ſexto. Barto.Cæpola conſilio penult. adeo ut nec legitimam filij deducant, ſic Egidius Boſius in titul. de crimi. læſæ Maieſtat. numero 134. ex Alexand. ſupra relato, & aliis. Quòd ſi uiuens dãnatus non fuerit, morte eius crimen extinguitur, etiam quò ad bonorum publicationem, ſicuti concludunt Doctores proximè relati, Salycet. in dicta l. quiſquis, & in l.fina. C. eod. Roland. in ſpecie dicto conſilio primo, numero vigeſimoſecundo, & eſt ueriſſima concluſio, quæ efficaciter probatur per textum in dicta l.fina.ff. eodem. Qui ſanè text. nedum ultra duo capitula legis Iul. Maieſta. ibi relata, prohibet defuncti memoriam damnari, ſed clarè exprimit crimen morte rei liberari, ſic ut hæreditas illius fiſco non vendicetur.Item non reperitur in iure, quòd crimine per mortem rei extincto, quæratur de eius bonis publicandis per ſententiam hominis, ſi rei memoria damnari nequeat, id etiam multum clarè præſuppoſuerunt duo textus in l. penultim. & fina. C. eod. & ſic etiam ſenſit Egidius Boſius, in titu. de ſentent. numero 49. adeo ut mirum uideri debeat, quòd Clariſſ. Domi. Menoch. in dicto ſuo conſilio 99. numero 156. cum pluribus ſequent. aliud ſenſerit aduerſus Dom. Rolandi reſponſum, nam quò ad iſtum punctum, perſpicuum eſt, per ea iura, Maieſtat.crimen, ultra illa duo capitula, penitus rei morte finiri, prout regulariter alia crimina: Nil mirum autem ſi aliud ſtatutum fuerit in illis duobus capitulis, nam hæc ſupra alia grauiora ſunt, nempe inſeuire hoſtili animo aduerſus perſonam Imperatoris, vel aduerſus ſtatum Reipublicæ, hæc quidem omnia alia capitula ſuperant, ac idcirco maiori animaduerſione digna: Ideoque in duobus primis capitulis iura libertorum confiſcantur etiã in præiudicium filiorum, non ſic in aliis capitulis. Glo.communiter recepta, in d.l.eorum.

23 Sed utrum iura illa in dicta l. fina. de memoria defuncti damnanda, & in dicta l.quiſquis, de pęna filiorum; & de perſonis Conſiliariorum, locum quoque habeant in aliis Principibus, & Ciuitatibus liberis ab Imperio Roma. Sanè, quò ad Papam non eſt dubitandum, quia Imperij iura tenet, ſic Bart. in extrauag. Quoniam nuper,in tit. qui ſint rebel. in glo. rebellando: colum. 2. vbi

vbi quod locum habeat in Papa, & in eius officialibus, & idem Bart. pulchrè in extrauag. ad reprimendum: in uerbo, totius orbis: Secutus eſt Petr. de Anchar. conſilio 439. nume. 6. & 7. & ubique Doctores, Alexan. conſilio 13. nume.4.in 6. Fuit præterea per iura canonica in cap. Felicis. de pęnis in 6. Particularis ac grauiſſima pęna conſtituta aduerſus conſpiratores in necem Illuſtriſſ. DD. Cardinalium: & de eorum familia: qui ſane textus prodijt ex ea l.quiſquis.

24 Quod autem attinet ad alios Principes, ueluti Reges, Reſpubl. Duces, Marchiones, Comites, & Dominos perpetuos, qui pro ſe, & non pro Imperatore dominantur, profunda eſt quæſtio. Nam Barto. in dicta gl. rebellando: col. 1. ſenſit leges diſponentes de læſa maieſtate Imperator. & Reipubl. Roman. non habere locum in huiuſmodi Principibus, & officialibus ſuis: quia nominatim loquuntur de Imperatore, & ſuis officialibus: & de Republ. Rom. in dicta l.fin. in dicta l.quiſquis, & in d. extrauag. Henrici: Quoniam nuper: ſed quò ad iſtos locum habere iura uetera, in l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff. de cap. dimin. & in l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff. de captiu. Sequuntur alij, quos retuli ſupra in titu. de rebellibus, ſub nume. 7. & de conſtitutione illa quiſquis. quod non protendatur ad alios Reges, & Principes; dixi ſupra in titu. de filijs rebellib. nume.3. Et in puncto noſtro, quòd memoria illius, qui commiſit in huiuſmodi Principes ſupremos, vel aduerſus ciuitates liberas, damnari non poſſit, nec bona adimi. tradidit Ange. in dicta l.1.C. ex del. def. & in d.conſi.223. vbi in ciuitatibus Florentiæ, & Lucæ: quas tamē tunc conſtat ab Imperio Roma. exemptas fuiſſe, cum pretio nummario longe ante tempora Angeli, libertatem quęſijſſent à Rodulfo Imperatore; ſicuti Croniſtæ teſtantur. Platina in vita Honorij Quarti Pontif. & Blondus Hiſtor. lib.8. Decad.2. & ex noſtris Felin. in cap. cum non liceat, nu. 18. ext. de præſcript. Soci. qui ita arguit d.conſil.275. colum.3. Dec. conſil.557. nume.12. D. Decian. conſi. 19. ſub num. 6. in 3. & cum Bar. tenuerunt Pet. Anch. conſi.287. & Cald. conſil.6. ſub rub. de accuſatio. Huius quoq; opinionis fuit Barto. Socin. in d.conſi.275. col.3. & 4. vbi accurate per pulchras rationes probat iura illa pęnalia læſæ maieſt. nominatim loquentia de Imperatore, & Repu. Roma. non protendi ad alios Principes & Reſpubl. ſiue recognoſcant, ſiue etiā non recognoſcant Imperatorem in ſuperiorem, aut de facto, aut de iure, per præſcriptionem, aut per priuilegium, & idem tradidit in conſil.121. col. 2. in 4. Cuius ſententiæ etiam fuerunt Ruin. & Dec. in præalleg. conſilijs: 3. in 5. & 410. colum. penult. vbi in Duce Mediolani, qui quidem omnimoda iuriſdictione pro ſe, & ad ſui vtilitatem, non pro Imperatore, utitur in ſtatu ſuo, & tantum poteſt in eo ſtatu, quantum Imperator in ſuo Imperio, Paul. Caſt. conſil. 34. ſuper primo, in 2. Cur. antiquus conſi.60. Dux Philippus, cum pluribus cumulatis per Roland. Val. conſi. ult. num. 48. in 4. idcirco Dux Mediolani non vti officialis Imperatoris cenſetur. Barto. in dicta glo. rebellando. colum.2. in uerſic. Sed an hęc conſtitutio: latiſſime autem hanc ſententiam probauit Roland. d. conſi. 1.

Alij uero diſtinguūt inter Principes recognoſcentes ſuperiorem, uel non: ut in primis leges illæ pęnales locum non habeant: in ſecundis vero ſic: quia maior ſit eorum ſtatus, & maieſtas: ſic Salyc. in dicta l.quiſquis: quem ad hoc ſecutus eſt Alexan. conſi.13. colum.1. in 6. Angel. Aret. in d.§.publica autem: inſti. de publ. iud. & in ſuo tract. de maleſi. in uerbo: Che hai tradito la tua patria. circa principium, & ſeruari dixit Guido Papa. q.344. Brun. conſi.28. Berous conſil. 114. nu.48. in 1. Egid. Boſ. in tit. de cri. lęſę maieſ. n.51. & 57. Gigas ī ſuo tract. ī 1. par. q.29. & q.61. ubi de rep. Sereniſ. Ven. Dom. & huius opinionis fuit quoque Marian. ſen. conſilio 22. in 1. ubi in ciuitate Lucana.





25 Nil mirum autem ſic cenſuerunt præcitati Doctores: nam & multæ leges loquentes nominatim de Imperatore, & Auguſta: trahuntur ad huiuſmodi Principes, veluti tex. in l.pen. C. de don. inter virum, in l.cum multa. C. de bon. quę lib. in l.bene a Zenone. C. de quadri. pręſcrip. ſicuti ex multis tradidit, & argumentatur Affict. in rub. quæ ſint regal. num.17. & in c. 1. in verbo: Bona committentium, nume.112. Soci. iun. conſ. 92. col.2. in 4.

26 Et horum diſtinctio confirmatur ex alia communi, quod pręrogatiua, de qua in clem. litteris: de probat. ſeruiat Principibus tantum ſupremis, neminem ſuperiorem recognoſcentibus: nō autem in inferioribus ſupremum recognoſcentibus, veluti in Comite virtutum Duce Mediolani tradidit Cardinal. conſilio 128. & ſubſecuti ſunt alios adducentes, Dec. conſil.410. col.3. Rui. d.conſil.3. nume.5. & Gramm. deciſ.15. colum. vlt.

Sed alij fuerunt in diuerſa ſententia: nempè, ut etiam Principes inferiores, & perpetui ad eorum vtilitatem, damnare poſſint memoriam defunctorum, qui in eorum perſonas, uel aduerſus ꝓſperitatem ſtatus ſui, conſpirarunt hoſtili animo, ad terminos d.l.fina. & in dicta l.quiſquis. ſic Pau. Caſt. in l. 3. C. de epiſco. audien. præterquam quò ad filios: Angel. Areti. in dicto loco de malę fid. in verbo, che hai tradito la tua patria. & in puncto, quò ad effectum damnandi memoriam, Barto. Cepol. conſil. 17. ubi pro Illuſt. Malateſtis, Calca. conſilio 52. nume.4. idem Calcan. & dictus Anto. Craſſus conſilio 67. & 68. Berous conſilio ſexageſimoprimo, in primo dubio, Dominus Menoch. dicto conſilio nonageſimonono, vbi pro excelſa Repub. Genuenſe.

27 In hoc perdifficili negocio, duo iudicio meo, diſcutienda occurrunt. Primum, an committens proditionem, & rebellionem, aduerſus Principes ſupremos, Reſpubl. & Ciuitates liberas, uel etiam Principes perpetuos inferiores, dicatur committere crimen lęſæ maieſtatis, ſic ut capitaliter puniri debeat cum publicatione bonorum: in quo puncto concluſiue dicendum eſt affirmatiue: ſic enim concludunt Paul. de Leazar. Cardinal. & Anchar. in clemen. paſtoralis: de re iud. Archidiac. & Ioan. And. in cap. Fęlicis, de pœnis, in 6. gloſ. & Ange. in l.fin. C. de abolition. cum aliis adductis ab Alexan. d.conſil.13. col. 1. in 6. & Marian. Soc. dicto conſilio 22. in 1. Nam maieſtas illius Principis, & Ciuitatis liberæ dominantis lęſa eſt: nec id inficiari poteſt: Et ita ſeruat conſuetudo apud omnes. ſic Pau. Caſt. in d.l.3. Guido Papa q.344. Alber. Brun. in ſpecie conſilio 28. nume.4. Socin. iun. conſilio 105. colum.2. in 3. Bellon. conſi.32. in 3. dubio. & D. Decian. conſil. 18. nu. 317. ubi pro eadem excelſa Repub. Genuenſe aduerſus Illuſ. Dominos Fliſcos.

Secundum verò, quòd in quæſtione occurrit eſt: an leges priuilegiatæ in materia læſę maieſt. ueluti, quòd rei defuncti memoria damnari poſſit, cum bonorum publicatione, ad l.fin.ff. & C. ad le. Iul. maieſ. & in terminis d.l. quiſquis, & in terminis d. extrauaga. Quoniam nuper: locum habeant in huiuſmodi Principibus, & ciuitatibus liberis; in quo ſanè puncto, litera illarum legum ſpecialis eſt ad perſonam Imperatoris, & Rom. Impe. ideo non extendenda ad alios Principes per rationes adductas, & optimè conſideratas per D. Bar. Soc. conſi.275. col.3. & 4.

Conſuetudo tamen, & vſus plurimū poterit: quia Principes iſti, & Ciuitates liberæ, tantum poſſunt in ſuo ſtatu, quātum Imperator in ſuo Imperio, ſicuti ſcripſi in 1. parte, vnde attendenda erit conſuetudo regionis: conſtat autem apud Ser. Dom. Venet. reorum memoriam, qui hoſtiliter in Rempubl. præſumpſerint, uindicari cum ablatione bonorum.

28 Sed an per obitum Principis, quiquidem ſciens, & ſuperuiuens conqueſtus non fuit de fellonia, & rebellione ſubditi ſui, crimen extinguatur, quaſi

remiſſum: ſicut aduerſus reum uti rebellem procedi nequeat: elegans eſt articulus, nam Thomas Grammat. in conſilio 13. num. 38. decidit pro reo; ad ꝙ adducit deciſionem Angel. in terminis in l. excuſantur. §. 1. ff. ad Sillanian. & Alex. conſil. 60. col. 2. in 3. Bald. in cap. 1. col. 4. in verſ. quęritur, in tit. quib. mod. feud. amit. & Aretin. in conſi. 14. col. ult. pulchrè uerò ſcripſit Ruin. conſi. 10. nume. 6. & 159. num. 12. in 1. Intellige, modò reus delinquens tamdiu ſuperuixerit, quòd Dominus offenſus potuerit commodè querelam proponere: ſic in ſpecie Iſern. Aluarot. & Mar. Laud. in c. 1. §. callidis, in tit. de prohib. fundi alienat. ſequitur Iacob. in ſua inueſt. feudali: in uerbo dictique uaſalli, nu. 53. Menoch. d. conſi. 99. nu. 180. in 1. Tu uerò dicas ribellionis crimen etiam commiſſum in propriam Imperatoris perſonã morte Imperatoris non finiri, ſic Bar. in d. extrauag. quoniam nuper, in glo. noſtri Imperij.

29 Quartus caſus eſt in crimine hæreſis, l. 4. C. de hæret. cap. cum ſecundum; de hæret. in 6. & licet de iure ciuili non ipſo iure bona publicarentur, ſed per ſententiam priuatiuam, ut per Bar. in d. l. ſi debitor. ff. de his quæ in fraud. cred. & in dicta l. Imperator. ff. de iure fiſ. iure tamen canonico aliud eſt, & ſufficit declaratoria ſuper facto criminis commiſſi, qua ſubſecuta, fiſcus occupat bona, dicto capitulo, cum ſecundum. Et ibi notatur.

Huiuſmodi uerò crimen, iure ciuili inſpecto poteſtati ſeculari ſubiacet: iure autem canonico, eius cognitio ad poteſtatem eccleſiaſticam ſpectat, nec de eo iudex ſecularis pronunciat. cap. ut inquiſitionis. §. prohibemus, de hæret. in 6. Ideoque crimen eccleſiaſticum dicitur: Gundiſald. de hæret. cap. 15. Boſius in eod. titu. nume. 10. Roland. conſilio 8. colum. 1. in 3. Clarus in criminal. in §. hæreſis: niſi iudex ſecularis ex indultu pontificio cognoſceret. Aſſiſtunt tamen iudices laici in formatione proceſſus, & in deciſionibus cauſarum in partibus noſtris ex prouiſionib. huius Sereniſſ. Dom. Punitio autem pro hoc crimine in perſonas, ad laicos ſpectat, & ita ſeruatur, ut Clarus ait.

30 Quod uerò ad bona attinet, iura inter ſe uariare videntur, nam tex. in l. Manichęos. C. de hæret. videtur præſeruare bona filijs orthodoxis, tex uero in l. cognouimus. C. eo. videtur ea pręſeruare nè dum filijs, ſed etiam agnatis, & cognatis Chriſtianæ fidei ſectatoribus, & clarius id explicauit Iuſtinian. in §. generalem. in auth. vt cum de appell. cogno. relata in auth. idem eſt de Neſtorianis. C. eo. nouiſſime uero conſtitutio Federici Sec. in auth. Gazaros. C. de hæretic. adimit bona nè dum agnatis, & cognatis, ſed etiam filijs. Et hæc uti poſterior alias corrigit, ſicuti poſt antiquos tradidit Sal. in d. l. Manichęos, & ĩ d. auth. Gazaros, ad exemplũ criminis læſę maieſt. humanę ad l. quiſquis: nam maius eſt crimẽ iſtud, d. auth. Gazaros, qua ratione conſtitutionem hanc iuris ciuilis, in damnum & priuationem filiorum probauit Inno. III. in c. vergentis, extra eo. & eſt receptiſſima concluſio Roland. dicto conſil. 8. colum penul. pleniſſime Menoch. conſil. 218. in 3.

Verum ex prouiſionibus huius Ser. Dom. bona de hæreſi damnatorum ſucceſſoribus inteſtati deferuntur: ſicuti
31 ex lege Decem virum cum additione captum fuit 1568. die 8. Nouembris. Sed adhuc videndum eſt cui de iure ex confiſcatione quærãtur bona hæreticorum: ſanè tex. in d. c. vergentis: mandat bona confiſcari, non tamen ſatis aperit cui applicentur. Huic autem occurrit text. in cap. excommunicamus. §. 1. ex eo. ut ſi bona fuerint laici, confiſcentur: ſi uerò alicuius clerici, applicentur eccleſię, a qua ſtipendia meruit: & licet in primo caſu non exprimat cui fiſco deferantur, id tamen aperit text. in iam dicto cap. cum ſecundum, in ſexto, ut fiſcus ſecularis ſub cuius diſtrictu bona reperiuntur, bona ipſa capiat, prout etiam de iure ciuili habetur in auth. idem eſt. C. eod. & eſt communis





nis concluſio, Probus in d. capitulo cum ſecundum. colum. ſecunda, Anch. conſilio decimoſexto, Felin. d. cap. vergentis, in 1. not. Roland. Val. d. conſi. 8. numero 9. in 3.

Clericorũ verò bona, ſi quidem clericus habuit eccleſiam, illi eccleſiæ acquiruntur. d. c. excommunicamus. §. 1. clemen. 2. eo. titu. faciunt quæ ſcripſi ſupra in titu. de bonis vac. nume. 10. aliàs acquiruntur fiſco eccleſiaſtico, mobilia & immobilia, Oldr. conſi. decimoſeptimo, Car. in clemen. ſecunda. in 6. quęſ. eod. ti. Felin. d. cap. vergentis, in primo not. Burſat. conſi. quadrageſimotertio, numero 37. & 38. in primo, diſtribuenda per epiſcopum in pios vſus, vt ibi latè per eum, poſt Alfon. de Ca. in tract. de iuſta hæret. punit. c. 2. numero quinto: de conſuetudine tamen aliter ſeruatur in Hiſpania: nam fiſco Regio omnia acquiruntur, etiam quòd damnatus ſit clericus, ſicuti retulit Clarus loco pręcitato, poſt Didac. variarum reſol. libr. ſecundo, capit. nono, numero duodecimo, vbi ampliſſime in materia, & omnium latius d. Burſat. in d. conſi. 43.

Quintus caſus eſt in crimine repetundarum d. l. ex iudiciorum, intra annum tamen ex die mortis delinquẽtis. l. 2. ff. ad leg. iul. rep.

Sextus eſt in crimine peculatus, & de reſiduis. l. fin. ff. ad leg. iul. pec. intra tamen quinquennium ex die criminis cõmiſſi. l. peculatus. ff. eo.

32 Septimus caſus eſt in Apoſtatibus à fide: nam hi ſi uiuẽtes fuerint accuſati, & conuicti, bonis priuantur fiſco applicandis, & perpetuò à quocunque accuſari poſſunt. poſt verò eorum mortem intra quinquẽnium, & bona proximioribus ſuis fidelibus deferunt, & ex tunc commiſſo Apoſtaſiæ crimine interdicitur eis bonorum alienatio, & inteſtabiles redduntur. l. 1. cum tribus. ll. ſeq. C. de Apoſtat. & no. Sal. ibi.

Octauus caſus eſt in deſertore militiæ. l. quarta, C. de re milita. libro duodecimo.

Nonus caſus: in eo, qui necat aliquem, per cuius mortem ſucceſſio in illius bonis, vel hæredis illius, ſibi delata fuiſſet: nam fiſcus ad hoc, & ab eius hærede bona illa aufert. l. Lucius. ff. de iure fiſci.

Decimus caſus eſt in turpiter quæſitis ob aliquod ſcelus per defunctum commiſſum. d. l. Lucius, & l. fi. ff. ad leg. Iuliam pecul. & l. in hæredem, ff. de calumniato.

33 Nota tamen, quia in omnibus caſibus, in quibus reus poſt mortem damnatur, & fiſco bona deferuutur, debet fiſcus intra quinquennium agere, & de crimine docere ad effectum bonorum vendicandorum, & rei defuncti hæres poteſt de innocentia illius deducere, interim ſuſpenſa publicatione. l. res quæ, in princip. ff. de iure fiſci, & l. fina. C. eodem. Secundum ſecundam lecturam, & l. ſecunda, C. de vectigal. ſic Odofred. in l. eorum. C. de iure fiſ. libro 10. alioquin præſcriptione quinquennij fiſcus excluditur, & rei defuncti hæres moleſtari amplius nequibit, l. 2. vbi Bartol. C. de apoſt. gloſ. & Sal. in d. l. Manicheos. Rom. ſingu. 471. Cep. conſ. 17. nu. 7. ubi ĩ crimine lęſę maie. Barb. cõſi. 70. in 4. Boe. deciſ. 264. nu. 18. vbi in crimine inceſtus, Felyn. in capitulo cum nobis numero duodecimo extra de præſcrip. vbi limitat in fiſco eccleſiæ: per text. in capitulo ſecundo de præſcrip. in ſexto Marſil. in repet. l. fina. numero 133. ff. de iuriſdictio. omn. iudi. Grãmat. d. deciſ. 105. numero 22. Clarus in criminal. in §. læſæ maieſtatis in fine, & d. Gigas in ſuo tract. de crimine læſæ maieſta. quæſtio. 23. numero primo, & quæſtio. 27. in ſecunda parte, Didac. de ſponſalibus in ſecunda part. capitulo ſexto. §. octauo, ſub numero 16. Vbi ampliat, etiam quòd hæredes ſciuerint: ĩ fiſco vero eccleſiæ forte currit præſcriptio quadragenaria, & non minor, vt ex Felyno dixi ſupra, & eſt gloſ. notab. in capitulo accuſatus: de hęret. in ſexto, dixi in tertia parte in titulo de præſcrip. fiſcalibus, ſub num. 30.

34 Item notandum eſt: ꝙ ſententia non

debet ferri contra mortuum: nam inua
lida eſſet: quia mortuus non condem-
natur,l.in ſumma.§.fin.ff.de re iud.& l.
fi.ff.quæ ſent. ſine appel. & in ter minis
tradidit Roman. d. ſingul. 522.& 629.
Sed iudex debet damnare memoriam
illius defuncti, & eius bona publicare
pro tali delicto, vel pronun ciare, illum
tale delictum commiſiſſe.gl.in verbo dã
nata,in §.per contrarium,inſtit. de hæ-
red.quæ ab inteſt.def.Bal. qui hanc pra
cticam docuit conſil.60.in 2. Cepol.di-
cto conſ.17. nu.3.Ang.Aret.in d.§.per
contrarium, & in ſuo trac.de malefic.in
verbo, qui dominus iudex, nu.42.Grã.
deciſ.6. Guliel.Mainer. in l.ſicut pœna,
num.15.ff.de regul.iur.d. Gigas de cri-
min.læſæ maieſt.in 2.parte, q.20.& 22.

Sunt & alij caſus,in quibus, Reo de-
functo, adhuc de illius crimine quæri-
tur,veluti in aſſaſinijs, & mãdatoribus,
ad tex.in c.pro humani,de homic.in 6.

35 Decimus tertius caſus eſt, cum hære
des defuncti ad purgandum infamiam,
quę publice contra defunctum laborat
de aliquo crimine, volunt ad detegen-
dam illius innocentiam, quod de crimi
ne ipſo cognoſcatur. nam id fieri iure
conceditur,l.pe.§.Seia.ff.de adimen.le-
ga.ubi Alber.no.Bal.& Ang.in l.1.C.ex
delict.defunct.Bar.& Alex.ad eum in d.
l.ex iudiciorum,Ioan.de Platea,in l.eo-
rum.C.de iure fiſ.lib.10.Gigas in d.2.
parte,q.28.Anton.Gomeſ.Delictorum
c.1.ſub nu.83. Quicquid contra ſenſe-
rit Saly.in l.1.C.ſi reus, vel accuſ.

36 Decimuſquartus caſus eſt: cum pro-
ceſſus fuiſſet formatus: & factum ſic li-
quidatum, quòd ſententia eſſet feréda
cõtra Reum, vel quia Reus ſolemniter
confeſſus fuiſſet delictum:in his ſanè ca
ſibus ſentẽtia ferri poſſet declaratoria
delicti cum publicatione bonorum,niſi
hæres confeſſionem illam reuocet,& in
nocentiam defuncti probet, Bal.in d.l.
1.nu.3. C. ex del. def.ubi idem conclu-
dit in pœnis pecuniarijs,& ad l.ex iudi-
ciorum, reſp.ꝙ requiritur ſentẽtia, vel
ęquipollens aliquid ad condemnatio-
nem,ſequitur Ang.ibi,& in l.infamem.
ff.de priuat. delict. cum alijs adductis
per Cur.dicto conſilio 60.ſub num.11.
& 12.& per D.Menoch.dicto conſ.99.
numero 175.

37 Intellige,quod dixi de Reo confeſſo:
in uera confeſſione per eum facta, non
autem in confeſſione tacita,& præſum-
pta à lege inducta, vel in confeſſione fi-
cta per contumaciam: hæc enim hære-
dibus non nocet,Bar.in l.eius qui dela-
torem.ff.de iure fiſ.Bal.in terminis in l.
2.C.de eden.Ang.in d.l.1.nu.5.Imo.in
l.qui à latronibus.ff.de teſta.Alexan.&
Iaſ.in l.2.C. qui teſt. fac. poſ. cum alijs
adductis per Curt,loco prox.alleg,ato.
num.20.& 21. ubi pulchrè in propoſi-
to declarat, quando confeſſio dicatur
ſolemniter in iudicio facta.

38 Sed contra pręmiſſa obſtare videtur
gl.in d.l.ex iudiciorum, quatenus con-
cludit,quo ad effectum extinctionis cri
minis,publicationis bonorum,vel alte-
rius pęnæ pecuniarię,paria hęc eſſe,vel
quòd Reus decedat ante ſententiam,
uel poſt ſententiam, intra tamen tem-
pus appellandi,quam ſanè gloſ.ſecutus
eſt Dy.ibi,Bal.in l.3.nu.5.C.ſi pend.ap-
pell.Imol. in l.defuncto.ff. de publ. iud.
& Sal.in l.fin.ſi Reus,Bald.conſi.382.in
1.Verum gloſ.opinio non eſt tuta :nam
contrarium tenuerunt Vltramon.quos
ſequitur Bart.in d.l.ex iudiciorum:nam
ſufficit litem conteſtatam & condemna
tionem eſſe ſecutam, vt pęna reſpectu
bonorum contra hæredes tranſeat, nã
ſic ſatisfactum eſt verbis legis in d.l.ex
iudiciorum:idem Bar.in l.ſi qua pęna.ff.
de verb. ſign.vbi in pęnis ita concludit,
licèt ſecus in mulctis, & hanc probauit
Bal.ipſe in d.l.qui à latronibus, & ſubſe-
quitur Imo. dicens melius cogitaſſe, ſic
etiam tenuit Ang.in d.l.1.C.ex del.def.
latiſſimè autem ſcripſerunt Ang.de Ma
lefi.in ult gl.Nellus in 4.par.1. tempor.
in 3.q.& nonnulla vlt.tẽp.in 2.par.q.7.

Et ſanè communis eſt concluſio, ꝙ
vbi iudex æque principaliter condem-
nauit Reum in perſona, & in bonis, ſi
reus decedat intra tempus ad appellan
dum ante appellationem interpoſitam,
ſententiam



ſententiam in parte bonorum non eua
neſcere,ac idcirco, niſi hæredes appel-
lent,ſententiam tranſire in rem iudica-
tam:ſi verò iudex non principaliter,ſed
acceſſoriè condẽnauit in rebus,de quo
ſtatim dicetur, & hoc caſu, quia mor-
tuo reo intra tempus appellandi,perit
ſententia circa principalem perſonam
ipſius rei, euaneſcit quoque in acceſſo-
ria bonorum cõdemnatione,& hoc ca-
ſu rectè procedit gloſſ. ſupra allegata.
Quandoque verò iudex nihil de bonis
expreſſit, ſed bona veniunt publicanda
in conſequentiam ipſius delicti,de quo
reus fuit condemnatus,& eo caſu Ang.
Aret.concludit, hæredem defuncti ap-
pellare non poſſe,& ſententiam non ap
pellatam per reum,exequẽdam eſſe cõ-
tra hæredes,quo ad bonorũ ademptio
nem,& malè,iudicio meo.

39 Quia hæredes à ſententia lata cõtra
reum,defunctum intra tempora appel-
landi,appellare poſſunt pro ſuo intereſ-
ſe reſpectu bonorum, ad tex.in d.l.filia.
§.Seia,ſic Bal.in d.l.3.C.ſi pend.appell.
& in d.l.1.col.3.C.ex del.def.ſenſit.Bar.
in d.l.ex iudiciorum,& Alex.ad eum,&
nota dum dixi intra tempus appellan-
di,quia poſt non audiuntur.& ea ratio-
ne infertur, quòd ſi reus poſt bannum
illatum obtinuerit literas ad nouas de-
fenſiones faciendas, ſi interim ante ea-
rum uſum deceſſerit, hæredes illius nõ
audiantur ſuper nouis defenſionibus,
ad retractandam bonorum publicatio-
nem, quod tamen dictum ambiguum
videtur, quaſi quòd gratia illa habeat
vim reſtitutionis, vel appellationis, de
quo ſanè puncto uidendus eſt Egid.
Boſ.in tit.de remed.iuſtit.col. ult.quali-
ter autem debeãt formari defenſiones
in perſonas hæredum,tradidit Bal. ipſe
in d.l.1.nu.9.poſt glo.in l. ſi ſeruus,ff.de
bo.au.iud. poſ.Redeũdo modo ad prin
cipalem punctum:ex gl.pręall.& Docto
rum opinionibus poſt eam,habemus,ꝙ
crimen extinguitur etiam reſpectu bo-
norum,ſi reus decedat etiam poſt ſentẽ
tiam intra tempus ad appellandum:for
tius igitur ſi ante ſententiam: quamuis
formatus fuiſſet proceſſus,& cõcluſum
in cauſa, nec aliud expectaretur,quàm
ſententia contra reum: ideoque relata
Bal.opinio ſupra nu.13.non videtur tu
ta, quæ etiam alio ſolido fundamento
improbatur, & reijcitur per Gomeſ.lo
co præalleg.

40 Nam lata ſententia contra reum ca-
pitali de crimine,cum bonorum publi-
catione,& interpoſita per Reum appel-
latione, eoque defuncto,pendente ap-
pellationis cauſa,extinguitur crimen &
pronunciatum, etiam reſpectu publica
tionis bonorum: modo tamen bonorũ
confiſcatio tacite inſit ex natura delicti,
vel etiam per iudicem expreſſa ſit acceſ
ſorie, & non æque principaliter, vt eſt
caſus in l.1.ff. ſi penden. appellat.in l.3.
C.eod.& in l.fi.C.ſi Reus,vel accu.mor.
fuer.gl.& Doctor.in l.in ratione.§. cum
quidam.ff.ad leg.Fal.Dicitur autem ac-
ceſſorie facta, quando iudex dixiſſet cõ
demnamus pro tali delicto Titium in
perſona cum bonorum ſuorum publica
tione: principaliter autem quando di-
xiſſet: & in bonorum publicatione:etiã
quod delictum eſſet tale, pro quo ex ſui
natura,bona venirent publicanda:quia
dictio, cum, pro ſui natura, coniungit
acceſſorie,dictio vero,&,copulat princi
paliter, conſequenter bonorum publi-
catio,quia alio modo fuit facta, quàm
de iure tacitè inſit, diuerſum effectum
operatur,ideo morte rei nõ perimitur,
ſed eius hæredes tenẽtur proſequi cau
ſam appellationis, & illam tueri:ſic Bar.
in d.l.1.ff.ſi penden.appellatio.& in l.3.
ff.de le.1.Bal.in d.l.1.C.ſi pẽden.appel-
latio.& in l.1.nu.5. C.ex delict.defunc.
Salyce.in l.fi.C.ſi Reus,Cepol. conſilio
decimoſeptimo, numero trigeſimoſex-
to,& eſt communis,Iaſ.d.l.3.nu.45. ni-
ſi expreſſe conſtaret, iudicem ad ius ſe
retuliſſe, adeo quòd noluerit alterare
iuris diſpoſitionem: tunc enim copula
vim rei non alteraret: ueluti egregie diſ
ſerit Salic.ibi.& ſequuntur poſteriores.

41 Vtrum autem procurator, ſeu fiſci
aduocatus ſit citandus, dic in cauſa ap-
pellationis interpoſitæ per Reum con-
demnatum

demnatũ ſuperſtite accuſatore, & proſequente accuſationem, non eſſe neceſſariam aduocati fiſcalis intereſſentiam, prout nec in prima inſtantia, ſic Saly. in d.l.fi.C.ſi reus, ſed mortuo reo, quia accuſatio quo ad eius perſonam extinguitur, nec durat inſtãtia, niſi reſpectu bonorum confiſcandorum, idcirco fiſci aduocatum neceſſario citandum eſſe cenſeo, pro iuribus fiſci tuendis, ad hoc tex.in l.Lucius.ff.de iure fiſci.

42 Decimuſquartus caſus eſt in pœna fraudatæ gabellæ, nam contra hæredes exercetur intra quinquennium tamẽ, & in re ipſa.l.commiſſa, & l.fraudati, & ibi Bar.Pau. & alij not.ff.de publ.l.2.C. de vectigal.gl.& Bar.in d.l.ex iudiciorũ: de. lara ut per gloſ.& Pau. Caſtr.in d.l. fraudati. intellige cum lex imponit pęnam ipſo iure, ſecus ſi requireretur ſententia.Cepol.cõſ.59.nu. 5. in ciuilibus.

43 Decimuſquintus caſus eſt, cum ex forma ſtatuti reus abſens habetur pro confeſſo,& cõdemnato,gl. & Doc.in l. pen.§. quod ait prætor.ff. quod quiſq; iur.Ang. in d.l.vnica,nu. 5. C.ex delict. def.Mar. Laud. in tract. de fiſco. q.98. vbi ſecus dicit, ſi ſtatutum diſponeret, quòd haberetur pro confeſſo, quia vlterius requireretur nedum declaratoria ſuper cõfeſſione præſumpta iuxta Bar. in d.l. eius qui delatorem.ff. de iure fiſ. Sed vlterius requireretur ſententia diffinitiua ſuper crimine contra Reum abſentem, aliàs crimen, eo mortuo, extinguereť, hic aũt caſus depẽdet a primo.

44 Decimuſſextus caſus eſt, cum ex forma ſtatuti, procedi poteſt contra abſentem pro aliquo delicto ad diffinitiuam: nam eo caſu, etiam citra litis conteſtationem, cõdemnato reo, per diffinitiuã cum publicatione bonorum, poterit ea ſententia exequi contra illius hæredes, ſic Bar.contra Dynum in d.l.ex iudiciorum, col.2.Sequitur Bal.in l.qui a latronibus.§.1.ff.de teſtamen. ubi ſecus concludit in ſentẽtia banni interlocutorie lata. Et ita intelligit, & ſaluat dictum Dyni,& idem Bald.in l.ſi plures, nu.27. C.de cond.inſer. & idem Bald.in l.data opera nu.89. C. qui accuſ.poſ. Et licet Imo. in d. §.1. indiſtincte approbet dictum Dyni, attamen à Barto. ſententia non eſt recedendum, quam probauit Ang.de maleſi.in gl.qui dominus iudex videns.nu. 45. Nellus in 1.par.2.temp. q.7.Bal.in l.1.nume.6. C.ex deli. def.

45 Decimuſſeptimus caſus eſt, ĩ eo qui metu criminis ſe ipſum ĩterfecit, de quo latius in tit.præced.

46 Adde quòd in quibuſdam partibus, indiſtincte, ante exactam pęnam, vel inſiſcata bona, reo naturaliter decedente, omnis pecuniaria, vel confiſcatoria pęna extinguiť, nec ab hæredibus exigi poteſt: Nellus in 1. par.2.temp.quæſt. 7.& ſignanter.

47 Iuxta pręedicta quęro, quid ſi lata ſententia capitali, cum bonorum publicatione, iudex intra tempus appllandi, illam executus ſit in perſonam rei delinquentis, an illius hæredes appellare poterunt ab ea ſententia in parte confiſcatoria bonorum, Bal.in d.l.1. ſub nu.10. C. ex del. def. determinat pro hæredibus, ſi grauati fuerint contra formam iuris, puta contra prouiſionem, authen. Bona dãnatorum, & ibi inquit, quod iudex in reum ſponte cõfeſſum, vel in flagranti crimine compertum poteſt ſententiam capitalem exequi, reiecta illius appellatione uti notorie iniuſta,& calumnioſa.

48 Item quæro quid ſi reus fuit abſolutus, actor autem appellauit, utrum defuncto reo crimen extinguatur. Bald.in d.l.1.nu. 6.concludit negatiue per text. in l.Lucius.ff.de iure fiſ.& idem Bald.in fine illius legis.

Ego contra ſentio, quia iura requirunt coudemnationem rei cum expreſſa bonorum ademptione, d.l.ex iudiciorum: cum ſuis cõcordan. nec tex.in d.l. Lucius: ad rẽ iſtã pertinet gl. & Bar.ibi.

## DE LITIGIOSIS.
## Titulus. VI.

1 *Litigioſam rem vendens, & emens in pretio fiſco applicando punitur.*

2 *Litigioſi vitium non inducit ſimplex nunciatio.*

3 *Litigioſa res, & actio efficitur per ſolam citationem cum agitur de iure dominij, vel quaſi de iure vſusfructus.*

4 *Litigioſa res non redditur reſpectu dominij cum controuertitur de poſſeßione.*

5 *Poſſeßio litigioſa efficitur cum de poſſeſſorio quæritur.*

6 *Litigioſa efficitur actio poſſeſſoria per litis conteſtationem.*

7 *Litigioſa efficitur res, & actio per citationem cum agitur pro iuribus realibus incorporalibus.*

8 *Litigioſa quo modo efficiatur res, & actio cum agitur pro iure ſeruitutis.*

9 *Litigioſa efficitur perſonalis actio per litis conteſtationem.*

10 *Litigioſa an efficiatur res cum pro ea perſonali agitur.*

11 *Litigioſa res non efficitur cum agitur de aliquo opere in re faciendo.*

12 *Litigioſa res alienata lite pendente, an reuocetur per viam attentati.*

13 *Litigioſa res efficitur, cum agitur officio iudicis, prout cum agitur perſonali.*

14 *Litigioſa res efficitur ĩ iudicijs mixtis per ſolam citationem, prout in realibus.*

15 *Litigioſa res efficitur in iudicijs mixtis perſonalibus, prout cum perſonali agitur.*

16 *Litigioſa res non efficitur cum agitur perſonali ad factum.*

17 *Litigioſam rem non facit ſupplicatio.*

18 *Litigioſam rem non reddit proceſſus coram arbitris.*

19 *Litigioſi vitium plures operatur effectus: nam nec res, nec actio alienari poteſt.*

*Fiſcus rem, vel actionem litigioſam non alienat.*

20 *Litigioſa res alienari non poteſt.*

21 *Nec legari, nec per fideicom. relinqui.*

22 *Nec domui ſacræ dedicari poteſt.*

23 *In dotem tamen dari poteſt. item diuidi, & de ea tranſigi.*

24 *Litigioſa res, vel actio in quibus caſibus in alium transferri poteſt: non agit ceſſionarius, ſed cedens.*

25 *Litigioſa res poteſt præſcribi.*

26 *Litigioſa res alienari poteſt de partium conſenſu.*

27 *Litigioſa re alienata: quia alienatio nulla eſt, ideo ſententia contra alienatorem lata poteſt exequi contra alienantem.*

28 *Litigioſam rem alienans, & acquirens pœnis legalibus afficiuntur: quod declara, vt ibi.*

29 *Litigioſam rem alienans poteſt illam redhibere.*

30 *Alienans nulliter, & contra legem, poteſt rem alienatam vendicare.*

31 *Venditor licet non poßit allegare venditionem fuiſſe factam in fraudem creditorum poteſt tamen dicere illam nullam, & ſimulatam.*

32 *Litigioſa re alienata, nec dum tradita venditor pœnitere poteſt.*

33 *Litigioſæ rei emptor ſi cõtra tertium agat poteſt exceptione repelli.*

34 *Litigioſa re mobili alienata, quæ rehaberi non poßit, quemadmodum conſulatur actori.*

35 *Venditor promittens de euictione ſub pœna dupli tenetur, quamuis venditio ſit nulla, quia de re litigioſa.*

36 *Litigioſa re alienata, quilibet deferre poteſt pro pœna fiſco inferenda.*

37 *Popularis eſt actio cum agitur de pœna fiſco applicanda, etiam ex cauſa delicti priuati.*

38 *Litigioſæ rei confirmatio obtenta à ſuperiore nulla facta mentione litis pendentis nihil operatur.*

39 *Litigioſi vitium cõtractum quibus modis finiatur. Et primo per lapſum inſtantiæ iudicialis.*

40 *Litigioſi vitium tranſactione, & renunciatione litis finitur.*

41 *Item lata abſolutoria pro reo.*

42 *Litigioſas res, vel actiones fiſcus an ſuſcipere valeat.*

*Fiſcus an ſuſcipiat actiones, vel res litigioſas.*

43 *Fiſcus priuato contra priuatum patrocinium non præſtat.*

44 *Etiam quod priuatus offerat fiſco partem rei.*

45 *Fiſcus a debitore fiſcali oblatas actiones, an ſuſcipere debeat.*

46 *Fiſcus in ſubſidium debitorem ſui debitoris*

*ris conuenire poteſt.*

47 *Fiſcus pro ſuo intereſſe poteſt aſſiſtere liti, quæ vertitur inter ſuum debitorem, & inter alium priuatum.*

1 REM litigioſam vendens, vel aliter alienans, in precio ipſius rei punitur, fiſco applicando, l.fin.C.de litigioſ. Verum vt materia pateat. Primò videndum eſt, quando dicatur contractum litigioſi vitium, ita vt alienatio impediatur. Secundò, quid operetur uitium litigioſi. Tertiò, quibus modis finiatur.

Circa primum, notandum eſt, quod in huiuſmodi tractatu, duæ perſonæ principaliter ſpectantur, quæ in iudicio occurrunt: ſcilicet actor, & reus: conſequenter circa vitium litigioſi ex parte actoris conſideratur actio, ex parte rei conuenti conſideratur res, quæ in controuerſia extat: Quocirca vidēdum eſt, quando ſit contractum vitium litigioſi reſpectu actionis: mox, & quando reſpectu rei contentioſæ.

Præmittendum item eſt: quòd aut agitur actione reali, aut pſonali, uel mixta, quibus ſic præmiſſis, colligendo dicta Bart.in l.1.§.ſi inter.ff. de litigioſ. & in l.2.& fi.C.eo.& per d.Abb.in cap.eccleſia: ext.vt lite pend.ac per Doctores in locis allegandis, infraſcriptas conſtituo concluſiones.

2 Prima eſt, ſimplex denunciatio iudicialis, abſque citationē, non operatur litigioſi uitium, l.1.in princ.ff.de litigioſ.l.1.C.eo.l.ſi alienam.ff.pro empt.& notatur in dictis iuribus.

3 Secunda concluſio: cum agitur actione reali, & tractatur de dominio, uel quaſi, ut in Publiciana, uel de eo, quod eſt pars dominij, vt de uſufructu in actione confeſſoria, in his caſibus, per ſolam citationem, abſque etiam litis conteſtatione, iure nouo, & res, & actio, efficitur litigioſa, uitiumque litigioſi contrahitur: caſus eſt, in auth. litigioſa: ubi glo.& Docto. & in corpore vnde ſumitur.C.eo.Bar.in d. §. ſi inter, & in dicta l.2.Bal.& Sal.ibi.hanc autem concluſionem in re admittit, ſed in actione negat Abb.in dicto cap.eccleſia, ſub nume.7. ſecutus Ioann.And.in cap.fin.ext. eod. motus ea ratione: quia iure antiquo in actione reali res, & actio efficiebatur litigioſa per ſolam litis conteſtationem. l.2.C.eo. iura autem noua: in auth. de litigioſis, aliter prouident in re, de actione autem non loquuntur. igitur reſpectu actionis à iure antiquo nō recedēdū, ſequitur Guido Papa q.337.n.6.

Sed alia opinio, pro ut communior, ita etiam verior eſt: quia ſi per editionem actionis ex ſola citatione res ipſa redditur litigioſa a fortiori actio ipſa, nam propter quod unum quodque tale, & illud magis, auth. multo magis.C. de ſac. ſanc.eccleſ.

Item quia actor non debet eſſe melioris conditionis in actione, quàm ſit reus in re, pro qua conuenitur.

Intellige tamen præmiſſam concluſionem, ut ex ſola citatione res efficiatur litigioſa, modò tamen ex ea reus factus ſit certus de re ipſa, pro qua conuenitur ī iudicio, Sal.in d.l.2.in fi. Paul. Caſ.in l.1.C.com.diui.tex.in cle.2.extr. ut lite pend. Intellige quò ad collitigantes, non quò ad alios. l.1. ſecundum vnam lecturam.C. de præſcr.30.ann.ubi Ange.& Bal.

4 Tertia concluſio: cum agitur actione reali, ſed non quæritur de dominio, vel quaſi, aut de eo, quod eſt pars dominij: ſed de poſſeſſione, ut quia poſſeſſorio agatur: uel quia hipothecaria ad aduocandum poſſeſſionem, tunc res non efficitur litigioſa etiam poſt litis conteſtationem, quia pro iure dominij poterit alienari, nempè, cum proprietas nihil commune habeat cum poſſeſſione, de qua controuertitur. Caſus eſt in d.§.ab hoc, in auth. de litigioſ.Bar. in d.§.ſi inter, Bar.Bal.Sal.& alij in d.auth. litigioſa, & in d.l.2. glo. Bal. & Pau. in d.l.1.C. com.diuid.Bal.Ange. & alij in l.1. C.de præſcrip.longi temp.& tradit d.Abb.in d.c.eccleſia, nu.7.ubi inquit, quòd poſſeſſor conuentus hipothecaria, poterit

rem



rem alienare ſalua cauſa pignoris.

5 Poſſeſſio tamen litigioſa alienari nequibit, Abb. & Dec. in cap. 1. extra de confir.vtili.

6 Actio tamē ipſa hipothecaria, & poſſeſſoria, per litis conteſtationem efficitur litigioſa, not.omnes in locis præall. & eſt caſus in l.fi.C.eod.

7 Quarta concluſio: cum agitur actione reali pro iuribus incorporalibus: qa actor dicat: iuris ſui eſſe, vt quia agat ad præbendam, vel quia dicat iuriſdictionem habere, in his idem eſt, pro vt cum agitur iure dominij, vel quaſi, ad rem aliquam corporalem, ſic poſt Inn. in c.cum M. extra de conſti. tradiderūt Imo.& Abb.in d.c.eccleſia.& ſenſit Bal. in d.Auth.litigioſa in fi.clarius idē Bal. & Caſt. in d.l.1.C.com. diuid. & in beneficialibus eſt tex.in c.cauſam. ext. de teſtib.& in clemen.ſecunda, extra vt lite pend. cum pluribus adductis per D.Decian.conſ.34.in 1.

8 Quinta concluſio: cum agitur actione reali pro iuribus incorporalibus reſpectu alicuius ſeruitutis, quia actor in confeſſoria dicat ſeruitutem ſibi deberi, vel quia negatoria agat, in his ſanè, res ipſa pro qua reus conuenitur, non efficitur litigioſa etiam per lit. conteſt. actoris autem actio ſic, l.2.& l.fi.C.eod. Bart.in d.§.ſi inter. & in d.l.2. C.eod.& eſt communis concl.vt per Abb.in d.capit.eccleſia.

9 Sexta concluſio: cum agitur actione perſonali pro re aliqua, actio quidem per lit. conteſt. redditur litigioſa, l.2.& l.fin.C.eod. & paſſim admittunt omnes, Bart.in d.§.ſi inter, & in dicta l.ſecunda, quem cæteri ſequuntur Abb. in dicto cap.eccleſia.

10 Res autem, pro qua perſonali agitur: an efficiatur litigioſa, ſunt opiniones. nam Bar.in d.§.ſi inter, tenuit affirmatiuam, lite tamen conteſtata, quem ſecutus eſt Saly.in l.2. C.eo. idem ſenſerunt glo.Bar.& Imo.in l.quamquam. §.Iulianus.ff.de aqua plu.arc. Ang.in Auth.de litig. Imo. in d.c.eccleſia. & in c.dilectæ. extra de appel. quem ibi ſecutus eſt Felin. col. vlt. Iaſ.conſ.43. in 2.dubio in 1. vbi enixè tuetur hanc opinionē, dicens, temerarium eſſe ab ea recedere, quam etiam probauit Didac.in practicis c.15. ſub num. 6. Intelligendo tamen, pro ut omnes intelligunt: quando agitur perſonali ad certam rem pro illius dominio conſequendo, veluti exempto, donato, vel alia ſimili cauſa, & pro iſta ſententia adducitur tex.in l.2. C.eod.item & ratio, vt ſcilicet actor, & reus ad paria iudicentur: nempe perſonalis actio ex parte actoris lite conteſtata remanet litigioſa, & quia non debet licere reo, quod non licet actori, per quas rationes cum horum opinione pertranſiuit Ripa in d.c.cum M. num.193.

Contra vero ſtat communis ſentētia legiſtarum, & Canon. prout fatētur Felyn.Didac. & Ripa in locis proxime adductis, & fuit originalis opinio Innoc.in d.c.cum M.quem ibi ſequūtur Hoſtien. Ioan.And. Card.Ant. & Abbas, Bart. & Bal.in l.2.C.eo. Abb.in d.c.eccleſia. Bal. & Pau.in d.l.1. C.commu. diuid. & nouiſſime Aymo.Crau.conſ.279.col.2.

Mihi autem præcedens opinio magis conſonat per rōnes ſupra adductas.

11 Illud autem planum eſt, ſecundū omnes, quòd ſi agatur perſonali ad quantitatem, vel etiam ſi agatur perſonali pro aliquo opere faciendo in aliqua re, ea res nunquam efficitur litigioſa per text. in d.l.quamquam.§.Iulianus.ff.de aqua plu.arc.& ibi no.glo. Bart.Imo.Rom. & Pau.& tradiderunt *Bart. & alijs* in locis præcitatis.

12 Sed vtrum res litigioſa in perſonali, alienata lite pendēte reuocari poſſit per remedium, vt lite pendente nihil innouetur: videndus eſt Felyn. in c. dilecte. col.pen.extra de except.

13 Septima concluſio: cum agitur officio iudicis, idem ſtatuendnm eſt, prout cum agitur perſonali, nempe officium iudicis naturam perſonalis actionis ſortitur, Bal.in d. Auth.litigioſa, in fine: poſt Innocen.in dicto cap.cum M.idem Bal. conſilio 40.maritus, lib.1.Ripa d.c.cum M.numero 192.

14 Octa-

14 Octaua concluſio, cum agitur ad factum, non ad rem: res ipſa non efficitur litigioſa, exempli cauſa: quia dominus petat obedientiam a ſuis ſubditis: nam non prohibetur alienare iuriſdictionẽ, Innoc. in c. ex parte, extra de arbitr. ſequitur Bal. in l. 1. in fi. C. com. diuid. conferunt quæ ſupra dixi num. 11.

15 Nona concluſio: cum agitur actione mixta reali, & perſonali, in iudicio vniuerſ. veluti petitionis hæreditatis, aut familiæ erciſcundæ, res efficitur litigioſa per ſolam iudiciariam conuentionem, itẽ & actio, Bar. in d. §. ſi inter, & in d. l. 2. per tex. in l. Diuus. ff. de pet. hæred. & in l. alienationes. ff. fam. erciſ. eſt verum, ꝙ d. Abb. in d. c. eccleſia: quãtum ad actionem recedit à Bar. ſentiens quòd requiratur litis conteſtatio: opinio tamẽ Bar. magis placet, pro ut in reali, quam probarũt Bal. & Pau. in d. l. 1. C. com. diuid.

16 Decima concluſio: cum agitur actione mixta in iudicijs particularibus, veluti in iudicio communi diuidundo: res & actio per ſolam litis conteſtationem efficitur litigioſa, l. 1. C. com. diuid. l. fin. C. de litig. Bar. in d. §. ſi inter, & in d. l. 2. Cuius opinio eſt communis per Docto. ibi Bald. & Pau. in d. l. prima. Abb. in dicto c. eccleſia.

17 Vndecima concluſio: ſupplicatio facit rem litigioſam: Guido Papa q. 337. nu. 3. adducit Henrich. Boich. in c. cauſam. extra de teſtibus. Tu aduerte quia Henric. contradicit, & rectius. ideo propoſitio eſt formanda in oppoſitum.

18 Duodecima concluſio: proceſſus coram arbitris non facit rem litigioſam, Bald. in d. l. 1. C. com. diuid. Alex. in l. filiusfamil. §. diui. nu. 18. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. 2. in pen. col. C. de eden. adducunt rationem, quia arbitri ſententia non impedit translationem dominij. c. Raynaldus, & ibi notatur extra de teſta.

Videamus modo, quos litigioſi vitium operetur effectus, ad quod reſpondetur.

19 Primò ex parte actoris ſtatim, quòd actio eſt effecta litigioſa, non poteſt per eum alteri cedi, aut aliquo titulo in aliũ transferri. l. fi. C. de litig. & pro vt infra de rebus dicetur.

Idq́ue etiam fiſcus obſeruat, nam bona & iura, quę in controuerſia ſunt, ſibi ipſi alienandi poteſtatem adimit. l. res, in princ. ff. de iure fiſ. qui ſanè text. ad hoc commode allegatur.

20 Secundò ex parte rei cõuenti, res ipſa ſtatim, quòd effecta eſt litigioſa, non poteſt amplius alienari. d. l. Diuus. ff. de pet. hær. toto tit. ff. & C. de litigioſ. & intellige verbum alienationis largo modo, vt nec etiam pignorari particulariter poſſit, l. 1. §. fi. ff. quæ res pign. & ibi notatur, Bart. in d. §. ſi inter, Abbas d. c. eccleſia. num. 9. Gl. Cyn. Bal. & Pau. in l. 1. C. com. diuid. Item nec ĩ emphyteuſim concedi, nec ad longum tempus locari, quia locatio ad longum tempus eſt ſpecies alienationis: ad not. in l. cum pater. §. inſtituto. ff. de leg. 2. & in l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficieb. Et ita in terminis tradit Abb. in d. c. eccleſia. el primo, numero 9. poſt gl. in c. eccleſia. el ſecondo, extra eo. vt lite pend.

Ad modicum tamen tẽpus locari poterit: modò tamen non locetur potentiori: à quo poſtea difficilis ſit illius recuperatio, vt Abb. ibi optime declarat. Itẽ nec vendi, nec donari, nec cum alia re permutari: & contractus aliàs factus, cum inſtrumentis ſuperinde rogatis, eſt ipſo iure nullus, d. l. fi. C. eo.

21 Item nec legari, nec per fideicom. particulare alicui relinqui poteſt: quò ad hoc vt res ipſa legatario, & fideicõmiſſario particulari tradatur: tenetur enim hæres litem proſequi, cui legatarius, vel fideicommiſſarius pro ſuo intereſſe aſſiſtere poſſunt, quaſi dubius litis euentus eis videatur relictus, & hoc iure nouiſſimo conſtitutum fuit: licet antiqua iura aliud ſtatuerent, vt eſt caſus, in auth. Nunc ſi hæres, & in corpore vnde ſumitur. C. de litig. & ibi notatur: non tamen imponitur pœna aliqua teſtatori, vel eius hæredi pro eo, quia res litigioſa legata fuerit, Bald. in d. l. fi. in vlt. verbis.

22 Item nec domui ſacræ dedicari poteſt: quò ad effectum, vt res ipſa fiat ſa-





cra, punitur tamẽ reus in duplum pretij ipſius rei, actori exhibendi, vt eſt caſus in l. fi. ff. eo. à quo per iura noua receſſum non fuit, vt in puncto aduertit Abb. d. c. eccleſia, ſub nu. 10.

Poteſt tamen res, vel actio litigioſa in dotem dari, item propter nuptias donari.

23 Item ex cauſa tranſactionis, etiam ſi cum alio, cum quo de eadem re eſt controuerſia, tranſigam. Item & diuidi poteſt cum eo, cum quo communis ſit, caſus eſt de his omnibus. in l. fi. C. eo. adde duos alios caſus, qui habentur in l. is a quo, 1. & 2. ff. de rei vend. & in l. pe. ff. de pet. hær. Et de tranſactione no. Abb. in d. c. eccleſia. num. 8.

24 Nota tamen, quòd in his permiſſis caſibus ceſſionarius non poteſt litem proſequi: ſed cedens: ita poſt Inno. concludit Abb. in c. 2. num. 5. extra de alie. iud. mut. cau. fac. per text. in d. Authen. Nunc ſi hæres.

25 Præſcribi tamen poterit res litigioſa per eum, qui bona fide illam acquiſiuit: ſpacio tamen 20. ann. quia vitium litigioſi rem non afficit, ſed perſonam: caſus eſt, & inde omnes notant, in l. 1. C. de præſcrip. lon. temp. Bart. in d. l. 1. §. ſi inter. Balb. de præſcr. in 2. part. 3. partis princip. ſub num. 53.

26 Alienari item poterit de partium litigantium voluntate, Bal. & Pau. in d. l. 1. C. com. diuid. Item & ex iudicis permiſſione, Ange. & Paul. in l. diuus. ff. de petit. hæred.

27 Tertiò, ex hoc, ꝙ contractus alienationis de re litigioſa ſit ipſo iure nullus: ſuccedit, vt ſententia lata contra alienatorẽ, exequi poſſit aduerſus in ea re ſucceſſorem, Bar. per illum tex. in d. l. fi. quẽ ibi ſubſequitur Sal. idem Bar. in d. l. 1. §. ſi inter. & in rep. l. creditores. C. de pig. Abb. in d. c. eccleſia. ſub nu. 10. late Soc. iun. cõſi. 92. in 3. & Por. Imo. conſ. 172. Didac. in practicis. c. 15. nu. 6. & adde ꝙ idem ſenſit Bal. in l. 1. col. 2. C. com. diu. & idem Bal. in l. 2. in fi. C. de litig. quam opinionem probauit d. Abb. in d. c. 2. ſub nu. 8. ext. de alie. iud. reiecta ſententia Inno. contrarium tenentis, & eſt ſpeciale in re litigioſa: nã ſecus eſt in re nõdum litigioſa alienata, nam ſentẽtia cõtra alienatorem lata, non poteſt exequi contra tertium poſſeſſorem, Ange. in l. 1. C. ſi vnus ex plur. Bal. & Imo. in l. ſi bine. ff. de iniuſto teſt. Cor. conſ. 215. in 4.

28 Quartò, qui rem, vel actionem litigioſam, alienauit, & qui eam acquiſiuit, pęnis legalibus afficiuntur. l. fi. ff. e. l. fin. C. eo. Sed vt materiam reſolutam habeamus diſtingue: nam quandoque venditor, & emptor ignorant rem eſſe litigioſam, & eo caſu neuter punitur, gl. & Docto. in d. l. fina. C. eo. Abb. d. c. eccleſia, & eſt ratio, quia ignorantia pęnã nõ meretur, vel ſaltẽ excuſat à pęna, c. cognoſcentes. ext. de conſtit. In emptore autẽ, & acquirente, de facili præſumemus ignorantiam. l. verius. ff. de proba. glo. & Doct. in dictis locis. in alienante autem præſumitur ſcientia, quia de facto ſuo agitur. l. quamquam. ff. ad Velle. Ignorãtia autem in eo quoque tolleraretur, ſi in ius alterius ſucceſſiſſet. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. vel ſi abſens fuiſſet, & per procuratorem generalem in partibus negocia ſua geſſiſſet: ſic ignorantiã alienantis, prætextant gl. & doct. in locis prædictis.

Si vero vterque ſcierit rẽ eſſe litigioſam: ſi quidẽ pretio fuerit alienata, emptor pretium amittit, & tantundem vẽditor, ſicq; duplicatum pretium fiſco infertur: ac annullato penitus contractu res venditori reſtituitur: ſi verò nõ fuit pretio alienata, vt quia donationis, vel permutationis titulo, tũc æſtimatur res & pro quantitate æſtimationis vterque mulctatur ad fiſci commodum.

Sin autem vnus tantum contrahentiũ ſciuerit, puta venditor, emptor quidem rem reſtituit, recepto à venditore pretio, cum alia præterea tertia eiuſdẽ pretij parte: in pęnam venditoris, vel cũ tertia parte æſtimationis rei, quãdo alienatio non fuit facta pro pretio.

Sed vtrum tali caſu venditor alias patiatur pęnas, ſunt opiniones, in trinas ſententias diſcordantes, quas retulit

glo.in d.l.fi.quidam quòd non; quia in pœnis benignior interpretatio eſt capienda.l.ſi de interpretatione.ff.de leg. & quia pœna non infertur, niſi lex exprimat.§. cum autem. in Auth. de non elig.ſec.nub.& hanc probauit Bar.

Secunda opinio fuit: venditorem in alias duas tertias pretij partes mulctari fiſco applicandas:ratio eſt,quia cum vterque ſcit, pęna eſt de toto pretio,ſeu de æſtimatione totius rei ab vtraq; parte fiſco inferenda, quare cum ob ignorantiam emptoris ei ſuccurratur,& pręterea eidē adiudicetur tertia pars pretij ipſius rei ad damnum venditoris,fas eſt, vt reliquæ duæ tertiæ partes fiſco quærantur, & hæc placuit Saly.

Tertij dicunt venditorem in ſolido pretio,fiſco damnandum, præter illam tertiam,quæ emptori relinquitur. ratio iſtorum eſt, quia vna pęna debetur propter vtilitatem priuatorum: alia verò propter rigorem publicæ diſciplinæ,argum.tex.in l.licitatio.§. quod illicite.ff. de public.& hanc tenent Cy.Iac. & Bal. Media opinio mihi videtur verior.

29 Vtrum autem alienator, qui in malafide fuit, poſſit rem redhibere ab eo, in quem alienauit,Bar.in d.l.fin.videtur ſentire negat.allegando tex.cum materia in l.viro atque vxore.ff.ſolut. matri. ſed contra eſt tenendum poſt Abb. in d.c.eccleſia:rō eſt,q̃a lex ipſo iure annullat cōtractū. d.l.fi.ideo rē vēdicare pōt.

30 Quia prohibitus rem alienare ex legis diſpoſitione,ſi illā alienat, quia inutilis eſt alienatio,poteſt rem vendicare. Paul.Caſt.in l.fi.C.com.de leg. Alexan. conſi.93.in 2.Affli.deciſ.335.in 2.dub. Gramma.deciſ.93. in cauſa illuſtris,Menoc.conſi.89.num.77.Nec obſtat Bart. Theor.in l. poſt mortem.ff. de adop.in primo caſu,fundata in l.ſi creditoribus. C.de ſer.pig.dato. vbi alienans non auditur veniens contra factum ſuum pro inualiditate alienationis per eum factæ in fraudē creditorum:Nam dicta Bart. in eo caſu procedunt in alienatione valida,q̃ tñ per tertios creditores,ꝑ actiones reuocatorias retractari poterat.

31 Diuerſum autem eſt, cum alienatio eſt inualida & nulla, prout in caſu ſubiecto:ideo venditor licet non audiatur allegans venditionem fuiſſe factā in fraudem creditorum: auditur tamē ſi dicat venditionem nullam & ſimulatam.l. cū proponas.C.ſi quis alteri,vel ſibi.ſic eleganter Bar.in l. poſt contractum.col.3. ff.de dona.& in ſuo.conſi.65.Petrus Nicolę.Pau.Caſt.in l.per diuerſas.C.man. & in conſi.58.viſis.in 2.

32 Illud autem conſtat, quòd ante rem traditam: quia contractus eſt nullus, vēditor conueniri efficaciter non poterit, quod etiam iure antiquo ope exceptionis conſtitutum fuerat.l. 2.ff.de litigioſ. Bar.ibi,& in d.l.fi.

33 Amplius ſi emptor rei litigioſæ cadat à poſſeſſione, & cōtra tertium illius rei poſſeſſorem agat,ſimiliter exceptione repellitur,glo.& Bar.in l. 1.§. ſi inter. ff.eo.Sal.in d.l.fin.

34 Quid ſi res alienata lite pendente rehaberi non poſſit,vt quia mobilis aliunde tranſlata,vel immobilis per potētiorem detenta:dic de iure Canon. cōpelli reus poteſt, iudicis officio in id implorato,aliam rem loco illius ſubrogare.d. c.eccleſia.& 1.& 2.ex.vt lit.pen. de iure autem ciuili in duplū æſtimationis pretij tenetur.l.fi.ff.eo.

35 Sed quid ſi venditor rei litigioſę promiſerit de euictione ſub pœna dupli,an teneatur, quia contractus venditionis ſit nullus:concluſiuè tenendum eſt pro emptore, quia promiſſio de euictione non pertinet ad roborandum contractum venditionis,ſed ad prouidendum emptori: ſic & benè concludunt Cyn. Bal.& Sal.in d.l.fi.

36 Quæro item, quis agat ad pęnā fiſco applicandam,an is tantum, qui litē agebat, cuius conditio per alienationē eſt facta deterior:an vero q̃libet de populo deferre poſſit, & hæc vltima verior eſt: ꝑ tex.in l.2.ff.de iure fiſ.& ꝑ regulā illā.

37 Quòd vbi agitur de pęna pecuniaria fiſco applicanda ex cauſa delicti, quamuis priuati,quilibet de populo accuſare poteſt:Barto.in rubr.ff.de popul. actio.





poſt alios per eū relatos, Abb. in c.cum te,extra de accuſ.Dec.in l.ſi q̃s id quod. nu.16.ff.de iuriſ.om.iud. Ang.de maleſic.in verbo & ad querelam.nu.9. Et ita per præmiſſam regulam, ſic vt ſupra cōcludunt idem Bart.in d.l.1.§.ſi inter,Bal. Salyc.& alij in d.l.fin.

38 Quintum eſt,rei litigioſæ vitium:qđ confirmatio obtēta a ſuperiore de re litigioſa,lite pēdente,nulla facta litis pendentis mentione, eſt ipſo iure nulla, ac ideo non impedit cognitionē,& executionem iudicis inferioris: vt eſt caſus in c.1.& ibi notant Abb.Dec.& alij in c.1. ext.de cōfirmat.vtili,quod ſi ĩ cōfirmatione facta ſit mentio de litigio, iudex inferior cognoſcere vlterius nequit, q̃a cauſa per ſuperioris cōfirmationem ab eo arripitur.& ita Abb.no.& ſubſequitur Dec.col.2.& idē eſt:qñ ſuperior cōfirmaret ex certa ſcientia:quia tunc ipſe facere vr̃ vt per Dec.ibi ſub nu.3. Declara,dū tñ ſuperior notitiā habuerit de litis pendētia: aliàs ſola clauſula ex certa ſciētia nō iuuaret: vt declarat idē Dec. ſub nu. 10.de qua tñ materia,& an ſufficiat clauſula,motu proprio, vidēdus eſt Iaſ.ĩ l.fi.C.vt lite pen. Abb. ĩ c.fi.ext.eo.

39 Circa tertiū articulū, quibus modis litigioſi vitium contractū finiatur:dic,ꝙ perempta inſtantia per lapſum triennij de iure ciuili,ad tex. in l.properandū.in princ.C.de iud.vel in breuiori termino iuxta formā alicuius ſtatuti puta Patauini:nam in ordinarijs inſtantia eſt ſemeſtris, in ſummarijs quadrimeſtris, & eſt ratio, quia perempta inſtantia non eſt amplius lis de ea re, propterea ceſſat vitium litigioſi quò ad effectum inhibendæ alienationis.l.1.vbi glo.& Doc. C.de præſcr.lon.temp. Bar.Bal.Saly.& alij in l.fi.C.de litig.idē Bar.in d.l.1.§. ſi inter. & in l.cum quærebatur.col.2.ff. iud.ſol. & in l.2.C.de fruct.& lit.exp.Dec.in l.2. nu.59.& Iaſ.col.penult.C.de eden.Guido Papa, quæſt.337.Craue. conſ. 279. colum.2.

40 Item ceſſat vitium litigioſi per receſſum partium, à lite per tranſactionem l.cum mota, vbi Bart. & alij. C.de tranſactio. Alexand. & Dec. in d.l.2.nu.56. Et idem concludit in renunciatione litis,poſt Abb.in c.ſignificauerunt.col.3. extra de teſtibus. & eſt caſus in l.poſtquam liti. C. de pact. tradit Crauet. dicto conſilio, col.2.

41 Tertio finitur vitiū litigioſi,lata abſolutoria pro reo, quia per eam lis extinguitur. Bald. conſ.391. apparet,in fine, libro 3.modò tamen ab ea nō ſit appellatum. Alber.in l.1.col.3.C.ne lic.poten. Crauet. d.conſil. 279. vel pars ſit intra tempus appellandi,quia interim ſententia vires non habet,toto titu.ff.nil nouari appellatio. penden.

42 Vltimò autē, pro complemento materiæ,quæro an fiſcus pro ſui priuilegio res vel actiones litigioſas ſuſcipere de iure valeat, ad quod reſpon.negatiue, per text. apertos in l.res quæ. §.lites.ff. de iure fiſ.& in l. 1.& per totum tit.C.ne fiſc.vel Reſpub. ex quibus iuribus clarè deciditur fiſcum ſibi oblatas actiones, vel res litigioſas non ſuſcipere.

43 Vnde colligunt Bald. & alij, quòd fiſcus priuato contra priuatum patrocinium præſtare non debet.

44 Amplius, ſi priuatus offerat partem rei, vel etiam relicturū aut donaturum fiſco, bona ſua, vel partem eorū, vt ſibi patrocinium præſtet aduerſus aliquem, audiendus non eſt, d.§.lites,& l.2. C.ne fiſ.vbi Bar.no.& Pau. ſequitur referens de facto id aliàs contigiſſe, & ſubſequitur Alex.ad eum.

45 Sed vtrum à debitore fiſcali fiſcus oblatas actiones ſuſcipere debeat.Bart. in dicta l. 1. C.ne fiſc. Concludit, fiſcum actiones debitoris ſui litigioſas, vel dubias non ſuſcipere,nec ſub prętextu crediti illi debitori patrocinium præſtare debere, & idem dicit Bart. in l.2.& licet Fulgoſ.in actione dubia diſcedat a Bart. attamen cum Bart. cæteri tranſeunt, & in ſpecie, reiecta improbatione Fulgo. Alex.in d.l.1.per text.in l.ſecunda.C.ne liceat poten.

46 Fatetur tamen Bart. quòd in ſubſidium, debitore exiſtente non ſoluēdo, poteſt fiſcus conuenire debitorem ſui

debitoris. C. quando fiſ. vel priuat. per tot.ſcripſi latius infra in 3.par.in titu.de debitor.fiſ.nu.19.cum ſeq.vnde in effectu Bar.vult fiſcum ſponte oblatas à debitore fiſcali actiones non debere ſuſcipere, ſed eas in ſubſidium capere poſſe, quod tamen Alex.ibi moderauit, cum actio contra debitorem debitoris eſt liquida, & nō aliter.l.3.C.quan.fiſ.quod vltimũ dictum mihi non placet: videantur quæ ſcripſi in loco præalleg.

47 Adde tamen, quòd ſi inter duos priuatos cõtendatur, fiſcus creditor vnius illorum, poteſt pro ſuo intereſſe liti aſſiſtere, & proponere exceptiones, quas ille opponere omittit: nam & priuatus creditor pro ſuo intereſſe itidem facere poteſt.l.ſi cui.C.de non numer.pecu.ſic Pau.Caſt.in l.1.C.ne fiſcus,& bene.

## DE POENIS EX CONtractuum cauſa fiſco debitis. Titulus VII.

1 *Pœnam ex contractu fiſco deberi, ſæpe defertur.*

2 *Pœna promiſſa in caſu pacis ruptæ, fiſco debetur, ſi ſtipulata pro eo fuerit.*

3 *Fiſco donari nō pōt, nemine pro eo ſtipulãte.*

4 *Donatio facta fiſco, vel piæ cauſæ, nemine pro his ſtipulante, inualida eſt.*

5 *Officiali non licet ex eo officio, quod ipſe gerit, ſi quid vendatur, emere.*

6 *Amplia, ſiue officium ſit cum iuriſdictione, ſiue non.*

7 *Amplia, vt nec etiã per interpoſitam perſonam emere poſſit.*

8 *Paterna, & auita bona emere licet, cui extranea bona emere non liceret.*

9 *Officialis gerens officium in loco ſuæ originis, ſiue cum, ſiue ſine iuriſdictione, contrahere poteſt.*

10 *Officialis gerẽs officium perpetuum extra patriã ſuam poteſt in eo loco contrahere.*

11 *Officialis gerẽs officium tẽporale extra patriã ſuam cũ non ſubditis rectè cõtrahit.*

12 *Officialis gerens officium temporale extra patriam ſuam cum iuriſdictione, non poteſt a ſubditis contrahendo acquirere immobilia, vel mobilia præterquam quo ad ea quæ pertinent ad victum, veſtitum, & habitationem, aliàs fiſco acquiritur.*

*Amplia & declara multis modis.*

*Limita item pluribus modis.*

13 *Officiali qualiſcunque ſit, poteſt per vltimam voluntatem relinqui.*

14 *Officialis non habẽs officiũ cũ iuriſdictione pōt extra ſuũ officium libere cõtrahere.*

15 *Venditare prohibita alienari fauore publico: venditor & emptor puniuntur ad fiſci commodum.*

16 *Pactum de quota parte litis prohibetur, & paciſcẽtes mulctantur ad fiſci cõmodum.*

16 *Aduocatus & procurator non poſſunt paciſci de quota parte litis.*

17 *Fiſcus paciſci non dẽt de quota parte litis.*

18 *Fraudator fiſci in quæſitis & in quærẽdis qualiter puniatur, fiſci fraudator ĩ quæſitis & quærendis diuerſimode punitur.*

19 *Simplum regulariter ineſt in duplo, & in triplo, ac quadruplo ĩ pœnis ſic impoſitis.*

20 *Accuſator ab accuſatione ſponte recedens punitur.*

21 *Domo negociationis cauſa deſtructa dominus punitur.*

1 FIsco item defertur ex cõtracto priuato pęnam ſibi deberi, dicit text. in l.j. ff.de iure fiſ. idque ſecundum gl. & Bar.tribus modis exemplificari poteſt: Ego vero duo alia exempla addo.

Primò, quia fiſcus ſucceſſerit in ius priuati, cui pęna cõuẽtionalis debebat̃. ff.eod.l.fiſcus. & eſt bonũ exẽplũ: nã tũc fiſcus ius illius priuati creditoris tenet.

2 Secũdò exemplificatur per Bar. poſt Dyn. quando in contractu inito inter duos priuatos: puta in contractu pacis, partes ipſæ promiſiſſent de obſeruãtia, ſub pœna fiſco applicanda in caſu contrafactionis: nam fiſco in caſu cõtrauentionis pœna deberetur: modo ea promiſſa ſit per ſtipulationem: nam aliàs ex pacto nudo fiſco nõ quæreretur efficax actio. l.ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor. item dummodo promiſſio ſit ſtipulata per aliquem, puta per notariũ tanquam publi.



publi. perſonam fiſci nomine: ad no.in l.2.ff.rem pup.ſal.fo.aliàs fiſcus non ageret, quia alteri ſtipulari nemo poteſt. l.ſtipulatio iſta. §. alteri.ff.de verborum oblig.ſic Bart.in d.l.1. vbi inquit eſſe notandum. idem eſt ſi per Iudicem ordinarium, aut per Principẽ ſtipulata fuiſſet. ſcripſi lib.6.tit.primo, nu.23.

3 Et adde, ꝙ in ſimili determinat Bal. ĩ l.decernimus.C.de ſac.ſan.eccl.relatus ꝑ Alex.ĩ add.Bar.vt ſup.nō valere donationẽ factã fiſco, nemine ꝓ eo ſtipulãte.

4 Nam & donatio facta in piam cauſam, niſi ſtipulata fuerit per aliquem, aut per notarium tanquam publicam perſonam, non valet.Bart.in l.illud. C. de ſac. ſan.eccleſ.Cuius dictum eſt commune, Ruin.conſ.13.nu.10.& conſ.37.nu.14. in 4.Clar. in §.donatio. q.12. verſ.item quæro, & ad concluſionem ſupra poſitam adde Iaſ. in d.§.alteri. col.1. & quæ ſcripſi in 3.par. princip. ſub nu.15. cum ſeq.vbi latius in materia iſta.

5 Tertiò exemplificat glo. vt quia officialis emerit ex eo officio, quod ipſe gerit: nã punitur pęna quadrupli fiſco applicanda. l.non licet. ff. de contr. empt. Verùm quia materia eſt ſparſim tractata, ideo colligendo dicta Doctorum in l.principalibus.ff.ſi cer.pet.in l.ſolent.§.fin.ff.de offic.proconſ.& Bart.in l.aufertur.§.quod a pręſide.ff.de iure fiſ.& per Afflict.& Feudiſtas in cap.1.§.ſi verò, in tit.de feudo guar. & alibi ſæpè, conſtituo infraſcriptas concluſiones, quę ſunt communiter approbatæ.

6 Prima, officiali nō licet, ſi quid ex eo officio, quod ipſe gerit, ſiue ſit cum iuriſdictione, ſiue non, vendatur, illud emere, aliàs pęna quadrupli fiſco applicanda punitur: Caſus eſt in l.non licet.ff.de contr.emptio.Bart.in d.§.quod a præſide, vbi ita intelligit illum text. Amplia etiam, quod plures eſſent officiales. Salyc.in l.quiſquis.C.ſi cert.peta.

7 Amplia, vt nec etiam per interpoſitam perſonam emere poſſit, vt inquit expreſſe text.ille, & eſt generale in quocunque emere prohibito. l. ſecunda. §. primo. ff.de adminiſt.rerũ ad ciu. pert. l.milites agrum.ff.de re milit.l.ſi per impreſſionem. C. quod met. cau. l.prima, C. de contract. iud.l.eos. C. ſi cert.pet. l.1.C.de nat.lib.

Amplia, vt nec etiam eius domeſtici, & familiares emere poſſint, dicta l.prima.C.de contr. iud. & eſt caſus in dicta l.principalibus. ff.ſi cert.pet.& inde colligit Dec.ibi in 1.col.

Fallit, ſi a principe ſit ei conceſſum, d.l.non licet.& d.l.1. C.de contra. iud.

8 Fallit ſecundò, cum fiſcus, aliudve officium paterna bona officialis vẽderet: nam officialis ipſe fiſci, vel alterius officij vendentis ea bona paterna impune emeret.l.qui officij.ff.de contrah.empt. l.milites prohibentur. ff.de re milit.glo. in dicta l.non licet. Roman. Iaſ. & Dec. in dicta l.principalibus.adducunt rationem, quia plurimum intereſt, bona paterna, & auita in familia conſeruari. l.ſi in emptionem.§.fin.ff.de minoribus.l.1. §.ſed ſi rem. ff. ſi quid in frau. patr. l.Libertus qui ſoluendo. ff. de bon. lib. & l.lex quæ tutores.C.de adm.tut. & quia nihil proprium eſt filio, quàm patris ſucceſſio.§.igitur, in Auth.quibus mod.natur.effic.leg.

Fallit tertiò, ſi bona fide emeret ad tex.in dicta l.cum ipſe.C.de contrahen. emptio.& in l.non exiſtimo. ff.de adminiſt. tuto. Bart. in terminis, in dicto §. quod a præſide.gloſ.in l.ſi in emptione. §.fin. ff.de contrahen. empt.de veritate autem huius fallentiæ latius dicetur infra in 5. concluſ. interim autem nota, quod Bald.& Saly.in d.l.quiſquis.aliam habuerunt opinionem.

9 Secunda concluſio, officialis gerens officium in loco ſuæ originis, ſiue cum iuriſdictione, ſiue ſine: poteſt indiſtinctè contrahere (modo ex officio ſuo rem venditam non emat) vt ſupra dixi: caſus eſt in l.præſidis. ff. ſi cer. pet. ſecundum vnam lecturam cõmuniter approbatam per Bart.& alios in dicta l.principalibus.& l.eos.ff.de ritu nup.& ita obſeruatur in partibus iſtis, & eſt verior opinio, quicquid poſt aliquos attentauerit Dec.

10 Tertia concluſio: officialis gerens extra patriam officium perpetuum, poteſt vt ſupra contrahere, caſus eſt in d.l.pręſidis. ſecundum aliam lectu. ff. ſi cer.pet. quæ communiter tenetur, & probatur in Auth. licentia. C. de epiſ. & cler. Bald. in l. ſolent. §. fi. ff. de offi. proc. & leg. item quia magiſtratus ꝑpetui in eo loco agere, & conueniri poſſunt. Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. no. nuncia. & receptior eſt opinio hæc, quãuis impreſſionis ratio magis militare videatur in magiſtratu perpetuo, quàm in temporali: qua ratione contrariã opinionem poſt Guliel. firmant Sal. in d.l. eos. C. ſi cer.pet. Dec. in d.l. principalibus. col. vlt. Retenta priori opinione, eã amplia ad officialem conſtitutum ad beneplacitum, quia æquiparatur officiali perpetuo propter incertitudinem: per glo. in clem. 2. de reſcript. ad hóc text. in l. ſufficit. ff. de cond. indeb. & in terminis tradiderunt Bald. Ang. & Iaſ. in d.l. principalibus. col. 2. Bald. in d.l. ſolent. §. fin. Cyn. Bald. & Saly. in l. quiſquis. C. ſi cer. pet. Bart. & ſcribentes ad eum in d.l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.

11 Quarta concluſio, officialis ad tẽpus, quamuis extra patriam ſuam, licet cum iuriſdictione, iure contrahit cum non ſubditis. d.l. præſidis. ſecundum aliam lecturam, communiter approbatam, & eſt ratio, vt aduertit Dec. ibi, nume. 8. quia non eſt officialis reſpectu non ſubditorum, & intelligo, vt de re etiam exiſtente intra territorium ſuæ iuriſdictionis contrahere poſſit.

12 Quinta concluſio, officialis ad tẽpus extra patriam ſuam cum iuriſdictione non poteſt in ea prouincia, cui præeſt, contrahere per emptionem, vel donationem rerum immobilium, aut mobilium, præter ea, quæ ad victum, & veſtitum pertinẽt, & ad habitationem, adeo vt nec etiam illius rei ęſtimatio debeatur, d.l. 1. C. de contr. iud. d.l. ſolent. §. fin. nec negociari, nec fenebrem pecuniam dare, aut accipere, à ſubdito illi iuriſdictioni poteſt, d.l. principalibus. & l. quiſquis. C. eo. itẽ nec fabricare, nec nauem conſtruere poſſunt. dic.l. 1. C. de contr. iud. & d.l. aufertur. §. quod a præſide. inſuper nec prædia cõducere valẽt, d.l. 2. ff. de admin. rerum, & l. curiales. C. loca. & ſi contra fuerit factum, cõtractus non valet, & res ab eo vendicatur, ac eius rei ęſtimatio ab eodẽ ablata fiſco infertur, adeo vt in ſimplum nõ in quadruplum puniatur, vt eſt caſus in d. §. quod à pręſide: vbi Bart. ita declarat: Bald. vero in d.l. quiſquis. colum. 1. C. ſi cert. peta. dicit: quòd ille acquirit, fiſco applicatur, ſed idem Bal. in d.l. ſolent. §. fin. aliter dicit, vt illud quod accipit, confiſcatur, & ipſe notatur infamia, & perpetuo repellitur ab omni dignitate, allegando text. in l. iudices. C. de dignit. lib. 12. qui tamen tex. expreſſe loquitur de iudicibus conuictis de furtis, & maleficijs, ideoq́; a declaratione Bart. puto non eſſe recedendum.

Qui tamen, fenebrem iudici, & officiali cum iuriſdictione pecuniam exhibuit: tam ipſe, quàm iudex ipſe exilij pęna mulctatur. d.l. quiſquis. C. ſi cer.pet.

Amplia primò, vt nec per interpoſitã perſonam contrahere poſſit, vt probatur in iuribus ſupra allegatis.

Amplia ſecundò, vt nec etiam domeſtici, & familiares, qui circa eos ſtãt, poſſint negociari emere, & cõtrahere, d.l. 1. C. de cõtr. iud. d.l. principalibus, & inde no. Dec. in 1. colum.

Amplia tertiò, vt nec etiam ſub pignore accipere poſſit, glo. in l. in quorũ. ff. de pign. quam tamen intellige, vt per Bar. ibi, qui bene diſtinguit, & ſequitur Neguſant. de pignorib. in 3. Membro. 2. partis, numero 69. Iaſ. & Decius in dicta l. principalibus.

Amplia quartò, vt contractus non valeat, etiam ſi officialis ipſe renũciauerit, aut pars ſecum contrahens beneficijs harum legum: Iaſ. & Dec. in d.l. principalibus, & ratio eſt: quia legi prohibitiuæ publico fauore introductæ non poſſunt partes renũciare. l. 1. cum materia. C. ne fideiuſ. dot. dentur. notatur in l. de his. ff. de tranſact. & multò magis cum in odiũ contrahentis lex prohibitiua emanauit,



nauit. l. tametſi. ff. ad Macedon. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l. penult. C. eod.

Amplia quintò, etiam quòd contractus eſſet iuramento firmatus: nã adhuc non eſſet obligatorius: quia iuramentũ eſſet relaxandum, vel ſaltem ſecuto implemento res condici poſſet: Bart. in l. ſi quis pro eo. verſ. quarto prohibetur. ff. de fideiuſſ. Dec. in d.l. principalibus. in 5. ampliat.

Amplia ſextò, vt nec etiam immediatè finito officio contrahere poſſit: quia ex vicinitate temporis præordinatio præcedens præſumeretur, ad tex. in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuil. cred. & in c. officij. extra de elect. ſic concludit Bal. d.l. ſolent. §. fi. ſequitur Dec. d.l. principalibus. nume. 7. Item quia paria ſunt fieri ante, vel paulo poſt, glo. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. & in l. 2. in princip. C. de iuramen. calum. quas ex pluribus exornat Iaſ. in d.l. principalibus. ſub nume. 4. Amplius voluit Roman. in d.l. principalibus: quòd iura præmiſſa prohibitiua locum habeant etiã poſt depoſitum officium, donec iudex eſt ſub ſindicatu.

Contra firmauit Iaſon in d.l. principalibus: motus, quia finito officio, ceſſat ratio impreſſionis, ſuper qua fundatur harum legum prohibitio. Secundo ex deciſione Bald. in l. Tribunus. ff. de teſt. milit. quòd ſtatutum puniens eum, qui offendit Poteſtatem, locum nõ habeat in caſu, cum Poteſtas depoſuit officium, quamuis adhuc de ciuitate non receſſerit: quod etiam voluit Bal. ipſe in l. obſeruare. §. proficiſci. in 7. quæſt. ff. de offic. proconſ. tu ad iſtam ſentẽtiam d. Iaſon. pondera text. in dic. l. principalibus, ibi. Qui prouinciam agũt. Et in dicta l. non licet: ibi ex officio, quod adminiſtrat, & in dic. l. qui officij. ibi in prouincia agit, vel militat: & in dic. l. aufertur. §. quod a præſide, ibi in prouincia: in qua adminiſtrat, & in l. 1. C. de contr. iud. ibi prouincias moderãtibus. Clarius autẽ in l. eos. C. de vſur. ibi tempore ſui officij. Et iſta opinio verior eſt: ideoq́; temporis vicinitas ſola non ſufficeret ad nullitatem contractus, niſi alia legitima præſumptio concurrat.

Amplia ſeptimò, vt nec etiam palã, & bona fide emere poſſit, glo. in d.l. 1. C. de contr. iud. Bal. & Salyc. in l. quiſquis. C. ſi cert.pet. Rom. & Iaſ. in d.l. principalibus. in 7. fall. vbi ad hoc plures inducit. ſequitur Afflict. in d.c. 1. §. ſi verò. numero 22. in titu. de feudo guard. & verior videtur hæc opinio: quia aliàs lex prohibitiua de facili eluderetur. cõtra tamen ſenſit Bart. in d. §. quod a præſide, glo. in l. ſi in emptionem. §. fi. ff. de contr. empt. And. Iſern. in d.c. 1. §. ſi verò. Dec. qui alios refert dic. l. principalibus. in 5. fall. adducunt text. in l. cum ipſe. C. de contrahen. empt. qui ſanè text. nihil ad rem probat: quia loquitur in tutore, & curatore, & ſic ĩ officiali priuato, in quo alia vertitur conſideratio. adde quòd facti, & negocij circunſtantia plurimum eſſet obſeruanda.

Amplia octauò, vt officiales publici temporales cum iuriſdictione, non poſſint etiam gratis mutuare ſubdito. gloſ. in d.l. eos. C. ſi cert.pet. per text. in d.l. principalibus, ſecutus eſt Salyc. d.l. quiſquis. C. eod. Contra autem tenuit Dec. dic. l. principalibus. col. 1. mouetur: quia nulla ſubeſſe videtur legitima ratio ꝓhibitiua in mutuo gratuito, nullaq́; in eo extat lex prohibẽs, tex. enim in d.l. principalibus: prohibet mutuum ſub fœnore, & hæc opinio fauorabilior videtur, quæ ex alio iuuatur: quia huiuſmodi officiales poſſunt ſubditis ſuis donare, vt idem Dec. inquit, d.l. principalibus. ſub num. 9. & bene, quia nulla lex inhibet.

Limita pluribus modis, primò quando de principis permiſſione contraheret, & negociaretur. d.l. nõ licet, & d.l. 1. C. de contr. iud.

Limita ſecundò in his, quæ ad ſui, & ad ſuæ familiæ alimonias pertinent, puta eſculenta, poculenta, veſtimenta, ſupellectilia, & his ſimilia, d.l. 1. C. de cõtr. iud. d.l. ſolent. §. fi. Item & ea, quæ pertinent ad ſtudiorum cauſam. Salyc. dicta l. quiſquis. in fine. C. ſi cert. peta.

Limita

Limita tertio, vt parua xennia, quæ ad eſculenta,& poculenta pertinent recipere poſſint, modo tamen, & in his obſeruato d.l.ſolent.§.fin. & l.plebiſcito.ff.de offic.præſ. declarat Bald.d.l.fin. numero ſecundo.

Limita quartò,quando officialis pro ſuis neceſſitatibus fenebrem pecuniam acciperet,Salyc.poſt antiquos,d.l.quiſquis.Iaſo.Dec.& communiter alij in dicta l.principalibus. quia neceſſitas non ſubiacet legi, l.1.ff.de off. conſul.l.2.§.in eadem.ff.ad leg. Rhod. cũ pluribus adductis per Iaſo. ibi in quarta limitat. & latiſſime omnium Tiraquell. de retract. mun.§.26.gloſ.1.per totam.

Limita quintò, in donatione remuneratoria ex cauſa de præterito, nã prætori fieri poteſt.l. Aquilius regulus.ff.de dona.Bart.ibi, in 2.opp. ſequuntur Iaſ. & Decius in d.l.principalibus. nil mirũ, quia remuneratoria donatio plurima ſpecialia habet, latè Iaſ. in l.ex hoc iure. ff.de iuſt.& iure, intellige tamẽ pro meritorum ęquiualentia, Bart. in l.ſi fortè. ff. de caſt. pecul. & latius notatur in l.ſi donatione.C.de collat.

Limita ſextò, cum pecuniã mutuam accipit pro vniuerſitate,cui præeſt.l.Caius.ff.de vſur. Salyc. in d.l.quiſquis.C.ſi cert.peta.

Limita ſeptimò, quando officialis auctoi ante alio officiale emeret, ſecũdum glo.in d.l.ſi in emptione.§.fin.quam tamen improbat Afflict.loco præalleg.numero 20.

13 Sexta concluſio: officiali, qualiſcũq; ſit, ſiue cum iuriſdictione,ſiue non: poteſt per vltim. volun. relinqui,& legari: quia in iſtis nulla eſt obligatio.liber que debet eſſe ſtilus.l.non dubiũ.l.teſtamentum.C.de teſtam.l.ex hoc edicto.§.alienare.ff.de alien.iud.mut. Iaſ.in d.l.principalibus, in octaua limit. Dec. ſub nume. 10. vbi præterea adducit, quòd leges prohibitiuæ loquuntur de contractibus: igitur non aptandæ ad vlt. vol. l.verba contraxerunt.ff.de verb.ſign.

14 Septima concluſio: officialis non habens iuriſdictionem, poteſt extra ſuum officium cum quibuſcunque contrahere, & libere negociari. l.ad inuidiam.C. quod met.cau.& ibi notatur.Bart.in d.l. aufertur.§.quod a præſide.Bal.Salyc.& alij in l.quiſquis.C.ſi cert.petat.

Fallit ſi per metum officij ſui impuliſſet ad ſecum contrahendum. l.ſi per impreſſionem. C. quod met. cauſ. Bart.in d.§.quod a præſide. Nota tamen: quia impreſſio deberet probari, nec violentia præſumeretur ex dignitate illius, vt notatur in dictis iuribus.

15 Quarto modo, fiſco pœna ex contractu debetur, videlicet cum venditur, & emitur res,vẽdi ex lege prohibita fauore R.P.non fauore venditoris,nam ſępe mulctatur emptor in pretij amiſſione, & rei reſtitutione, & venditor quãdoq; in tantundem: caſus habetur in l.Senatus.ff.de contr. empt. in l.fin. ff. de dam. infect.in l.quemadmodum. C. de agricol.& cenſ. lib.11. & in cap.Imperialem. in tit.de prohib. feudi alien.quibus caſibus, an ſi emptor pactus ſit de reſtitutione pretij re euicta,an pactum valeat, & pretium debeat reſtitui, diſtinguunt glo.in d.l.quemadmodum.& in d.c.Imperialem.& inter ſe variare vidẽtur, ſed eas concordat Afflic.in c.1.§.ſed & res. nu.25.in tit.per quos fiat inueſtit.

Item & in not. caſu,quẽ poſuit Spec. in tit.de except. §. viſo, verſ.quid econuerſo, quem refert Afflic. in c.1.nu.78. in tit.de duob.fratrib.

16 Quinto modo exemplificatur in aduocato,& procuratore, paciſcente cum cliente ſuo de quota litis, nam aduocationis,& procurationis officio priuatur, & pęna ĩſuper falſi coercetur.l.ſumptus, vbi glo.Bart.& communiter ſcribentes. ff.de pact.l.litem.C.eod. & l.1.§.ſi cui.ff. de var.& extraord.cognit.Rol.conſ.36. nu.20.& 21. in 3. vbi poſt Bart.& alios concludit,pactum tunc eſſe de quota litis,quando fit per reſpectum ad rẽ,quę in iudicio deducitur,& prohibitum eſſe tale pactum aduocatis, & procuratoribus tantum,& non alijs, tradidit Franc. Bec.conſ.49.colum.2.

17 Et nota, quòd nec fiſcus cum aliquo

de



de quota litis parte paciſci poteſt. Et illius defenſionem ſuſcipere, vt eſt caſus in l.2.C.ne fiſcus: nec enim fiſcus ſubire poteſt procurationem pro alio,l.fi. C.eodem.

18 Sexto modo exemplificari poteſt in eo, qui per contractum fiſcum fraudaſſet: nempe alienata in fraudem fiſci quoquo titulo reuocantur. l.in fraudem. in princ.& in §.a debitore.ff.de iure fiſ. Et quidem fraudator fiſci in quęrendis,punitur in duplum. glo.in l.defenſionis facultas. vbi Bart. & cæteri. C. de iure fiſ. lib.10.& eſt tex.in l.aufertur. §.1.ff.eod. & ibi no. & in l.ſi multi. ff. de publican. In quæſitis autẽ fiſco,fraudator in quadruplum condemnatur, glo. & Bart. in d.l.defenſionis. & in l.in contractibus. per illum text. C.eod.& in d.l.aufertur. §.fi.& in l.1. C. de ijs qui ex pub.rat.libro 10.& no.glo.in d.l.ſi multi.

19 Intellige tamen, quod in dubio, in duplo & triplo ineſt ſimplum:quia ſic regulare eſt.l.hoc edicto. §.quærentibus. ff.de publican.l.ſi cũ exceptione. §.quadruplabitur.ff.quod met. cau.l.fin.C.de ſponſali.& l.1.& ſecunda. C.de pęnis fiſcal. libro 10. & vbique in dictis iuribus no.& per Salyc. in l.prima. C. de modo mulcta. & per Bar.in l.interpretatione. ff.de pœnis.

20 Duæ præterea adducuntur cauſæ,ex quibus procuratori Cæſaris, & iudicibus fiſcalibus nunciatur, de quibus in d.l.prima, videlicet per accuſatorẽ fuiſſe receſſum ab accuſatione, quo caſu deſiſtens pęna lib.quinque auri fiſco applicãdarum per Turpilianum plectitur. l.3. §.fi.ff.de præuaricator. qui vero tacens permittit inſtantię tempus labi,aliter punitur, glo.in d.§.fin.

21 Item nunciatur domum negociationis cauſa diruptam fuiſſe, ad text. in dicta l.prima, quo caſu tã emptor, quàm venditor puniũtur. nempè duplicatum pretium fiſco defertur. l.Senatus, cum gloſ.ff.de contrah. emptio. & l.fin. ff.de dam.infec.& ibi notatur.

## DE POENIS, ET MVLctis ex maleficijs. Tit. VIII.

1 *Pœnarum & mulctarum compẽdia ad ius fiſci pertinent.*

2 *Pœna & mulcta inter ſe differunt, & in quibus.*

*Mulctæ & pœnæ differunt inter ſe, & qualiter.*

3 *Pœnæ an indifferenter fiſco applicentur,an vero etiam priuato.*

4 *Pœnam ſi lex applicet, vel fiſco, vel priuato, legi parendum eſt.*

5 *Pœnam ſi pro aliquo facto lex imponat, & actionem inducat: pœna tunc non fiſco, ſed priuato debetur.*

6 *Pœna cum pro aliquo facto applicatur parti iudicium ciuile eſt.*

7 *Pœna ſi pro aliquo malefacto a lege imponatur, & pro eo accuſationem inducat, pœna fiſco debetur, & iudicium criminale eſt.*

8 *Iudicium criminale eſt cum pœna pro aliquo malefacto indicitur,& fiſco applicatur, ſecus cum parti adiudicatur.*

9 *Pœna in dubio applicatur fiſco non priuato,limita vt ibi.*

10 *Pœna cum pro aliquo malefacto fiſco applicatur, quo caſu iudicium eſt criminale, an quilibet de populo admittatur ad accuſandum.*

11 *Pœnarum in exactione fiſcus ſuccumbit omnibus creditoribus cõdemnatis etiam chirographarijs.*

12 *Pœna pro dimidia applicata fiſco, & priuato, in eius exactione fiſcus non eſt potior priuato, ſed ambo concurrunt.*

13 *Priuatus præfertur fiſco in bonis rei pro ſuis emendis, & damnis.*

14 *Iudex an poſſit criminoſo remittere mulctas & pœnas.*

15 *Princeps pœnam irrogandam reo remittere poteſt.*

*Pœnæ apud Principem ſunt arbitrariæ.*

16 *Princeps an poſſit pœnam reo irrogandam remittere in præiudiciũ offenſi viuentis.*

17 *Princeps pœnam reo irrogatam poteſt remittere, minuere, & componere.*

18 *Pœ-*

18 *Pœnas irrogatas reo poteſt Princeps remittere etiam offenſo applicandas, in dubio tamen non remiſiſſe videtur.*

19 *Iudices inferiores a Principe poſſunt remittere mulctas, & quid in pœnis.*

*Mulctas etiam indictas iudices inferiores reo remittere poſſunt.*

20 *Pœnas irrogatas reo per ſententiam iudices inferiores nec remittere, nec moderare poſſunt, etiam quod condemnatus ſit pauper.*

21 *Pœnas irrogandas ante ſententiam poteſt iudex pro ſuo arbitrio moderare, cum certa pœna non reperitur impoſita.*

22 *Iudex nõ poteſt minuere pœnam reo cum lex imperat certam pœnam.*

23 *Iudex non poteſt abſque cauſa declinare a pœna per legem conſtituta, alias punitur.*

24 *Iudex ex cauſa poteſt a pœna legis declinare, & cauſæ plures adducuntur.*

25 *Cauſæ ex quibus iudex poßit pœnam a lege indictam diminuere.*

26 *Compoſitiones ſuper criminibus an fieri poßint per iudices conuertendo, & immutando pœnas.*

27 *Offenſus pro iniuria priuata poteſt remittere pœnam offenſori.*

28 *Mulctæ ſunt de ſexto gradu meri Imperij.*

29 *Mulctare poßunt etiam minores magiſtratus pro defenſione ſuæ iuriſdictionis.*

30 *Pœnæ an debeantur in foro conſcientiæ.*

31 *Pœnarum an fiat cumulatio ſi in diuerſis ſummis quis fuerit condemnatus, cumulatio an in pœnis locum habeat.*

32 *Pœnas priuatis offenſis applicatas Camerarius exigit, & illis perſoluit.*

33 *Pœnarum debitor an cedendo bonis liberetur.*

1 MVLCTARVM, & pęnarum cõpendia ad ius fiſci pertinent. l. mulctarum. C. de modo mulct. l. 2. §. 1. cum gloſſ. ff. ſi quis in ius voc. l. 1. cum gl. in verbo iudicio. ff. ſi quis ius dicen. non obt. c. 1. in titulo, quæ ſint regal. vbi feudiſtę omnes plenè ſcripſerũt.

2 Differunt autem mulctæ, & pęnę inter ſe, vt eſt caſus in l. ſi qua pęna. ff. de verb. ſignif. & notant Feudiſtæ in d. c. 1. Bald. in l. 1. C. ex delict. defunct. Nam pęna à lege conſtituitur, mulcta vero arbitrio iudicis indicitur. l. aliud. §. 1. ff. de verborum ſignif. & habetur in c. 1. ext. de dolo & contum. notant Aluarot. & Afflict. in d. c. 1. quæ ſint regal. in verbo pœnarum. Ideo à mulcta per iudicem indicta appellatur, quia eſt grauamen à iudice illatum: à pęna autem non appellatur, quia legis grauamen eſt: Niſi reus appellauerit eo prætextu, quia dicat innoxium eſſe, & in factum pęnale non incidiſſe, nam rectè tunc appellat, Alcia. d. l. ſi qua pœna, & clarè Afflict. d. loco ſub nu. 3. ad glo. in c. cupientes. §. quod ſi. de elect. in 6.

Rurſus pęna indicitur iudicis officio mercenario deſeruiẽte accuſationi, vel actioni. Mulcta vero iudicis officio nobili: ſic Bar. in l. iudex poſteaquam in 1. oppoſ. ff. de re iud. vbi Alex. ſub nu. 3. latius declarauit: itẽ pœna imponitur pro delicto communi, & generali veluti pro furto, adulterio, & huiuſmodi: Mulcta autem pro delictis ſpecialibus, ſicuti declararunt Bar. & Alciat. in dicta l. ſi qua pœna.

3 Sed an indifferenter pœnę fiſco applicentur, pulchra eſt quæſtio, de qua per Bar. in l. Agraria. ff. de termino mo. per Alex. in d. l. 1. num. 19. & 20. ff. ſi quis ius dicen. & per Salyc. pulchrè in d. l. 1. C. de modo mulcta. ex quorum dictis, & per Doctores alibi colligo infraſcriptas concluſiones.

4 Prima concluſio, vbi lex defert pœnam parti, vel fiſco, ſiue per viam actionis, ſiue accuſationẽ tribuat: ea ſeruanda eſt, quia in his maxima eſt legis poteſtas, cui ſeruire debemus. Sic Saly. d. loco, vbi id concludit, ſiue pœna ſit indicta per verba ſimplicia, ſiue per verba reſpectiua dupli, tripli, vel quadrupli, per tex. ff. ad Sillan. l. lege Cornelia. §. 1. & ff. de litig. l. fi. & C. de aſſeſſorib. l. 3. & dicta l. Agraria.

5 Secunda concluſio, vbi lex imponit pœnam, & pro ea inducit actionẽ, nec



exprimit, cuius ſit pęna: debetur priuato, cui actio competit, non fiſco. l. ſi cui. ff. de verbo. ſignifi. etiam quòd actio ſit popularis. d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. omn. iud. & l. 1. in prin. & l. ſi vero. §. hęc actio. ff. de his qui deiecer. vel effud. & l. 3. in 2. reſp. ff. de ſepul. viol. & eſt ratio, quia actio eſt ius perſequẽdi in iudicio, quod alicui debetur. §. 1. inſtit. de actio. ſic Bar. Sal. & Alex. locis pręalleg.

6 Et hoc caſu, quia pęna ad priuatam ſpectat vtilitatem, non publicam, iudicium erit ciuile, licet pro facto pęnali, & punibili, non criminale: ad tex. in l. infamem. ff. de publ. iud. Are. & Dec. in rub. extra de iudic. gloſſ. & Bart. in rub. ff. de popular. actio. & clare idem Bart. in l. 3. ff. de ſepul. viol.

7 Tertia concluſio: vbi lex imponit pęnam, & pro eo facto inducit accuſationem, pęna in dubio applicatur fiſco. d. l. 1. C. de modo mulct. & d. c. 1. in tit. quę ſint regal. Bar. Salyc. & Alexan. dictis in locis.

8 Et hoc caſu, cum pęna fiſco applicatur, & non parti, iudicium eſt criminale, quia pertinet ad publicam vindictã, & vtilitatem, non ad rem priuatam. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publican. ſic glo. & Bart. in d. l. 3. ff. de ſepul. viol. glo. Alber. & Sal. in l. 1. C. eo. Cyn. & Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epi. & cle. Imo. in rub. ff. de publ. iud. Aret. Dec. & communiter Cano. reiecta Abbatis diſtinctione, in d. rub. ext. de iudi. Alexan. conſi. 132. colum. vlt. in 1. Iaſ. in rubr. C. de iud. num. 4. & in §. 1. nu. 15. inſtitu. de actionibus.

9 Quarta concluſio: vbi lex pęnam indicit pro aliquo facto, nec apparet cui pęnam deferat, & an pro ea inducat actionem, vel accuſationem, tunc in dubio pęna applicatur fiſco, non parti, d. l. 1. C. de modo mulct. & d. c. 1. ſic Bart. & Doctores dictis in locis, intellige, ſiue pęna ſit certæ rei, vel quantitatis, vt iura illa præſupponunt, ſiue ſit quota bonorum, nam facilius eo caſu fiſco applicatur. l. iubemus nulli. §. his quoque. C. de ſacroſan. eccleſ. l. 2. C. ad legem Iul. de vi pub. & pulchre Salyc. in d. l. 1.

Amplia etiam, cum lex pęnam indicit per nomina reſpectiua, dupli, tripli, vel quadrupli, niſi ſimplũ priuati eſſet: nam pęna accreſcens ſimplo ratione vnionis, & iure quodam accreſcendi priuato deberetur. Sic eleganter Sal. d. loco per tex. in l. fin. ff. de litig. in l. 3. C. de aſſeſſor. & in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. & ibi etiam ſubdit, quòd regulariter in duplo, & triplo ineſſe ſolet ſimplum priuato debitum, vt dixi in ti. præced. ſub nu. 19.

Limita in pęnis fraudatæ gabellæ, nã hæ gabellario debentur, non autem fiſci ſunt, l. fin. §. diui. ff. de public. Alex. d. l. 1. num. 20. & latius ſcripſi in 3. par. ſub tit. de conductor. num. 31.

Limita ſecũdò, cum factum tale eſt, quod propriè in crimen non cadit, tũc enim pęna priuato debetur. Bald. poſt Guliel. in l. ſi eccleſiæ. C. de epiſc. & cle. Ex præmiſſis ſoluitᷣ quæſtio: ſuper qua conſulti reſponderunt Valla. Decia. Menoch. & Ceph. in conſi. 573. Nat. deciſ. illius quæſtionis pendet ab hoc principio, an exercere vſuras ſit crimen, pro quo pęna criminalis ſit imponẽda: qua in re fluctuarũt Maiores noſtros. Nam Bal. in l. improbum fęnus. C. ex quib. ca. inf. irrog. aperte ſenſit negatiuam. ſenſus eſt ex profeſſo, Dec. conſ. 170. per totum: Contra verò ſenſerunt Iacob. Butrig. in d. l. improbum fęnus. Archid. Io. And. & Dominic. in c. 1. de vſur. in 6. Signorol. conſi. 259. in quęſtione: Seueri. in repe. l. 1. in 10. car. col. 2. C. de ſumm. Trin. Corn. conſi. 19. videtur prima frõte, in 3. Soc. conſi. 219. ad finem. in 2. Alexand. conſi. 65. vbi ſaltem quo ad pœnam pecuniariam, & retenta hac ſecunda pro vera, videtur per illos patres nõ bene fuiſſe conſultum.

10 Sed dubium ſolemne eſt, cum pęna fiſco applicatur pro aliquo priuato delicto. quo caſu, vt dixi, iudicium eſt criminale, an quilibet de populo admittatur ad accuſandum, ita vt pęnã pro eo crimine priuato fiſcus habeat: ſanè glo. celebris in rub. ff. de popul. actio. quam

Bar.

Bart.ibi ſequitur,concludit: quòd licet pro crimine priuato ad pœnam corporalem nullus,prçter eum,cuius intereſt, admittatur ad accuſandum,ſecus tamē eſt cum agitur ad pçnam pecuniariam fiſco applicandam.& idem etiam voluit glo.in l.fin.C.de litigioſ.quam probauit Bald.ibi,& cum glo.& Bar.opinione,tenuit explicite Ang.poſt Dy. in l.ſi quis. ff.de priuat.del.& in l. præuaricationis. ff.de præuaricator.& in rub. ff. de publ. iud.& communem dixit Auguſt.ad Angelum de malefic.in verbo, & ad querelam,ſub num.9.quam etiam probarunt Ioan.de Ana.& Abbas,quos ad hoc refert,& ſequit̃ Dec.in d.l.ſi quis id quod nume. 16. & communis opinio iudicio meo ſatis probatur, in l.3. C. de ſepul. viol.& in d.l.Agraria.& in l.3.§.fin.ff.de præuaricator.iuncta l. 1.in prin.ff.de iure fiſc. & in l. fina. C. de litigioſ. iuncta dicta l. 1.

Contra tamen de diametro, tenuit Bald.ipſe in rub.C.qui accuſa.non poſ. ſub num.9.& in l.aduerſus.C. de fur. & conſuluit pulchre Roman. conſi. 152. à quorum opin.non diſſenſit Ang.de maleſi.loco dudum allegato, adducunt iura & rationes,ſed prior opinio mihi magis placet:vt pro fiſco popularis omniũ ſit actio,nam & publicè intereſt,ne delicta remaneant impunita ad l. ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.

11 Vtrum autem in pçnis exigendis, & mulctis fiſcus habeat aliquod priuilegium aduerſus creditores condemnati, cõcluſiue dicas fiſcum ſuccumbere omnibus creditoribus, ſiue perſonalibus, ſiue hipothecarijs, vel etiam chirographarijs tantum.l.vnica.C. de pçnis fiſc. lib. 10.l. quod placuit.ff. de iure fiſ. & l. reſcriptum.ff.de pactis,notat Afflict. in c. 1.nume.45.in titu.de fratrib.de nouo benefi.inueſt.

12 Sed hic congruenter quæro.pone, reum cõdemnatum in mille: videlicet in 500.ſoluendis fiſco,& in 500. ſoluendis offenſo: non eſſe ſoluẽdo in totum, ſed in quingentis: Fiſcus intendit 500. illa integra aſſequi: dicens ſe potiorem priuato:è contra verò priuatus cõcurrere intendit pro portione:ſanè cũ quæſtio incidiſſet,per theſaurarios Generales Franciæ lata fuit ſententia pro fiſco, quæ deinde ad appellationem priuati ex Areſto in Senatu Pari. reuocata fuit: prout retulit Io.Gallus q. 130. Harum autem opinionum diuerſitatem recenſuit Didac lib. 1.var.reſo.c.16.ſub num. 8.vbi ſelegit ſententiam primam pro fiſco adductus in ea ex fiſci priuilegijs, vt in pari cauſa præferatur priuato,l.1. C. de iure fiſc.lib. 10.l.ſi is qui.ff. eod. dixi in 3.par.ſub titu.de pignor.& hip. Item quia fiſcus creditor ex cauſa pçnali quãuis non præferatur creditoribus priuati ex cauſa contractus oneroſa, præfertur tamen ſi creditores ſint ex cauſa itidem pçnali,& ex maleficio,l. 1.C. de pçnis fiſcal.& notant Guliel.Cun.Iac.But. Bal.Pet.de Anch.& Alex.in l. reſcriptũ. ff.de pac.Neguſant.de pignor.in 2.par. princ. membro 4.nu.115.

Mihi verò Senatus opinio rectior videtur: quia nullibi in iure reperio, ꝙ vbi ex eodem facto duo oriuntur creditores,vel ex lege,aut per ſententiam, alter alteri præferatur in cõcurſu, ſed ambo æqualiter admittuntur.prælatio autem conſideratur,cum ex duobus factis diuerſis duo creditores apparent: tunc enim de iure potioritatis ex priuilegio in concurſu dubitari contingit, quare exiſtimo quæſtionem decidendam eſſe ſecundum regulam:de qua in l.reos.§. cum in tabulis.ff.de duob.reis, & in l. 1. C.ſi plures vna ſent.de qua latiſſime ſcripſit Tiraq.de retr. mun.§. 31. glo. 1. & pro iſta ſententia adduco ſcripta à Bar. in l.contractus.C.de fide inſt. vbi determinat, quòd ſi in vno inſtrumento reperiantur plura pacta, & plures obligationes:cum diuerſis, vnus non poteſt, quia ſcriptus in anteriori parte prætendere prælationẽ in tempore: ſequitur Cur.iun.conſi. 147.num.5.& in legatis, eſt caſus,in l.1.§.ſi plures.ff. vt in poſſeſſ. leg.& notat Paul.Caſtr. conſi. 272. col. pen.& vlt.in 2.

13 Illud planè conſtat, rationi conueni





re, priuatum in pçnis pro ſuis emendis fiſco prçferẽdum eſſe, ſicuti ex Areſto Pariſijs lato diffinitum fuiſſe,retulit Clarus in ſua pract.crimin.lib.5.§.fin.q.70. col.vlt.nec mirum, quia in his priuatus cauſam oneroſam prætendit,Euerar.in loco,à fiſco ad dotem: prope finem: vbi ita ſenſit.

14 Quæro inſuper, an iudex poſſit criminoſo remittere,vel minuere pçnam, aut mulctam, aut ſuper pœna cum eo componere.

15 Et quidem in Principe abſolutũ eſt, vt pœnam irrogandam remittere poſſit,quia ſupra legem eſt,l.princeps.ff.de legib.vnde in principe omnis pçna arbitraria eſt,quia arbitrium ſuum ex motu cçleſti ſumit,vt Bal. inquit in l. 1. col. 8.verſi.vltimo opponitur.C. de ſumma Trin.refert Fely.in c.qualiter, & quando.in §.ad corrigendos.nu. 17.extra de accuſa.Mat.Afflict.in d.c. 1.in verbo, & bona committentium,nu.160.in ti.quæ ſint regal.Gram.qui plures adducit deciſ.36. ſub nume. 12. Caſſan. de gloria mund.in 5.par.conſiderat. 24.num.34. & 47. & eſt concluſio communiter ab omnibus recepta,ſicuti poſt Andr. Iſer. in d.loco probauit ſub num. 127.vſque ad num. 162. Afflict.ſupra relatus.Intellige,quòd poſſit remittere,etiam in prçiudicium agnatorum occiſi, & in præiudicium Reipubl. reſpectu vindictæ publicæ, vt de eo crimine quæri non poſſit,ſicuti probauit S. Thomas in 2. 2.q. 68.in fine, quem ad hoc retulit Affli.d. loco,nu. 155.

26 Sed an poſſit in præiudicium offenſi viuentis,maior eſt dubitatio,vt quia ex lege ſcripta reo eſſet abſcindenda manus, aut eruendus oculus: nam ex lege ius offenſo quæſitum fuit; ac ideo eidẽ inuito non de facili auferẽdum, & quia in vnum finem concurrunt publicum, & priuatum intereſſe, quibus rationibus in hac re anxius fuit And. Iſern. d. loco.

Verum de hac re parum videtur eſſe dubitandum,ob ſummam Principis poteſtatem,qui ſupra leges eſt: & cuius facta nemo eſt,qui iudicet in hoc mundo, & ſi de cauſa appareret,minus eſſet dubitationis, quia cum cauſa Princeps ius priuato quæſitũ auferre poteſt, ad not. in c.quæ in eccleſiarum. extra de conſt. & in l.fi.C.ſi contra ius: ſi verò de cauſa nõ appareret,ſufficere debet pro cauſa principis voluntas, quia præſumitur ex cauſa rationabili moueri. præſertim in his quæ ſunt iuris poſitiui, in quibus factum Principis omnino tolerandum eſt:quia permiſſione Dei factum cenſetur.veluti tandem Affli. cenſuit ſub nu. 156.& ante eum Ang,& alij in l. conuẽtionum.ff.de pact.Iaſ.in l.venia.col. vlt. C.de in ius voc.Intellige vt fortius poſſit minorare,commutare,vel aliter pœnas reo indicendas componere,arguendo a maiori ad minus.c.cui licet. de regu.iu. in 6.

Item intellige de Principis abſoluta poteſtate,nam de ordinaria non poteſt: quia ius tertij lçderetur.ad no. per glo. & Doct.in l.2.C.de in ius voc. & in terminis tradidit Gram.voto 36.nu.10.Et adde,ꝙ in dubio princeps pçnam offenſo applicatam ademiſſe non videtur, ẽt, ꝙ maiorem pçnam reo indixerit: ſicuti pulchre ſcripſit Bar.Cçpo.conſi.16.per totum:Rurſus intellige in principib.maioribus: nam Domini inferiores pçnas reo in præiudicium offenſi remittere, aut minorare nequeunt, veluti idem Gram.tradidit d.loco.Intellige,& declara, dummodo ex litteris continentibus remiſſionem delicti, appareat Principi narratam fuiſſe qualitatem delicti,aliàs vti ſubreptitiæ non ſeruarentur, ſicuti admonuit Bal.in l.prçſcriptione.nu.20. C.ſi contra ius,dixi,in 1.par.ti.3.nu.35 & ita etiam cum hac modificatione intelligo,quæ infra dicam.

27 Pçnas autem irrogatas per ſentẽtiã, poteſt princeps minuere, componere, & commutare,non alius,l.acta.§. de ampliand.ff.de re iud.l. 1.§.vlt.ff.de quçſt. l.moris.§.ſed enim.l.Diui ftatres.& l.ad beſtias.ff.de pç.l.quoties.& l. reſcripta. C.de prec.impe.off.& l. quinque,C. de Decur.lib.10.ſententia.n. principis au-

ctoritatem non minuit, quia in his non poteſt ſibi lex imponi, ideoq; princeps pęnas remittit ante ſententiam, & poſt ſententiam, pleniſſime Pariſ. in conſi. 1. col. 1. in 4. Et ante eũ Affli. tradidit quo ſupra loco nu. 158. non tamen in hac re facilis debet eſſe princeps, ne alioquin delicta tranſeant impunita, ad l. ſi operis. C. de pęn. publicè nempe intereſt, vt delicta, in aliorum exemplum, puniãtur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. Inferior aũt a principe idẽ non poteſt: quia poſt quam iudex ſuam tulit ſnĩam, non põt ei aliq̃d addere, vel minuere, in l. iudex. ff. de re iud. l. 2. C. ſen. reſc. non poſ. & l. pe. C. de ſent. ex per. recit.

Et his adde, ꝙ ſicut princeps pœnas indictas lege, vel ab homine moderare, & lenire poteſt: ita quoque per cõtrarium augere, & maiores indicere, Alci. in l. quos nos hoſtes. ff. de verb. ſig. Soc. iun. conſ. 68. nu. 48. in 3. Et in his ſtatur principis voluntati, etiam, ꝙ inordinate proceſſerit, ſeu procedi iuſſerit ad pęnas capitales, vt late deducit idem Soc. conſi. 92. in 2. quia pro facto principis ſemper pręſumitur, ad ſcripta per Cyn. in l. reſcripta. C. de preci. Imp. of. & per plura ab eo adducta. Adde ꝙ p̃miſſam concluſionem reſtrinxit Cępo. in nouis conſ. 38. nu. 27. ad Principes ſupremos Papam, & Impe. ita ne locum non hẽat in Duce Regij, & Mutinæ, quia Imperatorem in ſuperiorem recognoſcit.

Sed vtrum princeps poſſit remittere reo pęnas ex lege, offenſo, vel eius hæredibus, applicandas, maior ineſt dubitatio: in dubio autem cum clarè non conſtat, indultum non trahitur ad partem offenſo applicandam, niſi id expreſſum ſit, ad tex. in c. in noſtra. ext. de iniur. & eſt ratio, quia priuilegium Principis in dubio recipitur ſine præiudicio iuris tertij, cui princeps non præſumitur velle præiudicare, l. 2. §. merito. & §. ſi quid a principe. ff. ne quid in loco publ. c. ſuper eo, extra de offi. deleg. ſic in puncto Andr. tradidit dicto loco in 2. colum. & Afflict. num. 155. Dec. in l. venia. colum. vl. ti C. de in ius voc. quod etiam ſenſit Iaſ. ex deciſione Raph. Fulgoſ. per eum relata in d. l. & conſuluit Caſſa. conſ. 17. colum. 2. ſecutus eſt Grammati. dicto voto 36.

Cum autem princeps expreſſe remittit: concertant ſcriptores: nam glo. in d. l. venia. quam ſequuntur Doctores ibi, quos Iaſ. recenſuit, & Bal. in l. reſcripta. C. de precib. Imper. offer. tenuit pro negatiua, pro qua latiſſime argumentatur Afflic. d. loco nume. 127. cum pluribus ſeq. qui tandem concludit in oppoſitã ſententiam, quæ mihi verior videtur, cum conſtat de mente Principis: quam etiam habuit Philip. Dec. in d. l. venia. nume. 9. ſubſequitur Aquenſ. ibi, & Card. Pariſ. conſi. 1. nu. 42. in 4. Quia princeps de poteſtate ordinaria poteſt tollere ius tertio quæſitum de iure ciuili, & indubitanter ſubſiſtente aliqua legitima cauſa: ſicuti plenius ſcribitur in d. c. quæ in eccleſiarum, extra de conſti. & in d. l. fi. C. ſi contra ius. Poſt dominium vero quæſitum, maior eſt dubitatio, quia tũc diſcutere congruit, an princeps dominium alicui quæſitum auferre poſſit ex cauſa, vel ſine cauſa: latius autem in hac reſcripſi infra in titu. banniti reſtituti, quæ recup. num. 43.

19 Iudices autem inferiores, à Principe, an poſſint pęnas, & mulctas remittere, diminuere, vel ſuper eis componere, alia eſt difficultas. Nam quo ad mulctas attinet, fatentur maiores noſtri per iudicem remitti, & diminui poſſe, etiam poſt eam irrogatam, non tamen abſolutè, ſed ex cauſa paupertatis illius condẽnati, per tex. in l. eos. C. de modo mulct. in fine, & in l. illicitas. §. fi. ff. de off. præſi. vbi Bar. & Bal. not. idem Bar. & poſteriores ad eum in l. 1. in fine princ. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Iaſ. num. 31. Et idẽ Bar. in l. iudex poſteaquam, in 1. opp. vbi Alex. latius ſcribit. ff. de re iudi. de facto tamen etiam citra paupertatis cauſam, in partibus noſtris magiſtratus relaxãt mulctas, & quandoque in totum. Aduerte an iſtud verum ſit in mulctis incidenter adiectis ob contemptam iuriſdictionẽ iudicis: ſecus vero ſit in mulctis principaliter impoſitis, quaſi quòd hæ ad fiſcum irreuocabiliter pertineant.



20 Pœnam vero, quæ ex lege indicitur pro delicto, poſtquam irrogata fuit, nõ poſſunt inferiores a Principe remittere, vel commutare, d. l. acta. §. de ampliãda. & l. iudex poſteaquam. ff. de re iudi. & l. pœnam. C. de pęnis, quia pęna irrogatur iudicis officio mercenario deſeruiẽte actioni, vel accuſationi: quod quidem expirat lata ſententia: Bar. in d. l. iudex. in 1. opp. vbi Alex. ad eum. idẽ Bar. in d. l. illicitas. §. fi. Amplia etiam, quod conſtaret reum fuiſſe indebite grauatum: nam adhuc princeps eſſet adeundus. l. moris. §. ſed enim, & l. diui. ff. de pęnis, Bal. poſt antiquos, in l. præſes. nu. 8. C. de tranſact. vbi inquit, quod præſes non poteſt componere ſuper pęnis fiſcalibus, & in legato de latere, quod cõfiſcationem latam reuocare nequeat, tradidit Corn. conſi. 247. in 1. & plures congeſſit Afflict. quo ſup. loco nu. 162.

Amplia etiam, quod condemnatus ſit pauper, Bar. in d. l. illicitas. §. fina. per tex. in l. quicunque. C. de ſer. fug. & in l. 2. ff. de pęnis, & eo caſu regula procedit qui non poteſt in ære, luat in corpore, ſequuntur plures relati per Iaſ. dicta l. 1. nume. 31.

Hoc tamen dictum temperauit Bald. in d. l. illicitas. §. fi. cum pęna fuit irrogata ob delictum dolo commiſſum, ſecus ſi per culpam, nil mirum, quia leuius eſt. l. 1. C. ſi aduer. delict.

21 Sed ante irrogatam pœnam, an iudex poſſit augere, minuere, vel ſuper ea componere, alia eſt quæſtio, & ſi quidẽ lex in arbitrio iudicis pęnam repoſuit, vel nullam certam pęnam conſtituit, poterit iudex moderare pęnam arbitrio ſuo. l. 1. §. expilatores. ff. de effractor. & l. prima, in fine principij. ff. de iure deliberan. & l. hodie. ff. de pęnis. illud moderando à ſimilibus ad ſimilia, ex conſuetudine iudiciorum, & ab alijs circunſtantijs veluti præclarè explicat Decius in cap. de cauſis, num. 6. extra de offi. dele.

22 Cum verò lex certam imponit pęnã, & loquitur imperatiue, iudex non poteſt pęnam minuere, Bal. in l. in eum. C. de fur. quia iudex eſt miniſter legis, ſequitur Afflict. d. loco nu. 165.

23 Si verò non loquitur per verba modi imperatiui, iudex adhuc abſque cauſa nõ poteſt declinare à pęna legis, quia eſt eius miniſter, & quia non debet eſſe clementior ea: aliàs videretur ſapientior lege, ſeu profiteri ſe ſuperiorem, ad hoc tex. in d. cap. de cauſis, extra de offi. delega. & in c. licet, extra de pęnis, & vtrobique notatur, qua de re legitur Carolum Primum Siciliæ Regem ſuſpendere feciſſe iudicem, qui reum pro crimine ſuſpendendum, ad manus mutilationem tantum condemnauerat.

24 Ex cauſa tamen, pęnam irrogandam poteſt minuere, & declinare à decreto legis, ſicuti poſt glo. tradiderunt Barto. Bald. Angel. & quotquot ſcripſere in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de infamibus, Innocen. in cap. 1. extra de conſtit. vbi quòd ex cauſa licet leges tranſgredi, idem Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cau. inf. irro. Afflict. poſt And. in loco ſæpius allegato, num. 163. & in verbo pęnarum, num. 17. Dec. in d. cap. de cauſis, & idem Dec. in cap. at ſi clerici. §. 1. colum. 2. extra de iud. Iaſ. in d. l. 1. num 31. Felyn. in d. cap. qualiter, & quando. §. ad corrigendos. num. 17. & Lucas de Penna, in l. 1. C. de deſertor. lib. 12. vbi pleniſſime, quid autem in pęnis ſtatutarijs, tradiderunt ſcriptores in rubri. C. qui admitti.

25 Cauſæ autem conſiderantur per ſcriptores, in dictis locis, variæ, & diuerſæ, veluti ſi reus ſit in dignitate, vel ſi ſit pupillus: nam licet doli ſit capax, fauor tamen pupillaris ætatis efficit, vt pro homicidio non decapitetur, vt Doctores dicunt poſt Bald. in d. l. & ſi ſeuerior. Item ſi conſuetudo ſit, quod pęnæ commutentur. Item ſi iudex ex præſumptionibus iudicat, nam extraordinaria pœna reum eo caſu coercet, Bal. in l. fin. C. de probationi. Idem ſi iudex procedit per inquiſitionem ex officio ſuo. Lucas de Penna in dicta l. 1. C. de deſert. Idem eſt, cum delinquens fuit prouocatus:

tunc enim iuſta ſubeſt cauſa,vt pęna minuatur,ſic poſt Lucam dicto lo o, & Felyn, in cap. dilecti filij, extra de exceptio. tradidit Afflictus iam dicto loco, vbi aliam ſubdit cauſam, videlicet propter multitudinem delinquentium, & plures cauſas tam præmiſſas,quàm alias diſcurrit Grammatic. in deciſio. vigeſimatertia, vbi quod fauor minoris ætatis operetur, vt pro homicidio minor viginti annis non decapitetur, & idem Afflict. in eod. titu. in verbo pęnarum, nume. 21.

26 Compoſitiones verò ſi per criminibus,de pęna corporali ad pecuniariam, cum reo,ſub hoc Ser. Dom. non ſunt in vſu,ſed apud alios Principes in vſu frequenti verſantur, ſicuti idem Afflictus cenſuit in dicto verbo: pęnarum nume. 22. & 23, arbitrariæ tamen in partibus noſtris factæ ſunt pęnæ criminales, interdum grauiores, aliquando leuiores, ſecundum varias facti,perſonarum, locorum,& temporum circunſtantias.

27 Sed vtrum pars offenſa poſſit offenſori remittere pęnam, dic quòd aut iniuria eſt publica, & non poteſt, quia Reſpubl. fuit offenſa,l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. aut iniuria fuit priuata, & poteſt,& iudex procedere nequit, ſic Iacob.de Aret. in l. ſi quis. ff. de manumiſſion. Afflict. d.cap. 1. in verbo pęnarum, nume. 36.

28 Qui autem poſſint mulctare, & pœnas indicere,dubitant Scriptores: nam mulctæ, & pęnæ ſunt meri Imperij ſaltem in 6.& vltimo gradu, Barto. in l. Imperium,colum. 5. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. ac ideo non,niſi iudex habens merum Imperium, eas imponere poterit. Ange. in l. nemo carcerem, C. de exacto. tribut. lib. 10. & pęnæ, & mulctæ non pertinent ad eos,qui in loco non habẽt merum Imperium,Iacob. a San. Georg. in ſua inueſtitu. in verbo cum mero, & mixto Imperio,colum. 2, Iaſ. in l. Imperium,colum. 6. ff. de iuriſd. omn. iud. ſequuntur Riminal. & alij relati per Rol. in conſi. 42. col. 2. in 2.

29 Contra verò, quod etiam minores magiſtratus mulctare poſſint, eſt caſus in l. 1. Et inde colligunt ſcribentes omnes. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtemp. pro modo tamen poteſtatis ſuæ, quod plenius declarauit Iaſ. ibi nume. 3. Tu dic, quod minores magiſtratus poſſunt tantum mulctas indicere incidenter ad defenſionem iuriſdictionis ſibi conceſſæ, ad text. in l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdi. omnium iudic. principaliter autem mulctare nequeunt, ſic diſtinxit Afflict. in dicto loco in verbo: mulctæ,num. 7. Planum autem eſt, non habentes iuriſdictionem mulctare non poſſe, veluti fiſci adminiſtratores, quia iuriſdictionẽ non habent,l. 1. & 2. C. de modo mulct. Item Gabellarij, quia & ipſi iuriſdictione carent,ſic Afflict. ibi. Item arbitri, quia & ipſi notionem tantum,non iuriſdictionem habent: Barto. in d. l. ſi qua pœna: item delegatus, quia non ordinariã,ſed mutuatam habet, nec ipſe mulctare poteſt. Affl. eo loci,col. vlt. præterquam in caſu l. 2. C. de ſportul.

Vtrum autem pro pœnis delinquentium,bona ſint fiſco obligata: ſcripſi in tit. de pig. & hip. nu. 12.

Item an pœnarum pœnæ exigi poſſint, dixi in titu. de debitor. fiſcal. Item an præſcribi poſſit,dixi in titu. de præſcriptio.

30 Et vtrum pęna in foro conſcientiæ debeatur a reo: eſt materia ampliſſime diſcuſſa per Felyn. in cap. 1. nume. 52. & per Dec. nume. 30. poſt d. Abbat. ibi num. 10. extra de conſtitutio. Dida. de ſponſa. in 2. par. cap. 6. §. 8. num. 10. Anto. Gome, delictorum cap. 14. ſub num. 3. & aliquid per D. Manticã de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 4. nu. 16. & an ex parte creditoris tetigit Dec. ibi ſub num. 35. ſcripſit Clarus in crim. lib. 5. §. fi. q. 79. dixi infra in ti. de præſcr. nu. 23.

31 Sed iuxta prædicta ſtat dubitatio, quam Doctores pleriſque in locis pertractarunt,videlicet, an in pęnis fieri debeat coacetruatio, puta, dicit ſtatutum Padue,ac etiam Taruiſij,quòd condemnatus in libris 50. & ſupra, poſſit impune interfici, quidam fuit condemnatus in 30.



in 30. & in 30. an hic ſubiaceat periculo ſtatuti, ex dictis Doctorum conſtituo tres concluſiones. Prima eſt,quòd vbi condemnationes ſunt diuerſæ, & pro diuerſis delictis,tunc cumulatio ſummarum non fit: Bar. in l. 2. §. 1. per illũ text. ff. de cond. inſt. idem Bar. in l. vbi fideiuſſor. per illum tex. ff. de ſol. & in l. ſi vnus. §. ſi cum mihi decem. ff. dep act. Bald. in c. in omni negotio,extra de teſtib. Can. in c. pen. extra de dona. Ang. Raphael, Alex. & Iaſ. vbi de communi in l. ſi idem cum eodem. §. fin. per illum tex. ff. de iuriſd. om. iud.

Secunda concluſio: cum condemnatio eſt vna,in diuerſis ſummis, & pro diuerſis delictis,adhuc coaceruatio ceſſat: ſic Bar. in d. l. vbi fideiuſſor. Cuius dicta in hunc ſenſum accipienda ſunt, & eſt communis concluſio ſcribentium in dictis locis.

Tertia concluſio,vbi pro vno delicto per vnicam ſententiam quis condemnatur in diuerſis ſummis, fit coaceruatio illarum ſummarum: quia vna eſt ſententia dictarum pœnarum,l. ſi ſeparatim. §. 1. & ibi hoc not. Ang. ff. de appel. idẽ Ange. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi idem cum eodem. §. fi. & latiſſimè Bar. Cępo. conſi. 14. nu. 21. & ſeq. vbi reprehendit Raph. in d. §. fin. & Io. de Imo. in d. l. ſi ſeparatim. §. 1. contrariũ tenẽtes.

Amplia cum vnum fuit factũ,& plura in eodem facto delicta commiſſa, veluti q1 vna fuit rixa,in qua Titius duos offendit,pro qua rixa fuit condemnatus in 40. & in 40. Nam quia factum illius rixæ eſt radix omnium obligationum, idcirco ſummarum coaceruatio fit,ſic Ang. in d. §. fi. nempe vnum delictum reputatur,gl. notab. in l. 1. in glo. magna. in fi. C. vnde vi, pulchre Bar. in l. hos accuſare. §. lege Iulia. ff. de accu. Sal. in l. cũ rationibus. C. qui accu. non poſſ. & Ang. ſecutus eſt Cępo. in d. conſi. 14. num. 25. & 26.

Amplia ſecundò,cum pœna applicatur partim fiſco,partim priuato,ſic pulchrè idem Cęp. in d. conſi. & ratio eſt: quia pœna eſt, & reus eſt condẽnatus.

32 Et ampliatio iudicio meo eſt vera in his terminis,puta cum reus fuit condẽnatus in libris 80. videlicet 50. dãda parti offenſæ,& 30. fiſco, nam quia de iure condemnatio tota per Camerarios exigitur,& in fiſci Cameram cõfluit, a quo priuatus offenſus partem ſuã accipit,ſicuti pulchre explicuit Bar. in l. Senatus, §. Senatus. ff. de iure fiſc. & in l. 1. C. de vend. rerum fiſca. lib. 10. & apud nos de facto in Cameris ſeruatur, & in his terminis ſtatutum Paduæ clarè explicat cõdemnatum poſſe impune occidi, pro vt in terminis noſtri ſtatuti conſuluit Bar. Cęp. conſi. 7. col. vlt. ſed in terminis conſilij ſupra relati: quia pœna eximentis debitorem de manibus familiæ, vt teneatur ad debiti ſolutionem, videtur eſſe alterius conditionis, dubia eſt eius conſultatio, attamen magna eſt auctoritas illius eximij viri.

33 His autem proxima accedit quęſtio: Vtrum reus ex cauſa maleficij condemnatus,pœna pecuniaria ad fiſci commodum,vel etiam ad refectionem partis offenſæ,poſſit cedere bonis,& ſic cedendo ex carceribus relaxari? breuiter communis gloſſarum, & Doctorum traditio eſt,vt debitor,ſiue fiſci,ſiue priuati, ex cauſa maleficij cedendo bonis non liberetur: quia in delictis qui non habet in ære,luit in corpus,gl. in c. peccatum. de reg. iur. in 6. & 14. q. 6. in c. primo ſi res. & 86. diſt. c. non ſatis. Inno. Ioan. de Ana. Abb. & alij Cano. in c. Odoardus. extra de ſolu. Alb. de Roſ. in rubr. & Sal. in l. 1. C. qui bon. ced. poſ. Ang. in l. 2. ff. eo. & in puncto plures alios adducens conſuluit Paduæ Bar. Cępo. conſi. 9. vbi in pœna parti applicata.

*Finis Quarti Libri.*

# MARCI ANTONII PEREGRINI DE IVRIBVS, ET PRIVILEGIIS FISCI,

## Liber Quintus.

### DE PVBLICATIONE BONORVM. Titul. Primus.

1 *Publicabantur bona pro omni crimine, ex quo quis ciuitatem, libertatem, vel vitam amittebat.*

2 *Iudex poteſt reſeruare partem bonorum condemnato pro crimine, ex quo bona publicantur.*

3 *Exilium paſſus bona non amittit.*

4 *Bona damnatorum ſecundum nouas leges non infiſcantur, ſed certis perſonis reſeruantur.*

*Auth. bona damnatorum, præſeruat bona damnatorum, certis perſonis ibi notatis.*

5 *Auth. bona damnatorum. C. de bon. dam. defert bona perſonis ibi nominatis non vti hæredibus; ideo bona illa nondum agnita tranſmittunt.*

6 *Publicatio bonorum contra formam Auth. bona damnatorum, non valet.*

7 *Immo eſt nulla vti lata contra ſacras conſtitutiones.*

8 *Auth. bona damnatorum, in quibus caſibus & criminibus locum habeat.*

9 *Interficientis ſe metu criminis, bona iure nouo non publicantur.*

10 *Auth. bona damnatorum ceſſat in pluribus caſibus primo cum bona alicui auferuntur per eius contumaciam.*

11 *Item in relegato, & in eo, cui pars bonorum adimitur, vel pœna pecuniaria imponitur.*

12 *Nuptias inceſtas contrahentium bona etiam iure nouo publicantur.*

13 *Nuptias inceſtas ignoranter contrahentes non patiuntur publicat. bonorum.*

14 *Nuptiæ inceſtæ dicuntur, ratione ſanguinis, non alio reſpectu.*

15 *Nuptias inceſtas contrahens de iure cano. non de iure ciuili, bona non amittit.*

16 *Pœnales leges mitiorem in partem accipiuntur.*

17 *Inceſtum committens non patitur publicationem bonorum.*

18 *Maieſtatis reus publicatione bonorum plectitur.*

*Maieſtatis crimen non committitur per eum, qui non eſt ſubditus.*

19 *Authen. bona damnatorum non prodeſt filijs, & coniunctis delinquentis: qui cum eo deliquerunt.*

20 *Auth. bona damnatorũ, ceſſat in indignis.*

21 *Statuta habentium auctoritatẽ circa publicationem bonorum ſeruanda ſunt.*

22 *Statuto*



22 *Statuto permittente aliquem capitaliter puniri pro delicto, bona illius non publicantur, niſi ſtatutum aliud dixerit.*

23 *Bona non intelliguntur publicata, niſi expreſſè adempta fuerint.*

24 *Princeps pro delicto pōt confiſcare bona.*

25 *Magiſtratus inferiores à principe, an poſſint confiſcare bona.*

*Publicatio bonorum pertinet ad Principes, non ad magiſtratus inferiores.*

26 *Iudex qui ex generali arbitrio poteſt condemnare reum ad mortem, non poteſt illius bona publicare.*

*Delegatus Principis non poteſt confiſcare bona.*

27 *Publicationis bonorum pœna comminari non poteſt ſine principis mandato.*

28 *Publicatio bonorum facta a non habente auctoritatem, nulla eſt ipſo iure.*

29 *Merum, & mixtum imperium habens in aliquo loco, an habeat ius confiſcandi.*

30 *Publicare bona eſt de regalibus.*

31 *Merum & mixtum Imperium, cum omnimoda iuriſdictione Regalia importat:*

32 *Publicationis bonorum pœna, an indici poſſit propter contumaciam rei.*

33 *Venetorum lex bona homicidarum confiſcata defert filijs occiſi.*

34 *Publicatis bonis, an portio aliqua ſit reſeruanda filijs confiſcati ſaltem legitima.*

35 *Publicatis bonis filij, an portio reſeruetur patri.*

36 *Publicatis bonis paternis, an portio aliqua ſtatim debeatur filijs.*

37 *Patre viuente interim nulla portio filijs debetur.*

38 *Portio reſeruata filijs, publicatis bonis paternis, quanta ſit.*

39 *Filij emancipati venientes cum alijs filijs in portionẽ bonorũ patris cõfiſcatorum, conferunt prout ab inteſtato ſuccedẽtes.*

40 *Filij nati poſt publicationem bonorum nõ vocantur in portionem.*

41 *Concepti tempore publicationis bonorum paternorum pro natis habentur,*

42 *Naturales filij publicatis bonis paternis nõ vocantur in portionem.*

43 *Maternis bonis publicatis, nulla portio filijs debetur.*

44 *Patre condemnato pecuniariter, vel confiſcata parte bonorum, filij non vocantur in portionem bonorum.*

45 *Filij an teneantur alere patrem bannitum, & confiſcatum de portione eis reſeruata.*

*Alimenta an debeantur patri in bonis ſibi culpa ſua ademptis.*

46 *Publicatis bonis mariti an portio aliqua debeatur vxori inopi.*

47 *Statuta de publicatione bonorum ſunt ſtrictiſſimi iuris.*

48 *Publicationis bonorum ſententia ſtrictè eſt interpretanda.*

49 *Bonis mobilibus, & immobilibus publicatis non continentur iura, & actiones.*

50 *Bonis publicatis omnia cõtinentur etiam iura, & actiones.*

51 *Verba in quacunque materia latè accipiũtur iuxta eorum proprietatem.*

52 *Bona ſecuta confiſcatione ſtatim quæruntur fiſco quo ad ius dominij, non quo ad poſſeſſionem.*

53 *Publicatis bonis fiſcus ſuccedit in iuribus condemnati actiuis, & paſſiuis.*

53 *Fiſcus reputatur veluti hæres extraneus in bonis confiſcatis.*

54 *Fiſcus agit contra debitores, & conuenitur a creditoribus pro bonis delinquentis confiſcatis.*

55 *Creditores debitoris confiſcati, an quod a fiſco conſequi non valent, petere poſſint a debitore poſtea facto ſoluendo.*

*Debitor per confiſcationem bonorum, an penitus liberetur a creditoribus.*

56 *Fideiuſſor condemnati penes fiſcum, an liberetur publicatis bonis illius.*

57 *Fiſco ſuccedente in bonis ſui debitoris, debitor liberatur pro quanto fiſcus capit.*

58 *Fiſco inuito bona confiſcata per ſententiã legis, vel hominis bona nõ acquiruntur.*

59 *Reo damnato in pœna pecuniaria, non tenetur fiſcus eius creditoribus.*

60 *Fiſcus non eſt per omnia, ſed in aliquibus loco hæredis.*

61 *Hæredi dare damnatus dando fiſco non liberatur.*

62 *Hæres ſuccedit defuncto in bonis vbiquè exiſtentibus.*

63 *Ius accreſcendi ceſſat inter duos fiſcos diuerſos.*

64 *Fiſcus*

64 Fiſcus non tenetur creditoribus confiſcati vltra vires bonorum.

65 Inſtantia cœpta cum defuncto tranſit actiuè, & paſſiuè ad illius hæredes, ſed non aduerſus fiſcum.

66 Fiſcus prius excuti debet a creditoribus condemnati, quàm tertius poſſeſſor.

Fiſcus habetur magis pro poſſeſſore, quàm pro hærede.

67 Fiſcus pro bonis in eum delatis agit petitione hæreditatis.

68 Fiſco per publicationem bonorum omnia acquiruntur, quæ per actum alienationis inter viuos, vel per vlt. volunt. in extraneum transferri poſſunt.

69 Bona fideicommiſſaria, quæ in vita grauati alienari poſſunt eadem per publicationem bonorum in fiſcum tranſeunt.

70 Bona emphyteutica alienabilia in extraneos confiſcantur.

71 Bona feudalia tranſibilia in extraneum, eadem in fiſcum tranſeunt.

72 Ius patronatus tranſibile in extraneum tranſit in fiſcum.

73 Vſusfructus commoditas in alium, & in fiſcum ad eius vitam tranſit.

74 Bona cum ſuis ſeruitutibus, & oneribus tranſeunt in fiſcum, prout in quemcunq; alium.

75 Alendi liberos onus trāſit in fiſcum, prout in quemcunque ad quem bona trāſeunt.

76 Dotare tenetur fiſcus filias confiſcati, & condemnati.

77 Obligationes conditionales actiuæ tranſeūt in fiſcum.

78 Exceptiones omnes tranſeuntes ad extraneum fiſco quoque cedunt.

79 Ius deducendi legitimam, & Trebel. tranſit in fiſcum.

80 Mater relicta vſufructuaria, quæ ob exiſtentiam filiorum alimentaria eſt, confiſcatis bonis filiorum reaſſumit plenum vſumfructum.

81 Quarta reſeruata coniugi inopi debetur, confiſcatis bonis mariti.

82 Vxor confiſcatis bonis mariti deducit dotem, & contradotem.

Dotes deducuntur per vxores confiſcatis bonis mariti.

83 Vxoris bonis publicatis, ac ſoluto matrimonio deducitur lucrum dotale debitum marito.

84 Iura ad quærendum competentia tranſitoria ad extraneos hæredes tranſeunt in fiſcum veluti.

Ius adeundi ex potentia ſuitatis.

Ius deliberandi.

Ius agendi ad ſupplementum legitimæ.

Ius petendi reſtitutionem in integrum.

85 Ius dicendi de nullitate teſtamenti nō tranſit in fiſcum.

86 Obligationes paſſiuæ tranſeunt contra fiſcum.

87 Obligationes conditionales paſſiuæ nō trāſeunt contra fiſcum.

88 Compromiſſum ſoluitur per confiſcationē bonorum.

89 Iura omnia, quæ tranſeunt contra extraneos ſucceſſores, tranſeunt contra fiſcū.

90 Alienabilia per contractum ſunt alienabilia per delictum, in fiſcum.

91 Iura perſonalia non tranſibilia de perſona ad perſonam non tranſeunt in fiſcum.

92 Ius reuocandi donationem non tranſit in fiſcum.

93 Condictionalia iura, quæ ad hæredes non tranſeunt, nec in fiſcum tranſeunt.

94 Pupillaris ſubſtitutionis ſpes in fiſcum non tranſit.

Fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ſpes in fiſcum non tranſit.

95 Hæreditas non adita per condemnatum non tranſit in fiſcum.

96 Contractus qui morte alterius contrahentium finiuntur, non tranſeunt in fiſcum.

96 Societas publicatione bonorū diſſoluitur.

97 Iura liberorum non tranſeunt in fiſcum.

98 Fiſco non acquiruntur per cōfiſcationem ea, quæ nec alienando, nec teſtando in extraneos tranſponuntur.

Res prohibitæ alienari in extraneos per publicationem fiſco non quæruntur.

99 Alienare rem prohibitus fauore tertij: delinquendo, ea fiſco non acquiritur.

100 Lex Imperator. ff. de fideicommiſ. libert. declaratur.

101 Res alienari prohibita, an confiſcetur in vita delinquentis.

102 Fideicommiſſa ordinantur pro conſeruatione bonorum in familia.





103 Res alienari prohibita in teſtamento cum conditione, quod in caſu delicti ex qua ſequatur bonorum publicatio tranſeat in proximiorem, an fiſco acquiratur.

104 Pactum in diuiſione adiectum inter duos fratres, an præiudicet fiſco in caſu publicationis bonorum.

105 Patri non quæritur vſusfructus in bonis, quæ a filio auſerūtur, & fiſco applicātur.

106 Feudalia, quæ in extraneos non tranſeunt non infiſcantur.

107 Fallit in feudis nouis.

108 Feudalia ob delictum in Dominum feudi commiſſum per eum publicantur in præiudicium deſcendentium, & agnatorū.

109 Fallit cum ex verbis inueſtituræ delictum vnius alteri non noceret.

110 Fallit cum delictum non conſtat per veras probationes.

111 Feuda eccleſiaſtica, an publicētur pro crimine Maieſt. in principem ſecularem.

112 Feuda, quæ ob delictum non infiſcantur penes quos permaneant.

113 Feudum antiquum per confiſcationem, vel per alienationem, ſine domini, & agnatorum conſenſu, an ad filios, an vero ad agnatos deuoluatur.

114 Feudi commoditas in vita feudatarij delinquentis, an publicetur.

115 Feudi in materia tria ſunt conſiderabilia.

116 Vſusfructus commoditas non infiſcatur ſi vſufructuarius patiatur maximam, vel mediam capitis diminutionem.

117 Vxor non eſt domina dotis, nec rerum dotalium.

118 Vxoris bonis confiſcatis non confiſcatur dos, matrim. conſtante.

Vxoris pro debito contracto matrimonio cōſtante, bona dotalia non capiuntur.

119 Filiæ bonis publicatis non præiudicatur patri in dote profectitia.

120 Emphyteutica inalienabilia in extraneos non confiſcantur.

121 Ius patronatus in extraneum, inalienabile non confiſcatur.

122 Donata per principem alicui pro ſe, & deſcendentibus, non confiſcantur.

123 Alimentorum ius condemnato competens non infiſcatur.

124 Publicatis bonis patris, vel filij, an publicetur peculium.

125 Publicatis bonis filijſfamilias non publicatur peculium profectitium.

126 Publicatis bonis paternis, an publicetur peculium filij profectitium.

127 Filiofam. condemnato in certa quantitate, exequi poterit in peculio profectitio.

128 Publicatis bonis filijſfamil. non publicatur eius peculium aduentitium, amplia, & limita,

129 Publicatis bonis paternis, publicatur vſusfructus in aduentitijs filiorum, quo ad commoditatem, niſi paſſus ſit diminutionem capitis maximam, aut mediam.

130 Publicatis bonis filijſfam. non publicatur peculium Caſtrenſe, vel quaſi, limita, & declara, vt ibi.

131 Melioramenta feudalium, & emphyteuticorum, an veniant in confiſcatione.

132 Publicatio bonorum non trahitur ad futura.

133 Bona delata reo poſt bonorum publicationem, ſibi, non fiſco acquiruntur.

134 Publicatio bonorum, an trahatur ad bona ſita in alio territorio.

135 Statutum eſt ius commune in patria.

136 Statutum ciuitatis dominantis reputatur ius commune ciuitatib. ſubditis.

137 Publicatio bonorum ex ſtatuto vnius ciuitatis non trahitur ad bona alterius territorij, quamuis vnus ſit princeps.

138 Publicatis bonis alicuius de iure communi bona delinquentis, quilibet fiſcus capit.

139 Vaſallorum fiſcus capit bona ſub ſuo territorio ex vi confiſcationis maioris Domini.

140 Fiſcus non capit bona vti confiſcata, niſi præceſſerit ſententia.

141 Mobilia ſequuntur perſonam, & domicilium Domini.

142 Nomina debitorum, an cenſeantur de foro debitoris, vel creditoris.

143 Fiſcus tenetur debitoribus contractis in ſuo territorio.

144 Feudalium ſucceſſor tenetur creditoribus contractis ex cauſa feudalium.

145 Publicatis bonis clerici vter fiſcus capiat ſecularis, vel eccleſiaſticus.

146 *Publicatio bonorum, an trahatur ad ante per reum alienata.*

147 *Donatio cauſa mortis per publicationem bonorum reuocatur.*

148 *Donatio inter coniuges, an per publicationem bonorum reuocetur.*

149 *Donatio inter viuos, an reuocetur, per natiuitatem filiorum confiſcati.*

150 *Donatio, an adeo reuocetur per natiuitatem filiorum confiſcati, vt fiſcus bona vẽdicare valeat.*

151 *Creditores filij, an poſſint exequi contra bona iure legitimæ debita in bonis paternis.*

151 *Donatione reuocata per ſuperuenientiam filiorum, creditores poſſunt exequi contra bona.*

152 *Alienationes ante crimen commiſſum validæ ſunt, nec fiſcus alienata reuocat.*

153 *Fallit ſi in fraudem fiſci factæ fuerint.*

154 *Alienatio facta in fraudem futurorum creditorum reuocatur.*

155 *Inimicitia non ſubſiſtente tempore alienationis, non poteſt argui facta in fraudem fiſci.*

156 *Donatio omnium bonorum arguit fraudis ſuſpicionem.*

157 *Venditio omnium bonorum, an arguat fraudem.*

158 *Emptor a quo fiſcus rem vti in fraudem alienatam reuocat, an pretium rehabeat.*

159 *Donatio facta perſonæ coniunctæ, an præſumatur fraudulenta.*

160 *Poſſeſſionis continuatio arguit alienationem ſimulatam.*

161 *Intellige, quo ad tertium ſic allegantem: nõ reſpectu alienantis.*

162 *Clandeſtina alienatio arguit ſuſpicionem fraudis.*

163 *Alienationem ſi incontinenti ſequatur delictum fraus præſumitur,*

164 *Alienatio facta in caſum ſi contingeret bona publicari euidenter fraudulenta eſt.*

165 *Alienationes in fraudem factas fiſcus facilius retractat cum agitur de damno.*

166 *Reus commiſſo delicto ex quo bona immediate publicantur, alienare non poteſt.*

167 *Bona ipſo iure in compluribus caſibus commiſſo delicto publicantur.*

168 *Declaratoria tamen ſuper facto criminis commiſſi requirit cum bona ipſo iure publicantur.*

169 *Sodomitæ bona ipſo facto publicantur.*

170 *Hæretici bona ipſo facto publicantur.*

171 *Læſæ Maieſt. pro crimine, an bona ipſo iure publicentur.*

172 *Citatio in crimine læſæ Maieſta. an ſit neceſſaria.*

173 *Fiſcus vendicat bona alienata per reos ipſo iure confiſcata citra pretij reſtitutionem.*

174 *Fructus percepti poſt delictum commiſſum quibus caſibus pertineant ad fiſcum*

175 *Reus poſt delictum alienare non poteſt in caſibus cum eſt ſibi interdicta adminiſtratio,*

176 *Alienationes neceſſariæ reis concedũtur.*

177 *Reus criminis in caſib. priuilegiatis, an poſſit alienare pro dotibus filiarum.*

178 *Reo criminis regulariter non interdicitur bonorum adminiſtratio.*

179 *Reus poſt accuſationem ante litis conteſtationem, an poſſit alienare.*

180 *Reus poſt litem conteſtatam ante ſententiam ſuper crimine, an alienare valeat.*

181 *Reus poſt ſententiam confiſcatoriam non alienat.*

182 *Reus crimine commiſſo pro maleficio obligatur, ſed interim pœna non debetur.*

183 *Datio inſolutum facta per debitorem creditori ſuo poſt crimen, an valeat.*

184 *Dotes confeſſionatæ, & dotium augumenta poſt delictum commiſſum præſumuntur in fraudem.*

185 *Fiſcus debet agere remedijs reuocatorijs contra poſſeſſores, non illos de poſſeſſ. eijcere.*

186 *Fiſcus an poſſit ſequeſtrare, & deſcribere bona delinquentis.*

187 *Alienata in fraudem, an poſſint reuocari per perſonas, de quibus in Authen. bona damn.*

188 *Alienata in fraudem, an reuocent aſcendẽtes, & deſcendentes.*

189 *Filius non reuocat alienata per patrem in ludo.*

190 *Reus criminis, an in fiſci præiudicium repudiare poſſit acquiſitiones ſibi delatas.*

191 *Reus*



191 *Reus criminis ante confiſcatoriam poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam.*

192 *Fiſco lex magis fauet, quàm priuato creditori in acquirendis per reum.*

193 *Fiſcus in impenſis factis contra reum, & pro eius bonis præfertur omnibus creditoribus.*

194 *Fiſcus malefactores, & facinoroſos impenſis ſuis, ſi accuſator nõ adeſt perſequitur.*

195 *Vtilitates ex confiſcationibus prouenientes, an prouenientes ad iudicem inquirentem, vel condemnantem, vel exequentem.*

196 *Bona delinquentis confiſcata, vel etiam cõfiſcanda deſcribitur, & de materia deſcriptionis.*

197 *Poſſidens rem apparenter præſumitur exiſtenter poſſidere.*

198 *Poſſidens præſumitur poſſidere pro ſuo, & pro ſe, non pro alio.*

199 *Proclamata excludunt non comparentes in termino.*

200 *Decretum Excelſi Conſilij X. declaratur ampliſſime.*

201 *Creditor conditionalis, impropriè eſt creditor.*

202 *Dominij ius in rem prætendens per alium poſſeſſam, an dicatur, & ſit illius creditor.*

203 *Liberatione legata omnibus debitoribus de omnibus debitis non tollitur vendicatio rei.*

204 *Cridæ non obſunt tacentibus, quo ad bona per fiſcum non apprehenſa.*

205 *Cridæ non valentibus agere, an præiudicent.*

206 *Terminus ad probandum, & probatum habendum per eius lapſum excludit ab examinatione teſtium.*

207 *Termino conceſſo ad probandum, an poſt illius lapſum liceat probare ad confirmationem adductorum.*

208 *Creditores non contradicentes cridis factis per fiſcum de bonis confiſcatis, an habeant recurſum aduerſus bona, ex nouo delicto confiſcata.*

EXPOSVIMVS nonnullas particulares cauſas, ex quibus fiſco acquiritur: Nunc vidẽdum eſt de publicatione bonorum, quę eſt principalis ſpecies, & magis practicata.

1 Sciendum autem eſt, ex legibus ante nouas Iuſtiniani conſtitutiones, ſtatutũ fuiſſe, ꝙ pro omni delicto, ex quo quis ciuitatem per deportationem, vel libertatem, aut vitam amittebat: bona illius publicarentur. l. 1. vbi glo. Barto. & alij. ff. de bon. damn. & C. eodem. l. in metallum, l. deportati. & l. fina. etiam ſi in ſententia condemnatoria de bonis publicandis nihil expreſſum fuiſſet. l. 1. ff. ſi pend. appel.

2 Niſi iudex reſeruaſſet bona condemnato: nam id facere poterat, & poteſt, ſaltem de parte bonorum, gloſſ. quam ſingularem profitetur Bald. in l. ſi quo militi. §. 1. ff. ex quibus cau. ma. & in dicta l. 3. num. 4. Aret. in l. eius. §. ſi cui. col. 2. ff. de teſtam.

3 Cum verò quis in exilium mittebatur, bona non amittebat, l. relegati. ff. de pęnis, niſi id lege expreſſe cautum foret, veluti in contrahente nuptias inceſtas. l. qui contra. C. de inceſt. nup. & in §. inceſtas, in Auth. eo. vel niſi relegato bona per ſententiam adempta fuiſſent, quod licet fieri non deberet, factũ tamen tenebat, vt inquit gl. in d. l. ſi qua militi. §. 1. per text. in l. relegatorum. §. eſt differentia, & §. ad tempus. ff. de interd. & relega. & in l. deportatorum, C. de pęnis: id tamen citra perpetui exilij pęnam fieri non permittebatur, dicto §. eſt differentia, & l. bona ff. de iure fiſ. Item ex illis anterioribus legibus pro criminum conditione, & qualitate, quãdoque bona omnia publicabantur: interdum certa bonorum quota, aliquando certa res, nonnunquam pecuniaria pęna indicebat̃, ſicuti in vaſto iuris corpore diligens lector facilè inuenire

poterit,

poterit,& iſtud eſt,quod tex.inquit in l. 1.ff.eo.ibi vel aduerſus leges factum,cō miſſumve eſſe.

4 Iuſtinianus autem clemētiſſimus Imper. magis priuatorum, quam fiſci ſui commoda reſpiciens, nouiſſima lege,in Auth.vt nul.iud.§.fi.relata in Auth. bona damnatorum.C.de bon.dam.conſtituit,vt damnatorum bona, nō amplius ſecundum veteres leges fiſco applicentur:ſed vel deſcendentibus, vel aſcendētibus,aut ex latere coniunctis,vſque ad tertium gradum: vxores vero eorū,dotes ſuas, & donationes ante nuptiales accipiant,quòd ſi indotatæ ſint, habeāt de ſubſtātia viri partē a legibus diffinitā,ſiue filios hēant,ſiue nō.exceptis cōdemnatis pro crimine læſæ maieſta.aduerſus quos iura vetera ſeruare voluit.

Quamobrem,per illam Auth.ſublata eſt iure communi publicatio bonorum cū extāt deſcēdētes,aut aſcēdentes,vel collaterales tertij gradus, nā bona illis perſonis deferūtur ordine tñ ſucceſſiuo etiam,quòd ſint cognati,Cyn.& Ange. ibi:Bal.in l.2.ſub num.3.C.qui teſt. fac. poſ.& vtrobique dicunt,quòd vera litera illius tex. in corpore vocat collaterales vſque in tertium gradum,& eſt communis traditio Aret.in d.l.eius.§.ſi cui. col.3.Cagn.in l.ea ſola.ff.de reg. iu. Clarus,in crimin.q.78.in princ. Contra tamen tenuit Iacob. Beluiſ. in d.§. fina.& conſuluerunt Franc. Tigrin.& Bar.conſil.157.ſuper his:& poſt Alber.Papien. Alber.in 3.par.ſtat.q.22.& idem conſuluit Bal.ſicuti retulit Fabia.in rep.Auth. nouiſſima,num.207.C.de inoffic. teſta. mouentur:quia in corpore de collateralibus mentio non habetur, & ita eſt in codicibus meis:Prior tamen opinio cōmuniter recipitur: vtrum autem illa Authen.locum habeat in poſt quæſitis,caſu quo futura confiſcarentur poſt mortem damnati:tetigi ſupra in titu. de deportat. nume.5. & locum eſſe ſentio ex ſcriptis per Bal.& Sal.in loco ſupra adducto:contra Ang.in illa Authen. quia poſt quæſita ſunt minus affecta fiſco, quàm exiſtentia tempore condemnationis:nec Pau.Caſt. & Afflict. ibi relat contra ſenſerunt in terminis iſtis: imò illa Auth.in poſt quæſitis iuuaret etiam filijs natis poſt condemnatoriam, dixi ſup.in tit.de fil.depor.nu.4.

5 Capiunt autem perſonæ illæ, bona, non vti hæredes condemnati, ſed Imperatoris beneficio,in locum fiſci. Bart. & Tigrin.d.conſi.Saly. in dicta Auth.bona damnatorum,prope finem: vbi propterea inferunt, quòd non teneantur creditoribus condemnati vltra vires bonorum, pro vt nec tenetur fiſcus.l.1.§. an bona.ff.de iure fiſ.Item, quòd ea bona quamuis non agnita tranſmittunt ad ſuos hæredes, quæ tamen non tranſmitterent, ſi iure hæreditario deferentur,ad tex.in §.in nouiſſimo.C. de cad. tol.ſecutus eſt Corne.conſi.279.nu.11. in 4.Iaſ. in l. ſi arrogator. num.15.ff. de adop.quicquid contra ſenſerit Ang. in d.Auth.bona damnatorum,vnde infertur declaratio ad leg.Huius Ser.Dom. quæ reſeruat bona damnatorum de hęreſi coniunctis, ſic damnatis, dixi ſupra lib.4.tit.5.nu.12.

6 Ideoque per illam Authen. non valuiſſe publicationem bonorum vxoris, quæ virum ſuum interfecerat, reſpōdit Cęph.conſi.79.& in falſificante monetam alterius,non ſui Principis, Roland. Vall.conſi. 29. ad finem in tertio, & in alio caſu de falſario,Port.Imol. conſi.7. nume.12.

7 Amplius concludunt ſcriptores, ſententiam confiſcatoriam bonorum contra formam illius Auth.non valere, nec nocere,quamuis ab ea appellatum non ſit: quia lata contra ſacras conſtitutiones.l.1.§.item cum contra. ff. qu. appel. ſit.& l.ſi expreſſim.ff.de app.ſic Bal.in c. 1.colum.4.verſi.Sed pone iudex, in tit. de pace tenen.Dec.conſ.252. colum.4. Marſi.in repe.l.fin.num.189.ff.de iuriſ. omn.iud.Cag.in d.l.ea ſola.ff. de regu. iur.Rol.conſi.98.nu.4.in 2.

8 Sed vtrum per illam Auth. ſint ſublata iura omnia, ex quibus bonorum publicatio indicebatur, vtilis eſt inueſtigatio,videtur enim, quòd ſic: quia textus excipit





excipit crimen læſæ maieſt.Ergo in alijs firma remanet generalis illius conſtitutionis prouiſio,ad l.cum prætor.ff.de iudic.ſic tenuit Azo,& ſenſit gl. Accur. in l.1.ff.de iure fiſ.Alber.in 3.par. ſtatut.q. 18.in fine, vbi inquit, quicquid de iure ſit:totus mundus ſeruat,quòd bona nō publicantur aliquo caſu,excepto crimine hæreſis,& læſæ maieſta.niſi id fiat de conſuetudine, vel ex ſtatuto: ita diſponente, ſequuntur Cæpola conſilio 17. nume.35.Iacobin.a S. Georg.in ſua inueſt.feud. in verbo, dicti vaſalli, colum. penultima,Iaſ. conſilio 46.numero primo,in 3.Dec.conſilio 442.in cauſa,nu. 6.Cagno.dicta l.ea ſola. Decia.conſ.56. num.64.in 2.

9 Et attenta eſt prima opinione, vera indubitanter erit concluſio Petr. Cyni, Rainer.& Alber.contra Iacob.de Raue. in l.2.C.qui teſta.fac.poſ.quatenus concludunt, illam Authen. locum habere, etiam in eo,qui metu criminis ſe ipſum interfecit: quamuis iſte dupliciter deliquerit. Quorum opinionem amplectitur Bar.in l.fina.C.de iure fiſci, libro 10. ſecundum tertiam lecturam, & idē Bar. in l.fi.§.de illo.ff.de bon. eorum, Sal.in l.1.C.eo. & eſt communis, vt Iaſ. inquit in d.l.2.in fine, quam etiam tuetur Alb. dicta quæſt.18.

Verum Barto.& Ange. in Auth. ſed nouo iure.C.de pœna iud.dixerunt,illam Authenti. locum habere in eo, qui damnatus capitaliter moritur. non in eo,qui viuens damnatur.refert Martin. Laudenſ.in tracta.de fiſco,quæſtio.5.& Franc.Luc.in eo.tract. in tit. de public. bon.ſub num.10.& fuit opinio Dyni,& Cyni,quos ſequitur Bal. in l.eius.§.1. ff. de teſtamen.Pau.Caſt.in dicta l.2. in fine.C.qui teſt.fac.poſ. vnde Bald. infert, bona banniti abſentis ſub pęna capitis non reſeruari eius liberis, quia interim de facto viuit,ac etiam de iure,donec in fortiam communis venerit.Horum autem opinio videtur contradicere textui in dicta Auth.ibi mortem, aut proſcriptionem, diffiniunt: probata tamen videtur ſub hoc Sereniſſ.Domi.nam moris eſt,bona eorum qui vltimo afficiuntur ſupplicio,non publicari,excepto crimine læſæ maieſta. ſed eorum tantum, qui abſentes damnantur, contra quos veluti præſentes ad diffinitiuam proceditur.

Communiter vero ſcribentes tradiderunt Auth. illam locum quoque habere in ijs,qui viuentes damnantur,veluti in deportatis, bannitis, confinatis, & huiuſmodi,& in deportatis, poſt Iacob.Butrig.tradidit Guido Papa quęſt. 438.num.4. Ideoque recurrendum eſt ad diſtinctionem,quam poſt Alb.& Butriga.retulit Bar.in l.1.ff.de bon.dam.& ſequuntur Bal.Ang.& Saly.in dicta Authen.Bal.in c.1.col.4.in titu. de pace tenen.Alber.dicta quæſt.18.Imo.& Aret. in d.l.eius.§.1.Boer.deciſ.263.num.15. Paul. Caſtr.conſil.171.in 1. Nellus in 1. par.2.temp.q.11.Cęph.conſi.79. col.1. & col.pe.Rol.conſi.29.in 1.

Nam aut damnatus per ſententiam condemnatoriam amittit vel vitam,vel libertatem,vel ciuitatē, quibus caſibus bona in conſequentiam ſententiæ publicabantur, quia ſic damnatus bona retinere non poteſt, & tunc iura antiqua ſunt correcta: aut vero non amittit hæc, vt in relegato, qui ciuitatem retinet,& hoc caſu,iura antiqua de publicatione bonorum expreſſe indicta in caſu relegationis adhuc remanent incorrecta.Ratio, quia relegatus retinet bona, & teſtamenti factionem, ideo pœna eſt ſibi,ſi bona confiſcantur: prioribus verò caſibus,quia ipſe bona retinere non poteſt,bonorum ablatio non eſſet in pęnam ſui,ſed venientium ab inteſtato. Quæ ſanè differentiæ ratio non admodum videtur concludere: nam & in relegato pęna videtur eſſe, quòd bona ſibi auferantur, & applicentur certis perſonis: item in deportato,quòd non poſſit habere bona, nec id generale eſt: quia iudex poteſt deportato reſeruare partem bonorum, vt dixi ſupra num.2. Item Camera fiſci poteſt repudiare cōfiſcationem,& bona confiſcata, dixi infra nu.58.inſup deportatus pōt in loco

acquirere ex cauſis de iuregentium, di-
xi in tractatu de incapacibus in materia
depoatatorum,communis tamen,& re-
cepta eſt ſupra relata diſtinctio: ex qua
inferuntur plures notabiles declaratio
nes ad illam auth.

10 Primò,vt illa Authen. non proſit. cũ
bona alicuius publicantur,non per ſen-
tentiam diffinitiuam latam ſuper deli-
cto,ſed ob rei contumaciam,iuxta text.
cum materia.ff.& C.de requi.reis, quia
bona adimuntur in pœnam ſuæ contu-
maciæ,ſic Barto.in d.l.1.poſt Iacob. Bu
triga. Quorum opinio tuta non eſt:nam
contra tenuerunt Saly.in l.1.C.de req.
reis Angel.in d.Authen.Bona damnato
rum:Areti.in dicto §.ſi cui,in 3. colum.
quia annotatio bonorum non fit niſi in
cauſis capitalibus, in quibus probato
crimine,& lata ſententia,ſequitur bono
rum ademptio, vnde cum iure nouo ſu
blata ſit bonorum confiſcatio, videtur
quoque ſublata eorum annotatio,& ita
in ſimili arguit Barto.in l.fin. ff. de bon.
eorum,in vltimis verbis.

11 Secundò,vt non procedat in relega-
to,cui bona expreſſe per ſententiam adi
muntur, vt ſupra ex communi dictum
fuit: Amplia hanc fallentiam, vt fortius
procedat, quando bona in totum, vel
in partem adimebantur citra pœnam
exilij,vt in caſu Authẽ. item qui domũ,
C.de ſepul.viol.ſic Salyc.in d. Auth.bo
na damnatorum.

Amplia fortius in eo, cui ex delicto
pęna pecuniaria imponitur,ſic Bal.in d.
Auth.in quarto caſu.

Amplia item, quando non tota, ſed
quota bonorum adimitur,vt in caſu l.2.
C.ad leg.Iul.de vi. ſic Bald.d.cap.1. col.
4.Alber.d.quæſtio.18.num.1.& in alijs
caſibus,qui plures ſunt,vt retuli in præ-
cedenti tractatu.

12 Tertiò fallit in contrahentibus nu-
ptias inceſtas,nam hi pœna exilij,& pu
blicationis bonorum ipſo facto mulctã-
tur,niſi adſint liberi legitimi: nã eis bo-
na conceduntur cum onere alendi pa-
rentes, caſus eſt in §.1.in Auth.de ince
ſtis nuptijs,& in Authen.inceſtas.C.eo.
vbi Bald. inquit, quòd dotes datæ con-
templatione illius matrimonij publicã-
tur. ad hoc etiam tex.in cap. 1.in tit.quę
ſint regal.in verbo bona contrahentiũ,
vbi Afflictus late ſcribit, & in cap. cum
ſecundum, de hæreticis in 6. & in clem.
1.de conſang.& affini.vbi, quòd vincu-
lo excommunicationis innodantur, &
eſt communis ſententia, quamuis non
deſint contradictores affirmantes Au-
then. Bona damnatorum,in hoc crimi-
ne procedere, & male Boer. deciſ. 264.
num.14.& 15.

13 Intellige in ſcientibus tempore con-
tractus. Impedimentum, aliàs ſuperue-
niens ſcientia non noceret, licet poſtea
cohabitaſſent:quia lex punit contractũ,
glo.not.in d.clem.1.Fely.in c.examina-
ta,colum.4.extra de iud.Couar. de ſpõ
ſal.in capit.6.2. partis.§.8. Duennas, in
reg. 150. incipien. contrahentes matri-
monium, in prima limitatio. vbi alios
adducunt.

14 Intellige ſecundò, in nuptijs inceſtis
ratione ſanguinis, non autem ſi cũ vxo-
re,vel ſerua aliena, quia iura pęnalia ſtri
cte ad ſuos terminos rediguntur,ſic Ia-
cob.de Are.Cyn.Bald. Albericus, & Sa
lycet.in dicta Authentica inceſtas,quo
rum opinio communis eſt, vt ex Boer.
deciſ.264.num. 13. reprobata opinione
Accurſ.in d.Auth.inceſtas.

15 Intellige tertiò in cõtrahẽte nuptias
inceſtas de iure ciuili, non ſecundũ pro
tenſionem iuris canonici, quia pęnalis
prohibitio iure ciuili emanauit vſq; ad
conſtitutos gradus, intra quos ratione
conſanguinitatis, & affinitatis eo iure
matrimonium prohibetur:ſic ſanè con-
cludunt maiores noſtri, Pet. de Ancha.
conſi.391.videtur,Cald.conſi. vlt.ſub ti.
de conſan.& affi.Gemi.conſi.71.Titius,
Ruin.conſi.123.nu.11.in 5.Dec. conſi.
268.nu.5.Boer.d.deciſ.263. nume. 11.
vbi de communi, Alc. in c.cum contin-
gat,nu.53.extra de iurei.latiſſime D.Cę
phal. conſi. 226. Decian. conſi.58. ſub
nu. 10.in primo.

Horũ tñ ſententia nõ trãſit ſine con
trouerſia:nam d.Abb. in c. & ſi neceſſe,





extra de dona.inter vir.firmau it contra
rium,ſequitur Præpoſ.ibi,Dec. conſilio
158.& in l.certum.C. vnde cognat. Ro-
ſel.de ſucceſ.ab inteſt.num. 105.Didac.
de ſponſa.par.2.c.6.§.8.nu. 18.

Prior opinio magis placet per ratio-
nem adductam, ideoq̃ue vera eſt illatio
Chriſtof.Porci poſt glo.in §. affinitatis,
inſtit. de nupt. eas leges pęnales locum
non habere, cum matrimonium foret
prohibitum ratione affinitatis,quæ ori
tur ex copula illicita, ſecus eſt Boer. lo-
co præalleg.nu. 18.ad finem.

16 In pœnalibus enim benignior inter-
pretatio eſt accipienda.l. ſi de interpre-
tatione.l.ſi præſes.ff.de pęnis, & reo fa-
uorabiliores eſſe debemus.l. fauorabi-
liores.ff.de regu.iur. item iura pœnalia
ſunt reſtringenda ad terminos, & caſus
ſuos.c.in pœnis,& c.odia.de regu.iur.in
6.& in pœnalibus non eſt facienda extẽ
ſio ad caſum, de quo lex non loquitur.
§.cum autem,in Authenti. de non elig.
ſec.nub. etiã ex paritate, vel quod plus
eſt ex maioritate rationis,ad ea quę Iaſ.
ſcribit in Auth.quas actiones,nu.21.C.
de ſacroſ.eccl.Crauet.de antiq. tempo.
in 4.par.§.3.num.37.

17 Intellige quartò, in contrahentibus
propriè nuptias inceſtas, ſecus autem
in committentibus inceſtum abſq; ma-
trimonio, per acceſſum ad conſangui-
neam,vel monialem, & hoc rationibus
præmiſſis,ſic voluerunt Iac.de Are.Cy.
& Bal.in d. Auth.inceſtas. Maria.ſenior
conſi. 12.nu.23.in primo,Boer.d.deciſ.
264.Afflict.dicto loco,nu.3.

Contra tamen ſenſerunt Bal. & Alua
rot.in cap.primo,in titu.quæ ſint rega-
lia, quam etiam opinionem habuit Iac.
de Simanca prout retulit Duenas d.re-
gula 150.in 1.amplia.Prior tamen opi-
nio verior eſt.

Intellige quintò, cum vltra matrimo
nium ſubſecuta eſt copula, non enim v-
num abſq; altero ſufficeret, Abb.& Præ
poſ.in d.cap.& ſi neceſſe.Bal. Nouel. de
dotibus,in 11.par.nume.3.verſi.ſecun-
dus caſus, & nu.7. in ſexto caſu. Didac.
loco præcitato,num.20.Duennas dicta
regula in 3.limit. quamuis contra ſenſe
rit Afflict.d.loco nu.9.

18 Quartò fallit illa Authen. in crimine
læſæ maieſt. vt clare ibi dicitur, & adde
quod huiuſmodi crimen quo ad effe-
ctum mortis naturalis,& confiſcationis
bonorum, committitur ne dum aduer-
ſus Papam,& Imperatorẽ,Reges,Prin-
cipes, & Reſpublic. non recognoſcen-
tes ſuperiorem,de iure, vel de facto, ſed
etiam aduerſus Duces,Marchiones,Co
mites, & Dominos perpetuos recogno
ſcentes Imperatorem, Papam, vel Re-
gem in ſuperiorem. ſic ex facto conſu-
luerunt Alex.conſi.13.in 6.Cępol. cõſi.
17.etiam quod eſſet dominus vnius ca-
ſtri, ſic præclare Crauetta in ſuo conſi-
lio 224. nume.6. & poſt eum Roland.a
Valle conſilio 88.col.1. in 1. vbi quam-
plurimos concordantes adducunt: ſed
an reſpectu memorię defuncti damnan
dæ Principes inferiores,vel etiam ſupe-
riores,præter Papam, & Imperatorem
vtantur prærogatiua legis fin. ff. ad leg.
Iul. maieſt. concertant ſcriptores, ſicuti
retuli ſupra,in ti.de crim.quæ mor.non
exting.nu.23.Item,& an reſpectu filio-
rum ad terminos,l.quiſquis.C.e. ſcripſi
ſupra in ti.de fil.rebel.Illud tamen notã
dum eſt, quòd huiuſmodi crimen non
committitur niſi per ſubditum, non au
tem per non ſubditum, caſus eſt in cle.
paſtoralis, dę re iudi.. & inde colligunt
ſcribentes omnes, Bar. in l.amiſſione.§.
qui deficiunt,nume.3.ff.de cap. dimin.
Oldra.conſi.43.col.pen. in 6.q.Bart. in
extrauag.qui ſint rebelles,in glo. rebel-
lando,colum.penul. nume.8. Bal. in l.2.
C.de fal.mon.& in l.2.C.de vind. liber.
Cępol.dicto conſi. 17. Dec. conſi. 604.
in princ.Pariſ.conſil. 101.nume.33.in 1.
Cęphal.conſi.75. nume. 37. pleniſſime
Rolan.conſi.4.colum.2. in 1. & conſil.1.
nume. 27. in 3. & an ſufficiat quod ſit
ſubditus ratione feudi,concertarunt in
eodem caſu in diuerſas ſententias D.
Roland.dicto conſi.& Clariſſ.Menoch.
conſilio 99.numero 95.& ſequen.in pri
mo, ſed Oldradus, vt ſupra relatus de-
terminauit negatiue.& eſt notãdũ,quia

cum non ſubdito contrahitur crimen hoſtilitatis, quod morte finitur, nec ob id defuncti memoria damnatur, & multominus filij plectuntur, ſicuti ex Oldr. diffinitum fuiſſe retulit Sigiſ. Lofred. conſi.45.col.pen.

Quintò fallit in crimine hæreſis, de quo abunde ſcripſi ſupra in d.tit. de cri. quæ mor. non exting. nu.29.

Sextò fallit, cum filij, & illi, ad quos per delictum illius bona perueniſſent, & ipſi cum eo deliquiſſent; nam nè ex delicto illo beneficium aſſequantur: excluduntur, a lucro bonorum, ad l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. & l. itaque Iullo. ff. de furtis, ſic determinauit deciſio. Pedem. 105. nu. 12.

19 Septimò fallit in caſibus, cum bona auferuntur per fiſcum, vti ab indigno. Bald. in l. hæreditas. C. de indig. Mart. Laud. in tract. de Fiſco, q.5. dixi plenius ſupra, de indig. nu. 21.

20 Octauò fallit, cum ex conſuetudine regionis, aut per decreta Principum, & Ciuitatum habétium iura fiſcalia, aliud ſtatutum fuiſſet; nam eiuſmodi ordinamenta eſſent ſeruanda: ſic Bar. in l. 1. ff. de bon. damnato. & in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. Alber. 1. part. ſtatut. q. 18. & 19. Cępola conſi. 17. nume. 19. cum adductis per Rol. conſi. 97. col. 1. in 2. & in præal. deciſ. Pedem. 105. nu. 11.

Nec mirum, ex regula l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, & in cap. Canonum ſtatuta, extra de conſtitutio. Seruanda etenim ſunt locorum ſtatuta, tum in pęnalibus cum in alijs, ſiue excedant, ſiue minorent pœnas iure communi indictas. pulchre Ang. & Salyce. in l. qui ſepulchra. C. de ſepultu. viola. varieque in hac re ſunt conſuetudines; in Francia enim ex generali conſuetudine bona cō demnatorum ad mortem publicantur, ſicuti poſt Pontan. retulit Iul. Clar. practi. crimina. in l.5. §. fina. quæſtio. 78. colum. 2. Apud nos vero non infiſcantur, ſed tantum eorum, qui abſentes damnantur, excepto crimine læſæ Maieſt. vt ſupra dixi.

21 Notandum tamen eſt, quia niſi ſtatutum exprimat de publicatione bonorū, nō receditur a regulis iuris communis, ideoque ſi ſtatutum pro aliquo delicto mandat aliquem morte capitali puniri, veluti pro furto ſuſpendi, quod eſt contra iuris communis placitum, d. §. fin. in Auth. vt nulli iud. equidem huius delinquentis bona non publicarentur, nec locum haberet diſpoſitio illius Auth. ſed illius bona iure hæreditario deuoluerē tur ad ſucceſſores inteſtati, inito eius teſtamento, ſi quod ille capitaliter damnatus feciſſet; ad regulam. l. qui vltimo. ff. de pœnis, in l. eius. §. 1. ff. de teſta. in l. 1. §. exigit. ff. de bon. poſ. ſec. tabu. ſic Bald. eleganter in l. data opera. nu. 84. & 85. C. qui accuſ. non poſ. & idem Bal. in c. 1. col. 4. in ver. aduerte. in ti. de pace tenē. Ang. in d. Auth. bona damnatorū, Pau. Caſt. in d. l. eius. §. 1. Ang. Are. & poſt eū Aug. de maleſi. in verbo, & eorum bona publicamus. nu. 30. Corn. conſ. 42. nu. 2. in 1. & conſi. 110. col. 1. in 4. Iaſ. in l. 2. nu. 9. & 10. C. qui teſt. fac. poſ. vbi de cōmuni, & Philip. Dec. conſ. 252. ſub nu. 5. & contra fiſcum conſuluit Mart. Lauden. prout ipſe retulit, in ſuo trac. de fiſco, q. 191. & eſt veriſſima opinio, quicquid aliter ſenſerint Pau. & Alex. in d. l. 2. Aret. in d. l. eius. §. 1. col. 4. & ratio eſt, vt infra ſtatim dicetur.

22 Sic etiam, ſi ſtatutum permittat procedi contra abſentem ad diffinitiuam, & velit eum haberi pro confeſſo de crimine, ſi bonorum publicationē expreſſe non permittat, equidem contra reū abſentem poterit procedi ad diffinitiuam pro crimine, ſed non ad publicationem bonorum, ſic Bald. in d. l. data opera. num. 84. & idem Bal. poſt Cyn. in lege prima, colum. antepenul. C. de hære. inſti. & clare explicat Saly. in penul. quęſtio. & idem Bald. in dicto capit. primo, columna quinta, in titu. de pace tenen. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, numero 4. ff. de libe. & poſthu. Alexand. in d. l. 2. numero 8. C. qui teſta. fac. poſ. vbi de communi, ſecutus eſt Dec. conſ. 252. in penultima columna, & eſt verior opinio, quamuis contra ſenſerit Ioannes

And.



And. relatus ab Alexan. & D. Cępha. d. conſi. 79. colum. 2. allegando Nellum, & Guid. Pap. qui tamen id non dicūt, quare inhæreas communi concluſioni.

Cuius ſanè ea eſt firmiſſima ratio, quia ſtatuta huiuſmodi ſunt ſtricti, immo ſtrictiſſimi iuris, tum quia pœnalia, cum etiā correctoria iuris communis, ideo ſtatutum ingerens pro aliquo delicto pœnam mortis, non debet protendi ad ablationem bonorum, de quibus ſtatutum ipſum non loquitur, ad tex. in l. ſi ſeruum. §. non dixit. ff. de acq. hære. cum multis ſimilibus. Item multum intereſt, an contra pręſentem ex veris probationibus procedatur: an vero contra abſentem ex præſumpta confeſſione, veluti belliſſime explicat Alex. in d. l. 2. col. pe. & ita etiam ſeruatur.

23 Item cum ſtatutum pro aliquo delicto, vel contra abſentem permittit procedi ad publicationem bonorum: requiritur, quòd in condemnatoria bona expreſſe publicentur. Nec ſufficeret abſentem de crimine condemnaſſe, quia in pęnis ſtrictiſſime proceditur, & regula illa plane locū habet: omiſſum habetur pro omiſſo, de qua in l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu. & in l. ſi extraneus. ff. de condi. cau. da. ſic Nellus in 1. par. 2. temp. q. 11. ad finem, Ange. de maleſi. in verbo, & bona eius publicamus, & addentes ad eum Affli. in cap. 1. in verbo, condemnatorum, nume. 25. in titu. quę ſint regal. Decian. conſi. 56. nume 66. in 2. & facit, quod pulchre ſcribit Bal. in l. 1. col. antep. verſi. apparet ex prædictis. C. de hæred. inſtit.

24 Nonò fallit, cum Princeps habens iura fiſci, pro aliquo particulari delicto, mandaret bona publicari. nam placitū Principis vim legis habet. §. ſed & quod Principi: inſt. de iur. nat. nil mirum, quia princeps eſt lex animata in terris. §. fin. in auth. de conſulib. & quidem ſupra legem ſcriptam. l. princeps. ff. de legi. non tamen princeps cōfiſcat bona delinquē tis contra formā illius Auth. niſi ex magna cauſa, ſic Iaſ. cōſ. 46. col. 2. in 3. poſt And. Iſer. in c. 1. in tit. quæ ſint regal.

25 Sed vtrum alij inferiores a Principe, ideſt magiſtratus, poſſint delinquentiū bona infiſcare: diſtingue poſt Cyn. Bal. Ange. & Salyc. in l. 1. C. ne ſine ius. Ange. de maleſi. & Auguſt. ad eum dicto loco, nume. 11. & pulchre Oldrad. conſil. 17. quidam clericus, colum. 3. Alberic. 3. par. ſtatut. quæſtio. 18. Cępol. conſilio 17. nume. 24. & ſequen. Et eſt communis diſtinctio, vt inquit Anan. in cap. vergentis, extra de hæreticis, Natta in conſilio 659.

Nam aliquando bona veniunt confiſcanda principaliter, & de per ſe ex legis diſpoſitione, veluti in eo, qui contraxit nuptias inceſtas, vel in eo, qui committit tale crimen, pro quo ex ſtatuto bona publicantur, & in his quidem caſibus confiſcatio fieri poteſt per eum iudicem, qui de illo delicto cognoſcit: ſic Oldrad. & Doct. ſupra relati per tex. in l. ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. mand. & hanc confiſcationem Oldr. & alij ordinariam appellant.

Quandoque bona confiſcantur in conſequentiam, vt in eo, qui deportatur, vel in metallum damnatur, & tunc is confiſcare poteſt, qui deportare valet, & non alius, l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid. Interdum verò lex non ſtatuit de publicatione bonorum, & ſic agitur de confiſcatione extraordinaria, quæ pendet ex iudicis arbitrio, & hęc committitur ſupremis principibus, qui habent iura fiſcalia, de quibus dixi in 1. lib. tit. 2.

Item, & ſupremis magiſtratibus, qui ſummam Imperij pro R.P. gerunt, cæteri autem magiſtratus non habent ius infiſcandi. d. l. 1. & ibi omnes notant, quāuis habeant generale arbitrium procedendi, & condemnandi in cauſis criminalibus. Natta conſi. 212. numero 5. pleniſſime ſcripſi ſupra libro primo, titulo ſecundo, numero 72. cum pluribus ſequentibus.

26 Quamobrem mirum videri debet, ꝙ iſti magiſtratus vigore generalis arbitrij nō poſſint confiſcare bona, poſſunt tamen reum capitaliter damnare, Bald.

in d.c.1.colum.5.verſi. Sed hic quæro, in titu.de pace tenen.ad glo.in §.in ſumma, inſtitu. de iniur. quod pro notabili tradidit Alexan.conſi.116.nume.13.in 2.Cępol.d.conſi.17.col.5.Dec.conſi.252.ante num.6.Iaſ.conſi. infra allegato, vnde ex præmiſſis infertur delegatum Principis non poſſe confiſcare bona delinquentis,ſic per illam legem, docuit Bal.in c.1.extra de officio delegati, ſequitur Natta conſi.594.nu.20.

27 Ex quibus inferebat Iaſ.conſi.46.in 3.non valere cridas factas per Capitaneum Mediolani, ne quis in domo ſua teneret artelarias,ſub pęna confiſcationis bonorum, quia non conſtabat de mandato Regio: Et ibi præterea poſt Bald.in l.fin.ff.de offi.præfec.vigil. concludit, requiri in hoc ſpeciale mandatum à Principe.

28 Ideoque confiſcatio facta a non habente auctoritatem confiſcandi,eſt ipſo iure nulla,nullumq́; parit effectum.Soc.iun.conſi.78.ad finem,in primo. Et illud dictum Bal.ſequitur Alex. in l.1.nu.75.ff.de offic.eius.Berous conſi.65.nu.146.in 1.vbi inquit, quòd de mandato non etiam creditur Cardi. nec etiam in antiquis, mandatum pro confiſcatione præſumatur,ex dicto Bald. ſatis noto in l.2.C.ſi ex falſ. inſtru. communiter per ſcribentes recepto in l.ſciendum. ff. de verbo.oblig.

29 Et ex his dubitauit Afflict.in c.1.in verbo condemnatorum, in titulo, quæ ſint regal.num.39. an vaſalli,& barones habentes caſtrum in feudum, cum mero,& mixto Imperio, poſſint publicare bona delinquentium, & ea ſibi incorporare,& arguit quod non.

30 Quia bonorum confiſcatio eſt de regalibus,d.c.1.ac ideo requiratur ſpecialis commiſſo,vt ſupra dixi.Verum communiter Doctores concludunt, hos vtiles dominos perpetuos ſic inueſtitos habere iura infiſcandi.

31 Nec mirum, quia conceſſio ſic facta importat,vt inueſtitus habeat in Caſtro regalia, & iura Imperij: ſic enim ea eſt vis verborum, vt in puncto tradiderunt communiter ſcriptores, quos retuli in prima par.in tit.de ijs,qui hab.iura fiſc.nume.83.cum ſeq. vbi latius declaraui. Notandum tamen eſt, quòd ſi reus deliquiſſet verſus ſupremum dominum, eo caſu bonorum publicatio, & eius vtilitas ad ſupremum ipſum dominũ pertineret,quaſi in vltionem ſuæ iniuriæ ſibi reſeruatam, de quo latius ſcripſi dicto loco,num.94.

32 Sed verum pœna publicationis bonorum indici poſſit reo ob illius contumaciam,ſunt opiniones:nam Bald. in c.2.extra de teſtib. cogen. ſenſit pro parte affirmatiua, dum ait, quòd princeps poteſt imponere teſti, vt veniat ad teſtificandum ſub pœna publicationis bonorum:refert Iaſ.in l.1.in princ. nu.25.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. verum Andr.Iſern.in c.1.in verbo, contrahentium inceſtas nuptias,colum.5.& 6.in ti. Quæ ſint Regal. ſuadet id fieri non poſſe, quia hæc eſt pęna inſolita excedens metas legales,ad l.1.C. de modo mulc. quas iudices, & Principes egredi non licet,niſi ex magna cauſa:cæterum in grauioribus, eam pęnam reo indici poſſe, concedit, quia tunc leges tranſgredi licet,& in ijs ordo eſt ordinem non ſeruare,ad ea,quæ Innoc.tradidit in c.1.extra de conſtitu. & cum Andrea ſubſcribendo, & amplificando eius dicta pertranſiuit Afflict.in d.c.1.in verbo, condemnatorum, colum.4. Quamobrem dictum illud Bal.improbarunt, & rectè Claud.Aquenſ.Cur.iun.& Hieron.Cagnol.in d.l.1.in prin. quos ſequitur Roland.Vall.conſi.47.num.46. & infra in 2. & ante eum, ſecutus eſt Natta conſi.593,per totum,vbi reſpondet ad tex.in d.c.2.cuius auctoritate Bal. ducitur, nã non loquitur in pœna priuationis bonorum,ſed priuationis officij,vel beneficij,& in grauioribus negocium verſaretur, cum princeps ex cauſa belli mandaret ſubdito, vt ſub pęna confiſcationis bonorũ deberet ſibi adherere, aut in aliquo loco ſe recipere, ſicuti poſt And.Iſern.tradidit Sigiſ. Lofred. conſ.45.ſub nume.45. Item Dominus feudi

mandare



mandare poteſt vaſallo, ſub pęna priuationis feudi,vt aliquid faciat de pertinẽtibus ad naturam feudi,& ſi id non fecerit iuſtè poterit illum feudo priuare. ſic concludit idem Sigiſm. d. loco, ſub nu.10.poſt Innoc.Ioan.Blanc. And. Iſern. ideo potuit Rex Franciæ, iuſtè priuare feudatarios, quia in termino banni,non comparuerint cum armis, & equis, ex cauſa belli, pro vt ex natura feudi tenebantur:& ſic conſuluit Caſſan.conſi.66.nume.13.Bal. & alios per eum relatos, Nat. d.conſi.593.& conſi.ſeq. num.19. Intellige, & modera, cũ reus fuit verus contumax:quia perſonaliter citatus:ſecus ſi ad domum, vel per edicta, quamuis latitet:nam hic verus contumax non reputatur,vt mulctari poſſit;ſic ſenſerũt Iſern. & Afflict. in d.c.1. Caſtren. in l. plerique,colum.2.ff.de in ius voc.Iaſ.in d.l.1.§.fin.nume.30. & licet Lofred.in d.conſi.ſub num.13.& Natta in conſil.240.in contrarium arguant,ſufficere ex veriſimilibus,bannum, ſeu mandati tenorem ad illius notitiam perueniſſe:attamen declaratio illa placet:quia in pęnis benignior pars eſt capienda.l.ſi præſes.cum ſimil.ff.de pęnis.

33 Decimò fallit illa Authen. quando ex decretis Principũ bona in alias perſonas fuiſſent tranſlata, veluti ſub hoc Ser.Do. nempe ad terrendum homicidas lege excelſi Conſilij Decem Virum cum additione,lata ſub die 26.Septemb.1578.Captum fuit,bona committentiũ homicidij delictum,quæ alias in fiſcum cogebantur,de cætero deductis quibuſdam portionibus, tranſponi in proximiores occiſorum,& eorum deſcendentes ſub recognitione quadam feudali, reuerſura quandoque in fiſcum in defectum deſcendentium ab illis: Lex equidem omni commendationum genere digniſſima:nam ſubuenit filijs,& proximioribus interfecti, in ſummo eorum męrore, ad non mediocrem vltionem verſus homicidas.

34 Cum autem ex ſtatuto,vel ex decreto Principis, bona alicuius publicãtur. Quæſtionis eſt, an portio aliqua ſit reſeruanda liberis ad formam antiquarũ legum:in l.1.& in l.cum ratio.§.fin.ff.de bon.dam.& quidem Pau.Caſt. conſilio 171.colum.vltim.in 2.tenuit decretum abſolutè intelligi, nec recipere reſtrictionem ad intellectum iuris communis,quam etiam opinionem ſenſerunt Ioan.de Lignano,& Cardi.in clem. paſtoralis.de re iud.vbi concludunt, publicatis bonis paternis, non deduci legitimam filiorum, & idem conſulendo probauit Cępal.conſi.214.in fine, & ſeruari dixit Caſſan. in conſuetu. Burgun. fol.89.num.16.

Contrariam opinionem, quòd immo ſtatuta, & decreta de publicatione bonorum, diſtinguantur,iuxta leges antiquas,& ſucceſſiue portio ſit reſeruanda liberis, ad formam dictarum legum, tenuerunt communiter Doctor. Ange. conſi.357.viſis, in 2.dub.pract. Papienſ. in forma inquiſitionis,in vlt.glo.colum. vlt.Soc.conſi.121.num.9. in 4. vbi poſt Bal.& Franc. de Alber. concludit legitimam eſſe reſeruandam. idem Paul. Pichus in rep.§.Titia cum nuberet.nume.45.ff.de lega.2.& in repet.l.poſt contractum.num.23.& nume.32. & Annibal.num.52.ff.de don.Fab.de Giochis in repet.Auth.nouiſſima,nu.262.C.de inof.teſtam.ſenſit Soc.iun.conſi.69.num.9.in 1.plenius autem cæteris,quo ad legitimam,Rol.Val.conſi.97.num.9.& nu.16.in 2.nec diſſenſit Boſ.de publica. bonorum,in princ.& num.10.& idem conſulendo firmauit Franc.Becius in conſi.8.num.25.D.Menoch. conſi.77.nume.25.& ita quò ad legitimam ſeruari, tradidit Iul.Clar.in ſua pract.crim.lib.5.§.fi.q.78.colum.13.& ratio eſt, quia legitima ſuadente natura, debetur filijs, a qua non niſi per eorum demerita excluduntur. Et horum opinio ſicuti magis communis eſt, ita etiam probabilior videtur vt in maximo mœrore filijs, pie, & humaniter conſulatur de aliqua portione,quibus naturali ratione vniuerſa ſucceſſio in bonis paternis debebatur, d.l.cum ratio.& l.ſcripto.ff. vnde liberi. item quia fiſcus prætendit cauſam lucratiuam,

tiuam,

tiuam, vnde in portione fauorabilior videtur filiorum cauſa, argum. C. de inof. donatio. per totum. Et quia cum veteres leges ita ſtatuerint, & fortius p Authen. bona damnatorum: fiſci ratio pluribus alijs perſonis poſthabita ſit: merito filiorum cauſa ſaltem pro portione præualere debet: ne alioquin noſtrorũ temporum ſecta minus pie, & humaniter ſe habere, magisque auare ad fiſci commoda reſpicere videatur, & ita nouiſſime ſancte, & laudabiliter obtentum fuit in eodem excelſo ac religioſiſſimo Decem Virum Conſilio cum additione ad fauorem filiorum cuiuſdam nobilis Vincentini banniti, & confiſcati. Intellige præterquam in damnato pro crimine læſæ maieſt. nam huius filijs portio pro legitima non reſeruatur, Card. in d. clem. paſtoralis, num. 15. de re iud. cum alijs adductis per Boſ. in titu. de crimin. læſæ maieſt. num. 134. quid autem in dotibus, dicam infra num. 76. ſed contra, quòd etiam filijs damnatorum pro crimine læſæ maieſta. fiſcus legitimam præſtet, ſcribit Ang. d. conſ. 357. in 2. dubio, ſed eius opinio contradicta eſt, vt ſupra. Adde, quòd in iſto puncto curiarum conſuetudines ſunt obſeruandæ.

35 Quæ autem diximus de portione liberis reſeruanda, publicatis bonis paternis. idem econtra publicatis bonis filij, pro patre determinauit Pichus in d. §. Titia cum nuberet. ſub nu. 45. Nota, quia iura antiqua pro patre non prouident, & minus iuris habet pater in ſucceſſione filij, quàm econtra, l. non vſque adeo. ff. ſi a pat. quis fuc. man. dixi infra num. 187. & 188.

36 Sed vtrum, cum reſeruatur portio liberis, ſit expectanda mors naturalis patris, an ſtatim debeatur? ſunt opiniones: nam Rubeus Alex, in rep. §. Imperator. l. Titia. ff. de leg. 2. nume. 222. concludit expectandam eſſe mortem naturalem.

37 Quia patre viuente, nulla debetur filijs portio, etiam pro iure legitimæ. l. 1. § ſi impuberi. ff. de colla. bon. l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtam. quod etiam procedit, cum alienatio facta per patrẽ ex cauſa donationis, per filios reuocatur pro portione, vt notat Paul. Caſt. in rub. C. de inoffic. dona. Rolan. Val. in d. conſi. 97. nu. 36.

Sed contra decidunt communiter Doctores, quos ſequitur Rolan. d. conſ. 97. num. 38. & benè, quia iura expreſſe per verba præſentis temporis, ex bonis parentis condemnati ſubducunt portionem pro filijs, & ita obtentum fuit in caſu ſupra relato: Allegata verò in contrarium procedunt, cum pater retinet bona: at publicatis bonis, quod ad ea attinet, pater habetur pro mortuo, l. adeo. §. publicatione. ff. pro ſoc. & fiſcus quaſi hæres in eis ſuccedit, cum onere perſoluendi debita ipſius cõdemnati, vt infra dicetur: propterea ſuadet ratio, vt tunc ſeparetur portio filiorum, eis per legẽ pro ſuis alimonijs reſeruata, & ita clare ſentit tex. in d. l. cum ratio.

38 Quanta autem ſit portio iure veterũ legum filijs reſeruata: glo. in d. l. 1. in verbo portionem, & in d. l. cum ratio. §. ſi plures: determinat, quòd ſi vnus, aut duo filij ſint, eorum portio ſit dimidia: ſi vero plures, totum eis concedatur, & ita tenent Odofr. & Saly. in l. ſi deportatus. Cyn. & Ang. in l. fin. C. de bon. dam. Rol. d. conſi. 97. nume. 30. vbi plures adducit: aliter autem diſtinguit Saly. in d. l. fi. Sed hæc perſcrutatio neceſſaria non eſt: quia vel eſt locus nouæ prouiſioni, de qua in d. Auth. bona damnatorum: vel de legitima tractandum eſt, ſicuti dixi ſupra num. 34. & ſi legitima non ſufficeret ad filiorum alimenta, totum patrimonium deberet eis adijci, ne egeſtate pereant, & ita Mediolani prouiſum retulit Boſ. in titu. de alimen. præſtan. colum. pen.

39 Filij autem emancipati perfruuntur & ipſi, illarum legum beneficio, ſic tamẽ vt concurrentes cum filijs in poteſtate, eis conferant, pro vt conferrent, ſi ab inteſtato ſuccederent, caſus eſt in d. l. ſi deportatus. C. de bon. damn. & inde colligit Ang. quòd portio iſta defertur iure cuiuſdã ſucceſſionis: vnde infert, quòd filia dotata excluſa per ſtatutum non faceret

cerect



ceret partem filijs maſculis, ideo nec naturales partem capiunt, vt infra dicam.

40 Filij tamen poſtea nati non habent partem, nec in portionem aliquam vocantur, ſic Bal. in d. l. fi. C. de bon. dam. ſecutus eſt Roland. d. conſ. 97. nu. 38. & eſt verior opinio, reiectis aliorũ erroribus Hier. Cabr. cõſ. 123. nu. 3. & 4. nil mirũ, ex notatis in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. itẽ quia poſt natus nõ vocatur ad hereditatẽ iam defuncti. l. item prætor. ff. de ſuis & legit. cum cõcord. Item non natus tempore cedentis fideicommiſſi non admittitur ad partem. Soc. poſt antiquos in l. ſi cognatis. num. 30. ff. de rebus dubijs, Alex. conſ. 26. col. pen. in 3. Dec. in conſ. 209. num. 8. latè in materia Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. numero 80. & in terminis Boſ. in tit. de crimine leſe maieſt. nu. 138.

41 Intellige de non natis, nec conceptis tempore cõfiſcationis. nam cõcepti pro natis haberentur ad eorum commodũ. ad tex. in l. qui ĩ vtero. ff. de ſtat. hom. notatur in d. l. ex facto. §. ex facto, & in terminis eſt caſus, in d. l. 1. & in l. fin. ff. & C. de bon. dam.

Adde, quòd filij, & nepotes priuilegio harum legum gaudeant, non ſic pronepotes. ſic Ang. in d. l. fi. auctoritas tanti hominis vrget: ratio tamen obſtat: nã & iſtis legitima debetur.

42 Filij verò naturales, nec ipſi portionẽ capiunt: quia iure hæreditario non ſuccedunt patri, vt dixi in tract. de incapacibus: ſed illi tantũ, qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt: ſicuti iura illa dicunt.

43 Item publicatis bonis maternis, nulla portio filiis reſeruatur, l. de bonis. C. de bo. dam. ex quo infero ego magis deberi filiis paternam, quàm maternã hæreditatem, ad hoc: quæ habentur in l. in ſuis. ff. de liber. & poſth.

44 Intellige reſeruationem ex legibus ſupra relatis locum habere, cum pater ex delicti cauſa naturaliter, vel ciuiliter moritur. ſecus autem cum aliqua pecuniaria pœna pro delicto condemnatur, vel in aliquam partem bonorum tantũ plectitur. tunc enim non habetur pro mortuo: ſic Bald. in l. data opera. num. 91. C. qui accuſ. non poſ. ſequitur Fab. in rep. d. Auth. nouiſſima, num. 204.

45 Sed vtrum de portione reſeruata teneantur filii alere patrem bannitum, & confiſcatum. Bal. notab. in d. Auth. bona damnatorum. nu. 4. concludit negatiue: adducit, quia ex bonis, quæ alicui ob delictum auferuntur, is ali non debet: per tex. in c. 1. §. omnẽ. in tit. de pace tenen. qui tamen textus nihil quò ad hoc probat, & ideo contrarium ſentio: per text. apertum in Auth. de inceſt. nup. §. 1. & quia condemnatos, & confiſcatos capaces eſſe alimentorum conſtat: dictum tamen Bald. ſequitur Fab. d. loco. nu. 205. & per multi alii, relati per Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 72.

46 Rurſus quæritur, an quarta portio reſeruata vxori inopi, in caſu publicationis bonorũ mariti, excepto leſe maieſt. crimine, vt aperte deciditur in d. Auth. bona damnatorum, & tradit Socin. ſen. conſ. 121. in 4. ſtante ſtatuto bona delinquẽtis publicari, ſit, & intelligatur abrogata: quam difficultatem contra fiſcum determinauit Soc. in d. conſ. in practica crederem: quod fiſci cauſa præualeret: quia ſtatutum contradicit Auth. bona damnatorum, & ea ſublata, nulla eſt lex, quæ in caſu condemnationis reſeruet quartam vxori inopi, pro vt adſunt vetera iura, quæ reſeruant filiis.

47 Vltimò notandum eſt, quod ſtatuta, & decreta de publicatione bonorum, ſunt ſtricti iuris, & ſtrictiſſime, prout iacent, ſunt intelligẽda, nec vlterius extendenda, cap. in pœnis. c. odia, de regulis iuris, in ſexto. Et in terminis, ſic tradiderunt Ant. Butr. conſ. 62. Ioan. de Anania conſ. 59. viſa inquiſitione, Dec. qui illos refert conſ. 438. col. 2. & conſ. 422. col. j. vbi præterea addidit, quæ in propoſito ſcribit Bal. in l. 1. col. antepenult. in verſi. ex prædictis apparet. C. de hæred. inſtituen. vbi inquit, quòd bannum datum ſecundum formam ſtatuti eſt ſtricti iuris, & ideo quicquid non reperitur in eo inſertũ, habetur pro omiſſo, & idem Bal. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtũ. col. pen.

ff. de

ff.de liber.& poſth.& proſequitur Alex. in l.2.col.antepenult.C.qui teſt.fac.poſ. nec mirum, ſi odibile eſt, quia agitur de ablatione bonorũ, vnde ſi ex forma ſtatuti ſint publicanda bona mobilia, & immobilia alicuius delinquentis, non includuntur iura, & actiones, Fulg.in l.quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. Alex.in terminis in cõſ.244.in 6.Socin. Iun. conſilio 51. in 2.Dec. d.conſ. 442. vbi ampliat.

Vidẽdum modo eſt de effectibus publicationis bonorum: quæ ſanè materia valde proficua eſt, vt ex ſubiectis conſtabit: vnum tamen præmitto.

48 Quod publicatio bonorum eſt ſtricti iuris, & ſtricte accipienda: adeo, vt quicquid reperitur omiſſum in ſententia cõfiſcatoria, habeatur pro omiſſo: ſic Bald. in d.l.j.col.antepe.C.de hære.inſti. & in l.2.col.2.C.qui teſt. fac. poſ.refert Dec. d.cõſ.445. nu.67.& dixi ſupra proxime in materia ſtatuti: vnde verbis ſententiæ eſt inhærendum: idcirco.

49 Confiſcatis bonis mobilibus, & immobilibus nõ includuntur iura, & actiones, quia tertia ſpecies ſunt, Fulgoſ. in l.quam Tuberonis. §. de peculio. ff. de pecul. Alex.in l.ſi conſtante.§.fi.num.9. ff.ſol.matr.latè Socin.Iun. d.conſ.51. in 2.& conſilio 49.num.20.in 3.dixi ſupra num.47.de ſtatuto.amplia etiam, quòd dictum fuiſſet de mobilibus, immobilibus, & ſe mouentibus, idem Alex.conſ. 226.ĩ 6.Arrius Pinell.in rub.C.de bon. mater.in 1. par.nu.25. Natta conſ.146. nu.14.Ferret.conſ.180.col.2.

50 Non tamen recedendum eſſet à propria verborum ſignificatione: ideo publicatis bonis ſimpliciter: quia bonorũ appellatio pro ſui natura includit etiam iura, & actiones.l.bonorũ. & l.Princeps bona.ff.de verb.ſig.l.nam quod. §.fin.ff. ad Treb. Bar.in l.quintus. §. argento.ff. de auro & arg.leg. Alex.conſ.59.nu.4.in 6.proinde in publicatione bonorũ, continerentur etiam iura, & actiones, vt in terminis tradidit Alber.in l.1.ff.de ſtatu hom.per tex.in l.ſi ademptis. C.de ſent. paſ. refert Mart. Laud. in tract. de fiſco q.47. & in ſpecie conſuluerunt Cardin. Zabb.conſil.83. ſecundum puram: Imo. conſ.35.in caſu: quos refert Dec.in cõſ. 442.col.1.& ratio eſt: quia.

51 Etiam in materia ſtricta verba debẽt latè accipi, quatenus illorum proprietas patitur.l.1. §.quod autem.ff.de aleator.l.pecuniã. ff.de calumniator. & l.cũ lege, & inde colligit Aretin.ff.de teſtam.

52 Primus itaque effectus eſt ex parte cõdemnati, quòd bona illius, ſecuta confiſcatione per ſententiam hominis, vel ipſo iure per ſententiam legis ſtatim acquiruntur fiſco. etiam ſine aliqua illorũ apprehenſione.l.quiſquis. C.ad leg.Iul. maieſt.l.commiſſa. ff.de public. Bart. in l.1.§.an bona, & l.Imperator. ff. de iure fiſ.Raph.Cum.conſ.31.ad finem.Boſius in tit.eod.num.25. ad exemplum hæredis, cui per aditionem hæreditatis ſtatim acquiritur dominium rerum hæreditariarum.l.cum hæredes.ff.de acquir. poſſ.cum ſuis concord.

Intellige, quò ad ius dominij, nã poſſeſſio non transfertur ad not.in d.l.cum hæredes, & in l.cum duobus.§.idem reſpon.ff.pro ſoc.& in l.fin.C.de ſacroſan. eccleſ. gloſ. in d.l.commiſſa, vbi Bart. & Martin.Lauden.in tract.de fiſco, nu.63. Boſius loco præalleg.num.26.& latè Socin.Iun. conſ.127. in 2.Boer. deciſ.267. num.9.& ſeq.Ruin.conſ.25.in 4.

Ideo publicatis bonis delinquentis, procuratores fiſcales nomine Cameræ apprehendunt poſſeſſionem, & tenutam bonorum condemnati, quod faciunt, & facere poſſunt reo non citato Bal.in cõſilio 141.prope finem, in 2.& ex tũc fructus ad fiſcum vti dominũ pertinent, ad regulã l.ex diuerſo.§.1.ff. de rei vendic. de qua tamẽ fructuum materia inferius dicetur, & ſi tertius poſſidet, fiſcus ea vẽdicat, Bart.in l.facultas.col.2. C. de iure fiſci: nam tertius poſſeſſor impedit incorporationem in fiſcum. Alex poſt Bal.& Ang. in l.ſi marito. col.2. ff. ſol matr. nil mirum, quia tertius poſſeſſor impedit hæredem adipiſci volentem poſſeſſ. bonor. ſicuti plene not. in l.fin. C. de edicdi.Adr.

53 Se-



53 Secundus effectus eſt ex parte fiſci, quia ſcilicet, pro tota, vel pro quota bonorum publicatorum, ſuccedit in ius, & locum condemnati, & illius actionibus actiuis, & paſſiuis, proprie ſucceſſor eſt. l.2.C.ad leg.Iul.de vi pub. l.ſi ademptis. C.de ſenten.paſ.& l.ſi vt proponis.C.de bon.dam.tradit Are.in l.ſi quis mihi bona.§.ſeruus municipum.ff.de acquir.hæred.Boſ.in loco prealleg.nu.13.& ſucceſſor vniuerſalis eſt, veluti egregiè declarat Pau. Caſt. conſ.441.nume.5.in l.iuriſq; ſucceſſor, & heres Anormalus nuncupatur, Bal.in l.fin.num.15. C.de contr. empt. ideoq; factum condemnati, ceſſante fraude, præſtare tenetur. Alciatus conſ.24.num.8.lib.8.nec habetur ad inſtar ſucceſſoris ex contractu, vt declarat Ruin.conſ.24. num.12. in 5.item nec loco filiorum.Bal.in l.1.C.de bon.liber.ſed loco ſucceſſoris in prælatura reputatur, vt dixi infra num.60.vel etiam ad inſtar hæredis extranei reputatur. gloſ. per illum text. in l.non intelligitur. §. cum ex cauſa, vbi Bart. ff. de iure fiſ.& l.ſi marito. in prin.ff.ſol.matr.& l.cum fiſco.ff.ad Sillan.Rom.conſ.73. circa primũ Crau. conſ.263.nu.7.Ruin. d.conſ.24. nu. 12. pro bonis tamen, quæ in fiſcum tranſierunt.Soc.Iun.conſ.34.col.2.in 3.

54 Ideo, quia fiſcus ſuccedit in iuribus actiuis, & paſſiuis, ex tunc confiſcatus non poterit mouere actiones aduerſus ſuos debitores, ſed fiſco aduerſus eos actio competit, d.l.2. C.ad leg.Iul.de vi, & l.ſi debitori deportatio. ff.de fideiuſſ. & debitores fiſco ſoluentes liberantur, quia fiſcus eſt in locum creditoris, adeo vt creditor debitorem amplius conuenire nequeat, ſic Bart. in l.creditor.ff.de ſolut.Cuius doctrinam ſequuntur Doc. communiter ibi, Dec. in conſ.25. col. 1. Egid.Boſ.in titu. debitor an delinq.ſol. poſ.& eſt notandum, quia Bart.clarè dicit, & intelligit, de confiſcatione iuſtè facta; non iniuſtè: & ego intelligo confiſcationem iuſtè factam ab habente auctoritatem confiſcandi; aliàs eſſet nulla, & nullius valoris. dixi ſupra num.38. item intelligo iuſtè factam, ideſt nõ contra formam Auth.bona damnatorum. nam aliter facta, nulla eſſet, & inualida, vt dixi ſupra num.7.ac idcirco publicatis bonis alicuius creditoris iniuſtè in terminis vt ſupra an debitor ſoluens fiſco, & Principi confiſcanti, eo caſu, ſit tutus recurrendum foret ad Bart. diſtinctionem in dicto loco communiter approbatam, vt ſupra retuli: quam etiam probarunt Iaſ. conſ.26.in 3.Ruin.conſ.116.in 5.Matth. Afflict.deciſ.150. Quãquam Filip. Dec. d.conſ.25.col.2. ad exonerationem debitoris ſoluentis fiſco confiſcanti, dixerit ſufficere, quòd conſtiterit de inſtrumento confiſcationis in publica forma, cui probabiliter eſſet credendũ, nec debitorem perquirere, aut inueſtigare debere de cauſa confiſcationis, & de illius iuſtitia ac auctoritate confiſcantis, & eũ ſecutus fuit Boſ. & malè, iudicio meo, tùm quia aduerſatur intẽtioni Bar. tùm etiã, quia debitor non facile ſoluere debet alteri, quàm vero creditori, & quia obligatio actiua, quæ erat penes creditorem, non fuit translata in fiſcum nulliter cõfiſcantem, idcirco debitor ſoluit non legitimo creditori: propterea non liberatur. eadem quoq; ratione, ſi poſt confiſcationem legitimè factam debitor ſoluiſſet creditori, non liberaretur à fiſco, cui iam creditum illud quæſitum fuit.

Sic etiam, quia per publicationem bonorum paſſiuæ actiones in fiſcum diriguntur, & reus liberatur à creditoribus ſuis: idcirco fiſcus tenetur illis ſoluere de bonis cõdemnati: ſic habetur in iuribus præall.& in l.2. & in l.tutelas. §. fin.ff.de cap.dim.vbi Bart. no.& in l.1. C. de fideiuſ. quicũque ſint illi creditores. Alber. in l.actione.§.publicatione. ff. p ſoc.Calcan.conſ.68. col.2.latè Guliel.Bened.in cap.Rainutius, in verbo: vxorem, numero 850. extra de teſtam. Grammat. deciſ.85.vbi adducit Bald. in d.l.ſecunda. C.ad leg.Iul.

Intellige, in debitis cõtractis ante cõmiſſum crimen, non poſt: ad tex.cum materia in l.poſt contractum. ff. de donat. tradit Didac. de ſponſal. in 2.parte in 6. cap.§.8.ante nume.10. niſi ex cauſa ali-

mento-

mentorum, & defenſionum ipſius rei debitum contractum fuiſſet, ſicuti dicetur infra.

Creditores autem, bonis debitoris confiſcatis, intra tempora in proclamatibus comprehenſa comparere debent, & ſummatim quantũ ſufficit de ſuis creditis edocere, quibus cognita veritate, ſtatim perſolui debet.l.ſi quis poſt.C.de bon.proſcrip.Bar.in l.res.ff.de iure fiſ.& in l.quinque legibus. ff.de bon.dam.Caſtrenſ.in l.ſi marito,in princ. ff. ſol.matr. Et notandum eſt, quia debet conſtare de vero credito illius: alioquin cartula confeſſionata inter aſſertum creditorẽ, & reum condemnatum non probaret, quia ſuſpecta,& ſimulata pręſumeretur, ad tex. in d.l.ſi quis poſt: & ibi no.Ang. ſecutus eſt Egid. Boſ. in d.titu.col.2.niſi ex probationibus,vel alijs legitimis præſumptionibus fides illius cartulæ cõfirmaretur: cæterum ſi parũ ante delictum facta appareret, vel poſt, augeretur fraudis ſuſpitio,per no.in d.l.poſt cõtractũ.

55 Et adeo debitor liberatur à creditoribus ſuis per publicationem bonorum, vt nulla amplius in eo duret obligatio, ita vt fideiuſſor poſtea datus non obligetur,cùm nulla adſit principalis obligatio, cui adhærere poſſit. ſic Pau. Caſt.in l.ſi debitori,& in l.inter eos. §.fin. ff. de fideiuſſor.adeo vt nec etiam naturaliter teneatur.Bal.in l.ſi vero.col.2. ff. qui ſatiſd.cog.Bar.in l.fi.in 1.opp. ff.de duob. reis,nec pro poſt quæſitis excuti poterit,quia liberatus,Bart.in l.quoties.ff.de nouation.Bal.& Ang.in d.l.ſi marito. in prin.quos ſequitur Alex.ibi, & eſt caſus in l.ſi debitor,& in l.tutor. C.de ſenten. paſ.Grãmat.dicta deciſ.85. vbi id generale dicit in ſpoliato omnibus ſuis bonis, & idem voluit Egid. Boſ. in titu. de proclam.ſub num.14.

Contra verò,quòd non omnino liberetur, ſed tantum pro valore bonorum in fiſcum delatorum, reſpondit Corn. conſil.190.col.vlt.in 1.

Illud autem conſtat, quamuis debitor principalis cõfiſcatus liberetur, non liberari eius fideiuſſores,& conreos.l.fi. C.de duob.reis.l.capitis.ff.de fideiuſ.l.j. C.eo.l.ſi verò.in princ. ff.qui ſatiſd.cog. & plenius notatur in dictis locis. Bald. in l.tam mandatori. C. de non numerata pecu.

56 Ideo cauendum eſt à dicto eiuſdem Paul.dicto loco,quòd fideiuſſor debitoris penes fiſcum liberatur, publicatis bonis illius debitoris fiſcalis: nam intelligo pro quanto capit fiſcus, & non vltra: ad exemplum hęredis cum beneficio inuẽtarij: & ratio eſt euidens.

57 Quia ſimiliter ſuccedente fiſco in bonis ſui debitoris,vel per cõfiſcationem, aut per occupationem eorum vti vacantium: debitum non perimitur niſi pro quãto fiſcus de illius bonis effectualiter capit,vt docuit Bar. in l.in fraudem.§.ſi principalis.ff.de iure fiſ.Caſtren. conſil. 209.circa primũ,in 2.& Cuman.cõſ.32. inculpatus: non tamen tranſit hæc concluſio abſque difficultate:nam gl. in d.§. ſi principalis: ſentit per confiſcationem bonorum debitoris fiſcalis debitorem ipſum, & eius fideiuſſores penitus liberari,& idem clare Bar. & in d.l.capitis.licet ſecus velit,cũ fiſcus bona occupat vti vacãtia:& cum Bar.tranſit Pau. Caſt.ibi.

58 Limita,quæ ſupra dicta ſunt, duobus modis. Primò, quando fiſcus publicationem factam recuſaret;nam condemnatus bona retineret,ideo agere,& conueniri poſſet. Bal. in d.l.ſi verò.in princ. col.2.ff.qui ſatiſd. cog. Martin. Laud.in d.ſuo tract. q.97. nam inuito fiſco bona non ſibi incorporantur, ſed oportet, vt illa agnoſcat,ſic idẽ Bald.in l.non ſolum. ff.de in integ.reſt.& in l.eius. §. ſi cui.ff. de teſtam.per illum tex.vbi inquit, ꝙ fiſcus nõ eſt neceſſarius ſucceſſor,ſecutus eſt Are.ibi col.vlt. & eſt caſus in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante. ff. de leg.1.

Sed contra,ꝙ fiſco repudiãte, habeãt venientes ab inteſtato,tenuit Pau.Caſt. in d.§.ſi cui,& ĩ l.ſi debitori deportatio. ff.de fideiu.per gl.ĩ l.ea ſola.ff.de reg.iu. ſenſit Iaſ.ĩ l.re cõiũcti.nu.102.ff.de le.3.

Prior opinio videtur verior, per tex. in d.l.ſi ſeruus plurium. §.ſi quis ante, & quia non aufertur,qđ alteri non acquiritur.

ritur.



ritur.l.nec vtilẽ.ff.ex quib. cauſ.ma.opinio autẽ Pau.Caſt. ſuſtineri poſſet, cùm condemnatus eſſet omnino incapax bonorum in eo loco, ad exemplum ingredientis religionem: nam monaſterio recuſante bona, quia ſecundum regulam profeſſus non poteſt ea habere, capient venientes ab inteſt.vt no.in d.§.ſi cui.

59 Limita ſecundo, cum fiſcus ſuccedit in quota bonorum, ſecus ſi reus fuiſſet condemnatus in certa pecuniaria ſumma:nam fiſcus non teneretur illius creditoribus, ſed debitor ipſe:fiſcus autem in ſubſidium poſſet conueniri pro quanto in eum perueniſſet à creditoribus anterioribus, ſi debitor non eſſet ſoluendo. Soc.iun.conſ.74.in 3.nu.23.

60 Dum autem dixi,fiſcum eſſe, & haberi vti quaſi hæredem condemnati, rectè dixi,quia non per omnia eſt loco hæredis,glo.Bart.& alij in l.inter eos. §.fin.ff. de fideiuſ.Iaſ.ĩ l.ex facto. §.Iulianus.ff.de vulgar.in 2.not.in multis enim fiſcus nõ gerit vices hæredis: nam potius ęquiparatur ſucceſſori in prælatura: ſic Bald. in c.j. qui ſucce. ten. Afflict. in c.1. nu.32. de feat.de no.ben.inu.

61 Primò enim damnatus dare hæredi, non implet cõditionẽ dãdo fiſco,ſic Iaſ. d.§.Iulianus.poſt Bar. in l.qui hæredi.§. cũ hæreditas.ff. de cond.& dem.cuius tamen theorica non eſt abſque difficultate,ex ijs, quæ Soc.ſcripſit ibi ſub.nu.5.

62 Secundò, hæres ſuccedit defuncto in bonis vbique exiſtentibus. l.ex facto, & ibi no.ff.de hæred.inſti.l.1.C.vbi de hæredit. fiſcus verò per publicationem in bonis tantum ſitis ſub ſua iuriſdict.Bart. in l.cunctos populos. in 8.q. C. de ſum. Trin.& dicetur infra nu.132.

63 Tertiò, inter duos cohæredes eſt locus iuri accreſcẽdi.l.vnica cum materia. C.quando non pet. par. non tamen inter duos fiſcos diuerſos.Bal.in d.l.vnica, & in d.l.ex facto.ff.de hæred.inſti. Martin.in ſuo tract.de fiſco.q.233.Alexand. conſ.31.in princ.volum.1.

64 Quartò, hæres tenetur creditoribus defuncti inſolidum:licet hęreditas nõ ſit ſoluendo, niſi illam adierit cum beneficio inuentarij.l.fin.C.de iure deliber.Fiſcus verò, cui bona per publicationem, vel vti vacantia deferuntur, non tenetur ſupra vires bonorum.l.1.§. an bona, & l.non poſſunt.ff.de iure fiſ.l.eius.§.1.ff.de teſtam.Bar.in dictis locis, Alex.in rub.ff. de acquir.hæred.num.19. Iaſ.in d.l.fi.in prin.Boſius de public. bonorum,nu.25. Et ratio eſt:quia fiſcus conuenitur à creditoribus vti poſſeſſor. ideoq; pro menſura bonorum tenetur:ſic Anchar.conſ. 294.317.& 322.viſa facti:ſequitur Ripa in l.ex facto.§. ex facto. nu.7.ff.ad Treb. diuerſum eſt,cũ fiſcus capit vti hęres ſcriptus,vt dixi ſup.in tit.de fiſco hęred.inſt.

65 Quintò, inſtãtia iudicialis cępta cum defuncto, trãſit actiue, & paſſiue ad eius hæredes. l.ſi hominem, & ibi notatur.ff. de fideiuſſ. c.quia.5.extra de iud.non tñ traanſit contra fiſcum,quia ſpeciales iudices habet.l.ſi conſtante.§.fi. ff.ſol.mat. & ibi plenè no.& in d.c.quia 5.

66 Sextò,quia fiſcus magis habetur pro poſſeſſore,quàm pro hærede,ideo in facultate creditoris erit, non diſcuſſis bonis per fiſcum poſſeſſis, vel eorũ pretio, dirigere actiones ſuas cõtra fideiuſſorẽ, vel contra tertios poſſeſſores bonorum: veluti per hanc rationem tradidit Soc. conſ.46.nume.21.& 22.in 4. Et idem de Anchar.d.conſ.294.& 317.Quæ ſanè illatio vtique procederet, cum certa res confiſcaretur: ſecus autẽ in confiſcatione vniuerſali: tunc enim,quia fiſcus perſonali conueniri poteſt,idcirco pro bonis ad eum peruẽtis prius excuti debet: ſic ſanè concludit Bald. conſilio 192.proponitur.colum.2. in 1.qui tamen de hoc fuit dubius, conſilio 359. nume.8. in 3. Priorem autem Bald.opinionem probauit Corn.conſilio 190.col.vlt.in 1.& eſt verior:nam eam probauit Roman.conſilio 93.viſis,& idem de Anchar. ſeipſum corrigens in conſ. 322. ſecuti ſunt Alex. & Moder.vbi Dec.col.3. in l.fi.ff.ſi cert. peta.& eſt communis, Craue.conſ.263. nume.7.quam etiam habuit glo.in l.ſententia.C.de fideiuſ.

67 Licet autem fiſcus per bonorum ablationẽ ab indigno, aut per occupationẽ

vti vacantium ac etiam per confiſcationem, hæres non ſit: agere tamen poteſt peritione hęreditatis.l.item veni vna. §. ait Senatus.ff.de peti.hæred.Bar.in l.facultas.C.de iure fiſ.lib.10.glo. & cōmuniter Doct.in l.1. C. de indign. Salyc.& Pau.in l.1.C.ſi quis aliq.Corn. cōſ.279. nu.13.in 4.Aret.conſ.111.in 3.dubio.

68 Tertius effectus eſt, & principalis in materia: ꝙ omnia bona iura,& actiones quæ per contractum, aut per vltimā voluntatem trāsferri poſſunt in extraneū: in fiſcum ſimiliter per publicationē tranſeūt: Quæ autem in extraneum, nec per contractum,nec per vltimam voluntatē, tranſponi poſſunt, non etiam in fiſcum deuoluuntur:ratio eſt,quia fiſcus eſt extraneus condemnato, gloſ. ordinaria. quam Bar.Bal.& quotquot ſcripſere approbant ibi in l.1.C.de bo.liber.Bart.in l.iura.ff.de iure patron.idem Bar.in l.eū qui. ff.de interd.& relegat.poſt gloſ. ibi, Alex.conſ.23.nu.9.in 1.Soc.ſen.cōſ.121. nu.17.in 4.Dec.in l.ea ſola. ff.de reg.iur. Soc.iun.conſilio 51.num.3.in 2.& latius conſ.49.nu.12.in 3.Rolan.val. conſ.98. nu.16.in 2.& conſ.29.num.19.in 3.Natta conſ.528.nu.23.

Duæ autem in propoſito concurrūt regulæ,quæ diligenter ſunt attendendę, ex quibus ad plura in practica notanda infertur.

69 Capiendo autem regulā affirmatiuā. Primò infertur,quòd bona fideicommiſſaria,quæ per hęredem grauatū poſſunt durante eius vita naturali in extraneum alienari.l.fi.§. ſed quia noſtra. C. cōmu. de legat.eadem quoque per publicationem bonorum in vita delinquentis in fiſcum tranſeant, caſus eſt in l.Statius.§. Cornelio. ff.de iure fiſ.nec mirum, quia publicatio bonorum eſt ſpecies alienationis per delictum: vnde ſi contingeret viuente reo decedere fideicōmiſſarium ſubſtitutum,bona ipſa, iure libero, in fiſcum cederent,d. §. Cornelio, & l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebell.quod etiam voluit Bald.conſilio 284.in 1.vbi inquit, quòd condemnatus non habetur pro mortuo,quò ad effectum implendi conditionem,vt bona trāſeant in ſubſtitutū, ei debita per mortem illius naturalem, ad impediendum bonorum confiſcationem:latiſſimè Ceph.conſ.395.nu.29. & ſeq.vbi concludit ſentētiam aliter latam eſſe ipſo iure nullam.

Amplia ad damnatos in metallū, vel in opus metalli: aut in triremibus,& maxime iure nouo; quo inſpecto libertatē non amittunt,Auth.ſed hodie.C.de donat.inter virum:ſic Bar. in d.§.Cornelio. clarius autem Imo.Pau.& Alex.quos refert Ripa in d.§.ex facto, ſub nu.11.Boer. in deciſ.268. latius ſcripſi ſupra, in titu. de deporta.nu.20. Amplia etiam ad crimen lęſę maieſt. Rubeus conſ.154.nu.2. Menoch.conſ.275.nu.32.

70 Secundò infertur, quòd bona cēſualia,vel emphyteutica,quæ ex vi pactorū, aut pro ſui natura,in extraneos trāſmitti poſſunt,eadem quoque in fiſcum per publicationem bonorum tranſeunt, ſic Bar.in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus.col. 3.ff.de dam. infec. & ſequuntur Doctores ad eum,Bal.conſ.284.præmiſſis in 1. Alex.conſ.89.vtrum.in 4.Soc. ſen.conſ. 266.nu.32.in 2.Dec.conſ.442.num.31. Ruin.conſ.23. num.33. & conſ.26.in 5. & conſ.117.num.16.in 1.

71 Tertiò infertur,quòd feudalia,quę in hæredes extraneos tranſeūt, vt quia feudi natura, vel tenor inueſtituræ id importet,trāſeunt quoq; in fiſcum.Cyn.in l.2. C.de lib.& eor.lib.Bart.in l.eum qui. ff. de interd.& relegat. Alex. in d.§ ſi de vectigalibus.nu.30. à cuius tamen dictis caueas,dum ſubdit: ꝙ feudum perſeuerabit penes fiſcum viuente condemnato,per tex.in d.l.Statius.§.Cornelio, nā per errorē, & inaduertēter locutus fuit. (pace tanti viri dixerim) quia eiuſmodi feuda perpetuò durāt penes extraneos ſucceſſores:nec tex.in d.§.Cornelio,meruit allegari: quoniam bona fideicōmiſſaria,iuxta illorum cōditionem,mortuo condemnato, deuoluuntur in ſubſtitutos:Quare dictum Alex. & rectè improbauit Crau.conſ.128.col.vlt. Cōcludēs, feudalia iſta cū onere ſeruitij debiti patrono,pertrāſire in fiſcum.Idq; ex communi





muni firmarunt,Ruin.d.conſ.23.in 3.& 4.dub.in 5.Iacobi. in ſua inueſtitura in verbo.Dictiq; vaſalli. col.pen. Cur.iun. conſ.4.Boſ.in tit.eo.ſub nu.19.& nu.54. Clarus in §.feudum.q.84.Gigas in trac. de crim.læſæ maieſt. lib.2. q. 5. Roland. d.conſ.29.nu.27.in 3.& conſ.78.in 4.illud tamen Alex.dictum refert,& ſequitur Berous conſ.78. nu.11.in 1.& fortè ſaluari poſſet in feudo mixto.

72 Quartò infertur, quòd ius patronatus competens condemnato trāſibile in extraneum hæredem; tranſire quoque in fiſcum per publicationem bonorum. Bal.& Alex.in l.in inſulam.in prin.ff.ſol. matr.vbi ſecus concludunt,quando non eſſet tranſmiſſibile,& idem poſt Card.& Abbat.in c.quanto. extra de iud.firmauit Dec.ibi,ſub num.10. vbi de communi,quam etiam communem dixit Cittadin.de iure patron.in 20.q.Ang.de malefic.& Auguſt. ad eum: in verbo, & eorum bona publicamus. nu.14. & 17. & ſic conſuluit Ferret.conſ.179.col.1.& 2. vbi in crim.læſæ maieſt.

Contrarium verò tenuerunt Archid. Butr.& plures alij relati per Roch.Curt. de iure patron. in gl. ipſe vel is à quo,q. 29. & per Nell. in 1.par. ſec.temp.q.32. Felyn. in d.c.quanto. Et hāc cōem dixit Gigas, in tract. de crim. læſæ maieſt. in tit.de pœnis committen.q.4.nu.3.ſenſit Didac.lib.2.var.reſol.c.18.nume.7.& in caſu,in quo conſuluit Ferret. cōtrarium conſulti, in eodem caſu reſponderunt. Socin.iun.conſilio 51.in 2.& D.Mantua conſilio 5.in 1.par. & ſecundum eorum reſponſa fuit iudicatum per Ser. Dom. ſicuti retulit D. Gigas d.loco, cuius opinionis etiam fuit Pau. Caſt. in l.1. in fi. C.de bon. liber. Tenēdo autem partem affirmatiuam pro fiſco: eam dupliciter limita. Primò vt ius patronatus reſideat penes fiſcum, pro quanto tempore patronus fuiſſet habiturus: ad text.in l.lex vectigali.ff.de pignor.& in l.peto.§.prædium.ff.de lega.2.Sic Rochus.& Soci.in dictis locis. Secundò intellige, cum omnia delinquētis bona cōfiſcātur: ſecus ſi dictum fuiſſet de mobilibus & immobilibus,Soc.iun.d.cōſ.vel ſi de iure patronatus facta fuiſſet ſpecialis mentio,Dec. d.c.quāto.ſub nu.11. vbi id comprobat.

73 Quintò infertur,ꝙ licet vſusfructus, ac ius vtendi, & fruendi, in aliū ex contractu,vel per vlt.vol.transferri non poſſit.§.finitur.inſtit.de vſufr. & l.ſi vſusfructus.ff.de iure do. Quia tamen commoditas vtendi,& fruendi poteſt in vita vſufructuarij per eū alteri cedi. l.4. §. & hic ſubiūgi.ff.locati,& l.commodis, vbi Iaſ. ff. de re iud.latè Tiraq.de retra.Lignag. §.26.glo.1.nu.46.Arius Pinel.in repet. l.1.nu.37.C.de bo.mater.Borgnin.Caluacan.in tract.de vſufru.nu.66.& 67.idcirco commoditas vtendi, & fruendi ex publicatione in fiſcum tranſibit: ad hoc, tex.in terminis in l.ſi poſtulauerit. §.iubet.ff. de adulter. & ita decidit Nell.in 1. par.2.temp.q.27.Cuius tamen dicta declara,niſi condemnatus pateretur maximam,vel mediam capitis diminutionē: nam tunc vſusfructus finiretur, & cum proprietate conſolidaretur.§.finitur.inſti.eo.& l.corruptionem. C.eo.ſic Alex. in d.§.ſi de vectigalibus. nu.51. Borgni. dicto loco num.225.& 238. Roderic.in rēpetitio.l.ſi poſt rem. nu.13.ff.de re iudic.Franc.Marc.deciſ.827.nu.4.in 3.parte,dixi infra nu.115.

74 Sextò infertur,quòd ſicut bona,cum ſuis cauſis,ſeruitutibus, vitijs, onerib. & conditionibus,tranſeunt ad ſucceſſores extraneos, per contractum, vel per vlt. volunt.l.hæredem.ff.de reg. iur.l.Pomponius.§.cum quis. ff.de acquir. poſſeſſ. & l.vitia.C.eo. Similiter etiam in fiſcum per publicationem bonorum trāsferuntur,caſus eſt in l.in facto. §.1.ff.de conditio.& demonſtratio.in l.Statius.§.Cornelio.ff.de iure fiſ.in l.cum fiſco.ff.ad Sillanian.in l.recuſare. §. ſi fiſco. ff.ad Trebellian. & in l.ex facto. §. ex facto.ff.eodem,& ibi D.Ripa ſub num.quinto,infert ad plura vtilia: Ego autem infero fiſcum teneri ſtare venditionibus & locationibus factis per condemnatū,licet ſecus eſſet,cū publicatio facta fuiſſet particulariter de aliqua re, & ita poſt Bal. intelligo tex. in l.ſi fundus quē mihi loca-

ueris.ff.loc.Secundò infero,ꝙ fiſcus pro
bonis in eum peruentis teneatur ad om
nia onera, quibus poſſeſſor condemna-
tus ſubijciebatur. dixi ſupra in titu. de
indig.nu.18. Tertiò infero,quòd ſi con
demnatus erat bonæ, vel malæ fidei, ſic
etiam fiſcus cenſebitur eius ſucceſſor:
Egid.Boſ.in tit.de proclam.nu.4.

75 Septimò infertur,quòd onus liberos
alendi, vel etiam vxorem inopem, quia
tranſit ad quemcunque bona parentũ,
& mariti tranſeunt. l.ſi quis a liberis. §.
idem reſcriptum. ff.de liber. agnoſ. dixi
in tit.de incapacib.nu.191. ideo in fiſcũ
quoque ſucceſſorẽ in bonis. per eorum
publicationem tranſibit. ſic Soc. ſen.in
conſ.30.nu.3.in 1.Ripa in d.l.ex facto.§.
ex facto.num.8.& 9. Egid. Boſ.in tit.de
aliment.& Ripa infert eadem ratione.

76 Fiſcum teneri ad dotandũ filias con-
fiſcati,quia,id eſt onus paternum,& fuit
dictum Bal.in l.fin.nu.9.C.de do.prom.
Dyn.in l.inſulam. in prin. & in l.ſi ſocer.
in princ.ff.ſol.matr. ſecutus eſt Alex. ad
Bar.in l.quæſitum.§ j. ff. de priuil. cred.
Cępola conſ.58.nu.10.& idẽ Cępola in
nouis.conſ.8.per totum,vbi etiã in filia
nupta,& non dotata. Et notandum eſt:
quia Soc.& Ripa id intelligunt etiam in
crimine lęſę maieſt.dum allegant tex.in
l.quiſquis. C. eo. & in c.vergentis.extra
de hæret.ſecutus eſt quo ad onus dotan
di,Boſ.in tit.eo.num.9. & in tit.de crim.
lęſæ maieſt.nu.134.Gigas in eo tract.in
titu.quas pœnas incur. c.15.& poſt eos
Plot.inter conſ. criminalia, cõſ.130.nu.
83.& 84. & cõem dixit tã in dotib. quã
in alimẽtis,Fran.Becius cõſ.8. per totũ,
& obſeruatã a Rege Ferdi. in filiab.Prin
cipis Roſſani, retulit Afflict.in c.1.§.præ
terea.gl.3.nu.80.ĩ tit. quæ fuit prima cã.

Intellige ſemper, vt reſeruata portio
ad ea,quæ ſupra dixi,num.34.& infra,in
eas cauſas cedat,& ſi ea nõ ſufficeret,ſup
plebit fiſcus in alijs bonis, ſic Plotus, &
Becius in dictis conſilijs: imò bona om-
nia filijs adijcerentur, cum aliàs cõmo-
dè alimentari non poſſent: dixi ſup. nu-
me,38.in hoc tamen negocio,curiarum
conſuetudines eſſent explorandæ, & at-
tendendæ. Nota tamen quia ampliatio
ad crimẽ lęſę maieſt. in terminis d.l.quiſ
quis. mihi admodũ dubia eſt per caſum
illius legis:vbi cũ agiĩ de matris ſubſtan-
tia,filiabus reſeruatur legitima:in pater-
nis verò filiabus ipſis,nihil reſeruatur:fi
lij autem maſculi tam à paternis, quàm
à maternis penitus arcentur,& ſic in ter
minis ẽt fortioribus ſenſit Boer.deciſ.7.

77 Septimò infertur, quòd obligatio-
nes nedum purę, ſed etiã conditionales
actiuæ,competentes condemnato, quia
ꝓ ſui natura ad extraneos hæredes tran
ſire poſſunt. §. ex conditionali. inſtit.de
verb.obl.in fiſcũ quoq; tranſeunt.l.inter
ſocerum.§.fi.ff.de pact.dotal.quã ad hoc
adducit Bal.in d.l.1.C.de bon.liber.& in
l.fi.C.de contr.emp. Io.de Imo.in l.non
ad ea.ff.de condi.& dem.& eſt concluſio
probata per Iaſ.in l.ſi quis arbitratu.col.
vlt.ff.de verb.obl.Boſ.tit.noſtro,nu.14.&
ſeq.Mart.Laud. in tract.de fiſco,q.10.ex
quibus comprobatur deciſio Gramma.
pro fiſco Regio,cõſ.6.quamuis hęc non
adduxerit. amplia etiam in obligationi-
bus naturalibus, Bal. in l.tam mandato-
ri.C.de non num.pec.

78 Octauò infertur,quòd oẽs exceptio-
nes trãſeuntes in hęredes,& ſucceſſores
extraneos,in fiſcũ quoq; trãſeũt,& ecõ-
tra negatiue, ſic Salic.in l.ſi qs poſt hac.
C.de bon.proſcrip.vbi inqt,fiſcũ oppo-
nere poſſe exceptionẽ dotis nõ numera
tæ intra tempus,prout poterat maritus,
vel eius hæres,vltra verò non. Sequitur
Afflic. deciſ.402. col.pen. poſt And. de
Iſer. quẽ refert: & latius cõprobat.Rol.
Val.cõſ.31.col.pe.& vlt.ĩ 1.dixi inf.n.82.

79 Nonò infertur, quòd ius deducendi
vtramque quartam, legi.& Trebel.quia
tranſit ad hæredes extraneos filij graua
ti per fideicom.vniuerſ.paternũ.l.quan-
quam. C. ad leg. Falc. tranſeat quoque
in fiſcum,ſic Bald.conſilio 8.in 4.pleniſ-
ſime Natta conſ. 528. colum.penult. &
vlti. & de legitima D.Menoch. conſ.77.
colum.vlt.Rolan.d.conſ.31. nu.33.in 1.
& id apud nos ſpecialiter deciſum extat
ex lege excelſi Conſil. Decem Virum ſu
pra relata, num.33. Non obſtãte earum





prohibitione in filijs 1.gradus,licet vſq;
ad certam ætatem earũ prohibitionem
valere, poſt plures tradiderit Iul. Clar.
lib.5.§.fin.q.78.col.6.Ruin.conſ.129.in
2.& Excel.Pancirol.conſ.181.

80 Decimò infertur,quia fiſcus loco ex-
tranei ſucceſſoris habetur, iõ mater reli
cta vſufructuaria à viro ſuo, quæ propte
rea ob conſuetudinẽ Bulgar.filio exiſtẽ-
te in medio pro alimentaria reputatur,
cõfiſcatis bonis filij,reaſſumit integrum
vſumfructum,prout ſi filius deceſſiſſet re
lictis hæredibus extraneis, ad ea quæ
Bar.ſcribit in l.Titia cũ teſtamẽto.§.Ti-
tia.ff.de leg.2. ſic in ſpecie concludunt.
Cur.ſen.conſ.14.nu.3. Ruin.conſ.26.in
5.Pichus ĩ d.§.Titia,nu.36.Rol.val. cõſ.
74.nu.11.in 2.Borgnin.Caualc.in trac.de
vſufru.nu.40.Hier.Cabriel.conſ.184.

81 Vndecimò infertur:quòd quarta re-
ſeruata coniugi inopi aduerſus hęredes
coniugis defuncti,quia etiam eo inuito
debetur,& tam ab inteſtato,quàm ex te
ſtamento. Auth.præterea:cum ſua mate
ria.C.vnde vir & vxor.propterea,& ad-
uerſus fiſcum quoque detrahatur.caſus
eſt in d. Auth.bona damnatorum. C. de
bon.dam.tradit Soc.ſen.conſ.121.col.4.
in 4.niſi fori conſuetudo obſtaret.

82 Duodecimò infertur: publicatis bo-
nis mariti vxorem prædeducere aduer-
ſus fiſcum dotes ſuas,& donata propter
nuptias,prout deduceret aduerſus hęre
des mariti,caſus eſt ĩ l.ſi marito.in prin.
ff.ſol. matr. & in l.ſi quis poſt hac, & in
d.Auth.bona damnatorum,no.in l.2.in
prin.ff.eo.Soc.d.cõſ.121. col.4.Soc.iun.
conſ.55. in 2.Neguſant. de pignorib.in
1.mẽb.5.partis. nu.35. Boſius in tit.eo.
nu.73.Rolan.d.cõſ.31.nu.33.Et idẽ Ro-
lan.in dote, & donatis propter nuptias,
quæ nos contradotes appellamus:de lu
cro dotis.q.59.Intellige,vt ẽt dos cõfeſ-
ſata,quæ põt deduci aduerſus hæredes,
& creditores mariti, ob lapſum fataliũ,
poſſit ẽt deduci aduerſus fiſcũ.Bart.ĩ l.ſi
quis poſthac. C. de bon. proſcr. Afflict.
deciſ.402.Caſtren. in d.l.ſi marito.Rub.
Alex.conſ.78.col.2. Natta cõſ.281.col.
Rolan. cõſ.20. nu.16.& conſ.74.nu.10.
in 4.vbi alios adducit,& interim donec
dos ſoluitur, currunt vxori alimenta do
talia,ꝓut aduerſus extraneũ hr̃dẽ, & ſic
ſentit Egid.Boſ.in tit.de alim.pręſ.col.j.

Amplia etiam, quòd mariti bona pu-
blicentur ex cauſa lęſę maieſt. & etiam ſi
vxor fortunam viri ſequatur.Boſ.d.loco
ſub nu.65.ſequitur Iul.Clar.loco allega-
to q.78.col.9. Et no. quia vxor propria
auctoritate poteſt inijcere manus in bo
nis mariti confiſcatis,pro tuitione,& re-
habitione ſuæ dotis,ſicuti Ang.tradidit
in d.l.ſi quis poſthac.

83 Decimotertiò infertur:publicatis bo
nis vxoris, diſſolutoque matrimonio,
quamuis dos publicetur,maritũ lucrum
dotale ſibi debitum ex pacto,vel ex lege
prædeducere poſſe aduerſus fiſcũ, ſicuti
contra hęredes vxoris.Bar.in l.quinque
legibus.ff.de bo.dam.Ang.de maleſi.in
verbo,& eius bona publicamus, verſ. an
vxor,Soc.d.conſ.121.col.4.Rol.d.q.59.

84 Decimoquartò inferĩ, quòd omnia
iura ad quærendũ cõpetentia condem-
nato, quæ ad illius hæredes extraneos
tranſirent,ad fiſcum quoq; per publica-
tionem tranſeunt:ad tex. in §.ex condi-
tionali.inſti.de verb.obl.vbi ĩ cõtractib.
exẽplũ itẽ in iure delib. ex lege cũ anti-
quiorib.C.de iu.delib.itẽ in tranſmiſſio
ne,quæ ſit ex potentia ſuitatis ad quoſ-
cunq; hæredes,de qua in l.apud hoſtes.
C.de ſuis & legit.Itẽ in iure agẽdi ad ſup
plemẽtũ legitimę,vel in iure dicẽdi nul-
lũ,& in iure petendi reſtitutionẽ in inte
grũ, & deniq; iura oĩa tranſibilia ad ex-
traneos hr̃des, de quib. latè per Tiraq.
de retr.lignag.§.26.gl.3.nume.2.& ſeq.
Hæc.n.iura omnia in fiſcum tranſeũt.ex
regula: Qui actionem habet,rem ipſam
habere videtur.l.qui actionẽ. ff. de reg.
iur.ſic ſanè concludunt Bal.Imo.Alex.&
Iaſ.in l.ſi quis mihi bona.§.1.col.vlt.ff.de
acq.hær.vbi Iaſ.de cõi.Boſ.in tit.iſto nu
me.16.& fuit de mente Bar.in l.1.col.7.
item verſ.quæro. ff. de vulg. cũ quo ſtat
cõis Doc.ſnĩa,Rip.ibi,nu.155.Clar.d.lo
co col.14. Ant. Gom.delictorũ c.14.col.
3.& in fideic.pure delato, Nat.cõſ.472.
nu.14.vbi in fideicõmiſſis vniuerſalibus,

& particularibus pure relictis, quæ pro ſui natura tranſmitt[illegible]tur ad hæredes. & cõem in tranſmiſſione iuris deliberãdi, dixit Cefal.conſ.321.nu.65. Contrariũ vero determinarũt, Nell.in 1.par.2.tẽp. q.30.& 31.ſecutus eſt Dec.in l.3.§.illud. ff.quod quiſque iur.& in ſuo conſ.442. col.3.quo in caſu conſulti idẽ rñderunt Rimin.ſenior conſ.136. Ruin.cõſ.23.& 25.in 5. Rationes ſunt, quia hæreditas antequam ſit adita, non eſt in bonis hæredis.l.pretia rerũ.ff.ad leg.Falc. & in iure adeũdi agitur de iure quærendo, non de iure quæſito.Bart.in l.is poteſt.col.4. ff. de acq.hæred.inde eſt, quod hæreditas nõ adita ſuſtinet vices defuncti, non hæredis.l.hereditas.ff.de acq.rerũ dom. Confiſcatio autem bonorũ trahitur ad quæſita per damnatũ:nõ autẽ ad acquirenda, vt inferius dicetur. itẽ quia fiſcus non eſt hæres, ſed loco heredis, & ita arguit Aretin.in d.l.ſi quis mihi bona.§.1. pulchrè Cepola omnino videndus, in ciuilibus conſ.58. nu.26. vbi poſt Nellum refert huius opin. Ang. Are.& Lud.Ro.

Quæ tamen rationes non concludũt: quia verum eſt, ꝙ confiſcatio non trahitur ad ea, quæ nullo modo ſunt acquiſita:ſecus autem, cum pro eis quærendis quæſitum eſt ius condemnato.in eadem tamen opinione perſiſtit idem Dec. in conſ.438.in vlt.col. vbi in fideicom. vniuerſ.puro, delato bannito cõfiſcato, necdum per eum agnito, & idem Dec.conſ. 445.nu.65.vbi in rebus donatis, cõdemnato tradẽdis, poſt mortem donatoris. Reperi, quod D.Ruin.d.conſ.24.attigit articulum in trãſmiſſione iuris delib. ex l.cum antiquiorib. & ex potentia ſuitatis, de qua in l.apud hoſtes. C.de ſuis, & leg.concludens, quòd ſi cõdemnatus ſuſtinuit mortem naturalem, vel ciuilẽ, ita quòd hæreditatem ſibi acquirere nequeat: quia factus ſit incapax, verior ſit opinio primò relata pro fiſco: ſinautem bannitus eſſet tali bãno, quòd pro mortuo nõ haberetur: iuraq; communia in ciuitate ſibi ſalua eſſent, ad ea quæ ſupra dixi in tractatu de incapacib.tit.de bannitis, tunc alia contra fiſcum verior ſit: ratio eſt, quia ſua intereſt ne tranſmiſſio locũ habeat, cũ poſſit ſibi acquirere: ſuperiore verò caſu ſua non intereſt, quia ſibi acquirere nequit, & idem in eodem caſu firmauit in cõſ.23.nu.17.& nu.27. quę ſanè diſtinctio mihi nõ placet:Quia an fiſco quæratur, non videtur, ꝙ ius, & ratio pendeat ab intereſſe condemnati. Hanc tamen opinionem contra fiſcum probauit excell.D.Panciról.in cõſ.163. nu.5.in 1.latiſſimè Ceph.conſ.321.

85 Reperi item, quòd Alciatus conſ.67. col.2.lib.9.reſpondit, ius dicendi de nullitate teſtamenti competẽs filio, nõ tranſire in fiſcum.motus, quia ius iſtud perſonale eſt, non tranſibile ad extraneos heredes, ſed ad liberos tãtum, Iaſ. in l.cum mota.nu.16. C.de tranſact.& ſtante ſuppoſito pro vero, vera quoq; erit illatio, vt dicã in regula negatiua, in tertia illatione:planum autem eſt, ſi filius viuo patre condemnatus fuiſſet, nõ poſſet fiſcus poſt patris mortẽ dicere de nullitate teſtamenti; ſicuti Bal.ſcripſit, & rectè in l.ſi qua pœna.ff.de his q̃ ſunt ſui, vel alie.iu.

86 Decimoquintò infertur, ꝙ oẽs obligationes paſſiue, quæ tranſeunt contra hæredem extraneum, eædem quoque aduerſus fiſcum proponuntur. l.2.C.ad leg.Iul.de vi publ.l.ſi marito. in princ.ff. ſol.matrim.l.cum fiſco.ff.ad Sillanian.& l.2.ff.de alim.leg.& econtra, actiones actiuæ ad eum quoque pertinent. l.reo criminis.ff.de ſolution. Roman. conſil.73. in princ. dixi ſupra in ſecundo effectu, intellige, & amplia etiam, quòd ſint naturales obligationes. Bal. in l.tam mandatori.C.de non numer.pecu.

87 Limitatur concluſio in obligationibus paſſiuis conditionalibus: nam pro eis conditione adueniente poſt bonorum publicationem, fiſcus non tenetur. l.quotiens. vbi Bartolus, Angel.Imol. & Caſtr. ff.de nouation.idem Bartolus in l.poſtquam, in principio. ff. vt leg. nom. cau.& in l.ſi quis arbitratu.colum. vlt. ff. de verborum obligatio. & in ſuo conſilio 166. Talionus, & vtrobique infert: quòd per bonorum publicationem extinguitur compromiſſum, quia agitur

tur



tur de futura obligatione contrahẽda per arbitramentum, ſequuntur Bal. Roma. Alex.Soc.& Iaſ.in d.l. Aret. conſilio 110.clariſſime Doctor.colum.4.Nellus in prima parte, ſec.tempo.quæſt.31.Boſius dicto loco, nu.14.& Clar. loco præallega.colum.13.

Nec obſtat, quod iſtæ obligationes committantur contra hæredes extraneos, quia fiſcus non eſt loco extranei hæredis.

Contra tamen tenuerunt Bal. & Sal. in l.fi.C. de cõtrahenda emptione, nu. 15.ſequitur D.Alexãd.in l.ſi marito. in principio.ff. ſoluto matrimo. adducitur tex. pro caſu in l. Statius.§. Cornelio.ff. de iure fiſ.addendo, quòd hæres per aditionem hæreditatis ex quodam quaſi cõtractu obligatur fideicommiſſarijs conditionalibus.l.ex maleficijs.§.heres. ff.de actio.& oblig. Secundò allegatur, quòd bona tranſeunt in fiſcum affecta cum ſuis cauſis, & oneribus, vt dictum fuit ſupra in 6.illatione.

Tertiò, quia ex facto, & perſona fiſci nõ debet immutari conditio obligationis, ad præiudicium creditoris, cui ex cõtractu iam quæſitum ius fuit.l.fiſcus. ff.de iure fiſ.d.l.recuſare.§.ſi fiſco.l.cum quidam.§.fiſcus.ff.de vſu.& l.2.§.ex his. ff.de verbo.obliga.

Quartò, quia obligationes cõditionales actiuę tranſeũt ad fiſcum, dixi ſupra nume.77. igitur & econtra paſſiuæ quoque, & hæ rationes videntur efficaciter concludere.

89 Retenta autem communi cõcluſione, habes.Quòd non omnia, quæ tranſeunt aduerſus hæredes extraneos, trãſeunt aduerſus fiſcum, ſic Ruin. colligit cõſi.23.nu.25. in 5.& eſt ratio, quia vt ſupra dixi, fiſcus nõ gerit vices heredis.

90 Decimoſextò infertur, quòd quæ ꝑ contractum poſſunt in alium transferri, & alienari in præiudicium hæredum, & ſucceſſorum: eadem delinquendo per publicationem bonorum in fiſcum trãſmitti poſſunt: nam qui per contractum poteſt, is etiam per delictum ſucceſſoribus ſuis præiudicare valet, Bal.in l.emãcipatum.§.1.ff.de ſenator. Soci. ſenior conſi.266.nu.38.in 2.Affl.in c.1.glo.3. nu.8.in ti.quæ fuit prima cau.

Ex regula autem negatiue ſumpta, quòd ea, quæ inter viuos alienãdo, aut moriendo per actum vltimarum volũt. transferri non poſſunt in extraneos, nõ etiam ſecuta bonorum publicatione in fiſcum tranſeant: ſequuntur ſimiliter plura notab.

91 Primò infertur, quòd iura perſonalia omnia, quæ ad alium nõ ſunt tranſibilia, non etiam in fiſcum deuoluũtur: ideo ius eligendi in perſonam alicuius collatum, quia perſonale eſt, ad fiſcum non pertinet.l. ex facto.§. ſi quis rogatus.ff.ad Treb.not.in l.cum pater.§. hæreditatem.ff.de lega.2.Sic etiam ius reuocandi libertum in ſeruitutem, quia perſonale eſt, ad fiſcum nõ deuoluitur, Paul.Caſtren.in l.penultima.C. de libe. & eorum liber.

92 Item ius reuocandi donationem inter viuos ex pactione ad volũtatem donatoris, publicatis bonis donatoris, ad fiſcum itidem non trãſit, quia voluntas perſonalis eſt.l.4.ff.locati.ſic cenſuit Lofredus conſi.5.in 2.dub.num.17.ſic etiã ius reuocandi donationem ob ingratitudinem donatarij, quia perſonale eſt, donatoris, nec ad hæredes trãſitorium. l.his ſolis.& l.fi.C.de reuoc.dona. Ripa ibi in 61.q.Anto.& Canon.in c.fi.extra de dona.Barto. & alij in l. qui Romæ.§. Flauius.ff.de verbo.obliga.nec etiam in fiſcum tranſibile erit:ſic Lofred.d.loco. Cepha.d.conſi.321.nu.55.

93 Secundò infertur, quòd iura conditionalia, quæ interim ante aduẽtum cõditionis, defuncto honorato, pereunt, nec in alium trãſponi poſſunt: nõ etiam in fiſcum tranſeant: exemplum in legatis conditionalibus: nam pro ſui natura pereũt interim, decedente legatario. l.vnica.§.ſinautem.C.de cadu.tol.ac idcirco publicatis bonis illius legatarij, cõditionale legatum, vel fideicommiſſum, non trãſit in fiſcum, ſed conditione eueniente, vel poſt mortem naturalem illius honorati, euaneſcit, vel ſi in illius vi

ta

ta naturali durante, ad eum relicti commodum pertinebit: quia publicatio bonorum ad futura non trahitur, vt infra dicam, ſic glo. communiter per Doctor. ibi recepta, in l. non ad ea. ff. de cond. & dem. Alex. ibi ad Bar. & in l. ſi marito. in princ. ff. ſolut. matrimo. Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu. colum. vltim. Rom. conſ. 247. Dec. conſi. 232. Socy. ſenior conſi. 275. num. 15. & ſeq. in 2. Boſ. in titu. de publi. bono. num. 14. & pulchre Natta conſil. 472. in 3. & 4. colum. vbi idem voluit in legatis, & relictis, ex die incerta, vel certa, non tranſmiſſibilibus ad hæredes.

94 Sic etiam ſpes ſubſtitutionis pupillaris, quia non egreditur perſonam ſubſtituti. l. qui habebat. ff. de vulg. proinde in fiſcum non trāſit. l. ex facto. §. Iulius Longinus, & ibi not. ff. eo. ſimiliter ſpes ſubſtitutionis fideicommiſſariæ conditionalis, quia non egreditur perſonam fideicommiſſarij, nec in fiſcum quoque trāſit, ſic arguit Alex. conſi. 23. in 1. Rol. conſi. 29. nume. 19. Boſ. in titu. de publ. bonorum, nume. 16. & 18. Vbi idem infert in ſpe ſuccedendi in aliqua emphyteoſi, vel feudo per mortem alicuius viuentis.

95 Iiſdem rationibus, quia hęreditas delata non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. nec etiam ceſſibilis, l. mulier. §. hæres ex aſſe. ff. de iure dot. idcirco nec fiſcus ex perſona condemnati hæreditatem illi delatam, & per eum nō agnitā capiet. Imol. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. 1. colum. vltim. ff. de acquiren. hæredita. latiſſime Cęph. d. conſi. 321. limitādo tamē, vt dixi ſupra num. 84.

96 Similiter contractus, qui contrahentium morte diſſoluūtur, nec inter viuos ad alium procēdi poſſunt, iidem per publicationem bonorum diſtrahūtur, nec in fiſcum trāſeūt: veluti compromiſſum, nam ſicuti morte vnius compromittentium diſſoluitur, l. diem proferre. §. 1. l. non diſtinguemus. §. compromiſſo. ff. e. ſic etiam publicatione bonorum vnius, dixi ſupra num. 87. & 88. Societas quoque quia morte vnius ex ſocijs diſſoluitur. l. actione. §. morte. ff. pro ſoc. §. morte. inſt. eo. etiam, quòd ad tempus ſit cōtracta. Alexā. conſi. 34. colum. 1. in 2. & quamuis in contractu ſocietatis dictum fuerit, pro ſe, & hæredibus, Cor. conſil. 121. & 122. in 1. Philip. Dec. conſi. 213. colum. 4. & in eodem caſu Rui. conſilio 90. volum. 1. Grat. reſp. 15. item in 1. nec pro ſui natura ad alium extendibilis. l. ideoque, & l. nemo. ff. pro ſoci. idcirco publicatione bonorum ſocietas finitur. l. actione. §. publicatione. ff. eod. & §. publicatione, inſt. eo. tit.

97 Tertiò principaliter infertur, quòd iura liberorum, quæ non ſunt communia ad extraneos, publicatis bonis non tranſeant in fiſcum, quia perſonalia ipſorum liberorum ſunt, ſic Alc. conſi. 67. lib. 9. Secundum Venetam impreſſionē, adducit ſcripta per Paul. Caſt. in l. 1. C. de bon. lib. & inde decidit, conditiones adiectas per patrem ad onus filij in legitima non a filio repulſas, confiſcatis filij bonis, per fiſcum reijci non poſſe, quia ius illud ſit perſonale filiorum: idem explicite voluit Egid. Boſ. in titu. de publi. bonorum, num. 37. vbi infert ius reuocandi abſtenſionem ab hæreditate paterna, non tranſire in fiſcum, quia eſt ius ſpeciale filiorum, non tranſibile ad hæredes extraneos: veluti tradiderūt Alexan. & Iaſ. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. huc etiam ſpectat dictum eiuſdem Alc. in d. conſi. relatum, ſup. num. 85. Sed illud dictum de legitima, non ſatis verum videtur, quia ius legitimæ formatum a filio tranſit in fiſcum, dixi ſup. num. 79. & optimè contra Alc. iuuant, quæ infra dixi num. 151. Cum autem patre viuente filij bona infiſcantur, ius deducendi legitimā, quia perſonale eſt, nec adhuc formatum, equidem in fiſcum non tranſit, Bald. in l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſui. Ex præmiſſa autem concluſione infero, fructus per fiſcum perceptos in vita filij condemnati grauati per fideicom. vniuerſale paternum, ad terminos tex. in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci, imputari in Trebellianicā, quamuis ſi per filium percepti fuiſſent ſingulari



illius priuilegio in eam quartam nō imputarentur, l. iubemus. C. ad Trebel. Ex his etiam infertur, quòd bona, quæ pro iure primogenituræ in primogenitos deuoluuntur, non alienabilia inter viuos, nec per vlt. vol. in perſonam extraneam, non etiam fiſco cedant, ſic Boer. ſenſit deciſio. 268. num. 6. & idem in iure patronatus, & ſimilibus, quæ liberis, aut generi competunt, tradidit Bellam. conſil. 33. Ex his quoque infertur iura libertorum, quæ ad hæredes extraneos tranſire poſſunt, ea quoque in fiſcum: quæ verò propria liberorum patroni ſunt, ea non vtique fiſco cedere, ſic Bar. poſt glo. & antiquos, in l. eum qui. in prima oppoſi. ff. de interd. & relega. vbi ſic cōciliat textum illum, & in l. 1. C. de bo. lib. ad tex. in l. iura. ff. de iure patrona. & in l. eorum. ff. ad legem Iuliam Maieſta. glo. Cy. Bart. Bal. Sal. & Pau. in d. l. 1. eadem, & ſimili ratione, bona intuitu eccleſiæ quæſita, quæ in extraneos ſucceſſores deuolui nequeunt, eadem nec fiſco quæruntur: ſicuti latè deduxit clariſ. D. Menoch. conſi. 223.

98 Quartò principaliter infertur, quòd res per teſtatorem expreſſe prohibita alienari fauore familię, vt in familia permaneat: non tranſit in fiſcum, ſed publicatis bonis delinquentis poterit per illos de familia ſtatim vendicari, ſicuti ſi eius facta fuiſſet alienatio extra familiā per contractum, aut per vltimam voluntatem, caſus eſt in l. Imperator, vbi Bart. no. ff. de fideicommiſ. liber. & Bened. de Plumbino poſt eum, ſecuti ſunt communiter Doctor. Iaſ. Crot. Opizon. & Ripa in repe. §. diui. ff. de lega. 1. Iaſ. in l. fina. §. ſed quia noſtra, C. comm. delega. Alex. conſi. 23. in 1. & conſi. 88. in 3. Cæpola in ciuilibus conſi. 58. in primo dubio, vbi etiam in crimine læſæ maieſta. Ruin. conſi. 129. in 2. & in conſi. 23. in 5. & in eo volum. conſi. 25. quo in caſu, idem reſpondit Dec. conſi. 442. num. 28. & 32. Grat. Reſponſ. 21. colum. vlti. volumi. 2. Soc. iun. conſi. 34. colum. 2. & conſi. 49. in 3. Berous q. 41. Alciat. conſi. 19. lib. 7. & conſi. 67. & conſi. 76. lib. 9. Rol. conſi. 98. in 2. & conſi. 1. nume. 44. in 3. Egid. Boſ. in titu. iſto, nume. 34. Hiero. Gabr. conſil. 184. colum. 1. Petr. Anto. Anguſciola conſi. 17. libr. 6. Natta conſi. 528. nume. 19. & nouiſſime clariſ. D. Panci-rol. conſi. 181.

Quam tamen concluſionem, in terminis, vbi ſubeſt ſimplex fideicommiſſum, & præterea addita eſt prohibitio de non alienando extra familiam, vt in familia bona conſeruentur, indubitatā eſſe profitentur. Soc. iunior in dictis cōſilijs, & Gabriel. in dicto loco inquit, ꝙ opinio Bart. eſt receptiſſima per totum orbem, & ab ea contra fiſcum, non eſſe recedendum. Amplia, quādo vltra fideicommiſſum prohibita fuiſſet expreſſe diuiſio omnium bonorum, nempè illa prohibitio haberet vim prohibitionis de non alienando, ſic Rol. conſi. 84. col. penul. & vlti. in 1. Sed ego valde dubito de iſta ampliatione, quia prohibitio de non alienando per contractum, non impedit alienationem per delictum, Iaſ. in l. is cui bonis, colum. 9. Ripa ibi, nume. 53. ff. de verborum obligat. & in terminis Grammat. deciſio. 105. nume. 40. & 41. vis huius communis ſententiæ in eo conſiſtit, vt nec etiam durante vita naturali ipſius delinquētis bona quo ad fructum commoditatem infiſcari poſſint, ſed ſtatim ſecuta publicatione illis de familia ſint relaxanda, & pro communi adducitur ratio.

99 Quia quoties quis prohibetur rem alienare fauore tertij, is delictum committendo illam in fiſcum alienare nequit: ſecus autem cum alienatio fauore ipſius delinquentis prohibetur, ſic Bar. in l. ſi quis in tantam, colum. 3. C. vnde vi. & in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, in 6. q. ff. de dam. infect. Bald. & Sal. in l. 1. C. de bon. lib. & ſubſequitur Soc. ſenior conſi. 266. num. 38. in 2. & conſi. 121. numero 22. in 4. vbi per hanc rationem approbat dicta Barto. in d. l. Imperator, & communem concluſionem cōtra fiſcū, ſic etiam argumentantur Dec. d. conſil. 442. numero 27. & Alciatus dicto conſil. 67. lib. 9.

Sed ad hanc rationem, tuendo iura fiſci, reſpondetur, verum eſſe, quòd alienatio fieri non poteſt in quantum concerneret præiudicium illius tertij: quia ab eo auferreretur commodum, veluti cum per delictum vxoris auferreretur dos marito, quæ eſt in illius vſu, & dominio, vel per delictum filij auferreretur peculium patri: ſecus videtur cum agitur de confiſcanda fructuum commoditate in vita delinquentis: quorum commoditas non niſi ſubſecuta morte naturali illius delinquentis peruentura erat ad agnatos ſubſtitutos. verum rectè cōſiderando ratio efficaciter concludere videtur, nam fructuum commoditas in ſpecie præſenti non eſt ſeparata a cauſa dominij, ſed cum ea annexa, & coniuncta, ad text. in l. ex diuerſo. §. 2. ff. de rei vend. & ſicut dicitur de vſufructu cauſali, idcirco oportet, vt fructus dominum ſequātur, rei autem dominium, ob prohibitionis vim, tranſit in agnatos de familia, non autem in fiſcum: igitur & cū fructuum perceptione.

100 Secundò adducitur tex. in d. l. Imperator, & in l. rogo. ff. de fideicom. liber. ſi teſtator iubeat hęredi ſuo, ne Stichus ſeruus, alterius ſeruitutem experiatur, & contingat hæredem, ſeruum illum in extraneum alienare, continuo efficitur liber, & idem quoque ſi bona illius publicari eueniat, vnde colligitur publicationem bonorum alienationi ęquiualere, varijs modis, qui iura fiſci tuentur, reſponderunt ad illum tex. vt plene per Ruin. in repe. §. Diui, & per Hier. Gab. conſi. 123. melior prę cæteris videtur ſolutio, quę fuit de mente Sal. in l. ea lege. num. 14. C. de cond. ob cau. quam probauit idem Gabr. d. loco ſub nume. 24. quod in illis iuribus alienatio fuerat ꝓhibita fauore ipſius ſerui alienati, & in caſum alienationis ſibi relicta libertas, nil mirum, ideo committitur libertas in quocunque caſu alienatio illius contingat, ſiue ſit voluntaria, ſiue neceſſarian, ec conuenit expectare mortem naturalem hæredis condemnati: ne interim contingat ſeruum decedere, & per illius mortem relictum libertatis finiri: & ſic a ſimili cum res prohibetur alienari in aliquam certam perſonam, curare omnino hæres prohibitus debet, ne ea res, quocunque modo, quoquove titulo, in eam perſonam perueniat, l. codicillis. §. matre. ff. de lega. 2. not. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. Solutio iſta non ſatisfacit: nam ideo per publicationem bonorum committitur libertas, ne alioquin Stichus ille contra voluntatem, & prohibitionem teſtatoris ſeruitutē alterius experiatur: igitur pari modo, ne bona in extraneam perſonam tranſeant contra teſtatoris prohibitionem, ſecuta publicatione ad agnatos pertranſibunt.

101 Contrariam verò opinionem aliàs pro munere meo tuendo iura fiſci in caſu publicationis bonorum, cuiuſdam nob. Vincentini defendi. concludendo bona illa in vita delinquentis tranſire in fiſcum cum ſua cauſa. & eam prohibitionem intelligi de alienatione voluntaria per venditionem, donationem, aut aliam alienationis ſpeciem: non autem de alienatione neceſſaria, contra votum hæredis grauati, & alienare prohibiti: licet proueniente ex illius facto, non tamen expreſſe ordinato, ad caſum alienationis per text. qui videtur in terminis in l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. Eſt enim confiſcatio ſpecies alienationis neceſſariæ. Tenendo tamen contrariam opinio. Ad illum text. poſſet reſponderi multum intereſſe inter cauſam creditorum, qui de damno, & inter cauſam fiſci, qui de lucro quærit, l. fin. C. de codicill. ideo diſpenſatio facta in fauorem creditorum, contra teſtatoris prohibitionem, non videtur protrahenda ad rē fiſci. pręterea ſicut prohibitus vendēdo per actum non punibilem rem in extraneum non transfert: igitur multominus delinquendo, ac delictum committendo, ex quo bonorū publicatio inferat.

102 Secundo conſiderabam: nam fideicommiſſa intelliguntur etiam abſque alia expreſſione cauſę, ordinata, vt bona conſeruentur in familia: ſic enim ſenſit

glo.



gloſſ. in d. §. Diui. in verbo, non poſſunt, not. Cuma. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. ff. de lega. 2. Ioan. de Ana. conſ. 47. in princ. Soc. conſi. 227. colum. 4. in 2. Gabriel. d. conſi. 23. num. 11. attamen cōſtat bona ſubiecta fideicommiſſo cōditionali, in vita confiſcati, cedere fiſco, l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. Sed iſta conſideratio per tenentes contrariam ſententiam videtur elidibilis: nam ideo bona ſubiecta fideicommiſſo tranſeūt in fiſcum cum ſua cauſa, quia viuēs grauatus poteſt ea alienare, etiam quo ad translationem dominij eo naturaliter viuēte. l. fi. §. ſed noſtra, & §. emptor. C. communia de leg. ſecus vero cum addita reperitur expreſſa prohibitio de non alienando fauore familiæ, d. §. Diui, & ibi latè ſcribitur. Tertiò adduxi auctoritates quamplurium tenentiū pro fiſco, Oldr. conſi. 17. num. 18. Pau. Caſtr. d. §. Diui, ampliſſime Rui. ibi colum. 19. & ſeq. a quibus non diſſenſit Alciat. ibi, idem Paul. in l. in inſulam, in prin. ff. ſol. matrimo. Roma. in l. ſi conſtante. §. fin. ff. eo. Rub. Alex. conſi. 154. num. 2. Alci. conſi. 211. lib. 9. vbi de communi latiſſime, Gab. d. conſi. 123. Hieron. Gigas de crimi. læſæ maieſtat. lib. 2. in 3. quæſt. & ſenſerunt pro iſta opin. Spec. & Bellam. in materia feudalium infra allegandi, & conferunt, quæ infra dicam, nu. 114.

Quartò adduxi decretū Excelſi Cōſilij Decem, cum additione 1578. diei 26. Septēbris, quo indiſtincte iubetur bona homicidæ penſati confiſcari, etſi ſubiecta ſint fideicommiſſis, in vita illius quo ad vſumfructū, & ita in ea cauſa pro fiſco fuit iudicatum 1580. die 8. Martij per Clariſſ. tunc DD. Rectores huius Mag. ciuitatis, reluctantibus in cōtrarium Mag. & Excell. Iureconſ. D. D. Bartholomæo Siluatico, nunc Conſultore Benemerito Sereni. Dominij, & Hercule Coradino, & idem quoque fuit determinatum, & executum in alia confiſcatione Baſſanenſi.

His omnibus præſtantiſſime lector adde, quòd licet per expreſſam prohibitionem de non alienando ad hoc, vt bona in familia remaneant, ſecuta illorum alienatione admittantur proximiores de familia ad reuocationem alienatorum, etiam in vita alienātis, ad tex. cum materia in l. filiusfamilias. §. Diui, ff. de lega. 1. attamen in hoc Sereniſ. Domin. non id obſeruatur, ſed differtur in mortem ipſius alienantis, & ita vidi reſolutum in Excel. Conſi. de XL. contra filios nob. Dom. Iacobi a Sole nob. Paduanos, niſi præterea inſerta eſſet expreſſa clauſula, quòd in caſu alienationis, alienans cadat à iure ſuo, & bona deuoluātur in proximiores, quo caſu ſic pro filijs Domi. Iulij de Benedictis contra ipſum patrem vidi pronūciatum, per Clariſ. D. Iud. cur. mob. die 15. Maij, 1574. laudata in Excel. Conſil. de XL. ſub die 17. Martij, 1575.

103 Verum ſi vltra prohibitionem de nō alienando, teſtator expreſſe ordinaſſet, quòd in caſu publicationis bonorum, ob aliquod delictum, bona cōtinuo trāſirent in proximiorem de familia, & nō in fiſcum, maior ineſt dubitatio, & iſta quæſtio punctualiter diſputanda occurrit in ea confiſcatoria Vicentina: nam contra fiſcum adducebantur hæc, primò teſtatoris voluntas, quam lex iubet ſeruari. §. diſponat. Auth. de nup. Secundò, poteſtas teſtatoris qui rei ſuæ legē, quam voluit, imponere potuit, ad l. in re mandata. C. mand. l. legem. C. de pac. Tertiò, conditio non inhoneſta, ſed iuſta, & rationabilis. Quartò Doctorum authoritates, qui contra fiſcum pro voluntate defuncti reſponderunt. Alciat. in d. §. Diui, Rui. ibi in quarto notab. & in ſuo conſi. 129. volum. 2. Soc. iun. conſilio 34. nume. 7. & conſi. 49. colum. 2. in 3. Boſ. in tit. de publicatio. bonor. num. 30. & ſeq. Gabr. conſi. 123. nume. 12. & conſi. 140. nume. 39. & cum alijs, vt per Dom. Menoch. conſi. 91. nume. 6. & per Dom. Marza. in ſuo epitom. fideicommiſ. q. 47. & nouiſſ. Dom. Pancirol. d. cōſilio 181. in primo, Dom. Menoch. conſ. 77. nume. 6.

Quintò addi poteſt alia ratio, nam teſtator ſtatuere poteſt, ne bona ſua perueniant

ueniant

ueniant in aliquam perſonam, l. codicillis. §. matre, de lega. 2. quo caſu, nec etiã per alienat. neceſſariam in eam perſonã transferri poſſunt, vt no. in d. §. matre.

Contra verò, pro fiſco cõſiderabam. Primò, dictam ordinationem non eſſe exequẽdam vti nutritiuam delictorum, quia ſic de facili conſanguinei conſpirarent, fierent, & inſtituerentur ſimiles ordinationes.

Secundò, dictam conditionem videri adiectam in fraudem fiſci, nõ autem ad compeſcẽdum delicta, quia teſtator non aufert à delinquẽte, cum deliquit, ſed cum bona pro delicto confiſcãtur, conſequẽter aufert à fiſco, idcirco huiuſmodi prohibitionem vti in fraudem fiſci factam, fiſco nõ pręiudicare. ad hoc text. in d. §. Diui. ibi, ſed nec creditoribus, nec fiſco fraudi eſſe, & in ſpecie illũ tex. aduertit Rip. ibi, ſub num. 52. Verũ huic rationi occurrit Rui. conſi. 25. col. penul. in quinto, vbi inquit nõ eſſe attẽdendam conſideratam fraudem, quia intẽtio prohibentis non fuit ordinata ad hoc, ſed ad conſeruãdum bona inter ſuos beneficiatos. adducit tex. in l. ſi vehenda. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.

Tertiò conſiderabam, quòd iſta prohibitio videtur reſiſtere quodammodo poteſtati Principis.

104 Quartò adducebam: Pactum initum inter duos fratres diuidẽtes, vt eorum altero committente delictum, ex quo ſequatur bonorum publicatio, ea bona, commiſſo delicto, perueniãt in aliũ fratrem, vel eius filios: non valere in præiudicium fiſci, Pichus in repe. l. poſt cõtractum, ſub nume. 30. ff. de do. Dec. conſil. 239. Boſ. in titu. eod. nume. 51. explicite Gab. conſ. 140. num. 38. dixi infra num. 155. Tãdem ſolemniter diſcuſſa cauſa pronunciatum fuit contra fiſcum, & ſuccumbente bona pleno iure fuerũt relaxata Mag. fideicommiſſarijs, ſed in alijs cauſis, & iuditijs Cl. off. Aduocat. Almæ Ciuit. Venetiarum Dominãtis; fuit contra reſponſum, & ſic pro fiſco ſeruatur. Non tamen, quia diſputatio tam in hoc, quàm in priori articulo, procedit cum bona confiſcantur ex alio delicto, quàm pro crimine læſæ maieſtate, vt dicetur nume. 111.

Sed vtrum filius, qui ob delictum cõmiſſum cõtra patris ordinationem, priuatur paterna ſucceſſione, poſſit ipſe, vel fiſcus ex illius perſona, detrahere legitimam, & Trebel. eſt quæſtio deciſa: affirmat per leges huius Sere. Domi. dixi ſupra nu. 79. Sed de iure communi materia eſt diſputabilis: nam contra fiſcum decidit Rui. conſ. 129. in 2. Dom. Guid. Pancirol. conſi. 181.

105 Item adde, quòd vbi vel in hoc, vel in priori caſu, bona non infiſcãtur; ſed trãſeunt ad ſubſtitutos, ſi quidem ſubſtitutus ſit filius delinquẽtis, non quęritur patri in eis bonis vſusfructus iure patriæ poteſtatis, Alex. conſi. 23. ſub num. 20. in primo, & eſt generale, quòd in his, quę patri auferũtur propter delictũ non quæritur per filium patri vſusfructus. Pau. Caſt. in Auth. excipitur; & Angel. in Auth. idem eſt. C. de bo. quæ lib. Gab. conſi. 118. colum. penul. & ad hoc do tibi dictum Bartol. incognitum, in l. eum qui, in fi. ff. de interd. & releg.

106 Quintò ex præmiſſa regu. infertur, ꝙ feuda, quæ ex ſui natura non poſſunt in hæredes extraneos transferri, vel per actum alienationis in perſonam nõ comprehenſam in inueſtitura trãſmitti. publicatis bonis vaſalli delinquẽtis, nõ trãſeunt in fiſcum, quia alienari nequeunt, toto titu. de proh. feud. alienat. ſic concludunt Barto, Imo. Rom. & Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. Idem Barto. in l. eum qui. ff. de interd. & releg. colum. 2. poſt Cy. in l. 2. C. de lib. & eorum liber. Bald. in Rub. ff. de rerum diuiſ. in 4. q. Bald. Saly. & Pau. in l. 1. C. de bon. lib. idem Bal. in l. inſulam, in princ. ff. ſolut. matrimon. vbi inquit, quòd ea, quæ certo generi perſonarum deferuntur, fiſco non cedunt. Idem firmarunt Rui. conſil. 23. in 3. & 4. dub. in 5. Dec. conſi. 252. nume. 5. Soc. iun. conſilio 49. colum. 1. in 3. Rolan. Vall. conſi. 29. in 3. Afflict. in cap. 1. §. denique. col. vlti. in titu. quæ fuit prima cauſ. Boer. q.





263. nume. 6. & 7. Clar. lib. 3. ſenten. recept. §. feudum, quęſtio. 84. Boſ. in titu. noſtro, num. 52.

Hanc autem concluſionem non intelligas in feudis improprijs tranſmiſſibilibus ad quoſcunque, nam hæc confiſcantur, vt dixi ſupra in reg. affirm. nu. 71. licet & in his aliter ſenſerit Capella Tholoſa. deciſ. 395.

107 Item intellige in feudo antiquo, nam in feudo nouo, quia vaſallus poteſt illud alienando per actum inter viuos præiudicare filijs, & agnatis, propterea Dominus feudi licite per publicationem bonorum feudum illud ſibi acquirit, ex ſententia Clari, quæ mihi applaudet. d. quæſt. 84. cui quoque adſtipulatur Soc. iunior conſi. 68. num. 124. volum. 3. Bal. in l. 1. colum. 2. C. de bon. libert. & clare Paul. Caſt. num. 5. Rolan. conſi. 78. in 4. limita in feudo nouo ex pacto, & prouidentia pro ſe, & filijs ad ea, quæ infra dixi ſub num. 113.

108 Rurſus intellige, cum delictum commiſſum fuit in alium, quàm in dominũ feudi, nam ſi in dominum, poteſt vtiq; dominus, quamuis ſit paternum, & antiquum, illud infiſcare, & ſibi acquirere ad perpetuam filiorum, & agnatorum feudatarij delinquẽtis excluſionẽ, & in iniuriæ ſuæ vltionem, d. c. 1. §. denique, in tit. quæ fuit prima cau. c. 1. in ti. ſi vaſ. culp. c. Felicis de Pen. in 6. clem. 1. in eo. titulo, Barto. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect. vbi Alexand. numero 21. Bart. in d. l. eum qui, col. 2. Bald. in dicto capit. 1. ſi vaſal. culp. Paul. Caſt. in d. l. 1. numero quinto, C. de bo. lib. & in l. adoptiuus, §. patronum, ff. de in ius vocan. & clare idem Bal. in l. qui ſe patris, colum. 5. C. vnde lib. feudiſtę omnes in dicto §. denique. Annan. in conſi. 32. in ſecundo dubio, Cur. iun. de feud. in 5. parte princip. in 1. quæſtio. vbi de communi Alexand. conſi. 60. colum. 2. in 3. & idem Alexan. conſi. 13. num. 16. in 6. Dec. conſi. 606. colum. pe. Soc. ſen. conſi. 266. num. 40. in 2. vbi idem concludit in bonis emphyteuticis, Gozadi. 84. nu. 3. vbi de communi Pari. conſ. 21. num. 52. in 1. pulchre Soc. iun. conſ. 65. colum. 1. & conſi. 68. in 12. quæſt. nume. 126. in 3. vbi ita tenet tam in feudo nouo, quàm in antiquo, ad præiudicium agnatorum, & refert ſe cum Excellentiſ. Doctoribus ita conſuluiſſe, idem firmarunt Iacobinus a S. Geor. in ſua inueſt. in verbo dictique vaſalli, ver. videamus nunc, Rolan. Vall. conſi. 78. nume. 25. in 2. & conſi. 1. numero 10. & conſi. 29. numero 7. in 3. Boſ. in titu. iſto, nume. 58. Gigas in tract. de crimine læſæ maieſta. lib. 2. quæſt. 5. Berous conſil. 114. nu. 54. cum ſeq. in 1. Clar. §. feudum. q. 66.

Sed aduerte, quia licet fellonia patris in Dominum, præiudicet filijs, & deſcendentibus, in feudo antiquo, etiam ex pacto, & prouidentia, non tamen videtur præiudicare agnatis, ſic Andreas & Afflictus in dicto cap. 2. §. denique, & in eo cap. in glo. 3. ſub num. 19. & num. 81. vbi tamen ſecus in feudo hæreditario. Sed horum opinio communiter improbatur, ſicut ampliſſime reſponſum fuit aduerſus Illuſtriſ. Dominos Fliſcos per Clariſſ. Iureconſult. Domi. Decian. conſil. 18. numero 321. in primo, & D. Menoch. conſilio 99. numero 124. cum pluribus ſequ. vbi, quòd etiam agnatis præiudicatur, & quamuis Clariſ. Menochius ſentiat eo caſu non præiudicari agnatis vltra quartum gradum, per tex. in cap. 1. §. ſi vaſallus culpam, in titu. ſi de feud. def. & in cap. 1. ſi vaſal. feu. priuet. Attamen Socin. iunior, & communiter alij intelligũt, vt etiam eis pręiudicetur, intelligentes iura illa cum delictum nõ fuit commiſſum in perſonam Domini, & huius intentionis fuit Pau. Caſt. in d. l. 1. nu. 5. C. de bon. lib.

109 Limita, quando taliter eſſet concepta, quòd ex eius verbis agnati, vel filij non eſſent priuandi, vt quia dominus conceſſiſſet feudum generi, ſeu familię: nam ob iniuriam per vnum Domino illatam, feudum non auferreretur alijs, Bald. in dicto capit. primo, §. deniq;. col. 1. & idem quando inueſtitura fuiſſet cõceſſa pluribus principaliter: vel de vno in alium, veluti exemplificat Aluarotus

in d.§.denique,in 7.concluſ.allegat Bal.
qui hoc dicit in dicto cap.2.ſi vaſal. cul.
colum.3.quia culpa vnius alteri nocere
non debet. Secutus eſt Decius conſilio
544.ſub num.31.Quod eſt duplicatum,
conſilio 606. Rol. Vall. conſilio primo,
numero 54.in tertio.Hæc tamen limita
tio declaranda eſt,vt per Cur.iunior.di
cto loco de feud. in quinta par. princip.
in prima concluſio. vel quando filij fuiſ
ſent ſpecialiter nominati,Cyn. in dicta
l.2.C.de liber.& eorum liber. Cum ad-
ductis per Dec.conſilio 389.in 1. colla.
& præmiſſas limitationes communiter
receptas dixit Clarus §.feudum, q. 66.
quamuis illas non admiſerit Excell. D.
Menoch.in d.conſi.

110 Limita ſecundò, quando de delicto
cõſtat per veras probationes factas prę
ſente reo criminis,& ſe defendente: ſe-
cus autem ſi eo abſente, & contumace,
proceſſus fuiſſet formatus, & condem-
natio ſecuta, cum publicatione bono-
rum:nam eius contumacia non noceret
filijs,& agnatis, in iure eis quæſito: ad
not.per Barto.in l.eius,qui.ff.de iur.fiſ.
& in l.qui repudiantis.§.fin.ff. de inoffi.
teſtamen.& in l.cum filius, in princi.vbi
alij Doct.ſequuntur.ff. de verbo. oblig.
& in terminis tradiderunt Alciat.conſi.
19.lib.3.vbi quoque pręmiſſas ſequitur
limitationes.Boſ.titu.iſto,num.55. cum
ſeq.Rol.Vall.conſi.29.colum.pen.in 3.
vbi dicunt, quòd licet contra abſentem
fuiſſent examinati teſtes de illius crimi-
ne,& ſecuta condemnatio,adhuc illa cõ
demnatoria cum publicatione bono-
rum non noceret filijs,& agnatis, in feu
dis,& fideicommiſſis: ſed hoc vltimum
dictum apud me eſt valde periculoſum,
quia iuſtificato crimine per teſtes ido-
neos,domini intentio remanet fundata,
nec contumacia delinquentis ſibi in iu
re ſuo debet præiudicare. quocirca limi
tationem accipio cum ex ſola contuma
cia abſens damnatur. Adde,quæ ſcribit
in propoſito Dec.conſi.442. in fi.Abb.
conſilio 66.in ſecundo,Cor. conſi.143.
nume.8.in ſecundo,D.Panciról.d.conſ.
18..coll.prima.

111 Procedunt autem ſupraſcripta, cum
feudum recognoſcitur ab eo domino,
cuius perſona fuit offenſa, at ſi ab alio,
puta ab epiſcopo, vel alio Domino tem
porali,non videtur, quòd feudum infi-
ſcari poſſit in præiudicium filiorum, vel
agnatorum, aut in præiudicium patro-
ni feudi, quia pœna regulariter non e-
greditur ſuos authores.

Item ius noſtrum etiam in ſpe quæſi-
tum, à nobis ſine facto noſtro auferri
nec debet,nec poteſt.l.pen. vbi latè Iaſ.
ff.de pact.l. id quod noſtrum. ff. de reg.
iur. Item quia feuda antiqua, ex pacto
maiorum, & prouidentia Domini, in
agnatos delinquentis deuoluũtur, qui-
bus factum illius præiudicare irrationa
bile eſt, & ita in terminis concludunt
Cępola conſilio 58.in ciuilibus,& in no
uis conſi.44.num.10.& ante eum Pau.
Caſt.in l.in inſulam,in prin.ff.ſolu. mat.
Socin.iunior dicto conſilio 49. coll.1.in
3.ſenſit Saly.in l.fina.§.filij vero, in pri-
ma oppoſ.C.ad leg.Iul. maieſtat. Egid.
Boſ.in tit.eod.ſub nume.40. Boer. dicta
deciſio.263.Gigas in præallega. ſuo tra
ctatu lib.2. quæſt.5. vbi in crimine læſæ
maieſtatis, & in quæſt. 16. poſt Matth.
Afflict.in cap.1.§.præterea,glo.3. num.
81.in titu.quæ fuit prima cau.& in fidei
commiſſarijs,Dec.conſi.544.& Rolan.
Vall.dicto conſilio primo,in 3. Rubeus
conſilio 154. nume.2.D.Menoch.conſi.
275.num.32.

Et horum opinio in feudis eccleſia-
ſticis,in quibus Princeps ſecularis nul-
lam habet iuriſdictionem,veluti in feu-
dis decimalibus, vel de rebus eccleſiæ,
minus dubitabilis eſt.per tex.in clemen
tina paſtoralis,de re iudicata, & in ſpe-
cie tradiderunt Bald.in Rubrica ff.de re
rum diuiſio.quæſtione quadrageſima-
ſecunda, Aluarotus in capitulo primo,
§.illud,el ſecondo, in vltimis verbis, in
titulo de prohibitio.feud. alien.per Fe-
deric. Martin. Laudenſis in tractatu
de crimine læſæ maieſtatis, quæſtione
trigeſimatertia, Dominus Gigas in eo
tractatu libro ſecundo,quæſtio.quinta,
numero 8.





Sciendum tamẽ eſt, nõ defuiſſe ma-
gnę authoritatis viros, qui in puncto
tenuerunt, nedum ob crimen læſæ ma-
ieſtatis,ſed & pro alijs criminibus,bona
feudalia pro iure vtilis dominij,ſeruato
iure directo,patroni feudi, infiſcari poſ
ſe in præiudicium domini, quo ad hoc,
vt ei non conſolidetur, per tex.in l.fi.C.
ad leg.Iul.Maieſta.& in d.l. ſi finita.§. ſi
de vectigalibus.Cuius opinionis autho
res fuerunt Speculator in tit. de feud.§.
quoniam,verſic.40.quæritur,vbi ita cõ
cludit poſt relatas diuerſas opiniones,
& ſubdit,quòd facta confiſcatione,prin
ceps poterit, & debebit vendere ius vti
le infiſcatum alicui priuato, qui vice il-
lius condemnati ſeruitia exhibebit Do
mino feudi. Eiuſdem opinionis fuit Al
ber.in 3.par.ſtat.quęſtio.16.& in auth.
ſi vero Dominus.C.de hæret.Cardina.
Zabbarel.in clementina ſecunda, in ſe-
ptima quæſtione,de hæretic. Bellamer.
in cõſilio decimoquinto,vbi multorum
opiniones refert, ibi tamen loquitur in
crimine læſæ maieſtatis. Quorum opi
nio in criminibus priuilegiatis puta pro
crimine læſæ maieſtatis, à compluribus
recipitur. Henrich. Boich. in capitulo
in quibuſdam,extra de pœnis,Socinus
ſenior conſilio 226. numero quadrage
ſimo,in ſecundo,&Soc.iu.conſilio ſexa
geſimoquinto, columna prima, in ter-
tio,intellige tamẽ pro vt Doctores præ
allegati dicunt in bonis ſitis in territo-
rio illius Principis,ſenſus eſt,Ferrett. in
conſi.179.ſub nu.5.

Et horum opinio vltimo relata in cri
mine læſæ maieſtatis de facto,& de con
ſuetudine obſeruatur in toto hoc Sere
niſſ. Domi. ad perpetuam excluſionem
ſubſtitutorum, & comprehẽſorum tam
in fideicommiſſum ordinationibus,
quàm etiam in inueſtituris feudalibus,
etiam eccleſiaſticis,& decimalibus, ſal-
uo in eis iure directi dominij: in hoc e-
nim criminis genere præter regulas iu-
ris egredi licet ad compeſcendas ſubdi-
torum audacias,ne quid temere contra
ſuos Principes ad euerſionẽ, & pertur-
bationem ſtatuũ moliãtur, & ita etiam
in feudalibus ſeruari in regno Franciæ
teſtatur Boerius d.loco,ſub nu.9.& in 1.
ac 2.capite leg.Iul. de facili ſuſtẽtabilis,
& ſub hoc Ser.Dom. Ferret.d. cõſ.179.

112 Cum autem feudum,ob delictum in
particularem commiſſum nõ infiſcatur,
vt ſupra dixi,quæſtionis eſt,apud quem
reſideat:videtur enim penes delinquen
tem, quia non aufertur, quod alteri nõ
acquiritur.l. nec vtilem.ff. ex quib. cau.
ma. item, quia in generali diſpoſitione
bonorum,feudalia non continentur, c.
in generali,ſi de feu. fuer. cont. & quia
in diſpoſitione nõ continentur ea, quæ
non ſunt in poteſtate diſponentis, c. a
nobis,& inde not.Abb.extra de ſenten.
excommun. ſic in terminis concludunt
Cępha.conſi.29.nu.12.& Rol.cõſ.item
29.nume.8.in 3. ideoque ſi feudum in
generali confiſcatione bonorum non
includitur,videtur quòd penes damnã-
tum remaneat, & maximè cum ſeruitiũ
pro eo non præſtaretur, vel tale, quod
per ſubſtitutum poſſet explicari:ſic ſen-
ſit Alex.in d.§. ſi de vectigalibus, ſequi-
tur Ruin.conſi.23.num.31.in 5.Alij ve
ro dixerunt dominó feudi acquiri, vti
ſibi apertum per alienationem factam,
eo irrequiſito.Oldr.conſi.17. colum.2.
Guliel.& Paul.in l. ſi quis presbiter. C.
de epiſ.& cler.Card.conſi.128. Afflict.
deciſi.282.nu.12.& ſeq. ſenſit Bellam.
conſi.23.& plures alij relati per Caual.
in tract.de vſufr.nu.237.Quorum opi-
nio in feudo nouo, rectè procedit, ad
ea,quæ ſupra dixi,num.107.Sed & indi-
ſtincte pro horum opinione videtur ca
ſus,in c.in quibuſdam, extra de pœn.&
in c.Felicis.eo.ti.in 6.& in clem.1.eiuſdẽ
tituli,& non extantibus ex eo filijs, pro
domino,contra fiſcum decidendum eſ-
ſet,ex dictis ſupra,num.111.Sed contra
in feudo paterno,& antiquo,ꝙ extãtib.
filijs,& agnatis,comprehẽſis in inueſti-
tura feudali,feudum antiquũ, & pater-
num deuoluatur ad filios, vel agnatos,
determinarũt communiter ſcribentes,
ſic in feudo eccleſiaſtico Pau. Caſt. con
ſil.44.circa præſertim col.2.in 2. Cępo-
la d.conſ.58.Dec.in terminis,conſ.252.

nume.6.Ruin.d.conſi.23.num.30.Soc. iunior d.conſi. 49. in 3.Berous conſilio 78. nume. 11. in 1. vbi quod non tranſeat in fiſcum pro fructibus in vita delin quentis, & in dictis locis concordantes adducuntur.

113 Ratio eſt, quia per publicationẽ bonorum, condemnatus fuit redditus incapax ad retinẽdum feudum, quia quã tum ad ſe illud alienauit in perſonam extraneam, ſcilicet in fiſcum, idcirco ab eo aufertur, & in alios deuoluitur: in filios, vel in agnatos, nõ autem in dominum, nam communis eſt concluſio, quòd alienato feudo antiquo ſine domini conſenſu, feudum nõ ad dominum, ſed ad proximiores deuoluitur, c. 1. §. ſi vaſallus, in titu. ſi de feu. def. & c. 1. ſi vaſ. feudo nor. in c. 1. §. hoc quoque, de ſuc. feu. & in c. 1. §. denique, quæ fuer. pri. ca. Cur. iun. de feud. in 5. par. princip. in verſ. quarta principalis, Dec. conſi. 308. copioſe Iul. Clar. in §. feudum, ſub q. 66. Rol. Val. cõſil. 60. & 64. in 3. & conſi. 64. num. 28. in 2. Sic etiam cum vaſallus amittit feudũ ob delictum, non in dominum commiſſum, feudum non deuoluitur ad dominum, ſed ad proximiores, d. c. 1. §. denique, in ſecundo reſpõ. & in §. ſi vaſallus culpam, ſecundum communem intelligentiam, & in d. c. 1. ſi vaſall. feud. & in c. 1. de eo, qui interf. fratr. in quibus iuribus pleniſſime notatur. Hoc tamen caſu, fatẽtur communiter ſcriptores, cum ob delictum non in dominum commiſſum, vaſallus perdit feudum, illud quidem ad agnatos proximiores deuolui, non ad filios: volentes in hoc filios eſſe peioris conditionis, per tex. in d. §. denique, quem in feudo antiquo etiam ex pacto, & prouidentia intelligunt communiter Doct. ibi Aluar. in 2. & 15. cõcluſ. Afflict. nume. 3. ad hoc etiam ſunt tex. ſatis aperti, in d. c. 1. §. ſi vaſallus culpam, in titu. ſi de feudo fuer. controu. & in d. c. 1. ſi vaſal. feud. & in c. 1. an ille qui interf. in quibus locis ampliſſime notatur, & in dicto §. hoc quoque, Socinus ſen. conſi. 4. colum. vlt. in 3. Soc. iunior conſ. 68. nu. 27. in 3. quibus addo Bald. in l. 1. q. 28. ff. de rerum diui. vbi inquit, quòd in feudis facilius præiudicatur filijs, quàm agnatis. Et idem Bal. in l. qui ſe patris, num. 8. C. vnde lib. Pau. Caſt. in l. 1. num. 5. C. de bon. lib. Qua ratione, ꝙ filij non poſſint reuocare alienationem factam per patrem de feudo antiquo, inconſulto domino: agnati autem poſſint, concludunt Doctores, Bar. in l. eum qui. ff. de interd. & relega. explicitè Abbas in cap. ex parte, extra de feudis per illam doctrinam Barto. Afflict. in c. 1. §. ſed & res, in tit. per quos fiat inueſt. nu. 31. & fuit deciſio Iacob. de Belu. & Bal. in d. c. 1. §. denique, & idem Bal. in c. 1. §. Titius filios, in tit. ſi de feudo fuer. contro. & horum opinionem communem dixit Ruin. conſi. 214. nume. 16. in 1. & conſi. 112. num. 10. in 4. & huic opinioni adſtipulantur Iacob. in verbo, & cum pacto de non alienando, num. 35. Curt. iun. de feudis, in 4. par. num. 151. dum ex communi dicunt agnatos in recuperatione feudi alienati ſine domini conſenſu præferri filijs, & deſcendentibus, ſequitur Clarus §. feudum, ſub quæſtione 42. & iterum ſub quæſtio. 66. verſic. ſed quid.

Sed contra, quòd immo cum vaſallus perdit feudum ob alienationem de eo domino irrequiſito, filij etiam admittantur ad reuocandũ, ſenſerunt Iſer. Aluarot. & Afflict. in d. § Titius filios, idem And. Bal. Aluaro. & Afflict. in d. §. hoc quoque, idẽ And. in d. §. denique, ver. ſi vero non in dominum, & Aluar. ibi, conclu. 27. & horum opinionem cõmunem dixit Soc. iun. conſi. 77. nume. 121. in 1. & conſi. 112. col. 1. in 2. Nec obſtare iura ſupra adducta, quia loquuntur, cum vaſallus ob delictum, nõ in dominum commiſſum, perdit feudum, nõ cum propter alienationem, & pro iſtorum opinione, adducitur tex. in d. §. Titius filios, qui tamẽ nihil facit, quia alienatio illa in agnatum remotiorẽ cõprehẽſum in inueſtituram, facta ſine cõſenſu dñi, valida erat, quo ad dñm, Bald. in d. §. hoc quoque, in 7. concl. Afflict. in c. 1. nume. 33. & 38. in titu. de alienat. feu.

par.



par. Fely. in cap. quæ in eccleſiarum, nu. 23. ext. de cõſt. Rui. cõſi. 42. in 1. Ceph. conſi. 28. num. 9. vbi pulchre in iſto pũcto. Ego in practica vidi per duas ſentẽtias iudicatum contra filium, in materia cuiuſdam feudi decimalis. Hæc tamen concluſio videtur, accipienda in feudo informiter cõceſſo: ſecus ſi expreſſe pro filijs, & deſcendentibus, tunc. n. factum patris filio non præiudicat, ſi præciſe Pau. Caſt. in l. adoptiuus. §. patronum, ff. de in ius voc. Imol. in d. cap. ex parte, extra de feu. Rui. conſi. 123. num. 30. in quinto, vbi alios adducit, & clarè Barto. in d. l. eum qui, prope finem. ff. de inter. & releg. ſequitur Clarus, quamuis hos non referat, in §. feudum, quæſt. 66. ver. ſed quæro. Et idem in feudo nouo, ſic accepto, quia ex pacto ſpecialiter de filijs fuit habita ratio, quòd feudum ad illos pertineat, non ad dominum. tradidit idem Afflict. in dicto §. hoc quoque, num. 56. & in d. §. Titius filios, nume. 5. & licet And. in cap. 1. de alie. feu. pater. contra deciderit, attamen Afflict. ibi adhuc tuetur priorem opinionem in filio non hærede patris, vel cum beneficio legis, & inuentarij. Adde, quòd opinio And. communiter recipitur, vt inquit Sigiſm. conſ. 52. colum. 1. ſequitur Clar. in §. feudum, quæſt. 41. Agnati autem, qui ad ſucceſſionem in feudo admitti intendunt, debent eſſe in quarto gradu, vel ſupra: infra autem non admittũtur. ſic per tex. in dicto §. ſi vaſallus culpam, intellexerunt Bald. & Iaco. de Bel. quorum opinio. communem dixit Soc. iunior d. conſi. 68. nume. 128. in 3. Sed contra tenuerunt poſt glo. Aluar. & Afflictus, & idem Aluaro. in d. §. denique, in 11. concluſio. tex. pro alia opin. videtur ſatis clarus, nec mirum videri debeat, quòd ea lege admittantur vlteriores agnati, excluſis proximioribus, nam & filij, & deſcendentes, excluſi fuere, agnatis admiſſis. Ad contraria autem facilis eſt diſſolutio: nam licet feudum ex cauſa publicationis non acquiratur fiſco, non tamen reſidet apud damnatũ, ſed tranſit ad proximiores agnatos, vel ad dominum, iuxta ſupradicta, & ſi iſti non vendicarent, fiſcus caperet Bald. in c. 1. in fi. in ti. per quos fiat inu. Nõ obſt. ꝙ in generali diſpoſitione non veniant feudalia, quia reſp. id nõ procedere, cũ per generalem diſpoſitionem vaſallus ſpoliatur bonis omnibus ſuis, nã & feudalia ab eo abdicãtur, quæ eo caſu tranſeunt, vt ſupra dictum fuit.

114 Retẽta autem hac cõcluſione, quod feudum abſolute confiſcari nequeat, quo ad ius vtile ipſius feudatarij. Dubium eſt, an ſaltim feudi commoditas in vita delinquentis infiſcari valeat, hæc ſane quæſtio ſimiliter incidit in illa confiſcatoria: nempe confiſcatus poſſidebat feuda quædam decimalia in territorio Vincentino antiquiſſima, in illa nobiliſſima familia.

Pro negatiua adducebatur in terminis auctoritas Bart. in d. §. ſi de vectigalibus, vbi determinat, quòd publicatis bonis, feudum reuertitur ad dominum, vel ad agnatos, iuxta ea, quæ ſupra dixi, ad hoc etiam Bald. deciſio in rubrica, ff. de rerum diuiſione, quæſtione 40. vbi inquit, quod publicatis bonis, vaſallus penitus amittit feudum, quia pro mortuo habetur. Et in emphyteuſi eccleſiæ idem Bald. in conſilio 284. præmiſſis, in primo, & hæc videtur communiter recepta, Paul. Caſtren. in l. in inſulam, in principio, ff. ſoluto matrimonio, Alexander in dicto §. ſi de vectigalibus, numero trigeſimo, Crauetta conſil. 128. columna vltima. Boſius in titulo noſtro numero 53. Berous in dicto conſilio 78. numero vndecimo, Burſat. conſilio 43. numero 16. in primo. Cuius ſententiæ fuit etiam Aluarot. in dicto §. ſi vaſallus culpam, & in dicto §. denique, in 11. concluſio.

Pro qua rationes iſtæ vidẽtur efficaciter cõcludere: nã alienatio ex contractu facta de feudo ſine dñi, & agnatorũ conſenſu, facit ex tunc aperire feudum domino, vel proximioribus agnatis, iuxta tamen diſtinctiones ſupra traditas. igitur & alienatio, quæ fieri contingit ex cauſa delicti, quæ eſt magis odibilis.

Secundò ſi vaſallus mutet ſtatum, etiam ex cauſa laudabili, vt quia efficiatur clericus, vel religioſus, feudum amittit, etiam quo ad fructuum commoditatem, durante eius vita naturali. c. 1. §. ſi clericus, in ti. ſi de feu. fuer. contr.

Tertiò, quia fructuum commoditas eſt vnita, & inſeparabilis à iure vtilis dominij, & vtile dominium conſequitur, l. ex diuerſo. §. fructus. ff. de rei vendicatione. Sed vtile dominium non tranſit in fiſcum, vt ſuperius concluſum extitit: igitur nec fructuum perceptio.

Quartò, quia vtile dominium tranſit in agnatum proximiorem, cum onere ſeruitij, erga dominum, igitur & fructuum commoditas, quæ ad onera correſpectiuatur. l. ſecundum naturam, ff. de regulis iuris.

115 Contra autem pro fiſco allegabam: quòd in feudis tria conſiderantur. Primò directum dominium, quod reſidat penes patronum. Secundò ius vtilis dominij, quod vaſallus habet. Tertiò fructuum commoditas, ac ius percipiendi fructus, de quo iure vaſallus ipſe libere diſponere poteſt, vendendo, contrahendo, & alienando in vita ſua, Barto. in dicto §. ſi de vectigalibus, colum. 2. quẽ ibi ſequuntur Doctor. communiter per text. in l. commodis, ff. de re iudica. latè Alexan. conſilio 124. columna tertia, in quarto, & cõſilio vndecimo, in quinto, Areti. conſilio 14. viſo, columna ſeptima, Tiraquellus de retract. lignag. §. primo, gl. 7. nu. 47.

Quare arguebam, quòd in vita delinquentis, quaſi ex cauſa alienationis factæ per eundem, fiſcus capiat fructuũ commoditatem: nam & cum publicantur bona vſufructuarij, commoditas vtendi, & fruendi in fiſcum tranſit, licet non ius vſusfructus, vt dixi ſupra numero 73. Sanè cum dominus feudi confiſcat, res abſoluta quippe eſt, capitu. primo, §. fina. in titu. de capit. Conradi, ſed & ſi dominus feudi non ſit: adhuc proxime relata opinio per dictam rationẽ valde probatur. Cuius etiam quamplurimi fuerunt aſſertores, Specu. in tit. de feudis, §. quoniam, in verſicu. quadrageſimo quæritur, vbi inquit quòd feudũ infiſcatur, quo ad ius vtilis dominij ipſius vaſalli delinquentis. Explicitè autẽ cum eo temperamento ad vitam delinquentis, tenuerunt Alber. de Gandino, & Guido de Suzar. quos refert, & ſequitur Alberic. de Roſa. in tertia parte ſtatuto. quæſtio. 16. & in Auth. Item ſi dominus temporalis. C. de hæret. Bald. in capitu. primo, per quos fiat, Inno. Manſuer. in titu. de pœnis relatus per Boer. quæſtio. 263. nume. 7. Afflict. in cap. primo, in verbo, & bona committentium, numero quinto, & idem Afflictus in deciſione 282. numero 14. & in dicto §. denique, numero quarto, ſenſit Nellus in prima parte, ſecund. tempor. quæſt. 23. & ſequen. Ange. de maleſi. in verbo, & bona eius publicamus, ad finẽ, & D. Gigas in dicto ſuo tracta. in titulo de pęnis commit. in quinta quæſtio. pulchrè Bellam. deciſio. 725. vbi adducit, quòd ſicut ex pœna quæ nocenti infligitur: innocenti afflictio nõ irrogatur. ita quoque vtilitas inde ſurgens ad nullam perſonam nõ offenſam, ſed potius ad Principem, & ad Rempub. pertinere debet, ad l. 4. C. de modo mulctan. & eſt ratio, quia offenſa reſpicit rempu. l. nullus. C. de Iudæis, & R. P. itereſt delicta puniri, l. ita vulneratus. ff. ad l. Aq. ideoque ad burſam fiſcalem vtilitas inde prouenieſs pertinere debet, nec dominus feudi turbari debet, ſi interim vtile dominiũ, quod eſt ſeparatum a ſuo directo, permanet apud Principem confiſcãtem, l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff. de adul. Nec etiam priuatus ſucceſſor in feudo, qui ſucceſſurus nõ eſt, niſi poſt mortem delinquentis. Quæ ſanè rationes arguũt, quod ẽt in vita delinquẽtis vtile dominium nedum fructuum commoditas in fiſcum trãſeat, quia alienatio neceſſaria eſt: ad l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. & hanc ſecutus eſt Boer. d. q. 263. Super iſto puncto diſcuſſa cauſa: tandem pronunciatum fuit pro fiſco, ſ. fructuum commoditatem in vita confiſcati publicãdam eſſe, & ſic fuit executum.

Aduerte



Aduerte tamẽ, quòd illa ratio, quam ſupra inducebam, nu. 114. videtur poſſe dilui: quia cum vaſallus alienat ex contractu, commoditatem fructuum feudalium, feudum quippe quò ad vtile dominium, & quò ad onus ſeruitij perſonalis erga dominum, penes ſe reſidet. Item ad rationem illam, vt ſupra inductã ex Bellam. Similiter videtur, quòd reſponderi poſſit nempè, quia agnatus, ſeu dominus non principaliter. Ex condemnatione percipit cõmodum, ſed in cõſequentiam, quia vaſallus condemnatus mutat conditionem, bona non retinet, ſed alienat: ideoq; non inſpicitur quod in conſequentiam talis vtilitas inſurgat. l. cum ex oratione. ff. de excuſ. tut. Bal. ĩ l. quòd fauore. in 7. opp. C. de legib no. in l. non omnis. ff. ſi cer. pet.

116 Sextò ex regula negatiua infertur, ꝙ cũ vſusfructus, nec ex contractu nec per vlt. volun. ſit tranſmiſſibilis in aliquã perſonam, & amplius finiatur per mediam, vel maximam ipſius fructuarij capitis diminutionem, l. ſi vſusfructus. ff. de iure dot. l. corruptionẽ. C. de vſufr. §. finitur. inſtit. eo. propterea publicatis bonis fructuarij per condemnationẽ, ex qua paſſus ſit maximam, aut mediam capitis diminutionem, adeo finitur in eius perſonam ius vſusfructus, vt ad proprietatem conuolet, nec fiſcus eo viuente poſſit capere fructuum cõmoditatem: quamuis ſecus foret ſi minimam capitis diminutionem pateretur, vt dixi ſupra num. 73. Sic diſtinguendo tradidit Alex. in d. §. ſi vectigalibus. nu. 51. & in cõſ. 116. col. 2. in ſecundo, & fuit opinio Bal. in d. l. corruptionem. Secutus eſt poſt alios. Hier. Cabriel. conſ. 123. nume. 10. & conſ. 184. D. Pancirol. conſ. 181. nu. 11. in primo latiſſime Borgni. Caualc. in tract. de vſufr. num. 229. Vbi in propoſito inquit maximam pati capitis diminutionem, vel ſaltem mediam, damnatos in metalũ, condemnatos ad perpetuos carceres, vel in triremibus. Item bannitus qui patrię hoſtis reputatur, quia impune poteſt offendi, ciuitatem amittit, ac ideo ius vſusfructus ſecundum eum: poſt alios, quos adducit; quod nec recuperant, quãuis iſti reſtituti fuiſſent, quia ſemel extinctum, d. §. finitur. & l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. Iaſ. in puncto in l. ſi is qui pro emptore. nu. 89. ff. de vſucap. Dec. conſ. 621. Iacob. Machel. in patrocin. 29. nu. 27. cum alijs adductis per Borgnin. d. loco, num. 233. Relegati vero nõ perdunt ius vſusfructus, quia ciuitatem non amittunt.

Ideoque ex præmiſſis fuit alias deciſum, bannito patre cũ publicatione omnium bonorũ, filios deducere poſſe dotes maternas, nulla habita ratione vſusfructus legalis debiti ipſi patri, quia per bannum capitale, ex quo impune poterat offendi, ius ſuum vſusfructus perdiderit, & ſic ſæpius in camera iſta fuit executum: quamuis diſſentire videatur Nellus in prima parte, ſecundi temp. quæſtione 27.

117 Septimo infertur, quòd cum vxor matrimonio conſtante non ſit domina dotis, & rerum dotalium, ſed earum dominium, & adminiſtratio ex contractu ad maritum pertineat pro oneribus matrimonij. l. 1. ff. de vſucap. pro don. l. doce. C. de rei vend. l. pro oneribus, & l. in rebus. C. de iure dot.

118 Qua ratione factum extitit, vt pro debito per mulierem matrimonio cõſtante, abſque mariti interuentu, contracto, nõ poſſit fieri executio in rebus dotalibus ad præiudicium viri. glo. & ſcriben. in l. a diuo Pio. §. in venditione, vbi Alexander, num. 26. & Iaſ. col. fin. ff. de re iudi. Guido Papa, q. 447.

Ideo publicatis bonis mulieris ex cauſa alicuius delicti commiſſi poſt matrimonium contractum, non publicabitur eius dos in præiudicium mariti. Bart. in l. ſi quis in tantam. col. 4. C. vnde vi.

Circa quam materiam, vt eam reſolutam habeamus: notandum eſt, quòd de iure communi, ob delictum vxoris, dos non publicatur, niſi in quinque caſibus, de quibus in l. quinque legibus. ff. de bo. damna. ſalua, pro lucro dotali, marito, actione, vel exceptione, ſiue lucrum ex pacto, aut ex lege deferatur. veluti declarat Bar. ibi ſequuntur Ang. de maleſi. in

verbo,

verbo:& eius bona:Socin.ſen.conſ.121. num.18.in 4.Roland. de lucro do,q.59. Card.Alban.conſ.8.nu.35.extra autem illos caſus,dos non publicatur,gl.& Bar. reprobata ibi opin. Dyni contra quem ſtat cōmunis.Ceph.cōſ.214.quinimmo, & iure nouo per Authent.bona damnatorum reperitur modificata diſpoſitio dictæ l.quinque legibus, vt Cephal. ait d.loco.

Amplius; ſi ex ſtatuto bona mulieris publicentur ob aliquod delictum,nō tamē, quamuis mulier morte naturali etiā puniatur,dos illius publicabitur, ſed filijs eius reſeruabitur, prout ex aliquibus deduxit d. Ceph. d.conſ.214. Cuius deciſio, an iure probata ſit, nunc diſcutere non placuit.

119 Ijſdem rationibus, publicatis bonis filiæ,non præiudicatur patri in dote profectitia, quia ad eū dos pertinet, ad no. in l.2. §. quod ſi in patris. ff.ſol.matr. ſic Bar.in d. §.ſi de vectigalibus, in 6.q.Sal. in l.ſi filius.C.de bōn.dam.Et eſt veriſſima concluſio: nam ſi filia non poteſt contrahendo præiudicare patri in dote profectitia, d.§.quod ſi in patris,& conſuluerunt Corn.cōſ.234.colum.2. in 3.Rub. Alex. conſ.28. per totum:igitur multominus delinquendo. Octauia. deciſ.94. nu.7. quibus rationibus, idē videtur dicendum in dote aduentitia, quò ad ius vſusfructus ex lege patri reſeruatum,ad ea quæ idem Rubeus tradidit conſ.166.

120 Octauò infertur,quòd res emphyteuticæ,quæ pro ſui natura in certum perſonarum genus deferuntur, & quæ in extraneos tranſponi nequeunt, ſecuta publicatione bonorum non confiſcantur, Bar.d.§.ſi de vectigalibus,in 2.quæſt.ſequuntur Imol. Alex.& alij,Pau.poſt Guliel. in l.ſi quis præsbyter. C. de epiſc. & cler.& idem Pau. in l.1. in fi.C.de bo.lib. Alex.conſ.23.nume.10. in 1.& conſ.89. Vtrum emphyteuſis,in 4.Soc.ſen.conſ. 266.nume.3. Dec. conſ.422.col.penult. Ruin.in eodem caſu conſ.23.num.33.& in conſ. 25. in 5. vbi optime declarat, & melius in conſilio 117. in 1.Rolan.conſilio 98. numero 17. in 2. Boſius in titulo iſto,numero 60.Port. Imol. conſilio 48. numero 8.

Et nota, quia nō confiſcantur etiam quò ad fructuum commoditatem,ſicuti ſenſerunt præcitati Doctores, & in terminis Bald. conſ.284. præmiſſis,in 1.Sed contra determinauit Nellus in 1.part.2. temp. q.24. Reſolutio autem pendet ex ijs quæ ſupra dixi, in materia feudaliū, & fideicommiſſorum.

Ad quos autem emphyteuſis trāſeat, publicatis bonis emphyteutæ, ſcribit idē Bal.in prꝑalleg.conſilio.Bar.in l.eum qui.ff.de interdic.& releg. & in d.§.ſi de vectigalibus.Ruin.d.conſ.117.& d.conſ. 23.nu.36.& d.conſ.25. col.vlt. Oldrad. conſ.17.pulcherrime autē Berous cōſilio 114.nume.54.in 1.vbi diſtinguit inter emphyteuſim priuati, & eccleſiæ, & an delictum ſit cōmiſſum in priuatum, vel in eccleſiam etiam vniuerſalem, & fuit diſtinctio Card. in clem. 2. in 7. quæſt. de hæret.

121 Nonò infertur: ius patronatus non tranſibile in perſonam extraneam, non etiam eſſe cōfiſcabile,ſic Butr.& Canon. in clem.paſtoralis:de re iud.Ang.de maleſi.in verbo,& eius bona,num. 14.& 17. Iul.Clar.in ſua pract.crimin. lib.5.q.78. in 4.col.nil mirum, quia fiſcus eſt perſona extranea, & in terminis conſuluit, Socin.iunior conſ.51. in 2. & eſt caſus in l.ſi in libertinum.ff.de bon.liber.

122 Decimò infertur: donata per Principem alicui pro ſe, & deſcendētibus,non poſſe infiſcari niſi in vita delinquētis,ad tex.in l.Statius.§.Cornelio.ff.de iure fiſ. Limitando in caſu, quando vlterius fuiſſet eorū alienatio prohibita, Egid. Boſ. titulo iſto, nume.59. Sed aduerte, quia in prohibitione de non alienando, facta in contractu: contra tenuit Hieron. Cabriel. conſ.140. nume. 31. cui addo quæ ſupra ſcripſi num.97.

123 Vndecimò infertur, quòd cum relictum,vel obligatio alimentorū præſtandorum non egrediatur perſonā alimentarii.l.cum hi.ff.de tranſact. l.is cui.ff.de alim.leg.Propterea nec in fiſcum per publicationem bonorum tranſibit, etiam viuen-



viuente alimentario, ſed apud eum permanebit,quia ſic damnatus eſt capax alimentorum.d.l.is cui,& l.ſeruis. ff.eod.& l.in metallū.ff.de his quæ pro non ſcrip. Et in terminis ita decidit Salicet. in l.ſi ademptis.C.de ſent.paſ.Alber.in 3.par. ſtat. q.11. Nellus in prima parte ſecundi temp.q.36.& 48.Boſ.dicto loco, nu.72. Vbi refert ita fuiſſe deciſum: & ſenſit Bald. in l.corruptionem,ad finem. C.de vſufr. ſecutus eſt Borgnin. in d.tract.de vſufr.nume.238.Vbi tamen poſt Franc. Marc. deciſ.833. in prima parte. Limita quando alimenta deberentur ratione vſusfructus, nam extincto vſufructu in ea perſona, extingueretur quoque ius alimentorum, quia in vſufructu inerat.

124 Duodecimo ex prædictis infertur,an publicatis bonis patris, publicetur peculium filij,vel econtra:publicatis bonis filij,publicetur peculium: quam quæſtionem pertractarunt Bar. & Doct. in d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. ff. de dam.infec.Iul.Clar.in ſua pract.crim. lib.5.§.fi. q.78.col.6.& ſeq. Et ſparſim in varijs locis. Qua in re infraſcriptas colligo concluſiones.

125 Prima concluſio, publicatis bonis filijfamil.non publicatur peculium profectitium ſibi a patre conceſſum:Ratio eſt, quia ius dominii,& poſſeſſionis, reſidet penes patrem.Bar.& communiter Doct. in d.§.ſi de vectigalibus,vbi Alex.nu.50. ampliat poſt Ang. & Imo. in l.ſi filius. ff. de dam.infec.ad caſum,quādo pater cōceſſiſſet peculium cum facultate donandi, & diſſipandi, quia in tali conceſſione non videretur cogitatum de cauſa delicti, & de hac prima cōcluſione nemo dubitat,Ruin.cōſ.24. nu.5. in 5. Crotus in l.frater a fratre,nume.19.ff.de conditio. indebit. Amplia etiam in crimine læſæ maieſt. Gigas in titu.de pœnis committen.quæſt.10.

126 Secunda concluſio, publicatis bonis paternis,non publicatur peculium profectitium filiofamil. conceſſum.l. 3.§.ſed vtrum,& ibi glo.Bart.& alii.ff.de minor. Bar.& communiter ſcribentes, in d.§.ſi de vectigalibus,vbi Alex. nu.45. Saly.in l.ſi quis poſthac.§.ſi quid.C.de bo.proſcrip.Soc.conſ.121.nume.20.in quarto, Boer.deciſ.7.nu.11.nil mirum,quia nec etiam creditores poſtea cōtracti per patrem in peculium niti poſſunt. gl. & Bal. in l.pen.C.qui bon.ced.poſ.Bar. in l.ſi filius.ff.de dam.infe. Alex. d.§.ſi de vectigalibus.num.47.48.

Limita primò in crimine læſæ maieſt. Alex. ibi numero 46. Gigas dicto loco, quæſt.13.

Limita ſecundò, quando bona patris ex tali delicto confiſcarentur, ex quo pater amitteret patriam poteſtatem, quia in filio facto ſui iuris, ceſſat ratio peculii. l.fin.& ibi no.Iaſ.poſt alios.C.de inoffic. teſta.vnde peculium illud, vt reliquum patris patrimonium dijudicaretur, ac ideo fiſco cederet. Cyn. in l.tria onera. ff.de excuſ.tut.Bald.in l.diximus.§.ſi pater. ff. eod. quorum opinionem probauit Alexand. dicto §. ſi de vectigalibus. reiecta Roman.ſententia,pro qua inducit text.ī l.1.§.ſed & ſi alio.ff.quan.actio de pecul.ſecutus eſt Boſ.tit.iſto,num.71. Iul.Clar.d.loco.

Sed aduerte, quia Bar. in d.§.ſi de vectigalibus:expreſſe ſentit oppoſitū,dum arguit a patre ad filium, & reſpondet ad tex. in d.§.ſed ſi alio. & idem tenet Guliel.Cun. in d.§.ſed vtrum.ſecutus eſt Salic.in l.ſi quis poſthac.§.ſi quid.C.de bo. proſcrip. quam etiā opinionem habuit Bal. in l.executorem. nu.33.C.de excuſ. rei iud.vbi inquit,quòd in tanto mærore infelicitatis paternæ peculium reſeruatur filiis loco alimentorum, & idem Bald.& Salic.in l.pen.C.qui bo.ced.poſ. & hæc humanior eſt:variauit tamen Bal. ipſe in l.ſi filius.ff.de his qui ſunt ſui.

127 Tertia eſt concluſio:filiofamil.cōdemnato in certa quātitate, & legitime cum eo conteſtato iudicio:executio fieri poterit in peculio profectitio: & eſt ratio: quia ex contractu poteſt cōueniri filius, vel pater de peculio, etiam, quòd iudicialiter contractus ſit per litis conteſtationem.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecul.l.& ſi cōdemnatus.ff.de noxal.l.ſi filio, la ſeconda.ff.ſol.matr.per quæ iura ſic tradidit

dit Bar. in d.§.ſi de vectigalibus,col.pen. in medio;& prope finē ſecutus eſt Alex. ibi,nu.49.Bald.in l.ſi filius.nu. 1.ff.de his qui ſunt ſui:idē à fortiori in peculio Caſtrenſi, vel quaſi, & idem quoque in aduentitio, cuius adminiſtrationem pater filio conceſſiſſet, Bar.ibi Alex.car.penul. col.4. & fol. vlt. quo caſu executio fieri poterit in proprietate, & in vſufructu, ſicuti explicat Alexan. ibi:ſecus autem ſi pater non conceſſiſſet filio adminiſtrationem.

128 Quarta eſt concluſio:publicatis bonis filijfamil. non publicatur eius peculium aduentitium,etiam quò ad proprietatē, quia filius in eo non habet adminiſtrationem:nec poteſt alienando patri præiudicare.l.fi.§.filijs autem. C. de bon.quæ lib.igitur nec delinquendo, Bar. amplè, in d.§.ſi de vectigalibus,in 6.quæſt.cum quo cōcordant communiter Doctores, Alex.ibi,nume.44.Bal.& Salyc.in l.3.C. de bon.dam.Cur.ſen. conſ.59.num.12. Ruin.conſ.117.num.7.& 8.in 1.& conſilio 24.& 25.in 5.Boſ.tit.iſto,num.71.Cabriel.conſ.123.nume.9.Octauian.deciſ. 94.Capel.Tholoſa. deciſ.120. & cōmunem dixit Alciat.conſ.6.ad finem in 2.

Amplia etiam, quòd pater in eo peculio non haberet adminiſtrationem, nec vſumfructum,vel quia nollet,vel quia filius eſſet proprietarius tantum,ſicuti eleganter probauit Ruin. d.conſ.24.per totum,nam & caſtrenſe non publicaretur, & hanc probarunt Abb. conſ. 66. in ſecundo, Clarus loco præallegato.

Dubitabilis tamen eſt huiuſmodi ampliatio: nam contrarium ſenſit Bartol.in d.§.ſi de vectigalibus.colum.5. quem ſequuntur Alexan. ibi,& plures relati per Boer.d.deciſ.7.nume. 15.& infra,vbi refert per bina Areſta ſic fuiſſe iudicatum, quam etiam probauit Crottus in repet. l.frater a fratre,nu.21.ff.de cond.indebi. D.Gigas loco præallegato, q. 11. in fi.& in crim. læſæ maieſt. Imo. & Alex. dicto loco,& ita ſeruatur Octau. d.deciſ.94.licet plures contra teneant: ſanè in crimine læſæ maieſt. admodum ſceleſtiſſimo horum opinio forte præualebit,& indubitanter in terminis. l.quiſquis. C. ad leg.Iul.maieſt.

129 Quinta cōcluſio,publicatis bonis paternis,publicatur vſusfructus,quoad fructuum commoditatem patri debitus in aduentitijs filiorum.Bar.in l.tertia.§.ſed vtrum.ff.de minorib. per tex.in l.ſi poſtulauerit.§.iubet.ff.de adult. vbi Bar.idem adnotauit,& idem Bar.in l.ſi quis in tantam:ad finem.C.vnde vi.Et idem tenuit Ang.in l.eorum.ff.de dam.infec.

Contra quòd non cōfiſcetur, tenent Bal.& Salic.in l.1.C.de bon.libert.

Tu verò concluſiue diſtinguas:nā aut per confiſcationem,& ſententiam ſuper delicto pater amittit patriam poteſtatē, vt quia ciuitatem, vel libertatem perdiderit §.cum autem.§.pene ſeruus, inſti. quibus modis ius patria poteſta. ſol. & his caſibus perdit vſumfructū,& ad proprietatem reddit, l.corruptionem. C.de vſufr.§.finitur.inſti.eo. aut verò non patitur maximam,vel mediam capitis diminutionem, & ſic poteſtatem patriam nō amittit, & tūc vſusfructus commoditas publicabitur, ad formam l.vſufructu.ff. ſolu.matr.Sic eleganter diſtinxit Bald.in l.corruptionem.num.7. C.de vſufr.Sali. in l.ſi quis poſt.C.de bo.proſcrip. Alex. in d.§.ſi de vectigalibus.nume.45.& 51. cum alijs adductis per Borgnin.Caualc. in trac.de vſufr.nu.235.& 238.& ſic cenſuit Boer.in deciſ.7.vbi tamen ſubdit, & bene in caſu confiſcationis filium nō habentem in bonis,alendū eſſe ex illis fructibus. ideo cum banniti noſtri temporis nō amittant ius patriæ poteſta. ſicuti ſcripſi ſupra in titu.de bannitis,ideo locus erit publicationi.

Vnde aberraſſe videtur d.Gigas in q. 19.ſub titu.de pœnis commit. quatenus poſt Nellum in prima par.2. temp.q.27. concluſit,in ijs caſibus cum pater perdit patriam poteſtatem dimidiam vſusfructus confiſcari, ad l.cum oportet. C. de bon.quæ liber.fallitur enim,quia licet ſoluta patria poteſtate per emancipationem,pater retineat medietatem vſusfructus, d.l.cum oportet.ſecus eſt cum ſoluitur: quia pater paſſus ſit capitis diminutionem maximam, vel mediam, nam vſusfructus tunc in eius perſona extinguitur, vt ſupra dixi.

130 Sexta concluſio: publicatis bonis filijfamil.non publicatur eius peculiū Caſtrenſe, vel quaſi, l.3. C. de bon. dam.& inde notant Bald.Ang.& Salyc.poſt antiquos,Bar.in d.§.ſi de vectigalibus,in 6. quæſt.& Alexand.ibi,nu.49.vbi de communi,& fuit opinio glo.in l.1.ff.de bon. dam.quam probauit Spec.in tit.de feudis, §.quoniam. in 40. q.ſecutus eſt Boſ. in iſto tit. num.31. rationem adducunt: quia dominium bonorum Caſtrenſium eſt apud filium de iure ſpeciali cōtra regulas iuris communis,ſic Ruin. d.conſil. 25.num.4.in 5. & quia pater mortuo filio occupat bona Caſtrenſia iure peculij,l.2. ff.de caſtr. pecul. igitur & eo condemnato, cum publicatione bonorum: nam quo ad ea ſimilis eſt mortuo, ſic Ruin.d.conſ.117.nu.7.in 4. & communem dixerūt,& ſecuti ſunt Alex. & Dec. in l.3.§.ſi filius. ff.quod quiſque iur.Pariſ.conſ.157.nu.36.in 4.Iul. Clarus loco præall.& huic opinioni iure cogēte inhærendum videtur:quia habemus caſum legis:alioquin in contrariam ſententiam eūdum foret: quam poſt Iacob. de Are. tenuit Rom.in d.§. ſi de vectigalibus. & Ang. in d.l.ſi filius, Nellus in prima par. 2.tempor. q. 25. Florian. in l.alienationes.ff.famil. ercíſ. cum alijs adductis per Boer.d.deciſ.7.nu.14. quia in Caſtrenſibus filiusfamil. pro patreſamil. reputatur.liberè enim de Caſtrenſibus adminiſtrat, & diſponit contrahendo,& teſtando. Item aliàs confiſcatio eſſet inutilis: ideoque ſi caſus de facto accideret, fortaſſe hæc pro fiſco præualeret.

Ampliatur cōmunis concluſio,etiam quòd ille condemnatus proprios filios haberet, nam adhuc pater iure peculij, Caſtrenſia occuparet,nec de hæredibus filij quærendum eſſet: quia viuens hæredem non habet,l,1.ff.de hæred.vend. ſic Salyc.in d.l.3. & ſequitur Alex.in d.§.ſi de vectigalibus.

Limita primò in crimine læſæ maieſt. vt ſupra dictū fuit de aduentitio, & tradit Octauian.d.deciſ.94.d.Gigas d.loco quæſt.12.

Limita ſecundò, quando per cōdemnationem filius non mutaret ſtatum,ſed bona tātum ſibi adimerentur, nam quia eo caſu peculium non vacat, pater occupare non poſſet:nec impedire executionem in bonis filij.ſic egregiè Bal.in d.l.ſi filius. ff. de his qui ſunt ſui. ſecutus eſt Alex.in d.§.ſi de vectigalibus,fol.pe.col. vlt.& Ruin.d.conſ.117.nu.7.in primo.

Limita tertiò,cum per condemnationem filiusfamil.plecteretur morte naturali,& publicatione bonorum:nam dato tali caſu,fiſcus occuparet,nempè text.in d.l.3.locum habet in filiofamil.deportato qui interim viuēs perdit iura ciuilia, ſic egregiè Bal.in d.l.ſi filius.ff.de his qui ſunt ſui. & fuit de mente Salic. & Alex. quos ſupra retuli.

Limita quartò, cum aliud ex decretis principum, vel de conſuetudine obtineret.

131 Decimotertio ex præmiſſis infertur, an publicatis bonis alicuius habētis feudalia,& emphyteutica,quæ per publicationem deuoluuntur ad dominū,an melioramenta tranſeant in fiſcum:ſanè Doctores communiter diſtinguunt, ꝙ aut feudū deuoluitur ad dominum ſine culpa,& delictovaſalli,puta ex pacto,vel ob finitam generationem,& melioramēta, per dominum perſolui debent:aut verò ob culpam,& delictum vaſalli,puta propter ceſſationem in ſolutione canonis, ob inueſtituram nō petitam, ob alienationem factam domino inconſulto, vel ob felloniā commiſſam in dominum ipſum, & in his caſibus melioramenta cedunt domino citra pretij ſolutionem,ſic communiter feudiſtæ,in cap.1.§.ſi vaſallus,in tit.hic finitur lex: Iaſ.in l.1. nu.26. & in l.2.nu.27. C. de iure emphyt. Guido Papa,quæſt.169.Dec.in Authen.qui rem,nu.14. C.de ſacroſanc. eccleſ.idem Dec.cōſ.326.in fine, & in conſ.518. Bal. Ang.Imo.Alexan. & Iaſ.in l.Senatus.§. Marcellus.ff.de leg.1.Clarus in §.feudū. quæſt.88. Quare iuxta communem diſtinctionem,melioramenta nō infiſcari: quia

quia ob delictum,& culpam ſuam vaſallus perdit feudum, & emphyteuſim ex profeſſo conſuluit Buſat.conſ.43.nu.18. in primo, cuius deciſio recta eſt cũ erga dominum commiſſa fuit culpa, ſed cum circa tertium deliquit, aliud videtur dicendum, vt eo caſu fiſcus habeat melioramenta, prout haberet quilibet creditor.

132 Quartus principalis effectus eſt, ꝙ cum publicatio bonorum referatur ad tempus condemnationis,idcirco bona, tunc præſentia ipſius condemnati includit,non autem ad futuras acquiſitiones protenditur,l.ſi tibi mãdauero. §. is cuius,& ibi no.ff.mandati. & in l.eius. §.1. ff.de teſta.& in l.certa forma. C. de iure fiſc.libro 10. vbi Bar. & alij notant,& in c.felicis.§.verum,de pœnis in ſexto,gl.& Doc.in l.nõ adeo.ff.de cond.& demon. Bar.in l.1.ff.de bon.dam.& in l.ſi ita,colum.3.ff.de auro, & arg.leg. Bal. in l.etiã ad fi.C.ad leg.Falc. Alex.& Dec.in l.3.§. illud.ff.quod quiſque iur. Iaſo. in l.ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. ff. de verbo. oblig.Nellus in prima par.2. temp. q.18. 30.& 31.Alex.conſ.23.nu.5.& conſ.75. num.15.in primo,Pau.Caſtr.conſ.56 in primo,latiſſime Cur.ſen.conſ.60.nu.32. Dec.conſ.438.442.& 445.& idem Dec. cõſ.235.col.3. vbi inquit, quòd fideicõmiſſum conditionale purificatum poſt bonorum publicationem non acquiratur fiſco, & idem concludit Bart. & Soc. conſ.275.nu.18. Ruin. conſ.123.vol.4. vbi ſub nu.7.intelligit quæſita poſt confiſcatoriam fiſco nõ deberi, etiam quod acquirantur ex cauſa de præterito, & pulchrè Natta conſ.472.num.7. de quo latius dixi ſupra num.84.

133 Ideo hæreditas patris,matris, vel fratris,delata bannito, poſt publicationem bonorum, eidem,non fiſco, acquiritur. Bald. in l.ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui.idem Bald.conſ.7.ſecundum ea in 2. cum alijs adductis per Boſium in tit.eo. num.27.& ſi bannitus ille eſſet incapax, ſuccederent ſequentes in gradu, non fiſcus.Pau.Caſt.cõſ.212.omiſſo,in ſecundo,& in crim.læſæ maieſt.quòd hæreditates delatę reo poſt crimen commiſſum non pertineãt ad fiſcum,latiſſimè Cępola in ciuil.conſ.58.nu.24.

Et idem eſt in legitima: nempè quia patre viuente,non eſt realiter filio debita,ad l.1.§.ſi impuberi. ff.de collat.bon. ſic Bal.in d.l.ſi qua pœna,idem Bal.in l.j. C.de bo.lib.elegantiſſime Cępola d.cõſ. 58.num.29.Iaſ. d.§.cum ſtipulamus, ſequitur Dec.d.conſ.438.nu.8.Curt.ſen. d.conſ.60.vbi in hæreditate patris,legitima,& alimentis.idem Bald.in l.1. C.de bon.lib.Mart.Laud.in trac.de fiſco,q.6. Ruin.d.cõſ.123.in 4.& conſ.149.nu.13. in 3.Boſ.loco pręalleg.ſub nu.17.Rolan. Vall.conſ.97. nu.5.in 2.D.Menoch.conſilio 77.num.26.

Et cum ſtatus non mutatur,propoſito eſt indubitabilis per caſum in d.l.certa forma:ſtatu verò mutato,ſolum conſideratur,an ille ſit habilis ad acquirẽdũ, de quo dixi in tract.de incapacibus. De his autem bonis, bannito poſt bannum quæſitis,poterit bannitus diſponere, & ad eius hæredes tranſeunt,nec fiſcus ab illis aufert: dixi ſupra in tit.de bannitis, num.46.Aduerte tamen,quòd in trãsfuga, & rebelle,quia eius bona inuadi poſſunt, confiſcatio traheretur etiam ad futura,ad l.transfugam. ff.de acq.rerũ do.

134 Sed vtrum publicatio bonorum referatur, etiã ad bona poſſeſſa per cõdemnatum in alio territorio:elegans eſt quæſtio,pulchra,& vtilis, quam pertractant Bar.& legiſtæ in l.1.C. de ſumma trinit. col.pen.& vlt.Canon.in c.poſtulaſti,ext. de foro compet.Alber.in 3.par.ſtat.q.2. Nellus in prima par.2. temp. q.17.Pau. Caſtr.conſ.319.in primo,Cepo.cõſ.17. num.37.Marſil.in rep.l.fi.num.188.ff.de iuriſd.omn.iud.Boſ.in tit.noſtro,nu.62. Clarus loco præalleg.col.15.

Concluſiue autem. Bart.diſtinctio eſt communiter recepta:nam interdum iuriſdictiones ſunt ſeparatæ, ſed Burſa fiſcalis in effectu eſt vna:exemplum in ciuitatibus Paduæ,Vincentiæ,Veronæ,Brixiæ: habent enim iuriſdictiones ſeparatas,ſed omnes ſubſunt Sereniſſ.Venetorum Domin. & in effectu vna eſt Burſa

fiſcalis:



fiſcalis: quia omnia cõfluunt in ęrarium huius Sereniſſ. Dom. & hoc caſu ſubdiſtingue: quia aut confiſcatio fit de iure communi, ideſt in caſibus in quibus,vt ſupra diximus, vltra prouiſionem Auth. Bona damnatorum, delinquentium bona poſſunt publicari: (ſic enim Bart. declarauit Caſtren. d.conſil. 319. Alexan. conſ.31.numero quarto, in primo,) & hoc caſu,proculdubio infiſcabuntur omnia bona ipſius delinquẽtis vbique ſita, ſub hoc Sereniſſ. Dom. ad l.ſi quando. C.de bon.vac. lib.11. Cępola d.conſilio 17.numero 38.executio tamen tenutarum, & appræhenſionum, per iudices, & officiales illius loci,vbi bona ſita ſunt, expedietur: ad l.a diuo Pio. §.primo,cũ ſua materia.ff.de re iud.tex.in c.vergentis, vbi Felyn. notat, extra de hæret. ſic tamen,vt pretium bonorum vendendorum deferatur in camerã confiſcantem, vt clarè explicat Paul.Caſtr. d.conſ.319. colum.1.

Hinc deſumpta eſt practica, quã ego ſæpe obſeruari vidi, nam confiſcatoria lata,immediatè ſcribitur Rectoribus,Poteſtatibus, & iuſdicentibus aliarum terrarum, quòd per officiales,& miniſtros publicos in tenutam appræhendi faciãt omnia bona de ratione delinquẽtis exiſtentia in eorum territorio cum illorum deſcriptione, & deſignatione, reſcribendo de executione,cum tranſmiſſione tenutæ: Verum aduerte:quia in hoc puncto, quòd executio fieri debeat per iudices, & cameram illius loci, vbi bona ſita ſunt, ſenſit Bar.in d.l.1.colum.pen.Nellus itidem loco præalleg.Bald.conſ.341. ſuper primo,in quarto, prior practica apud nos ſeruatur.

Quandoque verò confiſcatio fit ſecũdũ leges ſpeciales illius Regni,R.P. aut Ducatus, quæ ſunt vniuerſales in toto Regno, & Dominio,& hoc caſu,idẽ dic, vt ſupra: quia conſtitutiones illæ habentur pro iure communi, in toto illo dominio, ſic Nellus loco præalleg.& in terminis Roland. conſilio 21. numero 22. in quarto.

135 Vbi inquit,quòd ſtatutum dicitur ius commune in patria: ſicuti Abbas tradidit in c. fi. nu.24. extra de foro compet. Berous conſ.50. nu. 31. in primo. Port. conſ.48.num.5.

136 Ego verò addo, quòd ſtatutum loci dominantis reputatur ius commune in ciuitatibus, & locis ſubditis,veluti in terminis tradiderunt Roman.in conſ.128. Soc.ſen.conſ.81.in primo,Soc.iun.cõſilio 2.nu.31.in 1.Crauet.conſ.11.nu.12. Port.conſ.163.num.16.

137 Quando verò,& tertio,publicatio fieri contingit per legem ſpecialem vnius ciuitatis,puta ꝗa in ciuitate Paduæ extaret ſtatutum, quòd adulter plecteretur pœna publicationis omnium, vel partis bonorum: nam ſententia confiſcatoria ex vi huius particularis ſtatuti, non protenderetur ad bona ſita in alijs territorijs,ad l.fi.ff.de iuriſdict.omnium iudic. cap. vt animarum, de conſtitut. in 6. & per text.in l.prima. ff.de tuto.& curato. & in l.neque. C. qui dare tutor. Nellus loco præcitato, & in ſpecie Alexand.dicto conſilio 31.num.4. in primo. Boſius in tit.iſto.nume.62. nam & bannitus de territorio Patauino, tutus habitat in alijs territorijs: contra tamen in puncto ſenſiſſe videtur Iul. Clar. lib.5.§.fi.q.78.

138 Interdum verò iuriſdictiones, & Burſæ fiſcales ſunt oĩno ſeparatæ, & adhuc ſubdiſtingue: aut confiſcatio fit in caſibus iure communi permiſſis, & omnia vbique publicata cenſentur,& fiſcus cuiuſque loci capiet bona ſita ſub ſua iuriſdictione,hic iure confiſcationis, ille iure occupationis, vti vacantia,nec eſt locus iuri accreſcendi inter fiſcos omnino ſeparatos, Bald. in l.ex facto. ff.de hæred. inſtit. vnde confiſcatis bonis pro crimine læſæ maieſt.habẽtis bona ſub hoc Sereniſ.Dom.& in ſtatu Mediolani,vterq; fiſcus inuadet bona exiſtentia ſub ſua iuriſdictione.Bar.in d.l.1.Alex.d.conſ.31. in primo.Aret.conſ.10.col.vlt.Angel.de malef.in gloſ.& eius bona publicamus. num.5.& latè Aug.ad eum, & ad hoc vr̃ caſus in c.cum ſecundum.de hæret.& in c.fęlicis. de pœnis in 6. & eſt communis ſententia. Afflictus in cap.1.§.denique.

nume.35.in tit.quæ fuit prima ca. idem Afflictus deciſ.282. numero 16. Boſius in titu.quæ ſint regal.nume.15.Roland. conſilio 78.nu.15. in ſecundo, & conſilio 75.num.8.in tertio, Burſat. conſ.43. nume.14. a quibus non diſſenſit D.Menoch. conſ.147. nume.54. in 2.& capiet ille fiſcus bona vti vacantia. ſicuti Bald. docuit in l.prima, colum.vlt. C. de ſum. trinit. & ab eo ſumpſerat Andr. ab eccleſ. inter conſilia feudalia diuerſorum. conſilio 58.colum.3. & ſubſcribentes ad eum, quos retulit Roland. d.conſ.21.columna 3.& 4.

Sed hic ſubſiſtendum eſt: nam ſi cõfiſcatio præſupponatur facta pro delicto, pro quo delinquens vbique puniri poterat, & cum auctoritate ſuperioris vbiq; iuriſdictionem habentis, veluti pro crimine hereſis, quod eſt delictum eccleſiaſticum, tunc vera eſt Bart.ſententia: nam fiſcus vbi bona ſita ſunt, illa capiet, & ea ſentẽtia ius faciet apud omnes, ſic ſenſit Ioan. And.in c.cum ſecũdum.de here.in 6.& Nellus d.loco: ſi autem confiſcatio facta fuerit pro crimine ſeculari, & tunc non ſatis conuenire, nec in practica adaptari poſſe videtur, quòd per ſentẽtiam latam ab Imperat. aut Sereniſſ. Hiſpan. Rege bona delinquentis exiſtentia ſub hoc Sereniſſ. Dominio publicentur, & per fiſcum huius Sereniſſ. Dominij occupentur, cum quò ad hæc bona penitus deficiat iuriſdictio confiſcantis, ideoque non publicari firmarunt Paul. Caſtr. dicto conſil.319.col.2.in primo, Ant.Butr. conſ.62.& explicitè Ludo.Bologn.conſilio 35.cuius opinionis fuit etiam Nellus in loco præcitato. Afflict. in cap.Domino Guerram.§.nunc venio.nu.8.in titu. Hic finitur lex, nil mirum: quia publicare bona iuriſdictionis eſt. Cor.cõſ.333. nu.26.in primo, Menoc.conſ.147.nu.54. nec verum eſt, quòd fiſcus alterius Regni, vel iuriſdictionis, vbi damnatus bona habet, illa occupet vti vacantia: nam non vacant: cum ille ſic damnatus capax ſit bonorum in ea prouincia, & preterea bannũ non operatur effectus ſuos extra territorium iudicentis: ſicuti de his ampliſſimè ſcripſi in tit.de bannitis, nec etiã placet Bald.diſtinctio in d. l. prima, columna vltima.C. de ſumma trinit.in primo capite, dum concludit, quòd ſi damnatus, & confiſcatus factus ſit ſeruus penæ per mortem naturalem, vel per ſententiam deportationis, aut damnationis in metallum, eo caſu fiſcus extraneus capiat bona vti vacantia. quia ille inhabilis ſit bona retinere: nam reſpondetur, quòd reo naturaliter mortuo per ſententiam condemnatoriã, ſuccedunt hæredes ab inteſtato in eius bonis non confiſcatis, & quæ in alia prouincia ſunt, ideoque vacantia non ſunt. Cum autem reus deportatur, aut in metallum damnatur: non amittit hodie libertatem, nec pœnæ ſeruus efficitur. Authent.ſed hodie, & in corpore, vnde ſumitur. C. de donat. inter virum: quamobrem contra Bart.& Bal.abſolute concludo bona alienæ iuriſdictionis non infiſcari, & ſic ſenſit clarè Paul. Caſtren. dicto conſ. 319. & Cepolla in nouis. conſilio 38. numero 33.

Interdum verò confiſcatio fieri contingit ſecundum decreta, & leges vnius Regni, vel Dominij, & eo caſu indubitanter non extenditur ad bona ſita ſub alio Dominio, per reg. d.l.fin. ff. de iuriſdic.omnium iud. & in dicto cap.vt animarum, & eſt communis cõcluſio. Pau. Caſtrenſ. dicto conſilio 319. & conſilio 209.in ſecundo. Alexand. conſil. decimoſexto, per totum, & d.conſi.21.in primo, Dec. in l.1.numero 20. C.vnde vir. Clarus loco iam allegato.

139 Quæ verò ſub eo Dominio ſunt, omnia infiſcantur, adeo vt vaſalli capiant, quę ſub terris infeudatis reperiuntur, quamuis per officiales maioris domini confiſcatio facta fuerit: ſic in ſpecie Rolan.d.conſ.21.num. vigeſimo, poſt Brun. conſil. 31.col.3.Natta conſ.580. nu.14. And.ab Eccl. d.conſil.58. & idem ante eos Crau.conſ.128. & Afflic. deciſ.282. & eſt ratio: quia fiſcus vaſallorum idẽ iuris hẽt, qđ fiſcus principis, veluti in illius locum ſubrogatus. ſic pulchrè tradidit Nat.conſ.346. quẽ ſubſequitur Rol.ſub





num.23.declara, & limita, vt dixi in prima parte.nu.94.

140 Notandum tamen & obſeruandum eſt: quia nunquam fit appræhenſio bonorum ſub prætextu confiſcationis: niſi præceſſerit ſententia confiſcatoria, aut declaratoria criminis commiſſi lata per judicem competentem, vt eſt caſus in c.cum ſecundum, de hæret.in 6. & inde colligit Ancha.in 2.notab.latius dixi ſupra in tit. de crimin. quæ mor. non exting. nume. 8. & ibi ſcriptis adde quod idem firmarunt Curt. Sen. conſilio 59. numero ſexto. Marſil. in ſua practica in §.aggredior. numero 105. Boſius in titulo de hæret. numero ſexto. Roland. conſilio octauo, numero ſeptimo, in tertio.

141 Sed iterũ congruè dubitatur de duobus, primò quid in bonis mobilibus, & nominibus debitorũ exiſtentibus extra locum, & iuriſdictionem confiſcantis. Quò ad mobilia. Bald. in l.mercatores. C. de commerc. dixit attendendum eſſe locum domicilij ipſius cõdemnati: quia mobilia concernunt perſonam illius, cuius ſunt: Immobilia vero concernunt territorium: & dictum Baldi approbat Alexan.dicto conſilio trigeſimoprimo, numero vndecimo, in primo, & conſilio decimonono, numero ſeptimo, in ſexto, vbi tamen limitat poſt Salyc. in l.prima, colum.penult.C.de ſum. Trinit. niſi appareret ex deſtinatione patrisfamilias, quòd ibi perpetuò eſſent manſura, quam limitationem plenius confirmat Alexand. dicto conſilio trigeſimoprimo, numero decimoquinto. Brun.de ſtat.exclud.in octauo artic.nume.131. & fuit dictum eiuſdem Bald.in conſil.341. in 4.& eſt communis declaratio. Tiraq. de iure primig. quęſtione 48.In practica tamen opinio hæc non fuit recepta: quia fiſcus loci vbi bona ſunt, illa capit, ſic Clarus d.libro quinto. §. fin. quęſtione 73. verſicu.ſed hic quæro: ſequitur Burſat. conſi.43.num.13.& indubitanter. Fiſcus domini confiſcantis occupat mobilia, & mercaturas, quæ ibi ſunt. Afflictus dicto §.denique.numero 35.& in capit.1. in 10.not.numero ſecundo, in tit.de pace tenen.

Ad illud tamen dictum Bal.quòd mobilia ſequantur perſonam, immobilia vero territoriũ, adde Old.cõſ.17. & quæ ſupra ſcripſi in prima par.num.83.

142 Quòd vero attinet ad nomina debitorum. Bald.& Ang.poſt Petr.in l.ex facto.ff.de hæred.inſtit.ſentiunt attendendum eſſe domicilium debitoris, non autem creditoris, & idem conſulendo reſpondit Pau.d.cõſ.319.in primo, vbi determinat confiſcatis bonis delinquentis in ciuitate Florentiæ, non pertinere ad fiſcũ illius ciuitatis nomen debitoris alterius iuriſdictionis, & idẽ firmat Aretin. conſilio 10.per totum, & maxime in vlt. colum. per text.in l.Titium, & Męuium. §.tutores.ff.de admin. tut.vbi concludit publicatis bonis cuiuſdã in ciuitate Ferrariæ, publicari ius annuæ præſtationis ſibi debitæ in ea ciuitate per debitorem ibi commorantem, quamuis pro fundis ſitis in agro Bononienſi.

Contra verò, quòd imò attendatur perſona creditoris, & eius domicilium, conſequenter fiſcus loci creditoris, ſenſerunt Oldra. dicto conſilio 17.quem ſequitur Ioan. Andr.in addi.ad Specul. in tit.de feudis.§.quoniam. q.40.Iacobin. a S.Georg.in tract. de Roidis. nume.19. Tiraquell.de iure primigen.quęſtio.49. ideo Alex.d.conſ.31.in primo, quod eſt duplicatum conſilio 111. in quarto, conſultus in puncto, cum bona vacant, vter fiſcus capiat nomina debitorũ: reſpond. contemplandam eſſe perſonam creditoris, & fiſcum domicilij creditoris, adducunt: quia perſonales actiones cohærent oſſibus creditorum ad l.quis ergo caſus. ff.de pecul.& in l.3. ff. pro ſoc. reperio, quòd Bartol. Socinus conſilio 175. in 2. Conſultus in caſu, quo, vnus inſtitutus fuerat in bonis, & iuribus exiſtentibus in ciuitate Mutinæ: alius vero in ciuitate Centi, concludit actiones, & nomina debitorum cẽſeri eius loci, in quo debitor, ac debitũ exigi poteſt, ratione contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, adducit tex.in d.l.Titiũ, & Mæuiũ. §.tuto-

res,& quæ no. Bald. & Ang. in d.l. ex facto. Lap. in alleg. 91. quidam Nicolaus, & idem conſilium reperitur in ordine 101. in primo,& iſta tertia opinio, quam originaliter habuit Lapp. Nomina debitorum eius loci cenſeri, vbi de iure,& de facto, exigi poſſunt: communiter tenetur. Bald. conſ. 357. nulla mulier. col. fi. in primo. Salyc. in d.l. 1. colum. vlt. verſic. ſin autem eſſent iura. C. de ſumma. trini. Roman. in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſol. mat. Alexand. conſ. 16. colum. vlt. in primo. Marian. ſen. conſ. 36. colum. 5. in primo. Stephan. Beltrand. conſilio 74. col. vlt. in 2. Alber. Brun. de ſtat. exclud. in 8. artic. num. 134. & d. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. glo. 3. nu. 15. 16. & 17.

Et ad illam rationem, quòd actiones perſonales inhærent oſſibus creditoris, reſponderi poteſt, quòd ſimiliter ecõtra inhærent perſonæ debitoris, nec illius perſonam egrediuntur. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. fin. §. fi. ff. de contrah. empt. notatur in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. Effectum autem in omni materia potius intuẽdum eſſe, l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat,& l. debitor. ff. de verbo. ſig. & idcirco ſpectandum potius eſſe locum, vbi actiones ipſæ exerceri,& ad effectus deduci poſſunt: quàm locum perſonæ creditoris, vbi inutiliter competunt.

143 Alia eſt quæſtio: quid in actionibus paſſiuis. Pet. & Bald. in d.l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. concludunt, quemlibet fiſcum teneri pro ære alieno contracto in ſuo territorio: ad exemplum duorum tutorum, inter quos diuiſa ſit adminiſtratio per certa territoria, nã quilibet agit, & conuenitur pro negotijs, & rebus ſui territorij. l. inter tutores. ff. de admi. tut. l. quæro. ff. de ſolutio. ad hoc etiam text. in l. hinc quæritur. §. poteſt. ff. de pecul. & in l. ſi certarum. ff. de teſt. mil.

144 Ideoque ſucceſſor in feudalibus tenetur ad debita contracta occaſione feudalium: ſucceſſor vero in allodialibus, ad debita illorum occaſione, ſic determinarunt And. Iſern. in c. 1. an agn. vel fil. quem ſequuntur alij. Brun. conſ. 104. iſta Mag. & de ſtatu. exclud. in 11. artic. numero 69. Grammat. deciſ. 105. Ill. Marchioniſſa. nume. 47. & opin. Petri & Bal. ſequuntur Auguſt. ad Ang. in verbo: & eius bona publicamus. nume. 9. Clar. dicto loco. q. 78. vbi tamen dicunt: ſi bona vnius territorij nõ ſufficiant, ſuppleatur de bonis alterius territorij.

Contra tamen decidunt Alex. dicto conſilio 31. nume. 16. in primo. Iacobin. in tract. de Roidis. nume. 26. Tiraquel. de iure primogen. q. 35. nu. 31. vbi concludunt, patrimoniũ totum eſſe ęſtimandum,& quemlibet fiſcum teneri pro rata patrimonij ad ſatisfactionem creditorum, ad tex. in l. ſi pro rata. ff. de religioſ. & ff. ad leg. Falcid. l. ſi vir vxori: ad hoc inducunt deciſionem Gulielm. Cum. in d.l. hinc quæritur. §. poteſt. vbi ita determinat, in duobus ſuccedentibus ex diſpoſitione ſtatuti: Altero in bonis paternis: altero verò in bonis maternis,& idẽ Guliel. in l. 2. ff. de cap. dimin. & horũ opinio verior eſt, quam etiam habuit Imo. in d. l. ex facto. ſecundum eam reſpondit Vldra. Zaſius conſilio 17. volum. vlt. in ſecundo.

Ad contraria autem facilis eſt reſponſ. nam ad textum in d.l. inter tutores. reſpondetur, id ſtatutum fuiſſe ratione commodioris adminiſtrationis, nè vnus tutor implicet ſe in negotijs alterius. non tamen propterea pręiudicatur creditoribus, imò adhuc creditor conuentus à tutore vnius prouinciæ poterit opponere compenſationem de eo, quod ſibi debetur ex adminiſtratione alterius contutoris, vt dicunt iura illa, & tradit Alexand. dicto conſilio 32. columna vlt. itẽ quò ad cõmodum burſale nihil intereſt tutorũ, vt fiat bonorũ ęſtimatio, tex. verò in l. hinc quæritur. §. poteſt, loquitur in perſona habẽte duo peculia diuerſarum perſonarũ. Item tex. in l. qui certarum. ff. de teſt. mil. ſimiliter loquiť in milite habente duo patrimonia. Caſtrẽſe,& Paganaticũ, qđ iura permittunt fauore militari, deciſio verò And. de Iſern. & ſequaciũ eadẽ ratione procedit: nam feudalia habẽt naturã omnino





ſeparatã ab Allodialibus c. 1. de ſuc. feud.

145 Ex præmiſſis autem inferri poteſt ad deciſionem alterius quæſtionis, quid in clerico poſſidente bona temporalia, ac bona intuitu eccleſię quæſita, an lata cõfiſcatoria, vel per Epiſcopum, vel per Dom. temporalem, in caſibus iure conceſſis, ad quem fiſcum bona ipſa pertineant, quam quęſtionem diſcutit Oldr. d. conſ. 17. & D. Menoch. conſi. 223. ego autem latius ſcripſi in prima par. numero 105. & 106.

146 Quintus principalis effectus eſt, quod cum bonorum publicatio referatur ad bona præſentia, proinde non trahitur ad ea, quæ in præteritum erant in bonis condemnati, Verum quia materia iſta ampla eſt, & vtilis, & diligenter attendenda, ideo eam diuido in duas principales conſiderationes. Prima eſt, cum alienatio facta fuit titulo reuocabili. Secunda autem, quando titulo non reuocabili, & eſt materia diſcuſſa, in l. poſt contractum. ff. de donatio. & in l. ſi quis poſt. C. de bon. proſcript.

In primo autẽ caſu, tres particulares caſus ſunt conſiderandi, de quibus ſtatim dicam, in quibus regulam conſtituo: ꝙ vbicũq; alienata titulo pro ſui natura irreuocabili, ex aliquibus cauſis per fiſcum poſſunt reuocari, vt mox dicemus, ex eiſdem poterũt quoq; reuocari alienata titulo reuocabili. & eſt concluſio Paul. Caſtr. & aliorum, in d.l. poſt cõtractũ, colum. vlt. ff. de dona. & tetigit Boſ. in tit. de publ. bon. nume. 52. & ratio eſt euidens, quia non debent eſſe maioris efficaciæ, quæ titulo infirmiori ſuſtinentur, quàm quæ titulo validiori.

147 Primus itaq; caſus erit in donatis cauſa mortis: nam conſtat donationem cauſa mortis pro ſui natura eſſe reuocabilẽ: & in his ſiquidem contingat bona donatoris publicari, diſtinguẽdum eſt, quòd aut donator pœna capitali afficitur cũ publicatione bonorum,& hoc caſu non ſolum donatio non confirmatur donatoris morte, ſed infirmatur vti imperfecta,& bona in fiſcum tranſeunt, caſus eſt in l. ſi aliquis. ff. de dona. cauſ. mor. & ibi no. Pau. Caſtr. vbi amplius voluit, quòd etiam non ſecuta publicatione bonorũ, talis donatio reuocetur, & idẽ eſt, ſi bona donatoris per delictũ confiſcata fuerint, licet reus capitaliter mortuus non fuerit,& rõ eſt: quia donatio cauſa mortis eſt ſpecies vltimæ voluntatis: Vltima verò voluntas reuocatur per cõdemnationem, ex qua quis ciuitatem, libertatem, aut vitam amittat, l. eius qui. §. 1. ff. de teſtam. & in ſpecie ſic tradidit Bar. in d.l. poſt contractum. colum. 3. & clarius idem Paul. Caſtr. colum. vltima, Pichus numero 33. & ſenſit Boſius in tit. de publi. bon. numero 32. Natta conſil. 549. numero 12.

Sed contra, quòd donatio cauſa mortis non infirmetur, niſi per ſententiam capitalem, aut per delictũ, pro quo, poſt illius mortem bona publicentur, videtur caſus apertus in d. l. ſi aliquis, & in l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus vxori. ff. de donat. inter virum, in quibus terminis iura illa loquuntur: non autem cũ quis patitur deportationis pœnam, per text. apertum in l. ſed ſi mors. §. primo. ff. eod. de donatio. inter virum, nec mirum videri debet, quòd facilius reuocetur teſtamentum, quàm donatio cauſa mortis, cum ea participet de natura contractus: quia fieri debet à præſente, pręſenti, & in pleriſque differt ab vlt. volun. ad notata in l. 2. ff. de leg. 1. nec placet quorundam reſponſio, quòd ille tex. in dicta l. ſed ſi mors. §. 1. loquatur in donatione coniugum, quæ differt à donatione cauſa mortis, ad ea quæ Iaſon ſcribit in l. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. nume. 6. ff. de verborum obligatio. quia tex. ille loquitur in donatione cauſa mortis facta à coniuge coniugi.

148 Secundus caſus conſiderabilis eſt: in donatione inter coniuges, in qua diſtinguitur, quòd aut donator tale commiſit crimẽ, pro quo, poſt eius mortem quęri poteſt, & bona publicari, & eo caſu donatio infirmetur ad fiſci cõmodum: hic eſt caſus in dicta lege cum hic ſtatus, §. ſi maritus vxori. intellige etiam, quòd non metu futuri criminis dona-

uerit, in quibus terminis loquitur text. ille: aut verò commiſit tale crimen, pro quo viuens damnatus fuit, ſiquidem capitaliter, cõfirmatur donatio: ſi vero deportatus fuit, in pendenti eſt, nam ſi maritus non reuocauerit, habet vxor. ſi vero viuens reuocauerit, capit fiſcus poſt illius mortẽ, hic eſt caſus in l. res vxoris, C. de dona. inter virum, & in dicta l. ſed ſi mors. §. 1. & ſic communiter diſtinguitur per glo. & Doct. in d. l. res vxoris, per Bart. & Doct. in d. l. poſt contractum, colum. 3. Pichus ibi, num. 31. Boſius in tit. de public. bon. num. 35. 36. & 52. Salyc. in dicta l. ſi quis poſt. colum. 3. C. de bon. proſcrip. vbi de ratione diuerſitatis, inter hanc, & inter don. cau. mor. & cum ſecundum tempora noſtra fiſcus non capiat bona quæſita per bannitum confiſcatum, poſt bannum: ſicuti dixi in tractatu de bãnitis, numero 46. cautela eſt, vt maritus conſultè agens, futura aduerſa timens, donet vxori: quia ad ſui commodum, ſi contingat bona ſua publicari, poterit donationem reuocare, & bona illa ſibi habere, ſic pro cautela tradidit Bal. in l. executorem, columna nona, verſic. quæro quidam. C. de execut. rei iud. ſequuntur Pau. & Roman. in dicta l. poſt contractum. Iaſo. in dicto §. cum ſtipulamur. Natta in dicto conſilio 549. colum. vltima.

Hæc autem diſtinctio communis eſt ad donationes collatas à parentibus in filios, quæ ab initio inualidæ ſint: nam hæ procedunt a pari cum donationibus coniugum, l. penult. C. de donat. inter virum: ſic glo. in d. l. ſi quis poſt. §. 1. quam ſequitur Salyc. ibi, Imol. & Pichus in dicta l. poſt contractum, ſub numero 33. & conſuluit Sigiſmund. Lofred. conſ. 9. numero 6.

149 Tertius caſus conſiderabilis eſt in donatione inter viuos reuocabili per ſuperuenientiam liberorum; ad l. ſi vnquã. C. de reuocan. donatio. de qua materia ſcripſit Boſius in titu. de publ. bon. numero 37. & 38. & Doctores in varijs locis, & breuiter reſolutio eſt: quòd aut reus fuit condemnatus pœna relegationis cum confiſcatione bonorum, puta ex forma ſtatuti, & tunc per ſuperuenientiam filiorum reuocatur donatio ad commodum donatoris, nec confiſcatio trahitur ad acquiſitionem iſtam ex cauſa ſubſequenti: aut verò reus condemnatur pœna deportationis cum confiſcatione bonorum, & tunc aut filij ſunt cõcepti, & nati poſt deportationem, & per eorum natiuitatem non videtur reuocari donatio: aut verò ſunt cõcepti ante deportationem, & videtur per eorum natiuitatem poſſe reuocari, vt eſt caſus in lege ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellia. per quem textum, ſic plerique concludunt.

Alij verò contra, quòd immo etiam, quòd ſint concepti poſt deportationem reuocetur donatio: ſic ſanè ſenſit Bar. in l. 1. ff. de bon. damn. Boſius dicto loco, & ratio eſt: quia filiorum intereſt donationem reuocari: quia & ipſi portionem habituri ſunt: vnde à ceſſante ratione eorum, ſi nihil habituri eſſent, donatio non reuocaretur: ſic in terminis dicti §. ex facto, latè ſcripſit Bart. Socin. conſ. 275. num. 15. & 16. in ſecundo.

Sed hic diligenter aduertendum eſſe cenſeo: nam D. Boſius præſupponit donatione reuocata, bona ad fiſcum pertinere, quaſi quod à principio ſibi donata fuerint ſub tacita cõditione, ſi filios non ſuſceperit: quam quidem conditionem fiſci commodum operari præſupponit, allegando no. in l. ſi marito. in principio. ff. ſoluto matrimo. & in l. tertia. §. illud. ff. quod quiſque iur.

Quæ ſanè ratio nihil concludit: nam conſtat ex donatione dominium & poſſeſſionẽ rei donatæ in donatariũ tranſlatum fuiſſe, idcirco huiuſmodi bona in confiſcationem non veniunt, cũ pro ſui natura ad præſentia tantũ referatur: nec tacita illa cõditio operatur, vt ſecuta reuocatione per natiuitatẽ filiorũ poſt publicationem bona illa reincidãt in fiſcũ, vt eſt caſus in d. l. res vxoris. Et in d. l. ſed ſi mors. §. primo, nempè conſtat, donationes inter coniuges tacitam in ſui initio habere conditionem: niſi contraria





voluntate reuocentur. Quamobrem dicendum eſt, vel donationes reuocari ad commodum donatoris, prout in terminis d. l. res vxoris, & d. l. ſed ſi mors. vel poteſt dici per natiuitatem filiorũ poſt deportationem conceptorum, donationes non reuocari, quia deportati amittunt ea, quæ ſunt iuris ciuilis, l. 1. & ibi not. C. de hæred. inſtit. reuocatio autem donationis ob ſupernaſcentiam filiorũ fit ex auctoritate iuris ciuilis, d. l. ſi vnquam, ad hæc etiam tex. in d. l. ex facto. §. ex facto. nam ſi per eorum natiuitatẽ non expirat expreſſa conditio ſi ſine filijs, multominus igitur tacita conditio, à lege in contractu donationis ſubintellecta, & iſta magis placet: inutilis tamen eſt præſens diſputatio, quia hodie deportationis pœna non eſt in vſu, & banniti noſtri temporis non amittunt iura ciuilia communia, ſicuti dixi ſupra de deportatis, & de bannitis.

150 Sed adhuc ſupereſt notab. difficultas, an natis, vel conceptis filijs ante cõdemnationem cum publicatione bonorum, fiſcus poſſit bona donata inuadere, etiã quod donator expreſſe non reuocauerit donationem. Pro negatiua facit ratio, quia donatio non reuocatur niſi accedente declaratione donatoris, Ripa d. l. ſi vnquam, q. 41. Item tale ius reuocandi non tranſit ad hęredes, Ripa poſt plures ibi q. 42. igitur nec in fiſcum, qui minus iuris habet, quàm hæres.

Contra facit, quia per natiuitatem filiorum donatio ipſo iure reuocatur, adeo vt dominium retro acquiratur donatori. Ripa in d. l. q. 45.

151 Secundò, quia creditores donatoris ſuper rebus donatis, inuito donatore poſſunt actiones ſuas ex vi retranſlati dominij exercere, ſicut etiam in bonis debitis filio, pro legitima, quia ipſo iure debetur, poſſunt creditores filij abſque aliqua eius declaratione actiones ſuas intendere, ſicuti latè probauit Excellẽ. Menoch. conſi. 77. per totum, & hanc in donatione reuocabili probauit Boſi. dicto loco. Sed pro priori opinione, ſtat Angel. doctrina in l. ſi filius, C. de bon. dam. vbi in donatis filio, vel vxori reuocabiliter, vel per patrem conceſſis filio in peculium, determinat confiſcationẽ non operari, idque lege inductum fuiſſe, quia confiſcatio eſt odioſa. Nec deciſio illa Do. Menoch. tuta videtur. Quia legitima, & illius ſupplementum debetur filio commutabiliter, non incommutabiliter. Bald. in l. ſcimus, in princ. C. de inof. teſt. Corn. conſi. 289. nu. 8. in 4.

Secundo autem caſu principali. Cũ alienatio facta fuit titulo irreuocabili, quinque diuerſa tempora ſunt conſideranda, pro vt Bar. & Doctores aduerterunt in d. l. poſt contractum. Primum tempus eſt, ante delictum commiſſum. Secundum, poſt delictum commiſſum, ante tamen accuſationem. Tertiũ, poſt accuſationẽ, ante tñ litis conteſtationẽ. Quartũ, poſt accuſationẽ, & litis cõteſtationem, ante ſententiam. Quintum poſt ſententiam cõdemnatoriam. Doctrina autem Bart. communiter recipitur per Doctores ibi, per Bald. Salyc. & alios in d. l. ſi quis poſt. C. de bon. proſcrip. præclare Dec. conſil. 235. Ego autem circa titulos alienationum addo, quod aut alienatio fit titulo oneroſo, aut titulo lucratiuo.

152 In primo tempore. Regula affirmatiua eſt: alienationes factas quocunque titulo ante crimen commiſſum valere, ſiue in coniunctas, ſiue in alias perſonas, ſiue crimen poſtea perpetratum, etiam eſſet de grauioribus, puta læſæ maieſtatis, l. fi. C. ad legem Iuliam maieſta. dicta l. ſi quis poſt, vbi Bald. not. & l. donationes. §. fi. ff. de donatio. tradit de Anchar. conſi. 251. ex his, Alex. conſi. 83. colum. 3. in tertio, Dec. d. conſi. 235. colum. 1. nam & a pari alienata per debitorem fiſcalem ante contractationem cum fiſco reuocari nequeunt, l. ſi debitor. C. de priuileg. fiſ. & l. 1. C. de iure fiſ. libro decimo, & in crimine læſæ maieſt. Natta cõſil. 628. num. 5.

153 Hæc autem concluſio, ſane intelligitur, niſi alienatio facta ſit in fraudem fiſci, propter futurum crimen: nam reuocabitur, d. l. ſi aliquis. ff. de donatio. cau.

mor.l.in fraudem, in principio, & l. auffertur.§.1.ff.titulo noſtro,Bart. & alij in d.l. poſt contractum,declarãdo tamen, quando crimen eſſet tale,ex quo ſequũtur publicatio bonorum, alias non reuocaretur,vt declarat,& bene,Pau.Caſ. in dicta l.poſt contractum, colum. 1. Et licet Saly.in l.ſi quis poſthac.C.de bon. proſcrip.fuerit opinionis, quòd alienatio facta ante crimen contractum, licet animo fraudandi fiſcum, reuocari non poſſit, quia ante maleficium nulla erat contracta obligatio cum fiſco: & quia qui cum tali contrahit, cui contrahere interdictum non eſt, decipi non debet: attamen eius opinio communiter per Doctores reijcitur,vt probat Pich.in d. l.poſt contractum,ſub nume. 11. & 12. & ratio eſt,

154 Quia alienatio etiam facta in fraudẽ futurorum creditorum reuocatur, l.ait prætor.§. ita demum, vbi Bart. pulchre not.ff.quæ in frau.cred.glo.& Bal. in authẽ.ſed iam neceſſe.C.de do. ante nup. & idem Bal.in rub.C.de reuoc.his,quæ in frau.cred.num.5. &per ſcriben. in §. item ſi quis in fraudem,inſt. de actio. & licet fiſcus ſit creditor ex cauſa lucratiua,attamen nõ eſt voluntaria,& liberalis,ſed neceſſaria, & obligatoria proueniens ex legis diſpoſitione ex cauſa delicti,& iſta opinio ratione fouetur, vt ſic homines deterreantur, & à delictis abſtineant, vnde ad contraria facilis eſt ſolutio:nam ad primum fuit reſponſum.

Ad ſecundum reſpondetur,non ſimpliciter alienationes factas ante delictũ reuocari,ſed quæ in fraudem fiſci,pęnæ metu factæ fuerunt, fraus autem in propoſito euincitur,ex veris,vel ex pręſumptis probationibus.Qua in re Bar. in d. l. poſt contractum, elegantem tradidit doctrinam,diſcurrendo ſex cõiecturas, ex quibus fraus conuinci poſſit,quas ſigillatim & breuiter percurremus,à quibus non diſcedit Bald. in dicta l. ſi quis poſthac.

155 Præmittendo tamen primò,quòd dictæ coniecturæ,vel earum aliquæ nõ ſufficiũt, niſi tempore alienationis,ſuberat cauſa, propter quam maleficium fuerit perpetratum,odij ſcilicet, & inimicitiæ, ita Bar.in 1.& in 5.præſumptione, & ſequenti,Pau.Caſt.colum.fin.Pichus nu. 17.idem Barto.conſi.65.Salice.in d.l. ſi quis poſthac,colum.3.Natta in conſilio 549.vbi pulchrè,& amplè declarat, præterquam in crimine læſæ maieſtat. nam alienationes factæ, ex titulo lucratiuo, præcedentes crimen commiſſum,de facili retractabuntur, ſicuti dixi infra numero 185.

156 Prima itaque cõiectura eſt,cum pręcedentibus inimicitijs,reus donauit omnia bona ſua, deinde delictum commiſit,ex quo bona publicabantur. nam ex his donationem factam fuiſſe in fraudẽ conuincitur: & ratio eſt, quia ex immenſa donatione de facili fraus pręſumitur. l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud.cred. vbi tex. apertus etiam quòd non interuenerit ex parte donatarij fraudis conſilium,& iſta prima præſumptio per Doctor.communiter recipitur, in d.l. poſt contractum, & per ſcribentes in §. item ſi quis in fraudem,inſti.de act.Bal.& cæteri in d.l.ſi quis poſthac.Sigiſm. conſi. 21.colum.2.per Dec.d.conſ.235.& per Alex.conſ.55.num.7.in primo,vbi poſt Bal.in l.1.in 3.q.C.ſi quid in fraud.patr. Amplia illum tex.ad eum, qui non omnia,ſed quaſi omnia bona ſua,donauit, quod etiam voluit Bald. ipſe in l. ſi vnquam.C.de reuoc.don.

Item amplia ad eũ,qui bona ſua meliora donaſſet, prout in ſpecie voluit Ange.in d.§. Lucius, nempè ex magna alienatione fraus euincitur, vt inquit Bal.in l.fraus.ff.de legib.

Ampliat deinde,etiam quòd iuramẽtum interueniſſet, quia iuramentum nihil operatur ad præiudicium tertij, ad not.in c.quamuis,de pact.in 6.& in c.licet,de iureiur. in 6. & has ampliationes probauit Iaſ.in §. item ſi quis in fraudẽ, nu.34.inſt.de act.

Amplia etiam, ſiue in vna vice, ſiue in pluribus,omnia bona ſua donauerit, nam & hoc caſu fraudis conſilium ſumitur.glo.& Barto.in l.nomen.§.filio.ff.de lega.3.Bald. in l.1.in 4. quæſt.C.ſi quid in frau.patro.Ang.in d.§. Lucius. quos ad hoc refert Iaſ.d.loco nu.35.



Intellige tamen,& declara,vt præſumatur fraus, cum agitur de præiudicio fiſci,vel creditorum ex cauſa oneroſa: ſecus ſi ex cauſa lucratiua,Bal.in præall. rub.C.de reuoc.his,quæ in fraud.cred. ſub num.5.

157 Amplia deinde,in eo,qui ex cauſa oneroſa habuiſſet, veluti in emptore, ita Bar.in d.§.Lucius,glo. & Barto.in l. qui teſtamentum.ff.de proba.& idem Bart. in dicta l. poſt contractum. in prima præſump.

Intellige tamen,quando emptor fuiſſet particeps fraudis,alioquin non ſufficeret fraudis conſilium ex parte ſolius venditoris.l.ſi debitor, & l.ait prætor.§. ſi quis particeps.ff.quæ in frau.credito. Dec.d.conſi.235.num.4. Et licet Sal.in l.ſi quis poſthac.colum.3.C.de bo.proſcrip.fuerit contrariæ opinionis, in eo, qui emit omnia bona alicuius,ad exemplum donatarij vniuerſalis,attamẽ eius ſententiam,& benè refellit Pichus in d. l.poſt contractum,num.18.quia differẽtia eſt in iure ſatis nota in hac materia inter emptorem,& donatarium:nam in emptore requiritur fraudis conſilium. d.§.ſi quis particeps,in donatario non, l.qui autem.§.ſimili modo.ff.eo. nec mirum,quia hic de lucro,ille de dãno,quærit,& non eadem,& par eſt lucri,& damni ratio,l.fi.C.de codicil.Alciat. conſi.6. colum.2.in 3.Crederem tamen de facili eſſe præſumendum contra emptorem omnium bonorum,& idcirco ſi appareret,quòd pro modico pretio emiſſet, ſatis poſſet dici conuicta fraus: nam ex inſolito modo contrahendi venditionem omnium bonorum pro modico pretio, fraus ſatis demonſtratur. ſi enim pro iuſto pretio emiſſet veris probationibus, tunc fraus probari deberet, quoniam pro emptore valde præſumeretur. Et ita intelligo dicta per Imo.& Roma. in d.l. poſt cõtractum, quorum auctoritas eſt magna, & in practica ſeruaretur, vt ait Pichus ibi ſub num.20. & eorum dicta etiam probat Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem,nu.33.

158 Sed difficultas eſt, an caſu quo fiſcus poteſt reuocare, teneatur refundere pretium emptori, qui de fraude participauit Bart.in l.ſi debitor.ff.quæ in frau. cred.per illum text. determinat negatiue, niſi pretium eſſet conuerſum in vtilitatem creditorum reuocantium, aut in aliam rem, quæ exiſteret. ſubſequitur Bal.in l.fi.§.emptor,num.6.C.com. de leg.& hanc de facto practicari vidi.

Contrarium autem tenuerunt Imol. Rom.Raph.Iacob.Puteus, & Pichus in d.l.poſt contractum,num.13.poſt Cyn. in l.pen.C.ad legem Iul. maieſtat. moti, quia licet in creditore habente cauſam oneroſam id conſtitutum ſit, vt ab emptore fraudis participe reuocari poſſint alienata ſine pretij reſtitutione,d.l. ſi debitor, attamen non idem diffiniendum eſt in fiſco, qui de lucro tractat ad exemplum patroni,qui reuocat alienata per libertum. nam pretium refundere indiſtinctè tenetur emptori,l. 1. §. ſi quis in fraudem. Ponderando ibi maxime.ff.ſi quid in frau.patr. Sed ad iſtum tex.varijs modis reſpondent Doctores in d.§.item ſi quis, & Pichus dicto loco. Hæc tamen eſt communis opinio, vt refert Boſius,ti.iſto num.45.& in tit. ſeq. ante num.7.Clar.in ſua pract. crimi.lib. 5.§.fin.q.78.colum.10.Quæ tamen mihi nõ placet, ad homines deterrendos, & ad cohibenda delicta.

Limita, quæ dicta ſunt de alienatione ex cauſa oneroſa omnium bonorũ, vel maioris partis,in alienatione voluntaria: nam in alienatione neceſſaria ſuſpicio fraudis ceſſaret, veluti cum pro dotandis filiabus, vel ſimili alia cauſa, pro vt aduertunt Raph.Cum.Iacob.Puteus, Pichus, & Boſ. in locis præcitatis. Cum enim ex neceſſitate alienatur, ſuſpicio fraudis nõ videtur ineſſe,niſi quatenus alienatio cauſam neceſſariam excederet.

159 Secunda coniectura eſt,cum quis donat perſonæ coniunctæ, nam præcedente inimicitia, & ſubſequente delicto, donatio

natio licet de re aliqua particulari medio tempore facta, præſumitur metu futuri delicti, & pœnæ, & ratio eſt, quia ob cõiunctionem inter eos ſuſpicio eſt, quòd donatio non vere, ſed colluſoriè facta ſit. l. data. C. de don. l. pe. ff. de bo. lib. vbi autem inimicitiæ cauſa non præcederet, donatio vtique valeret irreuocabiliter, d. l. ſi quis poſthac. C. de bon. proſcrip. l. res vxoris. C. de donat. inter virum. & iſta coniectura communiter per Doct. vbique recipitur. Dec. d. conſil. 236. Pichus in d. l. poſt contractum, num. 21. vbi inquit, quòd opinio Bart. eſt communis, & in practica tenetur.

Contra quam tamen arguunt Rom. & Imo. dicentes, potius videri præſumẽdum pro veritate donationis collatę in perſonam coniunctam, quàm in extraneum, quia quis magis mouetur ad donandum coniuncto, quàm alteri, & hãc opinionem etiam poſt delictum commiſſum, ante tamen accuſationem inſtitutam, tenuit Alcia. conſi. 24. in 3. dub. lib. 8. Sed ad hoc facilis eſt reſponſio, argumentum procedere ceſſante inimicitiæ cauſa, ſed ea concurrente. præſumptio eſt, reum metu pœnæ futuri delicti voluiſſe donare perſonæ ſibi coniunctæ, in quam ſibi expedit bona ſua conſeruare, ideo hac ratione fraudis ſuſpicio ſuboritur. Cum vero donat extraneo ceſſat coniectura fraudis, quia non magis ſibi expedit extraneũ illum, quã fiſcum habere.

Præmiſſa tamen intelligerem in coniuncto, & in amico non vulgari amicitia coniuncto, qua in re plurimum poterit iudicis arbitrium, pro vt in materia teſtium, & alijs conſimilibus, & ſenſit Pichus ſub num. 22.

Ampliat Bar. dicta per eum in donatione facta coniuncto ad venditionem, & ſic ſentit idem eſſe in venditione rei particularis pro vt in donatione, ſubdit tamen, quòd in emptore requiritur, ꝙ fuerit particeps fraudis, d. l. ait prætor. §. ſi quis particeps. & ſecũdum eum propter coniunctionem præſumitur ſcientia. l. Octaui. ff. vn. cogn. & l. de tutela. C. de in integ. reſt. Quæ omnia diligenter aduerte, quia alijs adminiculis coadiuuantibus, cauſa fiſci de facili erit potior.

160 Tertia præſumptio eſt, ſi poſt donationem, vel venditionem, donator, aut venditor remanſerit in poſſeſſione rei, l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pigno. & l. ſi is qui. ff. de acq. hær. Et nota, quòd tali caſu contractus præſumitur ſimulatus, & fictitius, qui propterea multum diſtat à caſu, quando in fraudẽ celebratur, vt declarat Bar. & ſequũtur Docto. in d. l. poſt contractum, & idem Barto. conſi. 65. Petrus Nicolæ, Cępol. de ſimul. contract. ſub nume. 5. & in 24. præſumpt. num. 76. Et circa illam doctr. Barto. collige nonnullas concluſiones, & declarationes. Prima eſt, quòd ex retentione poſſeſſionis arguitur emulatio indifferenter in contractu venditionis, & donationis, etenim in vtroque cõtractu vniformiter Barto. loquitur, nec mirum, quia in vtroque eadem ratio concurrit.

Secunda eſt, quòd ficta traditio poſſeſſionis per conſtitutum, vel per precarium, non prodeſt emptori ad remouendam ſimulationem, quando ſubeſt præſumptio, & ſuſpicio fraudis, & ſimulationis, ſed requiritur traditio corporalis, l. 1. C. de ſuffrag.

Tertia eſt, quòd vbi materia eſt ſuſpecta de fraude, & ſimulatione, inſpiciendum eſt, quis ex cõtrahentibus fructus perceperit, an emptor, vel venditor. nã ſi venditor fructus perceperit, cõtractus præſumetur ſimulatus, & non verus, & ratio eſt, quia cum ordinetur ad cõmodum emptoris, quo ad fructuum perceptionem, & emptor illos non percipiat, colligitur contractum veritate carere: hinc eſt, quòd vbi aliqua cauſa adduceretur, propter quam emptor fructus nõ perceperit, tunc ſimulationis præſumptio ceſſaret, veluti, quia in cõtractu donator, aut venditor ſibi reſeruaſſent vſumfructum, nam de iure iſtud fieri poteſt. l. quiſquis. C. de don. vel quia oportuiſſet emptorem abſentari, vel quia deceſſiſſet relicto hęrede minore, vel extra

neo



neo ignorante, tunc enim contraria pręſumptio ceſſaret. l. diuus. ff. de in integr. reſtitu. & iſta doctr. Bar. vt dixi, communiter recipitur per Doct. ibi, & per Boſ. qui plures refert in d. titu. de publ. bon. numero 48. & ſequen. Dec. dicto conſil. 235. colum. 2.

Intellige tamen hanc coniecturam, quando tempore donationis, vel venditionis, cõcurreret cauſa inimicitiarum, propter quam veroſimiliter reus proceſſit ad actum venditionis, & donationis: ita enim fuit clarè de mente Bart. in d. l. poſt contractum, in ver. quartus caſus, & licet Pichus ibi ſub num. 24. verſi. quarta concluſio, aliud ſenſerit: attamen præcedens opinio eſt verior, quam probauit Boſius ſub nume. 49. Et eſt ratio, quia contractus non poteſt argui ſimulatus, niſi cauſa præcedat, Bar. conſi. 65. Petrus Nicolæ, & dixi ſupra nu. 155.

161 Item adde, quòd venditor, vel donator ex eo ſolo, quòd poſſeſſionem retinuerit, non poteſt ipſe opponere de ſimulatione cõtractus. Tertius autem de cuius intereſſe agitur, poteſt, ita Barto. conſil. 81. Martinus, in fine, & eſt ratio, quia vẽditor, & donator interim lucrũ ſenſit, & quia ſecum contrahens habet actionem perſonalem ex contractu, quę durat annis 30. Si tamẽ allegauerit cauſas ſimulationis, ſcilicet propter quas cõtractus fuerit ſimulatus, & vlterius deducat ſe in poſſeſſionem remanſiſſe, audietur, & obtinebit: ita colligitur ex dictis Bartol. in d. l. poſt contractum, & in dicto conſil. 65. & pulchre ac eleganter ad practicam Pau. Caſt. conſi. 58. viſis, in 2. vbi dicit, quòd licet allegans contractum factum fuiſſe in fraudem fiſci, vel creditorum, contra ſuum donatarium, vel emptorem, non audiatur. Secus tamen, ſi deducat contractum fuiſſe ſimulatum, & ficte factum in fraudem fiſci, vel creditorum, & iſtud eſt, quod voluit Barto. in dictis locis, ſecutus eſt pulchre Socinus ſenior conſilio 264. columna prima, & ſecunda.

Et dum dictum fuit, quòd tertius poteſt allegare contractum ſimulatum, ex eo ſolo, quòd alienans retinuerit poſſeſſionem cum fructuum perceptione, intellige dummodo ſubſit cauſa ſimulationis, vt ſupra dixi.

162 Quarta præſumptio eſt, quando venditio, aut donatio, fuit facta clam, & occultè, argum. tex. in l. fi. ff. de ritu nup. & in l. non exiſtimo. ff. de admi. tuto. ſubdit tamen Bartol. quòd in emptore requiritur, vt ſit particeps fraudis. per tex. in d. l. ait prætor. §. ſi quis particeps. Præterea inquit, oportere, quòd cauſa præcedat, propter quam veriſimiliter præcogitauerit maleficium committere: ſequuntur Docto. ibi, & Dec. d. conſ. 235. colum. 2. eſt verum, quòd Ioan. de Imo. in d. l. poſt contractum. arguit, quòd ex eo ſolo, quòd venditio clam, & occulte facta ſit, arguatur ſuſpicio fraudis, quãuis nõ probetur emptorem fraudis participem, mouetur, quia valde præſumitur contra actum clandeſtinum, & ab eius opinione nõ diſſentit Pichus ſub nume. 25. & mihi quoque placet.

163 Quinta præſumptio eſt, cum delictũ incontinenti ſequitur alienationem, nã eo caſu, alienatio facta præſumitur metu futuræ pœnæ, argum. tex. in l. ſi vẽtri. §. in bonis. & ibi not. Bart. ff. de priu. cre. & l. ſed Iulianus. §. ſed ſi filius. ff. ad Macedo. & c. officij. extra de electio. Bald. & alij in d. l. ſi quis poſthac. intelligendo tamen, quando delictum committitur ex cauſa præcedente alienationem: ſecus ſi ex cauſa poſtea ſuperueniente, puta in rixa inopinata, item in venditione, intellige, modo emptor fuerit particeps fraudis, & ita breuiter intelligenda eſt doct. Barto. in d. l. poſt contractum, in quinta præſump. quam ita declarauit Pich. ſub num. 28. & 29. vbi ad text. in d. §. in bonis, plura ſimilia adducit, & ſecutus eſt Boſ. num. 51. & Dec. d. conſ. 235. colum. 2. vbi inquit, quòd an delictum ſecutũ fuerit incontinenti, vel non: iſtud relinquitur arbitrio iudicis: adde, quod iſta præſumptio efficaciter operatur, etiam, quòd inimicitiæ non præceſſerint, niſi caſus poſtea ſecutus, ex ſui natura, appareret non præuiſus tempore donatio-

nis,

nis, vt aduertit Natta conſi. 549. poſt alios per eum adductos.

164 Sexta præſumptio Barto. eſt, quando alienatio facta eſſet in caſum, ſi contingeret bona publicari. tunc enim ſatis aperte de fraude conſtare videretur, adducit in argumentum tex. in l. fina. ff. de ſtipul. ſer. & in l. ſumma cum ratione. ff. de pecul. ſequitur Sal. in d. l. ſi quis poſthac. colu. 3. & idcirco pactum inter fratres diuidentes, quòd in caſu publicationis bonorum ſibi illius condemnati, vel fratres ſuperſtites ſuccedant, non valet ad præiudicium fiſci. Hiero. Gab. d. conſi. 140. nu. 38. Et eſt communis traditio Doct. vt per Pich. ibi nu. 30. Dec. d. conſi. 236. & per Boſ. nu. 51.

In contrarium tamen videtur caſus in l. ſed ſi mors. §. 1. ff. de don. inter virũ, vbi dicitur donationes in caſum deportationis collatas valere. Tu dicas verum eſſe in caſu deportationis donatarij, nã donatarius deportatus ex contractu ſibi acquirere poteſt, & eſt vera ſolutio, licet Boſius per illum tex. dubitauerit de ea Bar. doctrina.

165 Vltra iſtas cõiecturas, Pichus ſub numero 33. addit aliam, quando præceſſiſſent minæ, vel verba, ex quibus colligi poſſet in reo animus delinquendi, ad not. per Barto. in l. fin. ff. quæ in frau. credit. per Bald. & Alexand. in l. metum. C. quod met. cau. Sed iſta coniectura clauditur ſub prima ſupra, num. 155. Iſtę autem coniecturæ, ex quibus fraus euincitur, ad reuocationem alienatorũ per reum ad commodum fiſci in cauſa lucratiua publicationis bonorum, fortius ſeruiunt, cum agitur, de damno fiſci vitando ex cauſa alienationis factæ per eius debitorem, & ita ex facto obſeruatum vidi, & iſtæ cõiecturæ ſeruiunt etiam aduerſus debitores, qui ſoluiſſent reis condemnatis, de quo puncto videndus eſt Boſ. in titu. debitor an delinq. ſol. poſ. & quæ infra ſcripſi nu. 176.

166 In ſecũdo verò tempore, ſcilicet poſt delictum commiſſum, ſed ante accuſationem inſtitutam, ex dictis Bar. plures colliguntur concluſiones. Prima eſt, ꝙ vbi delictum tale eſt, propter quod bona ſtatim, & ipſo iure publicantur, eo caſu non valeat alienatio, quia ex delicti cauſa reus ſtatim amiſit dominium rerũ ſuarum, ideoque alienando non potuit in alium rem transferre. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. & eſt concluſio vbiq; probata. Pichus ſub nume. 73. Quæ tamen fallit in alienatione neceſſaria, pro vt infra dicetur in ſecunda concluſione, ſic etiam in his terminis limitauit Sal. in d. l. ſi quis poſt hac, colum. pen. C. de bono. poſ. Pichus d. l. poſt contractum, nu. 35. Et eſt humanior, & æquior opinio, ne alioquin defenſio, quæ iuris naturalis eſt, videatur ſublata.

167 Punctus eſt, vt videamus, quibuș in caſibus bona ipſo iure publicentur, quã ſane materiam explicuit Bar. in d. l. poſt contractum, colum. pen. & in l. Imperator. ff. de iure fiſci, & Alex. ad eum, idem Barto. in Auth. de inceſt. nup. colum. 2. Albe. Roſa. in 3. par. ſtat. q. 18. Calca. cõſilio 52. colum. 3. ſequuntur Fel. in cap. Rodulphus. nu. 48. extra de reſcr. Boer. deciſio. 263. num. 10. Berous conſi. 191. nume. 3. in 3. Nam interdum delictum committitur circa rem contra legis prohibitionem, & delinquens punitur in amiſſione ipſius rei, & in his caſibus delinquens ipſo facto amittit dominium rei, & acquiritur fiſco. d. l. Imperator. vbi caſus in eo, qui ex tacito fideicomm. reliquit ei, cui ex legibus relinquere ꝓhibebatur, nam fiſcus rem illam vendicat: exemplum eſt etiam in l. commiſſa. ff. de publi. in eo, qui pro re vectigal nõ ſoluit, & aliud habetur in l. 1. § an bona. ff. de iure fiſci. In his tamen caſibus, & in alijs, quamuis dominium ipſo iure acquiratur, non tamen poſſeſſio acquiritur, idcirco vendicatio fiſco datur. gloſ. Bar. & Pau. in d. l. commiſſa, idem Bart. in d. Authen. de inceſt. nupt. pleniſſime omnium Afflic. in c. 1. §. ſancimus. colũ. 2. in titu. quo temp. miles. Et latius ſcripſi ſupra num. 52. & in titu. de bon. vac. nume. 22.

Quandoque verò delictum committitur circa rem, ſed reus extra rem punitur



nitur in perſona, vel in alijs ſuis rebus, & eo caſu requiritur condemnatoria, l. 2. C. de ijs, qui ex pub. ratio. lib. 10.

168 Interdum verò delictum committitur extra rem, & bona ipſo iure non publicantur. niſi lex id exprimat, vel per ęquipollentia verba: ſicuti latius ſcripſi, in tit. de crim. quæ mor. rei non ext. ſub nume. 7. Exemplum verò eſt in contrahente nuptias inceſtas. §. 1. in Authen. de inceſt. nup. niſi adſint liberi legitimi, vt ibi Ang. & Sali. in d. l. ſi quis poſthãc. C. de bon. proſcr. Dec. conſi. 235. col. 2.

169 Idem in Sodomita contra naturam peccante, voluit gl. in c. cum ſecundum, in verbo, naturæ contrarias, de hære. in 6. Barb. conſi. vlt. in 1.

Et eſt communior ſcriptorum opinio, vt retulit Iul. Clar. in ſua pract. crim. in §. ſodomita, vbi tamen refert in Senatu Mediolani cõtra deciſum fuiſſe, quia nulla lex reperitur, quæ talem pœnam ingerat, §. cum autem, in Auth. de non elig. ſec. nub. Et eſt rectior opinio, quia alicuius bona non confiſcantur, niſi lex iubeat, vel ſupremus Princeps committat, vt dixi ſupra nu. 21. cum ſeq.

170 Idem eſt in crimine hæreſis. c. cum ſecundum, de hæretic. in 6. & ibi tradunt ſcriptores omnes, Bar. in d. l. Imperator, & in Auth. de inceſt. nup. colum. 2. Amplia etiam, quòd hæreticus ſit occultus, ſic pulchre, & latè D. Menoch. conſ. 185. nu. 8. & 217. num. 7.

171 Addunt nonnulli pro crimine læſæ maieſt. bona ipſo iure publicari, Dyn. in l. Imperator. ff. de iure fiſ. per tex. in l. fin. C. ad leg. Iul. maieſt. idem ſenſit glo. in l. fin. C. de iure fiſc. lib. 10. Lucas de Pen. in l. 1. C. de peti. bon. ſubl. Boer. deciſio. 277. num. 12. Et plures alij, quorum ſententiam probauit Iul. Clar. in criminal. in §. læſæ maieſt. crimen, latiſſime D. Menoch. conſi. 99. nu. 160. cum ſeq.

Sed horum opinio communiter reijcitur, per text. clarum in l. quæſitum. ff. qui & a quib. & in l. fin. C. ad leg. Iul. maieſt. vnde communis cõcluſio eſt, quòd requiritur ſententia condemnatoria, & priuatiua nedum ad aduocationem poſſeſſionis. ſed etiam dominij: non autem ſimplex declaratoria criminis cõmiſit, ſic Bar. Pau. & Rom. in d. l. poſt contractum, idem Bar. in l. ſi debitor. ff. quæ in frau. cred. & in d. l. Imperator, & in §. 1. in Auth. de inceſt. nupt. Bal. in l. 1. C. ex del. def. Imo. Pau. & Are. in l. qui a latronibus. §. 1. ff. de teſta. And. Iſer. in c. ſancimus, in tit. quo temp. mil. cum concord. adductis per Boſ. in tit. de ſen. nu. 48. & in ti. de cri. lęſę mai. nu. 73. Gra. dec. 105. nu. 12. Gigas in tit. de pœ. commitq. 25.

Quorum opinio procedit etiã in reis huius criminis rebellibus, & trãsfugis, ſicuti ex præcitatis plures ſenſerunt, ſed in hoc pũcto videnda ſunt, quæ ſcripſi in tract. de incapacibus, in tit. de rebellib.

Saluari tamen poſſet prior opinio in terminis. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. ibi bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis, nam verba illa Canonem latæ ſententiæ importare videntur, & in terminis. c. Fęlicis. de pœnis in 6. quod ad imitationem illius legis prodijt: concedũt tñ interpretes vbique, ꝙ reus huius criminis ſtatim cõmiſſo delicto, perdat ea, quæ ſunt iuris ciuilis, & eorũ efficiatur incapax, ad ea quæ ſcripſi loco præalle.

172 Sed ante ſententiam, an ſit neceſſaria citatio rei ad illius defenſam, an verò ꝓcedi poſſit ad ſnĩam confiſcatoriam bonorũ eius, abſq; alia citatione, ſunt opiniones. nam Lucas de Penna in l. quiſquis. C. de peti. bon. ſubl. tradidit, citationem (in hoc criminis genere quoniã omnium ſceleſtiſſimum eſt) neceſſariã non eſſe, ſed ſtatim procedi poſſe ad bonorum ablationem. Sequitur Affl. in c. 1. §. item ſi fratrem, nu. 10. quib. mo. feu. amit. & in c. ſancimus. col. 3. & 4. in titu. quo temp. mil. Verum huic opinioni reſiſtit tex. in extraua. Ad reprimendum, vbi Bar. notat in verbo, ſine figura, tex. in terminis in cle. paſtoralis, de re iudic. Quod & exemplo docuit Deus omnipotens, nam non aliter primum parẽtem noſtrum Adam punire voluit, niſi prius vocatum, & de crimine conuictum. Geneſ. capi. 3. Et ita communiter concluditur: Gigas in ſecundo libro, in ti. qual. in

crim.læſæ maieſt.q.6.& in vlt.par.q.1.& vtrobique intelligit, præterquam in crimine notorio, nam rebellem notorium poteſt princeps abſque citatione condemnare,& eius bona confiſcare,& inuadere,& alteri cõcedere, ſicuti de quo pleniſſime ſcripſit Marſil. in repeti.l. de vnoquoque, colum.2.ff.de re iudic.dixi, & declaraui ſupra in tit. de crimin. quæ mor.non exting.nume.11.& in titu.habent.iura fiſ.nu.57.

Notandum tamen eſt, quia licet in crimine hæreſis,& inceſtus matrimonialis, non requiratur ſententia confiſcatoria,& priuatiua dominij, attamen requiritur declaratoria ſuper facto, per quam declaretur crimen illud commiſſum fuiſſe, nec ante fiſcus apprehendit bona, niſi demum lata ſententia ſuper crimine, Bart.& Ang.dicta Auth.de inceſt. nup. colum.2.Bald.in l. quæ ſub conditione. §.fin.ff.de condit.inſtitu. Dominic.in c. Felicis, colum.2. de pęnis in 6.Et probat text.in d.c.cum ſecundum, dixi ſupra in prælleg.tit.de cri.quæ mor.non extin.num.8.Præterquam quo ad effectus, qui trahunt ſecum executionem, abſque alio facto, veluti quòd reus ſit infamis, vel quòd ſit inteſtabilis; nã quo ad hos effectus non expectatur alia declaratio ſuper crimine, ſed ſtatim crimine commiſſo, reus incurrit ipſas pęnas, Dominic.in d.c.Felicis, Dec. conſi.327. col. 3. Item præterquam cum aliud conſtaret ex verbis ſtatuti, ſicuti in caſu deduxit Berous conſilio 191. numero 8. in tertio.

173 In omnibus autem his,& alijs caſibus, quibus bona delinquentis ipſo iure,& facto publicantur, quia dominium immediate fiſco acquiritur, poterit fiſcus res alienatas etiam titulo oneroſo vẽdicare, abſque pretij reſtitutione, ad l.ſi mancipium.C. de rei vend. l. in ciuilem.C.de fur.& l.ſuper empti.C.de eui. Ioan. And. Anchara, Geminia,& alij in d.c. cum ſecundum, Bar. & latius Paul. Pichus in d.l. poſt contractum, col. 19. & Ioan. Annibal.nu.267.Dec. cõſ.235. colum.3.Tiraquel.in repe.l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nume. 267.C. de reuoc. donat. per rationes ſumptas ex d.l. inciuilem. & idem quoque tenuerunt Angel.& Salycet. in dicta l. ſi quis poſthanc, latiſſime Burſat.conſi.43. numero 5.in 1.

Contra vero tenuit Iacob. de Aret. in l.1.C.ad leg.Iul.maieſt. quem ſecutus fuit Arrius Pinel.in rep.l.2. in 2. par. c. 4.num.73.C.de reſc.vend.

Prior autem opinio verior eſt, ex vi tranſlati dominij in fiſcum, immediate delicto ſubſecuto, quam probauit Did. de ſponſal.in 2.par.c.6.§. 8. ſub num. 9. Si tamen pretium reperiretur inter bona delinquentis, aut conuerſum ad eorum augmentum, equidem reſtituendũ foret: ex reg.l.ſi & me,& Titium.ff.ſi cer. pet.ne alioquin fiſcus cum iactura illius dupliciter locupletetur, notat Didac.d. loco, Annibal dicta l. poſt contractum, nume.481.& probatur ex ijs, quę ſupra dixi nu.158.

174 In his autem caſibus, cum bona ipſo iure publicantur, ex die delicti commiſſi fructus ad fiſcum pertinent, vti dominum: ad regulam de qua in l.ex diuerſo.§.1.ff.de rei vend.Bald.in auth. inceſtas, ad finem.C.de inceſt.nup. Ang.in §.1.in Auth.eo.col.2, Io.And.in d.c.Felicis, Maria.ſen.in c.1.extr. de iudæis, cũ cõcor.adductis per Fel.d.c.Rodulphus, ſub nu.70.ext.de reſcrip.& in c.de quarta, nume.37.ext.de præſcript. Quorum opinionem, quo ad emptorem libenter limito, vt non procedat, ſi in bona fide fuerit, nam fructus ſuos faciet, ad not.in d.l.ex diuerſo,§.1.& notant Pich.& Burſat.d.conſi.ſub nu.10, In alijs autem criminibus, pro quibus bona per ſententiam confiſcantur, fructus veniunt ex die ſententiæ confiſcatoriæ, extãtes autem capiũtur vti delinquẽtis bona. Car. in clem.conſtitutionem.§.cæterum, extra de el.Fel.d.c.de quarta, nu.33. Cor. in l.1.C. de indig. cum alijs adductis per Cur.antiquum conſ.60.nu.30.vbi ita diſtinguit. Et ita apud Ser. Dom.noſtrum ſeruatur. Item facta publicatione alicuius fundi, fructus pendentes, vti pars fundi,



fundi, & ipſi continentur: ad l. fructus pendentes.ff.de rei vend.Bald. in c.1. in prin.colum.vltim.in titu.de pace tenen. Franc.Aretin.conſ.10.colum.1. Tiraq. de Retrac.lignag.§.1.glo.7.num.43.vbi plura more ſuo cumulat.

Intellige, cum bona ex delicti cauſa confiſcantur. ſecus cum bona in aliquẽ peruenta fiſcus ab eo, ex aliqua cauſa aufert: nam illa reſtituit cum fructibus perceptis, veluti ab indigno, ad nota. in l.1. C.de indig.per Sal.Pau. Alex.& Iaſ.

175 Secunda concluſio Bar.eſt, quòd vbi pro delicto commiſſo, interdicitur reo adminiſtratio bonorum, reus alienare non poterit, veluti in crimine læſæ maieſt.l.quæſitum. ff. qui,& à quibus.ad exemplum eius, cui iudex per decretum bonis interdixit, ad l. is cui bonis.ff. de verb.obl. Et idem eſt in alijs criminibus priuilegiatis, veluti Apoſtaſiæ, Repetundarum,& alijs, de quibus in d.l.ex iudiciorum, cum glo. ff. de accuſat. & in d.l. quæſitum.& per Bar.in d.l. Imperator. Ideoque alienata per reum quocunque tit.ſecuta confiſcatoria, fiſcus vendicabit: pulchre Ang.in l.pen.C. ad leg. Iul. maieſt.Saly.in d.l.ſi quis poſt hanc. col. 5.d.Gigas in dicto ſuo tract.lib.3.q.24. Etiam pretio non reſtituto, pro vt in priori caſu, ſic cõcludit Pichus d.l.poſt contractum, num.36.poſt Augu.in addition.ad Angel. in verbo,& eius bona publicamus. Et ſicut alienare nõ poteſt, nec etiam contrahere, vel quaſi contrahere valet, ideo hæreditatem ſibi delatã adire nequit, gl. & communiter ſcribentes in l.mutum.§.primo.ff. de acquiren. hæredita.

176 Fallit ſecundum Bart.in alienationibus neceſſarijs, vt quia creditoribus ſuis ſoluiſſet, l.reo.ff.de ſolution.l.peto.§.predium.ff.de lega.2.l.alienationes.ff. fam. erciſc.& nota, quia Bart. allegando textum in d.l.reo, præſupponit debitores tuto ſoluere reo delinquenti, id quod clarius expreſſit in d.l.reo,& Pau. Caſt. poſt eum, declarando tamen, niſi reus contumaciter ſe abſentaſſet, glo.& Docto.omnes in dicta l.reo, per tex.in l.fin. ff.de requir.reis.Barto.dicta l. poſt contractum, in 3. tempo. item cum eſt reo interdicta adminiſtratio, debitores nõ liberantur illi ſoluendo, niſi in cauſas neceſſarias, l.fina.C.ad legem Iuliam maie. intellige præterquam in colonis,& fictuarijs, nam iſti recte ſoluunt, quia reus interim eſt dominus,& poſſeſſor.ad tex. cum materia in l.ſi vrbana.ff. de condi. indebit.& quæ ſcribit de Anchara.conſilio 285.tria principaliter.& Egid.Boſ. in titu.debitor, an delinq. ſolu. poſ. col. ſecunda,& an ſufficiat confeſſio creditoris per ſcripturã receptionis manu ſua: an verò requiratur probatio de vera numeratione, diſcurrit idem Boſ. d. loco, col.pen.& vlt.

177 Quid ergo ſi alienauerit pro dotanda filia, Pichus dicto loco, ſub nume.37. arguit non videri alienationem neceſſariam, ex mente Barto.ibi.& idem Ang. ſenſit in l.penultima.C.ad legem Iuliam maieſtat. Sed tu conſidera, nam ſi fiſcus damnati,& confiſcati filias dotare tenetur, veluti cõcluſi ſupra numero 76. iam conſtat alienationem (remoto exceſſu) neceſſariam fore, nec aduocatio alienatorum concedenda eſſet, quia fiſco obſtaret doli exceptio. ad l.primam. ff. de doli exceptio. Pietas enim patris, qui filiam dotauit reprehendenda non eſt, dicit text.in l.prima. §. ſed ſi libertus. ff. ſi quid in frau.patr. & ſic ſenſit Angel. in l.ſi quis, columna ſecunda, C. de bonis proſcript. ſequitur Natta conſilio 212. num. 3.vbi alia adducit exempla.

178 Tertia concluſio, pro crimine commiſſo regulariter non interdicitur adminiſtratio bonorum, Bartol. in dicta l. poſt contractum, per l.aufertur.§.in reatu.ff.de iure fiſci. ratio eſt: quia bona inuito fiſco non infiſcantur, ſed fiſci agnitio requiritur.l. prima,§. an bona.ff. de iure fiſci, dixi ſupra numero quinquageſimo octauo.

Et interim ante fiſci agnitionem, reus vtitur bonis, Bald. in l. non ſolum. ff.de in integrum reſtitutionum, Felyn. dicto capitulo Rodulphus, numero 70. ad finem.

Ideoque an delinquẽs poſt delictum commiſſum poſſit alienare ante accuſationem, cum ei non eſt interdicta adminiſtratio, diſtinguendum eſt. aut alienatio eſt irreuocabilis, & non valet. l. qui pœnæ. ff. de manumiſ. aut eſt reuocabilis, & valet. d. l. poſt contractum, niſi in fraudem fiſci metu futuræ condemnationis facta arguatur verè, vel præſumptiuè, ex coniecturis ſupra relatis: nã fiſcus reuocaret, ſiue alienatio ſit facta ex cauſa lucratiua, ſiue ex cauſa oneroſa. l. ſi aliquis. ff. de dona. cau. mor. l. in fraudem. ff. de iure fiſci, & efficax coniectura eſſet ſi in crimine fuiſſet deprehenſus, l. fin. ff. de bonis eorum, ſic Bar. quo ſupra loco, diſtinxit, & eſt communis theor. ſecundum Pichum ibi nume. 10. & conſuluit Alcia. conſi. 24. nu. 8. lib. 8.

Amplia ad eum, qui notorium crimẽ commiſiſſet, nam deprehẽſo, ſimilis eſt. ſic Pich. ſub nu. 8. & bene.

Aduerte, quia dubitabile videtur, ꝙ reus criminis poſt delictum cõmiſſum, licet ante accuſationem, poſſit donare, & vendere: cum ſtatim commiſſo maleficio perſona illius ſit ſubdita pœnis legalibus, vna cum eius bonis: & niſi haberemus caſus apertos, in d. l. poſt contractum. & in d. l. ſi aliquis, videretur aliud concludendum iura tamen apertè requirunt, quòd ſine ſuſpicione pœnę, donatio inter viuos, vt valeat, facta ſit: difficile autem, iudicio meo, erit perſuadere, donationem factam poſt delictum, non fuiſſe factam metu futuræ pœnæ: nam ſi præſumitur fraus, cum poſt donationẽ immediate ſequitur delictum: aut dixi ſupra num. 163. Fortius ergo cum delictum præceſſit: quare iura illa erunt intelligenda, cum omnino alienatio bona fide facta appareat: in alienatione autẽ oneroſa, quia requiritur, vt emptor ſit fraudis particeps. l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. credito. dixi ſupra nume. 157. Ideo facta venditione emptor bonæ fidei tutus erit, ſic in puncto conſuluit Petr. de Ancharan. conſilio 251. Quæſtio talis eſt. per totum, quòd ſi conſtaret emptorem fraudaſſe, res ab eo eſſet auocanda, nec pretium ſibi reſtituendum eſſet: ad tex. in l. ſi fundum ſciens. C. de euict. & in d. §. ſi quis particeps. In re autem dubia, vel cum res minori pretio, quàm valeat, vendita ſit, venditionem ad procuratoris fiſcalis inſtantiam reuocari, cum pretij reſtitutione iudicatum vidi, hic Paduæ in confiſcatione bonorum Franciſci Ruperoni 1584. 5. Nouemb. & iudicium cunctis ferè ſuffragijs laudatum fuit in Excel. Conſ. de XL. Ciuil. no. Die 12. Dec. 1585. Et ita fuit executum. Et eſt tutior via, nã ſic & fiſco, & tertio ſuccurritur. Sed contra præmiſſa, quòd immo donatio poſt delictum commiſſum indiſtincte ſit ipſo iure nulla, adducitur tex. in l. res vxoris. C. de donat. inter virum. Pichus in d. l. poſt contractum, nume. 33. intellexit illum tex. in donationibus coniugũ, quæ pro ſui natura inualidę ſunt, ſubſequitur Boſ. in titu. de publi. bono. nume. 52. Quorum opinio mihi non vſque placet, & ad textum, in illis verbis, ante reatum, de facili poteſt reſponderi, quia ſcilicet poſt reatum maior concurrit præſumptio inualiditatis donationis ob perſonarum coniunctionem, & eſt veritas: nam de facili poſt delictũ commiſſum fraus in alienatione præſumitur, præſertim ex tit. lucratiuo.

179 Circa tertium tempus, poſt accuſationem inſtitutam, ante tamen litem cõteſtatam, Bar. idem per omnia cõcludit, pro vt in ſecundo tempore, ex cuius dictis colligitur, quòd accuſatio non parit præſumptionem, delinquentem metu futuræ pœnę alienaſſe, pro vt cum deprehenditur in delicto, vel cum delictũ notorium eſt: ſic adnotauit Pichus nu. 39. Cuius tamen ſententia communiter refellitur, vt late idem Pichus tradidit poſt Ioan. de Imol. ibi, idque ſenſerunt Ange. & Imol. in d. l. ſi quis poſthanc. Io. And. & Can. in d. c. cum ſecundum, Clarus in criminal. q. 78. verſic. & hæc omnia. Tu vero conſidera, ꝙ in effectu, maxima eſt differẽtia, an quis ſi deprehenſus in crimine, vel crimen ſit notorium: an vero quis de crimine ſit accuſatus, quia accuſatio non reddit eum delinquentem, pro vt deprehenſio, & facti notorietas.

Pro cauſis tamen neceſſarijs permittitur reo, vt alienare poſſit, ſcilicet pro parãdis, & faciẽdis ſuis defenſionibus, pro ſoluendo creditoribus ſuis, & vt ſupra num. 176.

180 In quarto tempore, poſt litem conteſtatam ante ſententiam, Bart. adhuc cõcludit, non interdici reo adminiſtrationem bonorum: reprobata glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. adducit, quia fiſcus ante ſententiam non habet ius in bonis, ſed agit perſonali ad vindictam ex cauſa maleficij: ideo reus conuentus valide alienare poteſt, pro vt quiſque conuentus perſonali actione: nam perſonalis actio debitoris res litigioſas nõ facit, Bartol. in l. 1. C. de litigioſ. & in l. quamquam. §. 1. ff. de aqua plu. arc. & eſt communis cõcluſio, vt per Crauettam conſi. 279. colum. 2. Tu dic Bartoli theoricam veram eſſe, quo ad validitatem alienationis, & trãslationis dominij. Sed fiſcus alienationem vti in eius fraudem factam reuocabit, & ſi quidem ex cauſa lucratiua facilis erit illius reuocatio. ſi vero ex cauſa oneroſa, ſi quidem emptor ſcierit reum accuſatum, conſilium fraudis de facili pręſumetur, aliàs ſerua, quæ ſupra dixi.

Vnum ſcias, quòd ſi reus pręſentatus fuerit in carceribus, ex tunc videtur ſibi interdicta adminiſtratio, vt cõtrahere, & alienare non poſſit ſine licentia magiſtratus, & ita hoc iure vtimur. Pro cauſis tamen neceſſarijs alienare poterit, declarando, vt iam dixi, & ſupra.

Item ſi reus bona fide alienauerit, nõ in diminutionem patrimonij, ſed permutando rem vnam cum alia, valere alienationem cenſuit Clarus loco præal leg. per tex. in l. Imperator. §. fi. ff. de leg. 2. cum ſimil. & eſt vera concluſio, quia reus eſt dominus, nec adminiſtratio eſt ſibi interdicta, ſed tantum inſpicitur, an in fraudem alienauerit.

181 In quinto tempore, ſcilicet poſt ſentẽtiam confiſcatoriam, cõcluſio eſt, quòd aut ſententia non fuit appellata, & clarũ eſt reum non potuiſſe alienare, per tex. in d. l. poſt contractum, quia deſijt eſſe dominus, vel adminiſtratio ſibi intelligitur interdicta: aut fuit appellata, quo caſu ſuſpenditur vis ſententiæ, l. 1. §. fina. ff. ad Turpil. & tunc interim valet alienatio, ſed iudex appellationis illam reuocabit per viam attentati, ſecuta confirmatione ſententiæ. l. chirographis. §. fi. ff. de adminiſtratio. tuto. nec diſputabitur vtrum in fraudem facta fuerit, vel non. Sic Bart. in d. l. poſt contractum, & ſequuntur poſteriores ad eum, Sal. d. l. ſi quis poſthanc, colum. 5. glo. & ſcribentes in l. furti. in princ. ff. de his, qui nota. infam.

182 Sed contra præmiſſa omnia arguit Bar. nam obligationes naſcuntur ex cõtractibus, & ex maleficijs, vel quaſi. l. ex maleficijs. ff. de act. & obli. fiſcus autem ex die contractus habet bona ſui debitoris ſibi obligata. l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſc. l. reſcriptum. ff. de pact. ergo poterit bona per delinquentẽ alienata, à quocunque poſſeſſore per hipothecariam vendicare, ad l. pignoris. ff. de pig. Sol. veritas eſt, ꝙ à die cõtracti criminis reus, ꝑ maleficio obligatur. Pęna aũt nõ eſt, nec dicit̃ debita iure obligationis, niſi ſecuta ſnĩa cõdẽnatoria, q̃a officio iudicis debetur ad publicã vindictam, Bar. in l. fi. ff. de iniu. & in l. in fraudẽ, in prin. ff. de iure fiſ. propterea hipotheca nõ naſcitur niſi à die cõtractę obligationis ꝑ cõdẽnationẽ, ſic Barto. in d. l. poſt cõtractũ, col. pe. & in l. aufertur. §. fiſcus, & eſt cõis traditio Pich. d. l. poſt cõtractũ, nu. 40. Bar. Bal. Alber. Ang. & alij in d. l. reſcriptũ. idẽ Bar. in l. vnica. C. de pę. fiſca. lib. 10. Sal. d. l. ſi quis poſthanc. col. 5. Et adde prædicta procedere etiam, ꝙ iudex alicui ſub pęna pecuniaria præcepiſſet aliquid fieri, vel non fieri, deinde ob illius contumaciam ſequeretur ſnĩa cõdẽnatoria, iuxta formã ꝑcepti: nã adhuc, non ex die pręcepti, ſed ex die condẽnatorię latę contraheretur obligatio & hipotheca, quia præceptum illud non eſt condemnatio, ſed eſt declaratio

animi iudicis, qua pena reum contumacem mulctaturus ſit, ſic pulchre tradidit Petr. de Ancharan. conſilio 251. columna vltima.

Sed an ad retractandas alienationes factas in tertium, ſufficiat condemnatoria lata contra abſentem, qui ex forma ſtatuti habeatur pro cōdemnato, adeo quòd contra eum procedi poſſit ad diffinitiuam, Alcia. conſi. 24. num. 10. lib. 8. decidit non ſufficere. per text. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſtam. & in l. ſi ideo. ff. de euic. & per doctrinā Barto. in l. eius, qui. ff. de iure fiſci. Tu verò intelligas iuxta ea, quæ ſupra ſcripſi, nume. 110.

183 Videamus modo de quibuſdam quęſtionibus acceſſorijs ad materiam ſupra diſcuſſam. Quæro igitur vna cum Barto. quid in datione inſolutum facta per reum creditoribus ſuis, dic aut facta fuit vero creditori, & pro iuſto pretio. & eo caſu, quia bona fide facta fuit, fiſcus tenetur ratā illam habere, ad hoc tex. in d. l. reo. ff. de ſolution. & in ſimili tex. in l. ſi patroni. §. fi. ff. ad Trebellia. & quæ notantur in l. Marcellus. §. fi. ff. eod. item quia fiſcus ſoluere tenetur creditoribus condemnati: ideo factum legitime per verum dominum, non videtur de facili retractandam, & iſta prima cōcluſio generalis eſt ad omnia tempora, vt aduertit Pichus ſub num. 41. Aut verò non fuit facta bona fide, vt quia pro paruo debito res maioris pretij data fuiſſet inſolutum, eo caſu vſque ad veram quantitatem debiti valeret, abinde autem ſupra reuocaretur. l. 1. §. ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in frau. pat. electio tamen poſſeſſoris eſſet, vel iuſtum pretium ſupplere, vel rem dimittere, ſoluto ſibi credito ſuo, vt clare decidit tex. ille, cui ſimilis eſt in l. 2. C. de reſcind. vend. & in l. fina. C. de iure do. impetr. & in puncto, Egid. Boſius in titu. debitor, an delinq. ſolu. poſ. colum. prima, aut facta fuit pro maiori quantitate, quàm re vera deberetur, & in totum nulla eſt. l. ſi non ſortem. §. ſi centum, vbi Bar. & late Iaſ. ff. de cond. indeb.

Quòd ſi de vero credito non conſtaret, ſed tantum per confeſſionem partium, in actu dationis inſolutum, vti ſimulata per fiſcum reuocabitur, ad text. in d. l. 1. §. quod ſi in lite, & §. ſi mutuam. ff. ſi quid in fr. patr. & in l. per diuerſas, C. mandati, optimus text. in dicta l. ſi quis poſt hanc. C. de bonis proſ. in prin. & ibi notatur, ideo cōfeſſionem de pretij numeratione inter emptorem, & inter venditorem, reum criminis, ſimulatam præſumo, tum ex iam dictis, cum etiam ex auctoritate Ancha. in terminis d. conſi. 251. & per ea, quæ in ſimili ſcripſit Pau. Caſt. in l. 1. in fine. C. de inoffic. donat.

184 Sic etiam dotes confeſſionatas, & dotium augumenta, facta per reum poſt delictum, vel etiam ante accedentibus alijs coniecturis ſuſpectas, & fraudulentas præſumo in fiſci fraudem, per tex. in d. l. ſi quis poſt hāc. & in l. res vxoris. C. de dona. inter virum, de qua materia videndus eſt Soci. in l. 1. ff. ſolu. matr. Egi. Boſ. in tit. de pub. bo. num. 49. & ego ſupra ſcripſi. nu. 82.

185 Vlterius quæro, cum Bar. an officialis executor poſſit amouere poſſeſſores rerum alienatarum, an verò prius reuocatorijs actionibus agendum ſit? cōclude, non eſſe amouendos, niſi prius facta reuocatione per ſententiam. §. item ſi quis in fraudem, inſtitutio. de actionib. & l. 1. §. 1. ff. ſi mul. ventr. nom. & eius opinio communiter recipitur, Pichus ibi ſub num. 43. Sal. in d. l. ſi quis poſt. col. 5. Alcia. conſi. 24. num. 12. lib. 8. ſecūdum Venetam impreſſionem: nam tertij poſſeſſio impedit incorporationem in fiſcum, Alexander in l. ſi marito, in principio, ff. ſoluto matrimonio, Bald. vero in dicta l. ſub numero 4. magis fauens iuribus fiſci: dixit executiuè procedi poſſe per officium iudicis, remoto illegitimo contradictore, adducit text. in l. fin. C. de bon. vac. libro 10. cum autem reuocatoria agitur ad reſciſionem alienationum, fructus quidem extantes tēpore alienationis, item percepti poſt litem motam, reſtituuntur: medio autē

tempore

tempore percepti minimè, vt eſt caſus in l. fi. §. non ſolum. ff. quę infra cred. glo. in l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vſur. Pichus d. l. poſt contractum. nu. 47. Adde ad illud Bald. dictum: quia procederet in donatione facta per eum, qui poſtea incidiſſet in crimen læſæ maieſt. nam ipſo iure reuocatur, ſicuti ſenſit Andr. Iſer. in c. 1. in verſ. condemnatorum bona, in tit. quæ ſint Regal. Paul. in d. l. poſt contractum. Sigiſmund. conſ. 21. num. 3.

186 Sed vtrum iudex ante ſententiā poſſit, lite pendente, deſcribere, interdicere, aut ſequeſtrare, res & bona, dicam in vlt. parte, in titu. de ijs, quæ ſpect. ad ord. iud. num. 10.

187 Vltimo quæro, an alienata poterunt reuocari per aſcendentes, deſcendētes, & collaterales, quibus loco fiſci bona reſeruantur, iuxta formam Authent. bona damnatorum. C. de bon. dam. prout potuiſſet fiſcus ipſe? reſponde, extra iſtā materiam, quo ad collaterales, quibus legitima non debetur, reuocari non poſſe, ſed quò ad aſcendentes, & deſcendētes, diſtingue: quia aut alienatio fuit facta titulo lucratiuo, & hoc caſu reuocari tantum pro menſura legitimæ, indiſtinctè tenuerunt Aret. conſil. 47. viſis, Pichus d. l. poſt contractum. ea ratione: quia ſupra legitimam liberam habent adminiſtrationem. Bart. vero in l. 1. C. de inoffi. don. diſtinxit, & eius diſtinctio communiter recipitur. Iaſ. conſ. 125. in 1. Socin. iun. conſ. 67. nume. 56. in 2. Clarus in §. donatio. quæſt. 24. & nota quia Bart. & Doctores in querela inofficioſæ donationis pacificant liberos, & parētes, Bar. in dicta l. non vſque adeo, & in rub. C. de inoffic. don.

188 Limita, cùm titulus eſt merè lucratiuus, ſecus ſi pro ſui natura non eſſet merè lucratiuus, veluti ad alienata in ludo, qui ſe habet ad damnū, & lucrum: nam ſic alienata per patrem filius non reuocat. Bald. in l. 1. C. quid infra. patr. ſequitur Pichus d. l. poſt contractum. in primo not. & num. 16.

189 Aut verò alienatio fuit facta titulo oneroſo, & filius non reuocat, etiā ꝙ in eius fraudem pater alienaſſet, gl. & ſcriben. oēs in d. l. 1. C. ſi quid in fr. pat. Bar. Ang. in l. hæreditarium. ff. de bon. auct. iud. poſſid. Bald. & Saly. in l. 1. C. de inof. don. Aret. in §. item ſi quis in fraudem. inſtit. de actio. Didac. in c. Rayn. §. 10. numero 9. extra de teſtam. Alex. conſ. 55. nume. 1. in primo, vbi tamen ſecus concludunt in filio arrogato, per tex. in l. fi. ff. ſi quid in fra. patr. ſequitur Iaſo. in l. ſi arrogator. ff. de adoption. ſed idem Bar. aliter diſtinxit inter aſcendentes, & deſcendentes, ſecutus eſt Pau. Caſtr. in l. 1. C. de inoffic. donat. Ant. Card. & Abb. in d. c. Rainutius, Pichus in d. l. poſt contractum. nume. 16. Pinell. in rep. l. 1. in 3. par. nu. 77. C. de bon. mater. & videtur æquior opinio declarādo ex ſcriptis per Pau. Caſtr. in d. l. 1. in materia autē ſubiecta, an aſcendentes, deſcendentes, & collaterales, quibus lex nouiſſima condemnati bona præſeruat: quòd adhuc in eadem conditione ſint, decidit Bart. in dicta l. poſt contractū. in fine, ſentiens melioris quo ad hoc conditionis eſſe fiſcū, cum in eum bona tranſeunt, quàm perſonas illas ſibi prælatas.

190 Nunc modo videndum eſt, an reus poſſit lucra ſibi delata non acquirere, quam materiam pertractarunt Bart. & Alber. in l. in fraudem. in princ. ff. de iur. fiſc. ex quorum dictis, duæ colliguntur concluſiones, prima eſt, quòd reus criminis ante condemnationem poteſt recuſare acquiſitiones ſibi delatas: per tex. in l. cum quidam. ff. eo. & ratio eſt: quia ante condemnationem non eſt obligatio nata pro fiſco, nec fiſcus poteſt ab eo petere, no. in l. fin. ff. de iniur. dixi ſupra, nume. 182. ex qua ratione infero ſecus eſſe, cum crimine commiſſo reo interdicitur adminiſtratio bonorum, aut bona ipſo iure publicantur.

Secunda concluſio eſt, quòd poſt cōdemnationem latam: quia tunc reus eſt debitor fiſci, non poteſt ſibi non acquirere, & ſi remittit, fiſcus reuocabit repudiationem vti in fraudem fiſci factam, tex. ad hoc in dicta l. in fraudem. in prin. & optime conferunt, quæ ſcripſi ſupra

in

in ſecundo lib.titu.ſecundo,nume.27.

191 Ex prima concluſione infertur, quòd reus criminis ante ſententiam confiſcatoriam poteſt repudiare hęreditatē ſibi delatam, vt filio ſuo emancipato quæratur, prout in terminis decidūt Riminal. conſ. 136. præſens conſultatio, in 1. vol. Nellus in 1.par.2.temp.q.30. Boſ.in tit. de publ.bon.nume.29. Excell.Pancirol. conſ.163.& videtur caſus in d.l.cum quidam. Reperi tamen, ꝙ Excell.Menoch. conſ.91.num.4.intellexit iſtas auctoritates Nelli,& Boſij, etiam poſt condemnationem, ſed malè, vt videri poteſt,& contra ſecundam Bart.concluſionem.

192 Ex ſecunda concluſione infertur, ꝙ lex magis fauet fiſco, quàm priuato vero creditori, nam debitor priuati poteſt ſibi non acquirere, nec eius creditor de fraude conqueri poteſt. l.qui autem. in prin. ff. quæ in frau.cred.ſic etiam libertus in fraudem patroni.l.1. §.vtrum.ff.ſi quis in fraudē patr. Aduerte, quòd vbi præceſſit confiſcatoria vniuerſalis, iura omnia ad quærendum competētia condemnato, quæruntur fiſco, dixi ſupra nume.84.ideo condemnatus repudiare non poteſt.

Adde quòd Petr.de Anch.conſ.101. ad finem. arguit nō eſſe ſpeciale in fiſco, ſed ſecundum ius commune: quia ſcilicet fiſcus habet tacitam hypotecā in bonis debitoris. Quæ ſanè ratio in creditis vtique vera eſt, ſed in pœnis non procedit: quia in ijs fiſcus nō vtitur hypotecæ priuilegio, & tñ alienata reuocat, d.l.in fraudem, vnde ſpeciale fateri eſſe oportet, vt tandem ipſe concludit, & ſpeciale eſſe in fiſco decidit Ripa in l. 1. ff. de pignorib. Boſ.loco præalleg. Socin.iunior conſ.124.in 3.vbi de communi: quam veriorem dixit contra Ancha. & ſequaces dicam latius infra.in tit.de debitor. fiſc. num.38.vbi videas.

193 Succedit alia quæſtio, an fiſcus pro expenſis factis in procedendo aduerſus reum delinquentem, & in capiendo, ac incorporādo bona infiſcata præferatur priuatis creditoribus, ſuppoſito, quòd bona delinquentis non ſatis ſint ad ſatisfactionem omnium, quæſtio contradictores habuit. Nam Matth. Afflic. in tit. quæ ſint regal.in verbo, & bona cōmittentium.numero 119.tenuit pro fiſco in vtraque expenſarum ſpecie: contrarium de directo tenuit d.Gigas in ſuo trac.de crimine læſæ maieſt.in 11. q.vltimæ partis: ſanè pro fiſco partes validiores eſſe ſentio, vt vltra rationes d. Affl. adducor in hanc ſentētiam: quia publicè intereſt delicta puniri.l.ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.cum ſimilibus, ideoque impenſa facta in proſequendo aduerſus reū pro publico intereſſe, ſpecialem meretur fauorem, ſicuti pro funere impenſa, quæ publicam continet cauſam, nam hæc in concurſu quoſcunque priuatos creditores ſuperat. Item fiſcus ex neceſſitate legis, quæ ſic fieri iubet, proceſſit aduerſus reum, facilius ergo eſt ei ſubueniendum, de impēſis autem factis pro rebus in fiſcum cogēdis: quia in rem factis minus dubitationis ineſſe videtur ad text. in l.interdum.ff.qui pot.in pignor. & in l.fin.§.in computatione.C.de iure delib. vbi pro impenſa inuētarij hæres præfertur creditoribus defuncti. Rationes autem conſideratæ per d.Gigan.nō videntur concludere.

194 Nam prima, quòd fiſcus teneatur de ſuo impēdere aduerſus facinoroſos pro criminum punitione, ad glo.& Doct. in l.1. C. de mulierib. quæ ſer. propr. quia econtra in cōpenſationem percipit mulctas,& pœnas ad text.in l. 1. C.de modo mul.reſpon.repetitionem dari, ſuper bonis delinquentis, cum extant, & in concurſu fiſcum præferri alijs creditoribus, rationibus adductis: alia verò ratio, ꝙ fiſcus ſit loco hæredis illius condemnati, & quòd hæres non deducat credita ſua aduerſus creditores defuncti: inepta eſt: nam fiſcus non eſt loco hæredis, vt latius dixi ſupra.num.60.cum ſeq. Item ſi eſſet loco hæredis id procederet ad exēplum hæredis cum beneficio inuentarij, qui non tenetur ſupra vires bonorum, & qui omnia ſua credita in cōcurſu cum alijs creditoribus pro eorum potioritate deducit, vt omnibus eſt notum,& no.

in



in d. l.fi. & præterea fiſcus ſuccedens in bonis confiſcati non tenetur creditoribus ſupra vires bonorum.l.1.§.an bona. ff.de iure fiſc.dixi ſupra num.64.

195 Sequitur, vt dicamus, an confiſcationum vtilitates pertineāt iudici inquirenti de maleficio tempore ſui magiſtratus commiſſo: an verò iudici condemnanti: an verò, iudici exequenti, ſi cōtingat interim illum ab officio recedere. hāc quæſtionem pertractauit Afflict. in c.1.in verbo pœnarum.num.37. in tit.quæ ſint regal. ſcripſi infra in tit.de conductoribus, in vlt.quæſt. apud nos ſeruatur, vt detractis impēſis,& debitis, ac vtilitatibus ordinarijs de venditionibus Camerarum, id quod ſupereſt, pro vna decima applicatur quibuſdam officialibus cameræ, reſiduum verò, pro vna dimidia deuoluitur in capſam Principis: Alia verò dimidia compartitur ęqualiter inter Illuſtriſſ. DD. Rectores, & inter Clariſſ. DD.Camerarios, qui fuerunt pro tempore condemnationis latæ, & pro tempore executionis.

196 In practica autem apud nos ſeruatur, vt non ante ſententiam confiſcatoriam fiat deſcriptio,& minus appræhēſio bonorum delinquētis, ſed ſtatim ſecuta ſententia condemnatoria cum publicatione bonorū, fiſcus inuadit poſſeſſionem omnium bonorum mobilium,& immobilium, quæ ſingulariter deſcribūtur, & ſic etiam iuris eſſe, quòd ante condemnatoriā non poſſint deſcribi bona, etiam ad effectum ſimplicis bonorum inuentarij, determinauit Arius Pinell.in rep.l.1. in ſec.par.nu.24.C.de bon.mat.per tex. in l.defenſionis facultas. C. de iure fiſ. lib.10. vbi tamē limitat, quando aliqualiter conſtaret de maleficio, ex quo bona forent publicanda. Et in eo caſu, ꝙ bona deſcribātur, & inuētarientur, non amoto reo de poſſeſſione, voluit Bart. & alij poſt eum in l.fi.C.de bon.vac.lib.10. in l.defenſionis facultas. C.de iure fiſ.& idem Bart. in l.poſt contractum. col.vlt. ff.de donat.& in l.fi. ff. de requir.reis, & ſic in practica ſeruari dixit Pichus in dicta l.poſt contractum.nume.96. Deſcriptio autem fieri debet de rebus delinquentis mobilibus,& immobilibus, iuribus,& actionibus, cū ſuis qualitatibus, & circunſtantijs, & cum ſuis operibus, prout ſunt penes reum delinquentem: nempè fiſcus ad inſtar hęredis tanquàm ſucceſſor vniuerſalis inuadit, & occupat omnia bona tēta,& poſſeſſa,& prout tenebantur,& poſſidebantur per reum, ad no. in l.fi.C.de ed.D.Adr. ideo res, quas delinquens, iure condictionis, depoſiti, vel commodati tenebat, pro iure detentationis tranſeunt in fiſcum. d.l.fi. C.de bon.vac. quæ verò per eum poſſidebantur, pleno iure, vel naturaliter, vti emphyteuta, vel ciuiliter pro iure directi Dominij, hæ pro eo iure de quo cōſtat, deſcribuntur.

197 Cæterum ex eo ſolo, quod delinquēs reperiatur rē habere, præſumitur, quòd illam poſſideat: quia vt inquit Bald. in l.poſt ſententiam. in vlt.colum. verſi.ſed nec illud, qui apparenter eſt in poſſeſſione, præſumitur etiam exiſtenter.

198 Et magis pro ſe, quā pro alio. l.& magis,& l.Titia. ff.de ſolu. ideoq; in dubio poſſidens pręſumitur pro ſuo poſſidere, toto tit.ff.pro ſuo, vbi Cępola latius declarauit.glo.& Doct.in l.2.C.de acquir. poſ.Bal.conſ.51.an domina, in 2.per tex. in d.l.Titia, & in l.apud antiquos. C. de furt.& idem Bal.in l.2.num.28.C.de ſeruit.vbi quid in iuribus incorporalibus. Alex.conſ.136.col.2.in 1.

199 Qui verò ſuper bonis confiſcatis creditum, vel ius aliquod prętendunt, emiſſis publicis proclamatibus, debent intra terminum proclamatum comparere, & iura ſua deducere, quia elapſo termino non audientur, ad text.cum materia in l.diffamari.C.de ingen. man.& in l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pign.

200 Apud verò nos extat decretū Excelſi Decem Virum conſilij, editum ſub die 26. Septembris 1578. in caſu publicationis bonorum pro homicidijs penſatis, vel aliis attrocibus criminibus, quo ſic formaliter cauetur. Et accioche non ſia commeſſa fraude in queſta materia de beni, occorrendo il caſo di confiſcatione,

tione, ſiano obligati tutti quelli, che haueſſero credito di qual ſi voglia ſorte ſopra li detti beni, in termine di meſe vno doppo la publicatione della ſententia darlo in nota, & giuſtificarlo, & paſſato detto tempo non li poſſa piu eſſer fatto buono eſſo credito: & ſe ſi trouerà che alcuno vſi fraude in farſi creditor ſimulato, ò finto, caſchi à pena di bando perpetuo della città, & territorio di onde fuſſe, & a pagar altre tanto quanto fuſſe il credito finto. Circa quod decretum plura ſunt notanda. Primum, quòd licet lex loquatur de termino menſis poſt publicationem, attamen practice hic Paduæ obtinuit, vt fiant cridæ publicæ, quas ſtridas appellamus, in loco, vbi adiunt bona, & in ciuitate iſta, quòd omnes prætendentes creditũ, ſeu credita, ex quauis ratione, & cauſa debeãt in termino menſis, à die cridæ comparere in camera, & cõtradicere pro ſuis creditis, ac ea iuſtificare in termino menſis, aliter &c. & iſta practica obtẽta fuit ex mente ipſius decreti, quandoquidem ſententia confiſcatoria, non ita innoteſcat ſicuti crida publicè facta. rurſus notandum eſt, quòd decretum includit creditores omnes, ſiue creditum ſit purum, ſiue in diem, aut conditionale. Nam clarè loquitur in illis verbis; credito di qual ſi volgia ſorte.

201 Nempè cõditionalis creditor quamuis propriè, non largè, tamen creditor eſt, Alber. Salyc. Fulg. Rom. Alex. & alij in l. 1. ff. ſi cer. pet. & propius in materia. Cępol. in nouis, conſ. 38. nume. 1. & eſt tex. in l. conditionales. ff. de verb. ſignif. & l. ſeq. & l. his cui. ff. de actio. & oblig. nã ſpes eſt creditum illud quandoque deberi, & in alios quoſcunque ſucceſſores tranſmittitur. §. ex conditionali. inſti. de verb. oblig. & in decreto Mediolani edito ſuper huiuſmodi cridis faciendis ex cauſa bannorum publicatorum, ſcripſit Egid. Boſ. in tit. de proclamat. ſub nu. 11. & in terminis noſtri decreti, res indubia eſt: quia verba, illa vniuerſalia, Credito di qual ſi voglia ſorte: includunt quæcunque credita propria, vel impropria, ſicuti cum dicitur, de quibuſcunque bonis, vel de quibuſcunque hæredibus, ad ea quæ ampliſſime, vt alios omittamus, ſcripſit Tiraq. de retract. municip. §. 1. glo. 7. nume. 20. 21. & 27. Ideoque creditores hypothecarios conditionales includi cenſeo; veluti ex cauſa emptionis pro euictione futura, vel ex cauſa fideiuſſionis. Nam & hi ſuper bonis confiſcatis, creditũ aliquod habent, licet non de præſenti ſaltim in ſpe, caſu, & conditione adueniente, ac idcirco pro tali ſuo credito contradicere, ac proteſtari debent, aliter remanent excluſi, ſicuti contigit in bonis emptis, & ſtridatis per cridas, iuxta morem Venetum, & in terminis decreti Mediolanenſis tradidit Boſ. in loco prææalleg. quod ſanè decretum ſimile eſt cridis noſtris emptionalibus. Tertiò notandum eſt, quòd etiam credita priuilegiata includũtur, veluti pro dote, pro tutela, pro mutuo, pro depoſito, & huiuſmodi, ob vniuerſalitatem verborum, de quibus in decreto. Item credita quarumcunque perſonarum, maſculorum, fœminarum, militum, nobilium, ignobilium, ruſticorum, minorum, & pupillorum, præſentium, & abſentium, denegato beneficio reſtitutionis in integrum, ſic in eo Mediolani decreto cõcludit Boſ. d. loco ſub nume. 12. per quod præiudicatur etiam in rerum Dominio, & ita etiam apud nos ſeruatur in cridis emptionalibus: necnõ & in cognitis particularibus ad excludendum ius cõgrui, nil mirum, quia plerũque minorib. currit præſcriptio abſque ſpe reſtitutionis in integrum. latiſſime Tiraq. de retract. municip. §. 35. glo. 2. per totam illam gl. ſed contra, quòd abſentibus compẽdioſa hæc præſcriptio non noceat, videtur caſus in d. l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pignor. Item quòd nec pupillus minoribus, & mulieribus maritatis, in dotibus ſuis, præiudicet vt ſaltem eis ope reſtitutionis in integrũ ſuccurratur: facile erit aduerſus legis rigorem apud magiſtratus noſtros pietatis, & iuſtitiæ maxima cum humanitate cultores, obtinere, & ita quandoque in camera iſta Patauina obſeruatum fuit. Rurſus videtur, quòd haben-



habentes ſuper bonis cõfiſcatis ius penſionis annuæ, veluti pro cenſu, pro libello, vel aliqua alia recognitione annua, veluti feudali, aut locataria ad longum tempus, teneantur, & iſti contradicere, nil mirum, quia verba decreti. Tutti quelli che haueſſero credito di qual ſi voglia ſorte ſopra detti beni. Hos quidẽ includere videatur: quia iſti habent creditum annuæ penſionis, ſuper iſtis bonis, & idem indubitanter dico in legatarijs annuis, & in ijs, qui ex contractu, reſponſionem annuam ſuper bonis haberent, nam cum his ex contractu, vel ex legato ſuper rebus illis debeatur, equidem creditores ſunt, d. l. creditores. cum duabus. ll. ſeq. ff. de verbo. ſignif.

202 Dubium eſt, quid in ijs, qui habent ius dominij de præſenti, vt quia delinquens rem occuparet, vel illius rei vſufructuarius eſſet: itẽ quid in illis qui habent ius dominij de futuro, veluti in fideicommiſſarijs conditionalibus, feudalibus, & huiuſmodi: nam iſti non videntur creditores: quia debitum non prætendunt, nec creditum, ſed rem ſuam eſſe, vel futuram fore: nam hæc inter ſe differunt, ideo in verbis decreti non videntur compræhendi, gl. in verbo debetur, in §. 1. inſti. de actio. & in d. l. creditores, idcirco decretũ diſponens, quòd ſi quis fuerit negligens per ſpatium decem annorum ad petendum ſibi debitum, amplius non audiatur, non repellit vendicantem rem ſuam iure dominij. Bald. Ang. Aret. & Iaſo. in d. §. 1. nu. 99.

203 Item ſi teſtator legat liberationẽ omnibus ſuis debitoribus de omnibus ſibi debitis, non prohibetur hæres rem teſtatoris ab alio poſſeſſam vendicare, glo. & Bar. in l. Aurelius. §. Męuia. ff. de liberat. leg. Bal. in l. cum neceſſitatẽ. C. de fideicom. & in ſorore, quæ renunciauit fratri faciendo ſibi generalem quietationẽ de omni eo, quod ſibi debebatur, quòd non prohibeatur petere res proprias. tradidit idem Bal. in l. pactum quod dotali. in 12. q. C. de collat. ſecutus eſt Iaſ. d. loco, nume. 10. & in l. ſub prætextu. C. de tranſact. & hęc locum habent, quãuis ſtatutum, vel pactũ loqueretur per verba vniuerſalia de omni, & quocunque debito: veluti Alex. ſenſit conſ. 46. col. 2. in primo, & cõſ. 170. in 2. præclare. Rui. conſ. 25. nu. 17. in primo. Idem Iaſ. conſ. 171. col. 3. in 1. & latè Didac. lib. 2. Var. reſol. cap. 14. augetur argum. quia ex verbis decreti conſtat, emanaſſe ad obuiandum fraudibus, quæ committuntur, ac idcirco decretũ punit eos, qui falſo ſuggeſſerunt ſe creditores pœna banni, & in altero tanto quãtum ſe aſſerebãt creditores: hæc autem pars decreti pœnalis non eſt proportionabilis ad eos, qui ius proprietatis, & dominij adducunt, quia iſti non allegant ſe creditores: Nec creditum pecuniarium prætendunt, ac idcirco in iſtis decretum nullatenus videtur locum habere, ad hoc, deciſio ſatis nota. Iacob. Butrig. quam ſequuntur Salyc. Fulgoſ. & alii in l. mancipia. C. de ſer. fugit. Roman. ſing. 186. ſtatutum puniens. Alex. in rubr. ff. ſolu. matr. nu. 22. Dec. conſ. 201. nume. 2. augetur iterum argumentum, quia decretum eſt pœnale, & exorbitans, idcirco ſtrictè accipiendũ in terminis ſuis de creditoribus, qui creditum qualecunque ſit, prætendant ſuper rebus, non qui prætẽdant res ſuas eſſe. c. odia. c. in pœnis, de reg. iur. in 6. Contra verò facit, nam qui ad rem, iure dominij, vendicationem habet, is largo modo dicitur creditor, & creditum habere: poſſeſſor verò, & ipſe largè dicitur debitor, glo. in d. §. 1. in verbo debetur, & in d. l. creditores, vbi Alc. ampliat. glo. & Bal. in l. fi. C. de compeſ. & idem Bald. in l. fin. C. quod cum eo. & idcirco verba vniuerſalia de omni, & toto eo, quod quis ex quacunq; ratione, vel cauſa: includere etiam reales actiones ex vi vniuerſalitatis verborum, reſp. Alex. conſil. 102. in ſexto, ideoq; verba illa, Credito di qual ſi voglia ſorte: etiam ius proprietatis, & fideicõmiſſorum iura, quaſi debitum quoddã includere videtur: exceptio autẽ dominij per contradictorem probata impedit venditionem, ſeu appropriationem in fiſcum, & efficit, vt fiſcus rem vero domino reſtituat, idẽ eſt

cum excipitur,per confiſcationem rem
deuolutam eſſe in contradictorem ra-
tione feudi, fideicom. vel emphyteuſis,
& ex cauſis de quibus in tractatu ſupe-
riori, cõtradictiones verò pro creditis,
vel pro aliquo iure non hos operantur
effectus,quia res venduntur cũ ſuis cau-
ſis, & ſaluo iure creditorum ſuper pre-
tio, quandoque tamen contra fiſcum
excipitur de poſſeſſione contradictoris,
quia dicit ſe poſſidere rẽ, & delinquen-
tem eam non poſſediſſe tempore delicti
commiſſi, & hoc caſu, conſtito de hoc,
relaxatur poſſeſſio contradictori, ſaluo
iur.fiſ.in proprietate,Barr.in l.defenſio-
nis facultas.C.de iure fiſc.lib.10.dixi ſu
pra nu.52.& ibi dictis addo Egid. Boſ.
in d.tit.de proclam.nume.10. & ſi fiſcus
intendit rem alienatã fuiſſe in eius frau
dem, remedijs reuocatorijs ſibi agendũ
eſt,dixi ſupra num. 185. Item notãdum
eſt, quòd terminus menſis non incipit
currere, niſi poſt appræhenſam poſſeſ-
ſionem per fiſcum, ideo moris eſt, ſta-
tim appræhenſa poſſeſſione ſtridare, ꝙ
ſi quis,&c.& iſte ordo eſt de mente tex.
in d.l.fi.C.de bon.vac. & inde no.Odof.

204 Nil mirum, quia cridæ habent vim
præſcriptionis menſtruæ ad finiendum,
& excludendum ius tertij. d.l.ſi eo tẽpo
re.not.Bar.in l.rem, quę nobis;ad finem.
ff. de acquir. poſſeſſ. præſcriptio autem
non currit ſine poſſeſſione ex parte prę-
ſcribẽtis.l.ſine poſſeſſione. ff.de vſucap.
c.ſine poſſeſſ.de reg.iur.in 6.proinde cri
dæ non nocent, non contradictoribus
quò ad bona per fiſcum non appræhen-
ſa,nec ſtridata, ſi quæ omiſſa fuiſſent, &
præſertim ignorantibus, ſicuti ſenſit
Odofr. d.loco, & poſt eum Boſ. in loco
præallegato,& in ſpecie ſub nu.14.

205 Sed vtrum cridæ noceant ijs,qui age
re non poſſint, diſtingue nonnullos ca-
ſus. Primus eſt, cum quis habet ius ali-
quod in ſpe de præſenti,quod in futu rũ
ſperat ſibi cum effectu competere, velu-
ti creditor in diem, vel ſub conditione.
Item fideicommiſſarius ſubſtitutus: &
aduerte quia fideicommiſſarius ſubſti-
tutus de præſenti, quoniam ius purũ ha
bet,præſuppoſito, quòd decretum inclu
dat prætendentes ius dominij,equidem
contradicere debet, prout etiam cridis
emptionalibus opponere tenetur, ꝙ ſi
ſubſtitutus ſit in diem, vel ſub conditio-
ne, vt quia poſt mortem confiſcati, &
adhuc contradicere tenebitur, quia ius
habet de præſenti, conditionale tamen,
ſic in decreto Mediolani, determinauit
Boſ. in d.loco ſub nume. 11. cuius dicta
optime ſeruiunt ad cridas noſtras em-
ptionales,vt fideicommiſſarius ſubſtitu-
tus poſt mortem venditoris per nõ con
tradictionem excludatur,niſi conſuetu-
do aliud obſeruet. Nec his iuuat reg. ꝙ
non valẽti agere nõ currat præſcriptio,
ad l.1.§.fi.C.de annal.excep.cum ſuis cõ-
cord. nam reg. procedit in præſcriptio-
ne, quæ currit aduerſus illum, qui non
agit, ſed hic præſcriptio currit aduerſus
eum,qui de iure ſuo nõ opponit, & hęc
inter ſe differunt,& ſic quoque determi
narunt Raf.Cum. & Iaſ. in l.ſi ſtipulatus
fuerim.§.cum ſtipulamur.ff.de verb.obl.
Sed contra,quòd fideicommiſſarius cõ-
ditionalis non teneatur contradicere,vi
uente grauato,cõſuluit Alciat. conſ.35.
lib. 2. vbi diſtinguit inter creditores in
diem,vel ſub cõditione ex contractu, in
quibus procedere ait deciſionem Raf.
& Iaſ.quia ijs quæſitum eſt ius irreuoca
bile,& tranſmiſſibile ad hæredes,condi-
tione pendente.§.ex conditionali. inſti.
de verb. oblig. & inter fideicõmiſſarios
cõditionales:nam hi prędecedẽtes ante
caſum fideicommiſſi,nihil tranſmittunt.
§.ſiue autem ſub conditione. C.de cad.
tol.& ideo interim creditores non ſunt:
& ſic diſtinguit tex.in l.is cui.ff.de act. &
oblig. ſed idem Alciat. ſibi contrarius
conſ.138.nu.19.in 5. tenuit opinionem
illam Raph.& Iaſ. Secundus caſus eſt in
ſubſtitutis poſt primũ ſubſtitutũ, & his
negligentia pręiudicare non vr̃:quia ius
eorũ non ab vnius tantũ morte pendet,
ſed duorũ,ac ideo valde incertũ,& quia
ius, ac defenſio, & ſollicitudo reſidet in
primo ſubſtituto,ad tex.& ibi no. in l.ex
contractu.ff.de re iud.& in l.ſępe.ff.eod.
& in l. filiusfamilias.§. Diui, de legat.1.

Tertius



Tertius caſus eſt in non natis tẽpore
cridarum, & his compertum eſt non no
cere,quia cridæ eum, qui in rerum natu
ra non ſit,afficere nequeunt ex ijs, quæ
copioſe ſcripſit Tiraq.de retrac. lignag.
§.1.glo.9.nu.82. cum ſeq. & idem latius
probauit Petra placentina.in trac. de fi-
deicom.q.11,num.601. cum pluribus ſe
quenti.& ibi ſub nu. 623. refert ſic fuiſ-
ſe deciſum in Senatu Mediolani.Hoc ta
men caſu, excluſo primo,per lapſum ter
mini cridarum, admitti poſtea natum,
& conceptum, ex vi fideicommiſſi perpe
tui ſubſtitutum ad reuocationem bono
rum infiſcatorum, etiam in vita prioris
negligentis,non expectata illius morte;
tradidit Boſ. in loco dudum allegato, &
malè:quia auctoritas Alex.per eum alle
gata nihil ad rem,& contra eum ſtat in-
concuſſa ratio, quòd in fideicommiſſis
perpetuis,& ſucceſſiuis ſubordinatis,or
dine ſucceſsiuo, de vno in alium, donec
extat primus,non admittitur ſecundus,
l.cum ita.§.in fideicommiſſo.l.peto.§.fra
tre.ff.de legat. ſecundo, l.fin. C. de ver-
borum ſignific.cap.primo, in tit. de nat.
ſuc.feud.& eſt caſus in l.Statius. §.Cor-
nelio.ff.de iur.fiſci, & in l.fina. §.ſin aũt
auaritiæ. C. com. de leg. ideoq́; quãuis
primus ſubſtitutus per lapſum cridarũ
ſit excluſus à iure vendicandi res illas,
non tamen ſubſtituto eſt apertus locus
in ſucceſſione fideicommiſſi, donec is
naturaliter viuit.

Quartus caſus eſt in ijs,qui rei admi-
niſtrationem non habent,veluti vxor in
dote ſua; filiusfamil. in aduentitijs,quo-
rum pater eſt vſusfructuarius.

206 Sed iterum quæro, decretum dicit:
quòd quilibet debeat in termino mẽſis
contradixiſſe, & iuſtificaſſe ſuum credi-
tum. Pone,creditor comparuit, & dixit
ſe creditorem in cẽtum ex cauſa mutui,
& nihil adduxit, procurator fiſcalis in-
tra terminum menſis non oppoſuit,ſed
poſt creditor vult probare,an poſſit,dic,
quòd non,quia decretum non ſimplici-
ter inuitat, & prouocat ad contradicen
dum, prout contigit apud nos in cridis
emptionalibus. Sed ad contradicendũ,
& iuſtificandũ,& ſic copulatiue ad duo,
ideo vtriuſque concurſus requiritur.l.ſi
hæredi plures.ff.de cond.inſt.& l.ſi quis
ita,vbi Iaſo.no.ff.de verbo. oblig.prout
in termino conceſſo ad probandum, &
probatum habendum, quo caſu proba-
tio per teſtes fieri debet intra terminũ.
Bal.in l.ſecunda. C.vt lite penden. Abb.
& Decius numero 31. in c.licet cauſam.
extra de probatio.

207 Sed quid ſi intra terminũ menſis cre-
ditor ad probandum eius creditũ pro-
duxit ſcripturam imperfectam,puta pri
uatam, vel inſtrumentum non in forma
probante, vel de confeſſione rei delin-
quentis:quę nocere nõ ſolet ad l.ſi quis
poſt. C. de bon. proſcrip.procurator fi-
ſcalis poſt menſem opponit,exceptionẽ
iuris, an creditor poſt terminum poſſit
iuſtificare: quæſtionem hãc reaſſumpſit
Egid. Boſ. in dicto loco ſub nume.14. &
arguit pro creditore:quia fiſcus teneba-
tur opponere exceptionem iuris, quia
iuris præſumptiones licèt non ſint pro-
bandæ,ſunt tamen neceſſario allegandę.
l.ſi adulterium.§.ijdẽ Pollioni, vbi Bart.
not.ff.de adulter.& latè Iaſ. in l.cũ quid.
ff.ſi certum pet.Ideo oppoſita iuris exce
ptione poterit actor probare etiã poſt
terminum,ſicuti Areti. docuit in l. ſed
etſi de ſua.colum.4.ff.de acquir. hæred.
ſubiungit tñ, ꝙ hæc opi. malè in practi-
ca poſſet ſuſtineri, niſi ex cõceſſione Se-
natus, & in terminis noſtri decreti cau-
ſa creditoris eſſet valde difficilis:quocir-
ca ad eum ſubleuandum, recurrendum
erit ad copioſè ſcripta per Abb.& Fely.
& Dec.in d.c.licet cauſam, ext.de prob.
vbi materiam pertractãt,an poſt lapſum
termini liceat probare, ex quorũ dictis
colligo, quòd producto in termino, ali-
quo inſtrumẽto,licet non in forma pro-
bãte,puta exẽplo, poteſt creditor extra
terminum ad confirmãdam eius fidem
producere originale,quia qui cõfirmat,
de nouo non dat.l.ſi donatæ.§.ſi ſpõſus.
ff.de dona.int.virum,ſic Bal. in c.1.extra
de fid.inſtru.ſecutus eſt Fely. d.loco ſub
nume. 44. in 5. limitat. & ita in caſu de
facto admiſſa fuit talis productio. Im-
mo facta contradictione in tempore,vi-
detur, quòd etiam poſt lapſum menſis,

 modo

modo res ſit integra, poſſint produci inſtrumenta ad iuſtificandum actoris intentionem, quia inſtrumenta pręſeferũt rem notoriam, ſic Anto. Butr. Aret. & Fely. in d. c. licet cauſam. num. 31.

208 Denique quæro, nam confiſcatio bonorum trahitur ad præſentia, vt ſupra dixi, nu. 132. Item per confiſcationẽ bonorum debitor liberatur a ſuis creditoribus, dixi ſup. nu. 55. Rurſus creditores, qui non contradicunt in termino, excluduntur ab omni iure ſuo ſuper bonis confiſcatis: pone reus iterũ deliquit, magiſtratus pro nouo delicto confiſcat bona per eum quæſita, vtrum ſuper his nouiter cõfiſcatis, creditores illi regreſſum habeãt, Dom. Boſ. in dicto loco ante numero 15. ſenſit pro creditore, & refert ita fuiſſe ſeruatum. Ego autem valde dubito: quia fiſcus habet hæc bona ex noua cauſa, & à perſona non obligata illi creditori: & ad hæc adde, quæ ſcripſi in tit. ſeq. nu. 32. Sed quid erit ſi ob lapſum termini creditor ſit excluſus: deinde ex gratia principis bona ſint reſtituta reo delinquenti, an teneatur ſatisfacere creditoribus, & videtur quòd ſic, per text. vbi eſt caſus in l. ſi debitor, & in l. ſi deportationis. C. de ſent. paſſ. & inde in terminis iuris com. no. Doct. quia actio integra eſt, & viua aduerſus fiſcũ, quamuis obſtet præſcriptionis exceptio. Sed dubium eſt, ſtante decreto, de quo ſupra: in decreto autem Mediolani, Dom. Boſ. dicto loco ſub num. 15. cõtra creditorem arguit, quaſi per lapſum termini ob non cõtradictionem creditoris actio ſit perempta, ac idcirco amplius reſtitui nequeat, ad l. qui res. §. Areã. ff. de ſolu. & per doctrinam Bal. in l. 1. C. qui ad liber. perue. non poſ. Sed contrã decidit: quia præſcriptio non omnino tollit actionẽ, ſed parit except. Bar. & Bald. in l. fi. C. ex quib. cauſ. ma. copioſe Felyn. in c. ad aures, item priuatus cui bona reſtituũtur, non ſuccedit in ius fiſci, ſed in ius ſuum reponitur, & integratur, ac idcirco cum obligationibus, & conditionibus prioribus: quia id eſt ſecundum naturam reſtitutionis ad l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. & ita verius eſſe cenſeo.

## BANNITI, ET DAMNATI reſtituti, quæ recuperent. Titulus II.

1 *Banniti, & dãnati reſtituti, quæ recuperẽt.*

2 *Bannitum nullus reſtituit, niſi princeps, vel alius de ſuo mandato.*

3 *Pœnam poſt latã ſñiam iudex minuere nequit.*

4 *Diſpẽſatio cõtra ius eſt de reſeruatis prĩcipi.*

5 *Inferior a principe contra ius diſpenſare nequit.*

6 *Inferior a principe, reſeruata principi ſibi ex priuilegio conceſſa exercere non poteſt ſine cauſæ cognitione.*

7 *Inferior a principe ius alteri quæſitũ auferre nequit.*

8 *Prĩcipis ẽ iura vni⁹ auferre, & alteri dare.*

9 *Bannitos non reſtituunt etiam qui habent auctoritatem ſtatuendi in magnis negotijs. Item nec procurator Cæſaris.*

10 *Reſtitutio facta per principem maior eſt, quàm per eius officiales de ſuo mandato.*

11 *Gratia conceſſa per principem aduerſus bannum ſtatim operatur ſuos effectus.*

12 *Gratia ſolo viuæ vocis oraculo perficitur.*

13 *Papa ſi moriatur poſt conceſſam gratiam literis inexpeditis, gratia non expirat.*

14 *Literæ ſunt neceſſariæ ad probationem gratiæ extra curiam.*

15 *Reſtitutoria remedia trãſeunt ad hæredes.*

16 *Gratia, an proſit ignoranti ante illius acceptationem.*

*Priuilegium non prodeſt ignoranti conceſſionem de eo ſibi factam.*

17 *Bannito gratia conceſſa aduerſus bannum non operatur, vt bona rehabeat, ideoq; nec tenetur creditoribus.*

18 *Gratia bãnito conceſſa per verba ambigua potius trahitur ad reſtitutionem, quàm ad indulgentiam.*

19 *Gen⁹ verificatur ĩ ſpecie ĩ ſui rudi materia.*

20 *Reſcripta fiſco damnoſa reſtringuntur ad minus præiudicium.*

21 *Bannitus reſtitutus per viã iuſtitiæ, recuperat bona ſua.*

22 *Gratia quæ confert bannito plenam gratiam, operatur etiam quo ad bona.*

23 *Bannitus libere cancellatus, vel cui plenaria gratia fuit conceſſa, bona quoque ſua recuperat a fiſco.*

24 *Bannitus qui gratiam obtinuit, non intelligitur reſtitutus ad famam.*

25 *Bannitus reſtitutus per verba importantia reſtitutionem intelligitur reintegratus nedũ aduerſus pœnã banni, ſed ẽt ad bona.*



26 *Bannitus reſtitutus recuperat iura ſanguinis, & iura ciuilia omnia quæ per bannum perdiderat.*

27 *Bannito reſtituto fiſcus tenetur reſtituere pretium redactum ex bonis ſuis.*

28 *Bannitus reſtitutus, an reddatur habilis ad relicta in teſtamentis alienis.*

29 *Deportatus reſtitutus recuperat omnia iura ciuilia, & capit ſibi relicta in teſtamentis extraneorũ ante ſñiam deportationis.*

30 *Damnatus in metallũ reſtitutus non efficitur habilis ad capiẽdum ſibi relicta in teſtamẽtis alienis ẽt ante ſñiam dãnationis.*

31 *Media tempora inhabilia in relictis, & legatis non nocent, declara, vt ibi.*

32 *Bannitus reſtitutus cum certis conditionibus non vltra conſequitur.*

33 *Bannitus reſtitutus non recuperat iura, & bona in quibus ante bannum nullum ius ſibi quæſitum fuerat.*

34 *Bannitus reſtitutus aduerſus bannum, & ad bona non recuperat bona interim tertio acquiſita.*

*Princeps non poteſt tollere ius quæſitum ex contractu.*

35 *Bannitus reſtitutus ad bona, non illa recuperat a tertijs poſſeſſoribus in eos per fiſcum alienata.*

36 *Teſtamentum filij interim defuncti nõ irritatur ſi pater bãnitus poſtea reſtituatur.*

37 *Bãnitus reſtitutus, an acquirat hæreditatẽ, quæ alteri delata fuiſſet, ſed nõdũ adita.*

38 *Ius alicui quæſitum ſpe licet non re, non tollitur per principis reſcriptum.*

39 *Bannitus reſtitutus non reintegratur aduerſus pœnam tertio applicatam.*

40 *Bãnitus reſtitutus, an recuperet in dignitatibus, & collegijs locũ, quẽ prius tenebat.*

41 *Clericus depoſitus deinde reſtitutus non recuperat beneficium alteri collatum.*

42 *Bãnitus reſtitutus non recuperat bona per fiſcũ alienata, & ex noua cã ĩ eũ reuerſa.*

43 *Supplicatio non attenditur, ſed gratia, & reſcriptum.*

44 *Bannitus reſtitutus per viam iuſtitiæ recuperat bona per fiſcum alienata.*

45 *Reſtitutio ex titulo de minoribus, & ex quib. cau. ma. dicitur de mera iuſtitia.*

46 *Minor læſus in reſignatione beneficij eccleſiaſtici non reſtituitur ad illud, ſi alteri fuerit collatum.*

47 *Minor læſus in lucris re non integra non reſtituitur, ſed in damnis ſic.*

48 *Bannitus an reſtituatur ad bona in tertium alienata.*

49 *Princeps pro pace habenda, an poſſit auferre res priuatorum, & ſi aufert tenetur pretium dare.*

50 *Pacis bona multa ſunt pacis cauſa etiam mala permittuntur.*

51 *Res alicui ex cauſa ablata ceſſante cauſa ſibi reſtitui debet.*

52 *Res alicui ex cauſa ablata pretium illius rei reſtitui debet.*

53 *Bannitus reſtitutus recuperat omnia quæ ex vi ſñiæ condemnatoriæ ſibi immediate fuerant ablata, limita & declara, vt ibi.*

54 *Bannito reſtituto non reſtituuntur ſibi bona applicata offenſo, vel eius hæredibus.*

55 *Bannitus reſtitutus, cum clauſula, quòd de confiſcatione opponi non poſſit, recuperat bona a poſſeſſoribus.*

56 *Princeps moderare poteſt iuriſdictionem ſuorum magiſtratuum.*

57 *Laici ſtatuere poſſũt ne iudices ſui ĩ certis cauſis reddant ius perſonis eccleſiaſticis.*

58 *Princeps ſi declaret cõfiſcationem fieri non potuiſſe, & eam haberi pro non facta, quid operetur huiuſmodi declaratoria.*

59 *Princeps poteſt tollere ius quæſitum alicui per actus iuris ciuilis, dominium vero ex quacunque cauſa quæſitũ tollere nequit.*

60 *Princeps poteſt bannitum reſtituere aduerſus publicam offenſam.*

*Bãnito põt Princeps remittere publicam offenſam.*

61 *Bãnitus reſtitutus per viam gratiæ, vel iuſtitiæ, qui recuperat bona, an recuperet fructus.*

62 *Reſtitutio per viam iuſtitiæ operatur, vt fructus, etiam percipiendi reſtituantur.*

63 *Reſtitut⁹ ad bona, tenetur pro rata bonorũ creditorib. & illa rehabet cũ onerib. ſuis.*

64 *Reſtitutus ad bona non ſoluit laudimia, non tenetur petere inueſtituram, quia bona habere videtur ex veteri cauſa.*

65 *Reſtitutus ad bona, non inuadit eorum poſſeſſionem, niſi poſſeſſore citato.*

66 *Reſtitut⁹ aduerſus bãnis nõ recuperat bona*

*ſibi interim vſurpata, ſed remedijs ciuilibus agere debet.*

67 *Reſtituti ad patriam vigore pacis, recuperant bona ſua.*

*Rebelles reſtituti vigore pacis, an recuperent bona ſua.*

68 *Bannitus reſtitutus vendicat bona a poſſeſſoribus in eos per Principem tranſlata ſine præcedente confiſcatione.*

69 *Poſſeſſor cui princeps bona aufert, & in rebannitum transfert, an agat de euictione contra ſuum auctorem.*

70 *Reſtitutio conceſſa bannitis, & rebellibus, an operetur quo ad mortuos.*

71 *Teſtamentum banniti, & damnati, an confirmetur per gratiam factam bannitis poſt illius mortem.*

72 *Rebellibus reſtitutis, omnes ſententiæ, interim, contra eos latæ, irritantur.*

73 *Rebellibus reſtitutis, vel etiam bannitis, omnes intelliguntur reſtituti, qui ex eorum perſonæ pendent.*

74 *Rebellis reſtitutus non rehabet bona, à tertio poſſeſſore citra regium aſſenſum.*

75 *Reſtitutus ad bona, non reacquirit bona, interim eccleſiis acquiſita.*

76 *Damnatus ad mortem, & in bonis, ſi ductus ad patibulum, obtinuerit indulgentiam, bona reacquirit.*

77 *Reſtitutus non recuperat iura, per damnationem penitus extincta.*

78 *Vſufructuario reſtituto, an reintegretur vſusfructus per illius damnationē finitus.*

79 *Reſtitutus non recuperat bona, quæ ante damnationem ex alia cauſa amiſerat.*

80 *Indulgentia cōcedentis morte nō expirat.*

81 *Bannitus, vt aſſequatur banni reſtitutionē, an teneatur prius aliquid facere.*

82 *Bāni cācellatio, operatur illius extinctionē.*

83 *Conditionalis diſpoſitio, nuſquàm locum habet, non impleta conditione.*

84 *Sententia declaratoria ſuper facto, an ſit neceſſaria, quò ad effectus iuris, cum lex ipſo iure pœnam imponit, aut beneficium inducit.*

85 *Cum autem ipſo iure non imponit pœnam, vel beneficium impartitur, ob aliquod datum, vel factum, requiritur pronuncia iudicis, circa illud datum, aut factum.*

86 *Modus non ſuſpendit effectum diſpoſitionis, ante eius implementum.*

87 *Bannitus reſtitutus, non tamen de banno cancellatus an poſſit impunè offendi.*

88 *Bannitus diù tolleratus à principe, & ciuibus, an habeatur pro reſtituto, quò ad omnes effectus.*

1 VIDENDVM nunc eſt, an bannitus, & cōdemnatus in bonis recuperet bona, cęteraq; iura ſua, ſi rebannitus, & reſtitutus fuerit: quam materiam pleniſſime tractant ſcribentes, in l.Gallus. §.& quid ſi tantum. ff.de lib.& poſth.& in l.fi. C.de ſent.paſ. & alibi ſæpe. Ego autem pro perfecta reſolutione materiæ infraſcriptas ſubijcio concluſiones.

2 Prima eſt: bannitum, & condemnatū, nullus reſtituit aduerſus bānū, niſi princeps ſupremus, ēt ex cauſa, quia reſtituere bānitos eſt de reſeruatis principi. l.relegati. l.ad beſtias. §.ex ꝓuincia. ff.de pęnis. Item nec bona in fiſcū delata, alius quā princeps reſtituit. l.2.C.de bon.dā.

3 Nil mirum hæc: quia lata ſnīa, nō poteſt iudex ſine principis auctoritate pœnā minuere. l.acta. §.de amplianda. ff.de re iud. l.1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſt. & l.diui. ff.de pœnis copioſe Octau. ī deciſ. 101. nu.1. dixi ſup. in tit. de mulctis, & pęnis. nu.18. & horū oīum, pręterea rō eſt.

4 Quia diſpēſatio cōtra ius, eſt de reſeruatis ſoli principi: ſicuti no. in c.1. ext.de conſti. & in c.poſtulaſti, ext. de reſcript. Inn. in c.dilectus. ext.de tēp.ord. Spe. in tit.de leg. §.nunc oſtendendum. verſ.58.

5 Idcirco inferior à principe contra ius diſpenſare nequit, etiā ꝙ ſit Vicarius generalis, & locumtenens ipſius principis, quia in eum principi reſeruata per generalem mandatum non cenſentur tranſlata. ad not. in c. quod ad tranſlationem. extra de offic.leg. & in legato de latere, Lud. Rom. conſ.38. viſo puncto, latiſſimè Alex. conſ.106. perſpectis, in 2.vol. & in eod.lib. in conſ.68. num.14.

6 Immo etiā, ꝙ principi reſeruata, tranſlata fuiſſent, non tñ inferior ea exercere poſſet abſq; cāæ cognitione. ſic pulchrè Innoc. in c.cum ad monaſterium. ext. de ſtatu monach. in c. veniens. extra de fil. presb. Abb. in c.at ſi clerici. §.de adulterijs. nu.12. ext.de iud. Bal. in l.ſi teſtamētum. C.de teſtam. & in l.cum filius. ff.de teſta.milit. Sigiſm. Lofred. cōſ.30. col.2.

7 Et multominus poteſt inferior à Principe ius alteri quæſitū per bānū, vel per ſnīam auferre, ſicuti Bal. tradidit in d.l. Gallus. §.& quid ſi tantum. col.vlt. & punctualiter in legato de latere, Dec. poſt plures conſ.525. col.vlt. & eſt ratio.

8 Quia ius vnius auferre, & alteri dare, eſt ſolius principis: ſic Spec. loco præalleg. in verſ.57. Bal. in d.l.cum filius. & melius in l.1. num.39. C.de ſeruitu. Rom. d. conſ.38. Sigiſ. d. cōſ.30. vbi in Locumtenente Regio. Natta conſ.106. nu.4.

9 Amplia hæc etiam, quòd ciuitas, vel commiſſarius, haberet auctoritatē condendi ſtatuta, in magnis negocijs. Principe inconſulto, nam adhuc bannitos, ſine principis aſſenſu, per ſuum ordinamentum remittere nō poſſet, per dictas rationes, & per iura & auctoritates ſupra allegatas: per quæ contra Bar. in d.l. relegati. ſic determinauit Sal. in l.cum indulgentiam. C.de ſent.paſ.

Amplia, vt nec etiam procurator Cęſaris, l.2. vbi Bal. no. ff.de offi.proc. Cęſa.

10 Adde præterea, quod maior eſt reſtitutio facta per Principē, quàm per eius officiales, licet de ſuo mandato, ſicuti ſcripſerunt Andr. Iſer. & Afflic. in cap.1. in glo.3. nu.90. in tit. Quæ fuit prima cau. vbi propterea inferunt, reſtitutum per regem, recuperare feuda, non ſic reſtitutum per officiales regios.

11 Secunda concluſio: Gratia per Principem bannito conceſſa, aduerſus bannum, ſtatim operatur ſuos effectus: quamuis adhuc reuerſus non ſit: ſic Bar. in d.l.fi.C.de ſent.paſ. adducit, quia per contrarium: condemnatio immediate operatur contra reum. l.quidam ſunt. ff. de pœnis: adde tu, quòd

12 Gratia ſolo viuæ vocis oraculo, abſq; ſcriptura, quò ad ſe perfecta eſt, & ex ea ſtatim acquiritur ius impetranti. cap.ſi pro te, de reſcript. in 6. cap.fin. de conceſ.pręben. in eodem, & melius in c.inſtitutionis, 25. q.2. per quæ iura, & plura alia, ſic copipſe diffinierunt Archid. & Ioan. Andr. in prohęm. Sexti: ſecutus eſt Bald. in l.ſi qua per calumniam. nume.5. C.de epiſco. & cler. & in l.humanum. in fine. C.de legibus.

13 Vbi inquit, quòd cum Papa, viuæ vocis verbo, aliquem pronunciat epiſcopum alicuius loci, ille ſtatim erit epiſcopus, etiam antequàm literę ſint formatę, quia ſcriptura non requiritur ad eſſentiam, ſed ad probationem gratiæ: vnde infert, quòd ſi interim Papa moreretur, gratia nō expirat, ſed debet expediri per ſucceſſorem, faciendo mentionem de gratia præceſſoris, & idem Bal. in l.falſus. col.8. C. de fur. & in l.cū apud. C.de com.ſer.mand. & l.fi. col.2. C.ſent. reſc.non poſ. & in gratia regis. Sigiſ. Lofred. conſ.31. nume.7. & hæc intelligas, cum gratia continet aliquid in ſe perfectum, non cum conceditur ad aliquid faciendum, ex Baldi doctrina in d.l.falſus. colum.8. vel cum continet commiſſionem iuriſdictionalium, ex Oldr. conſilio 324. factum tale eſt: colum.2. in verſic.4. renunciationem.

14 Nota tamen, quòd ad probationem gratiæ, impetrans debet eſſe literis munitus: aliàs extra curiam ſibi non crederetur, ſic poſt dictos patres, Bal. in d.l.ſi qua per calumniam.

Ex hoc autem, ꝙ in re noſtra, gratia per ſolā principis cōceſſionem ſit perfecta: infertur, ꝙ mors banniti poſt ſubſecuta, non tolleret effectum reſtitutionis.

15 Quia remedia reſtitutoria tranſeunt ad hæredes. l.3. ff.de vi, & vi arm. Soc. in l.rem quæ nobis. ſub nume.10. ff.de acq. poſ. Boſ. in tit.de reſtit.princip. col.2.

16 Sed an proſit bannito ignoranti, dubitauit Fely. in c.nouit. num.29. ext.de iudic. Bal. verò in l.fi. col.2. ff.de conſtitu.princip. expreſsè determinauit pro bānito, vt ei ꝓſit: Sed ego valde dubito: quia gratia & priuilegiū non quæritur abſenti, ante illius acceptationem. c.2. de conceſ.præben. in ſexto, vel ſaltem à tempore ſcientiæ. l.fin.C.de conſulibus.

lib. 12. Bar. in l.ſi.col.2.ff.de conſt. princ. vbi Iaſ.nu.32. de cõmuni Alex. & Aret. in l.qui abſenti. ff.de acq. poſſ. & in ſpecie Ruin.conſ.200. num.15. in 2.vol. & conſ.102.num.8.in 3.

17 Tertia concluſio: Gratia conceſſa bannito aduerſus bannum, per verbum gratiæ, indulgentiæ, ſeu diſpẽſationis, iuuat ad pœnam banni, ſed nõ trahitur ad bona, etiam per fiſcum non alienata. l.2.& l.fruſtra.& ibi Saly. no.& in l.fin.col.vlt. C.de ſent. paſ. item nec trahitur ad alia iura, puta patr.poteſt.l.ſi pater.C.eo.gl. notab.in §. pari ratione, inſtitu. quibus mod.ius pat.pot.Bal.&Imo.in l.liber homo.ff.de hæred.inſt. Alex.in l.ſi marito. in prin.col.vlt.ff.ſol.matr.Claud.Aquẽſ. d.§.& quid ſi tantum.nu.37.vbi concordantes adducit: ideoq́; Bal. eleganter in l.1.quæſt.51.ff.de rerum diuiſ. dicebat, quòd diſpenſatio Papæ cum illo, qui ob eius delictum perdiderat feudũ, nõ prodeſt illi, vt feudum reacquirat: item nec iura paſſiua in eum reintegrantur. l.tutor,& l.in inſulam.C.eo.l.2. & l.ſeq.ff.de ſent.paſ. vbi, quòd non tenetur creditoribus, Bald.Ang.& Alex. in d.l.ſi marito. in princ.& in reſtitutione per verbum gratiæ, Menoch.conſ.103.nu.18.

18 Quarta concluſio: Gratia per Principem conceſſa non per verba ſignificãtia reſtitutionem, ſed per verba pro ſui natura adaptabilia ad indulgentiam,& ad reſtitutionem, vt quia dictum ſit: quod rebanniatur, aut quod de banno cancelletur, an ad reſtitutionem, an verò ad indulgentiam trahatur: dubium eſt: nam Bar.in d.l.ſi.nu.11.& in l.ſi.ff.eo.tit.& in l.1.§. ſi quis vltro. ff. de quæſt.concludit pro reſtitutione, ex duobus. Primò per text.in d.l.prima.§.fin. Secundò per rationem, quia Principum beneficia ſunt latiſſimè interpretanda. l.ſi.ff.de conſtit. prin. & idem cum Bart. concludunt Bal. & Iaſ.in l.fin.colum.4. ff.de conſti. princip. Nellus in 1. par. 3.temp. q.4. Alex. conſ.112.in ſecundo,& conſ.95.col.2.in 7.Ang.Aret.in §.cum autem.nu.9.inſti. quib.mo.ius pat.pot.ſol.

19 Cõtrarium verò decidit Sal. in d.l.ſi. col. vlt. in 3. caſu, quia verba in genere prolata reſtringuntur ad illam ſpeciem, quam genus compræhendit in ſui rudi materia,& ſic ad ſpeciem magis nudam. l.quæſitum.§.illud fortaſſe.ff.de leg.3.& l.ſancimus. C.de verb.ſignif.

20 Secundò, quia reſcripta fiſco damnoſa, in dubio, reſtringuntur ad minus prę iudicium. l.ſi quando. & l. ſi aliquando. C.de oper.publ.

Tertiò, q̃a iura loquẽtia de bonis reſtituẽdis expreſſe loquũtur, cũ prĩceps vtitur verbo reſtitutionis,& opinionem Salyc.prius habuit Bal. ſibi contrarius, in l.ſi ademptis. C. de ſent. paſ. & in l.ſi putator. ff. ad legem Aquil. & ibi dicit, quod cancellatio bãni habet vim indulgentiæ.& Sal. opinionem ex plurib.probauit Menoch.d.conſ.103. nume.18.& infra, & num.37.vbi alios recenſet. Bar. vero opinionem communem dixit Boſ. in tit.de remed.ex ſola clem.colum.2.& hæc magis placet per l. non puto. ff. de iure fiſci. Tenendo tamen opinionem Salic.eam limita duobus modis.

21 Primò, cum bannitus reſtitutus fuit per viam iuſtitiæ, quia de eius innocentia docuit, nam eo caſu, ęquitas ſuadet, bona ſibi reſtitui, idcirco verba ad reſtitutionem bonorum traherentur. caſus eſt in dicta l.prima. §. fin. ff. de quæſtio. quem ſic intellexit Salicet. in dicta l.fin. & eſt vera limitatio plenius confirmanda, vt infra.

22 Secundò limitatur, cum princeps vtitur verbis denotantibus plenã, aut plenariam gratiam: nam quia gratia nõ eſſet plena, citra bonorum reſtitutionem, idcirco bona cenſerẽtur reſtituta: ſic docuit Andr.Sicul.in c.teſtimoniũ. ext. de teſtib.& in c.eam te.ext.de reſcrip.vbi refert apud Ferrariã ita obtinuiſſe: adducit, quæ pulchrè ſcribit Bal. in tit.de pace cõſtantię, in verbo: in plenitudine gratiæ noſtrę: ſecutus eſt Fely.in c.inter quatuor, ſub nu.10.ext.de maio.& obed. vbi ex plurib.exornat, ampliãdo vim,& effectũ illorũ verborũ, plenè & liberè,& latè Claud.Aquen.in d.§.& quid ſi tantum, nu.37.& Galiaul.nu.64.vbi eã limitationem



nem tenent Dec. in c. quia diligentia, ſub num.8.extra de elect.Pariſ.conſi. 1. num.37.& 51.in 4.

23 Idem eſſet, cum princeps mandaſſet condemnationes factas liberè cancellari. ſic Pet.de Anch.conſil.408. probata. ſequitur Fel.in d.cap. inter quatuor, & in dicto cap.ſuper eo, colum.2.extra, de offi.deleg.

24 Quinta concluſio, indulgentia conceſſa bannito aduerſus bannum, non reintegrat illum ad famam, niſi in indulgẽtia ſpecialiter facta fuiſſet abolitio infamiæ, vel quando vltra indulgentiam pęnæ, facta fuiſſet ſpecifica reſtitutio aduerſus famam.l.ſi.C.de gene.abolit. vbi Saly.not.& l.generali.C. de ſenten.paſ. vbi idem Saly.notat,& in l.ſi.colum.vlt. C.eo.Pariſ.conſi. 1.num.20.in 4.Rolan. conſi.45.num.3.volum.4.Contra tamẽ in bannito per contumaciam, reſpõdit Alex.conſi.112.in 2.

25 Sexta concluſio: Bannitus ſimpliciter reſtitutus aduerſus bannum, per verba denotantia reſtitutionem, intelligitur reſtitutus ne dum aduerſus pœnam bãni, ſed etiam aduerſus bona fiſco acquiſita per condemnationem. item & honoribus,& beneficijs, l.1.C.de ſent. paſ. quia ita importat effectus reſtitutionis, ad l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de minorib. vt reddat, quod abſtulit læſo. ſic ſanè determinando arguit Imper.in l.ſi. C.eo.Bar.& communiter Doct.ad eam legem, intellige ex mente omnium, etiã quòd fiſcus bona illa occupaſſet, ſcribẽtes omnes in d.§.& quid ſi tãtum, & eſt recepta omnium ſententia, Crottus conſilio 127.num.13.Roland.d.conſi.ante num.20. & in 2. colum. intellige tamen ceſſante obreptione, vel ſubreptione, ſicuti Pariſ.tradidit in d.conſ. 1. num.26. in 4.pleniſſime autem Cępha. conſ.321.

Amplia etiam ad regalia, & iuriſdictionalia, Gram.deciſio. 105. nume.23. & 24.vbi ita concludit, poſt Lofred. ab eo relatum.

26 Item reacquirit iura agnationis, cognationis,& filiationis, ac iura ſuccedendi ab inteſtato, vel præter, & contra teſtamentum paternum, vel auitum, ſi fortè ea iura per bannum perdidiſſet,& denique iura omnia ciuilia ſibi reintegrantur.l.1.§.fin. ff.de bon.poſ.contra tabu.l. ſiue.ff.de iure patr.l. 3.§. ſi deportatus. ff.de bon.liber.l.1.& l.fin.ff. de ſent. paſ. & l.ſi.C.eo.

Item reacquirit iura, & effectus patr. poteſtatis, ne dum actiuè, vt dixi, ſed etiam paſſiuè, nempè in patris poteſtatẽ reincidit: ac idcirco teſtamentum factũ per filium, patre reſtituto, nullum redditur, d.l.fin.vbi Sal.Et adminiſtratio bonorum filij in patrem inſtauratur, niſi malis moribus infectus ſit, vt in d.l.fina. Vnde reaſſumit pater vſumfructum in bonis filij, ac ſi deportatus, vel bannitus non fuiſſet, glo.Bar. & alij in d.l.ſi. reſtitutio enim damnationem infirmat, ideo omnia reſtituit, quæ per damnationem fuerãt amiſſa,& alteri quæſita, quia cauſa acquiſitionis reducitur ad nõ causã, ſicuti pulchrè explicat Bal.d.l.ſi.nu.5.

Item actus per eum geſti, ob damnationem infirmati, eo reſtituto, reconualeſcunt,& inſtaurantur, veluti teſtamentum per eum factum, quod per damnationem fuerat irritum.l. ſi quis filio. §. quatenus.ff.de iniuſt.teſtam.vbi Barto. notat, ſic etiam inſtitutio. de eo facta, quæ per bannum erat irrita, eo reſtituto, conualeſcit. Ange. & Imo. in l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.de hæred.inſtitu. Clar.in criminal.§.fina.quæſt.59.verſic. quæro nunquid.

27 Cum autem ſic reſtitutus recuperet bona à fiſco, proinde infertur, quòd vẽditis bonis per fiſcum, quamuis emptor inquietari nequeat ad tex. in l.2. & in l. bene a Zenone.C. de quadr. præſcript. & dicetur infra, & quia emptor à poſſeſſore bonæfidei hæreditatis alienæ, rẽ hæreditariam emptam non reſtituit. l. ſed ſi lege.§.item ſi res.ff. de peti. hære. tenebitur tamen fiſcus prout poſſeſſor, in pretio locupletior factus illud reſtituere, ſic Bar.in d.l.fin.num.7. ſequitur Iaſ.in §.& quid ſi tantum, num.57. late Menochius dicto conſil. 103. nume.26. dixi infra num.52.

Item

Item quia ſic reſtitutus bona recuperat, tenebitur ſatisfacere creditoribus ſuis.l.3.ff.de ſent.paſ.etiam,quòd bona nolit rehabere.l.2.ff.eo.tit.

28. Sed verum reſtituatur ad relicta ſibi in teſtamento,ante damnationem,notabilis eſt articulus,& intellige non in bānito, qui in loco non perdiderat iura communia,ſed in eo,qui per damnationem nedum iura ſingularia ſuæ patriæ, ſed iura communia quoque amiſerat, veluti deportatus,& damnatus in metallum,& qui his ſimiles ſunt:breuiter pro ſolutione ſciendum eſt.

29. Deportatum reſtitutum à Principe recuperare omnia iura filiationis,& ſanguinis, & ſuccedendi ex teſtamento, & contra teſtamentum paternum, & maternum,vt ſupra dixi,allegando iura, & in ſpecie docuit Bar.in d.l.1.§.fina.ff. de contratab. Item ſuccedit ex diſpoſitione hominis, puta ex teſtamento extranei,vt eſt caſus in l.intercidit.ff.de condi.& demonſt.& in l.ſi cognatis. ſecundum primam lecturam,ff.de reb.dub.& ibi Barto.in prima colum.Intellige in relictis,vel puris,vel conditionalibus, ante tamen ſententiam cōdemnatoriam, nam ſecus ſi poſt:quia eo tempore fuiſſet incapax,ac idcirco relictum non conualeſceret,obſtante regula Cathoniana, vt no.in dictis iuribus, & in l.1.ff. de regu.Cathon.

Amplia in reſtituto ciuitati ex mera indulgentia,per verba gratiæ, & indulgentiæ,& non per verba denotantia reſtitutionem, ſic videtur de mente Paul. Caſt.in d.l.intercidit:ſequitur in terminis,& materia d.legis: poſt Ange. ab eo relatum Soc.in l.ſi cognatis,num.14.ff. de reb. dub. communis tamen traditio eſt,vt ſimplex indulgentia nō proſit deportato,ſed requiratur reſtitutio, vt ea iura recuperet, ac etiam iura capiendi relicta conditionalia,ad terminos d.l. intercidit: glo.in verbo,ſtatum,in §. cum autem,inſti.quib.mod.ius patr.pot.ſol. Barto.in d.l.1.§.fi.ff.de contratab.vbi intellexit iura illa in plenarie reſtituto,Socin.dicto loco, Ripa in l.ex facto.§.ex facto,ſub numero vndecimo.

In bannitis autem noſtri temporis, qui quidem banno durante,impune offendi poſſunt:quoniam per bannum nō amittunt iura communia in loco,à quo exulant,ſed tantum beneficia municipalia, & propria illius loci, veluti abunde ſcripſi ſupra in titulo de bannitis. Idem quo ad hos ſuperuacua eſt diſputatio. Cum autem iura propria ciuitatis amittant,ea ratione,quia per bannum impune offendi poſſunt,& reputantur, quo ad beneficia,vti forenſes: immo vti hoſtes,ſicuti plenius ibi dixi.proinde cancellato bāno, & reſtituti ex mera etiam Principis indulgentia, quia nec vti forēſes, nec vti hoſtes, reputari poſſunt, ex tunc iuribus municipalibus, & proprijs ciuitatis,vti valēt,ceſſante banno,& hoc iure vtimur:ſi vero bannum non cancellaretur, ſed Princeps ſaluum conductū gratioſum conceſſiſſet: equidem gratioſa hæc conceſſio non reintegraret bannitum,quo ad iura municipalia, & procederent,quæ ſupra dixi nume.17.nam hæc eſſet mera Principis indulgentia.

30 In damnato verò in metallum, & in damnatis, qui per damnationem libertatem amiſerant. Bart.in d.l.1.§.fi.& in l.1.§.qui mortis,ff. ad Tertul. cōcludit hos ſic reſtitutos recuperare iura ſanguinis,& filiationis, conſequenter iura ſuccedendi tam ab inteſtato,quàm contra teſtamentum eius,qui ex lege ſibi relinquere tenebatur,quia hęc ſunt lucra, & ſucceſſiones, quæ ex legibus deferuntur,& proueniunt: ſecutus eſt Soc.in d. l.ſi cognatis, nume.11.& conſenſerunt Moder.in dicto §.& quid ſi tantum: intellige in plenarie reſtituto,non ſimpliciter in reſtituto ad libertatem aduerſus pœnam ſeruitutis, vt dixi ſupra ex Barto.& Ripa ad eum: ſeruus autem priuati manumiſſus a domino, nō reacquirit iura agnationis, & ſanguinis, & iura ſuccedendi ex legum diſpoſitione,caſus eſt in d.l.1.§. qui mortis, & in l.2.§.1.ff. ad Tertul.& in l.is qui. ff. vnde cognati, & in d.§. cum autem, & eſt ratio, quia manumiſſus remanet libertus alterius,

l.homo



l.homo liber.ff.de ſtatu hom. & fuit ratio Bart.in d.§.qui mortis,ſequitur Socin.d.l.ſi cognatis,nu.10.

Hos autem ſic damnatos, quamuis reſtitutos,non recuperare iura ſuccedēdi ex teſtamento,& diſpoſitione hominis, qui ex legibus relinquere etiam tenebatur, & qui ante damnationem diſpoſuerat, profitetur Bartol.d.loco per tex.in d.l. intercidit, vbi idem Barto. & Imo.idem Barto.in d.§.qui mortis. & in d.l.ſi cognatis, ſequitur Soci.ibi nume. 14. Scribētes in d.l.ex facto. §.ex facto. Rui.in dicto §.& quid ſi tantum, nume. 118. Et eſt ratio, quia per reſtitutionē à ſeruitute ad libertatem, hic videtur nouus homo,vt dicunt iura, & Doctor. ac idcirco non conſequitur legatum, ad tex.in l.qui res.§.aream.ff. de ſol. Ideoque eleganter.Paul.Caſtr.in d.l.intercidit,inferebat, quod ſi legatarius pendēte conditione legati decederet,& miraculosè ſuſcitaret, non ſibi deberetur legatum,quaſi eſſet nouus homo.

31 Et hoc caſu ceſſat, quod pro regula traditur,in relictis & legatis: media tempora non nocere,ad l.ſed ſi in conditione.§.ſolemus.ff.de hæred.inſt.nam non procedit regula, cum honoratus amittit libertatem,quia per reſtitutionem videtur nouus homo.ſic Barto.in d.§. ſolemus.Et intellige etiam,quòd ſic damnatus fuiſſet plenarie reſtitutus, ſicuti clarè voluit Barto.in d.l.1.§.fin.ff.de cōtratab.Soc.d.l.ſi cognatis,num.14.Rui. dicto §.& quid ſi tantum,nume.118.In quo tamen puncto aliud ſenſit Angel. in d.l.Ariſto.ff.de manum.teſtam. & clarius Paul.Caſt.in d.l.intercidit:vbi ita intellexit Barto.in d.§.fi.& pro vt aduertit Rui.loco dudum alleg.

Cur autem ſit,quòd ſeruus hominis manumiſſus capiat legatum ante ſibi relictum.l.ex facto.§.fi.ff.de vulg. & ibi notatur,Barto. in dicta l. ſi cognatis, in 1. colum.& in dicto §.qui mortis, non autem illud capiat ſeruus pœnæ liber poſtea factus,d.l.intercidit. Reſpond. poſt Barto.& alios,quòd ſeruus hominis nō efficitur omnino incapax,quia ex perſona ſua acquirit domino, l.ſi paterfam.ff. de hæred.inſtitu. at ſeru[illegible]s pœnæ omnino incapax eſt,& nemini ac[illegible]irit,latius dixi in ſecunda parte, in titu.de dam.in metal.ſub nume.11.Adde tamen,quòd differentia inter deportatos,& inter dānatos in metallum,iure nouo ſublata extitit; quia hodie nemo, bene natus per damnationem amittit libertatem.auth. ſed hodie.C.de dona.inter virum,& latè dixi in titu.de depor.ſub nume.20.& ita aduertit Soci. loco præallegato, ſub numero 14.

32 Septima concluſio: Reſtitutus aduerſus bannum cum certis conditionibus, non vltra conſequitur,quàm in reſtitutione fuerit expreſſum, quia limitata cauſa,limitatum producit effectum,l. in agris.ff.de acq.rerum dom.l.cancellauerat.ff.de his,quę in teſtam.del.idem ſi reſtitutio fuerit limitata ad certos actus: nam vltra non extenditur.l.3.C.de ſenten. paſ. quia incluſio vnius eſt excluſio alterius.l.cum prætor.ff. de iud. Bart.d. l.fi.nume.primo,Salice. columna fin. in ſecundo caſu.

33 Octaua concluſio. Reſtitutus aduerſus bannum,nō recuperat bona,in quibus ante bannum, vel poſt bannum,ob illius incapacitatem, ius reale ſibi quæſitum non fuerat:glo.magna in dicto §.& quid ſi tātum,in fine, quatenus decidit, quòd ſi nepos ſuccedat auo defuncto,filius deportatus poſtea reſtitutus non auocet à nepote filio ſuo hæreditatem, & illam glo.ſequuntur Barto.Bal.& ſcribentes omnes: idem Bartol. in d.§.qui mortis.Barto.in l.fi.C.de ſent.paſ.num. 8.& Sal.in vlt. colum. Ideo primogenitus bannitus, mortuo interim patre, & ſuccedente ſecundogenito in barronia, poſtea reſtitutus,non aufert à ſecundogenito:ſic Lucas de Penna in l.cum allegaris,colum.vltima.C. de re mil. lib.12. Afflict.poſt plures.in cap.1.in glo.3.nu. 90.in titu.quæ fuit prima cau. D.Gigas in titu.de pœnis com.crim.læſæ maieſt. q.20.Et eſt vera concluſio, confirmāda ex infra dicendis, quam probauit, per caſus diſcurrēdo, eruditiſſ. D.Menoch.

conſi.

conſi.275.num.41.& idem Afflict. in c. Domino Guerram,in 6.no. num.43. in tit. hic finitur lex.

34 Nona concluſio, reſtitutus aduerſus bannum,& ad bona, non recuperat bona interim tertio acquiſita,vel iura in alium translata, nec bona per fiſcum alienata, quia licet principis priuilegiũ quoad ſe plenam recipiat interpretationẽ, attamen in dubio non in præiudicium tertij protenditur.l.2.§. ſi quid a principe,& §.merito.ff.ne quid in loco pub.l. nec auus.C.de emanc.liber.c. ex tuarũ, ext.de auctor. & vſu pal. & c.quamuis, de reſcript. in 6. ſic in puncto decidunt glo.Barto.& ſcribentes omnes in d.§.& quid ſi tantum. vt proximè retuli Bart. Bal. Ang.& Sal.in d.l.fin.Abb. in c.1.ext. de parroch.Fel.in d.c.inter quatuor.numero 6.Nellus in 1.par.tertij tempo.q. 4.Egid.Boſius in titu.de remed. ex ſola clem.num.13.latiſſime Menoch.d. conſilio 103.num.25.Natta conſi. 212. nu. 12.vbi refert dictum Bar.in tract.Minoric.fol.vl.ver.contineri interdum,quòd ſi profeſſus ordinem minorum, tranſit ex diſpenſatione Pontificis, ad Epiſcopatum,vel alium ordinem: non recuperat bona ſua,iam alteri quæſita, & quia ius acquiſitum tertio, per contractum cum Principe celebratum,vel cum alio, non poteſt princeps ipſe tollere: But.& Canon.in c.quæ in eccleſiarum. ext. de conſti.& ſic in terminis, argumentatur Cępola in Nouis,conſi.38.nu.22. Alex. conſi.216.num.4.in 2.Bellon. conſ.38. num.7.Decia.conſi.25.num.49. in 2.intellige cum princeps valide alienat, ſecus ſi ex cauſa nulla, & inualida tranſtuliſſet in alium bona confiſcata, nam reſtitutus bona illa rehaberet à poſſeſſore:ſic in notabili caſu:Cęph.conſi. 395. per totum.cõcluſio ergo procedit, cum valida fuit translatio.

35 Ideo ſi fiſcus bona infiſcata vendidiſſet,aut Princeps per contractum in aliũ tranſtuliſſet, non poſſet rebannitus,licet reſtitutus, bona illa rehabere aduerſus tertios poſſeſſores.Bal.d.§.& quid ſi tantum, colum. vlti. cum alijs adductis per Galiaul.num.66.Afflict.in c.1. num.30. de vaſal.decrep.ęta. latiſſime idem Affl. in c.1.in 6.notab.in ti. hic finitur lex Feder.Sed aduerſus fiſcum pro pretio habito ſibi agendum erit, ſicuti dixi ſupra nume.27.

36 Similiter teſtamentum per filium factum,& interim defunctum, per reſtitutionem patris damnati ſuperuenientem, non irritatur,ſicuti no. in d.l.fi. per Bar. & Docto.vbi tamen Barto. voluit patrẽ reſtitutum recuperare à filio, & ab eius hęrede bona ſua profectitia,ſecutus eſt Are.d.§.& quid ſi tantum, nume.21. & vtrum recuperet vſumfructum in aduẽtitijs filij,eſt quæſtio diſcuſſa per Bar. in ea l.num.7.

37 Quid autem iuris ſit in hæreditate alicui delata,ſed non actualiter addita,& apprehenſa ante bãniti reſtitutionem. ſanè glo.in d.§.& quid ſi tantum,ſub oſcure loquitur.eam autẽ intellexit Paul. Caſt.ibi etiam,quòd hæreditas nõ fuiſſet realiter addita: ſequuntur Socin.ibi num.11.Galiaul.nu.55. & tandem Rui. num.116.& 117.

38 Quorum opinio iuuatur, quia regula,quòd princeps non videatur voluiſſe tertio præiudicare,procedit etiam in iure quæſito ad rem: veluti Abb. tradidit in c.in noſtra,extra de reſcrip. in 3. not. Dec.in c.ſuper eo.num.3. extra de offi. deleg.& conſi.525.ſub num.6.vbi in terminis,& in iure quæſito ſpe,licet nõ re. per tex.in d.c. quamuis, & idem tradidit Io. And.in c.iuris ignorantia, de regu.iur.in mercurial.Gemini. conſi.107. in fine,Are.in conſi.7.& Crot. in d.§. & quid ſi tantum,nu.56. Natta conſ.268. nume.3. & in terminis Rol.d.conſi.45. num.13.& nouiſſime D. Menoch. conſi. 36.num.22.

Contra verò,quòd non ſufficiat hæreditatem delatam,niſi fuerit actualiter apprehenſa.clare voluit Barto.in d.§. & quid ſi tantum,colum. vlti. & in l.1.§.filius.ff.ad Tertul.Sal.in d.l.fi.colum. vlt. in ſecundo caſu,vbi in filio, nepote, & auo.ſecutus eſt Bella. deciſ.783.& 785. refert Soc.in d.§.& quid ſi tantum, nu.





11.idem Iaſ.num.49. & latiſſime cõprobauit d.Fortu.nu.150.& 151. Vbi amplius voluit filium reſtitutum reintegrari ad hæreditatem paternam, quamuis per nepotem filium ſuum,actualiter apprehenſam.

39 Ex præmiſſis autem infertur, quòd reſtitutus nõ reintegratur aduerſus pęnam pecuniariam applicatam tertio, veluti parti offenſæ,gloſſ.no.quam ibi ſequuntur Bar.Bal. Alex.Soc.Iaſ. Decius, Purpura.& quotquot ſcripſere in l. venia.C.de in ius vocã.Boer.in deciſ.65. Fel.d.c.ſuper eo.colum. ſecunda, extra de offi.deleg.dixi in titu.de mulctis, nu. 18.idem eſt cum bona fuiſſent applicata fiſco inferioris domini.ſicuti Anch.cenſuit conſi.161.in primo dub. Affli. in c. 1.in verbo,& bona commit.nu. 127. in tit.quæ ſint regal.

40 Eiſdem rationibus infertur, vt reſtitutus nõ recuperet locum ſuum, quem in dignitatibus habebat tempore banni,ſi alius in eius locũ ſuffectus ſit:Bart. in l.2.ff.de decurio.per illum tex.vbi refert,ita determinatum. Limita primò, cum ille habuit locum à bannito, veluti quia filius,ſublato patre de medio,in locum eius ſubrogaretur, & ſubrogatus fuiſſet:ſic Bar.ſenſit in d.§.& quid ſi tantum,colum. penul. quamuis ſcribentes multa dixerint circa ſenſum verborum ſuorum,qui tamen ſic eſt intelligendus, ſicuti explicuit Galiaul. ſub nume. 154. Limita ſecundò, niſi ille fuiſſet particulariter reſtitutus,ordini,& collegio: nã locum ſuum reaſſumeret:ſic text. in d.l. 2.in verſi.reſtitutus.nec Bart. contradicit, quia loquitur in reſtituto ciuitati: non particulariter ordini,prout aduertit,& bene,Fortun.in d.§.num.153.vbi infert ad not.caſum.ex his autem valde dubito,an vera ſit deciſio Io. Fab.in §.1. inſti.quib.mod. ius par.pot.ſol. quatenus decidit,quòd reſtitutus ad bona,recuperat officia per Principem alteri collata,quia officia ſunt Principis,non particularium: ideo ille non læditur: ſequitur Afflict.in c.1.in 6.not.num.41.vbi limitat, niſi ſecundo conceſſiſſet ob illius benemerita:nam ex ſupra dictis, & infra videtur;quòd non recuperet.

41 Et ex his iuſtificatur dictum d. Abb. in c.ex tuæ,ad finem:in titu.de cler.non reſiden.quòd clericus depoſitus reſtitutus ad priſtinum ſtatum, non recuperat beneficium interim collatum alteri. ſequitur Fely.in c.inter quatuor, num.7. vbi refert aliud eiuſdem Abb.in §.de adulterijs,colum.13.ext. de iud. poſt Io. de Ligna. quòd diſpenſatio cum clerico criminoſo,non nocet ei,cui ius quæſitum fuit in beneficio illius.

42 Concluſionem principalem amplia, primò ſi bona per fiſcum in tertium alienata ex noua cauſa, ad eũ rediſſent, vt quia ille ſine hærede deceſſiſſet. ſic And.Iſer.in c.1.in fi.de vaſ.decre. ætat. ſequuntur Præp.& Affl.num.23.Aq.d. §.& quid ſi tantum,num.32.Galiau.nu. 63.ſufficit enim,quòd ſemel ab illis bonis excluſus fuerit,Gram.deciſ.105.numero 36.vbi illam And.deciſionem amplectitur:faciunt,quæ de filia ſemel excluſa traduntur, in c.1.§. quin etiam, in titu.Epiſ. vel Abb.Sed attende,quia cũ fiſcus ad pretij reſtitutionem teneatur, vt ſupra dixi, videtur bonis in eum reuerſis ad illorum reſtitutionem teneri. His autem adde, quæ ſcripſit idem Afflict.in deciſ.361.ſub nu.30.

43 Amplia ſecundò,quamuis reſtitutus ſupplicaſſet reſtitui aduerſus etiam bona alienata:nam ſi in reſcripto id expreſſum non fuerit,ſupplicatio id non operabitur,ſicuti probauit Afflict. dicto loco,num.31.poſt Alex.conſi. 136. colũ. 2.in 2.nil mirum,quia in priuilegijs attenditur quid conceſſum,non quid ſupplicatum.Innoc.in c.ſuper litteris,extra de reſc.Bal.in l.2.colum.vlt. C. ſi contra ius,Sigiſm.conſ.14.num.35.Rota in Antiq.deci.379.ſi in commiſſione,& in Nouis 358.ſequitur Alex.conſi.94. colum. 2.in 2 Pariſ.conſi.107.num.21.in 4.Bertazol.conſi,97.num.4.& vltra eos addo Abb.in c.2.ext.de treu. & pace, vbi inquit,quòd ſi petitio eſt indeterminata, attendi debet conceſſio,& non prodeſt ſupplicãti generalis petitio.& idẽ Abb.

in c. inter dilectos.in verſ.cæterum. extr. de fide inſtrum. ſequitur Natta in conſ. 98.num.2.

44 Limita nonnullis modis, primò in reſtitutione facta per viam iuſtitiæ cogni to de innocentia rei,nam hæc plene ſuccurrit, etiam quo ad bona, & iura in alium tranſlata,ſic Raph. Cum. in d.§. & quid ſi tantum,ad hoc tex.in l.1.§. fin.ff. de quæſt.& clarè ſenſit Sal.in d.l.fi. col. vltim.Nellus in 1.par.3. temp. q.11.ſecutus eſt Iaſ.in d.§.nume.59. vbi adducit,quòd reſtitutio per viã iuſtitiæ pinguius ſuccurrit, quam gratioſa reſtitutio.l. quod ſi minor.§. Scęuola.ff de minor.Claud.Aqu.num.36.Fortu.& Rui. num.118.Afflict.poſt Iſer.in c.1.nu.32. in titu.de vaſal.decrep.æta. & conſuluit Calcan.conſi.52.colum.vlti. Contra vero firmauit Galiaula num.67.per tex.in l.2.& in l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcrip.Reſponde,iura illa procedere, cum fiſcus ſimpliciter rẽ alienat vti ſuã, ſecus cum adiecta cauſa, quæ poſtea deregatur non vera,l. nec vllam. §. item ſi quis.ff.de pet.hæred. per quem ſic dixerunt Bald.& Sal.in l.1.C.de hære.vend. ſic limitantes iura illa.

Secundò mouetur, ex notatis per Barto.in l.fi.num.7.C.de ſent.paſſ. Sed certe dicta per Bar.ibi procedunt in reſtitutione gratioſa, in quibus terminis verſatur materia illius legis: tertio adducit.

45 Nam reſtitutio ex tit. de minorib. & ex quibus cau.ma. dicitur fieri ex mera iuſtitia,Bart. in l.cum quis.§. ſi quis pro reo.ff.de ſolu. & tamen ſic reſtitutus nõ recuperat bona in alium tranſlata poſt læſionem ex nouo contractu.l. quod ſi minor.§.Scæuola.ff.de minor.

46 Sic etiam minor lęſus in renuncia beneficij eccleſiaſtici,reſtitutus,non recuperat beneficium alteri collatum: gloſſ. magna,in c.ex parte, extra de reſt. ſpol. quam ibi ſequuntur Card.& Abb.& vlterius ponderat, id fuiſſe de mẽte Bar. in d.§.& quid ſi tantum,dũ allegat text. in d.§. Scęuola.clarius autem ſenſit Barba.conſi.32.col.pe.in 3.

47 Verum huiuſmodi ratio non concludit,& eam confutauit Didac. variarum reſol.lib.1.c.5.num.7. vbi ſecutus communem: hanc Galiaula ſententiam improbat,nec obſtat text. in d.§.Scęuola, nam text. ille procedit in repudiatione hæreditatis,aduerſus quam re non integra minor non reſtituitur ex cauſis, veluti ad intellectum illius text. diſcurrit Alex.in conſi.67.colum. vlt. in quinto, at in ſpecie noſtra agitur de reſtitutione aduerſus damnum, quo caſu etiam minori re in alium trãslata ſuccurritur, l.ſi ex cauſa,in principio.ff. de minor. & l.1.C.ſi aduerſ.vend. pign. & l.in cauſæ. §.interdum.ff.eo.in quo tamen puncto puto aduertendum eſſe,an multum reſtituti interſit, potius res ſuas habere, quàm pretium in fiſcum tranſlatum: ſicuti eſt de mente tex.in d.l.ſi ex cauſa,& adnotauit Didac.loco præall.poſt Alex. d.conſi.67.& Aym.Crau. conſilio 7. ad finem.

Nec rurſus obſtat,quod notauit glo. in d.c.ex parte,quia reſpondetur,quòd in ea materia de beneficij eccleſiaſtici reſtitutione, agitur de lucro quærendo, non de damno vitando, ſicuti adnotauit Cardina.ibi in ſecunda colum.vel etiam reſponderi poteſt,quòd glo. & ſequacium opinio tuta non ſit: nam in ea ſpecie minorem reſtituendum eſſe ad beneficium,quamuis alteri interim collatum,firmauit Imo.in d.c. ex parte, ſecutus eſt Didac.d.cap.5.lib.primo, vbi late ſcripſit.

48 Secundò limita, cum Princeps gratioſe reſtitueret etiam ad bona in tertium alienata:ſic Ang.in dicto §.& quid ſi tantum,Fulgo.conſi. 143.Ant. Contra verò,poſt Cyn.ſenſit Bald.in d.§.vbi refert ita fuiſſe determinatum per Legatum Bononiæ, & plenius ſecutus fuit Galiaula ibi nume.66.vbi de communi, ſiue bona fuerint tranſlata in alium titulo oneroſo,ſiue lucratiuo:fundamẽtum eſt, quia princeps non poteſt de poteſtate ordinaria tollere ius, & dominium alteri quæſitum:ſicuti notatur in l.fi.C. ſi contra ius, & plenius in c. quæ in eccleſiarum.



cleſiarum.extr.de conſtit.& in terminis ſic Affl.cenſuit in c.1.in 6.not.in tit.hic finitur lex Feder.num.40.poſt Bald.ibi. Immo nec de plenitudine poteſtatis poteſt princeps reuocare contractus ſuos: Bal.& Pau.in l. digna vox.C.de legib.& late ſcripſi in 6.lib.in princ.nume.10.& in terminis addo Ruin.conſi.31.nume. 21.in quinto.

49 Suſtineri tamen poſſet limitatio ipſa:cum princeps id ex cauſa legitima faceret,nam ex cauſa poteſt princeps dominium alteri quæſitum auferre.l. Lucius.ff. de euict. & eſt communis traditio.Dec.in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 26. Item ex cauſa poteſt princeps à ſuo contractu recedere, idem Bal. in l. pen. C.de donat. inter virum, cum adductis in d.6.parte,ſub num. 11. Cauſa autem legitima eſt pro bono pacis, & pro vtili ſtatu Regni,& Reip.& ſic propter publicam vtilitatem,non ob priuatam.ſic loquitur Fulg.in d.conſ.ſic Bar.in l.quecũque.C.de fide inſtr.lib.10. idem Bal.in tit.de pace conſtantiæ,in verbo,priuilegia omnia,& eſt communis limitatio,& declaratio per Doct.recepta. Aret.Soc. & Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum.num.66. Crot.num.56.Pau.Caſt.conſi.178. Donatio,& 229.viſis in primo,idem Iaſ. in l.venia,colũ.vlt.C. de in ius voc. & in l. Barbarius,colum.7.ff.de off.præt.Fely. d.c.inter quatuor,num.9.Affl.loco præallegato,& idem Affl.in c.1. num.30.in titu.de vaſ.decrep.æta.& in tit.quæ ſint regal.in verbo,& bona commi.numero 138.& in deciſ.361.col.2.Calc.d. conſil. 52.Crau.conſi.5.num.4.

50 Nil mirum autem, ſi pro pace habenda,id fieri cõceditur:quia pax adeo grãde bonum eſt,vt in rebus humanis nihil glorioſius,nihil delectabilius,aut vtilius audiri, aut cõcupiſci,poſſiderive ſoleat, vt inquit Auguſt. de ciuitate Dei, relatus per Alberic.in l.1.in princ.C.de cad. tol. vbi multa ſcribit de laudibus pacis, & per Soc.iun.conſi.60.num.41.in 3. ac idcirco pacis cauſa mala etiam tollerantur,c.hæc quippe,3.q.6.& c.1.& c.ecce. 23.q.4.idẽ Soc.cõſ.68.nu.21.in eo.vol.

51 Ceſſante autem cauſa,vt quia reſtitutus iterum defeciſſet, & ſic res eius denuo in fiſcum deuolutæ forent, priori domino reſtituendæ eſſent, quia cũ res alicui ex cauſa priuilegiata aufertur, ea ceſſante, domino primo reſtitui debet, Innoc.in c.quia plerique,ext.de immu. eccleſ.Anto.Butr.Imol. & alij relati per Dec.in d.c.quæ in eccleſiarum,numero 27.& per Fel.num.41.& in terminis Afflict.d.deciſ.361.nu.29.

52 Item cum domino res aufertur ex cauſa publica, pretium ſibi reſtitui debet,ita in terminis iſtis,Iaſ.in locis pręalleg.& idem Iaſ.in l.fi.C. ſi contra ius, vbi generaliter cõcludit,quòd princeps vel alius,qui aufert ius alterius, tenetur de ſuo recompenſare, de quo per Dec. conſi.357.colum.vlt.& in præalleg.cap. nume.26.& per Soc. ſen.conſi.266.nu. 35.Glo.Bal.& Feudiſtæ in c.1.§.ad hæc. in tit.de pace iuram.fir.eleganter Natta conſi.554.& conſi.122.num.16. & idem cum princeps ex cauſa pacis factæ, reſtituit priori domino bona, quæ in alium tranſtulerat.D.Menoch.conſil.103.nu. 30.& generaliter cum etiam ex alia cauſa publica: Crauetta conſi. 95. nume.7. & 276.num.7.& 308.nu.1.Cęph. cõſi. 451.nu.307.& ſic ſæpe obſeruatum vidi ſub hoc Ser. Domi. niſi princeps per viam legis generalis ex cauſa res ſubditorum auferret, veluti pro alueo faciẽdo: nam pretium non reſtituit, ſic poſt Alex.& Dec.cõtra Iaſ.in d.l.Barbarius. tradidit Boſ.in tit.de principe, nu.201. Condigna autem ſatisfactio reputatur pretium rei æquiualens,Rol.Val.conſi. 71.in 3.& aliquid in conſi.69.in 2.Ego autem putarem condignè ſatisfactum fore,ſi pretium per emptorem expoſitum eidem reſtitueretur,ꝙ ſi per Principem res gratioſè alicui conceſſa fuiſſet, nõ eſſet alienum a iuris rõne,vt ob pacem priori dño reſtituatur,nulla præſtita poſſeſſori recompenſatione. ſic Bald. ſenſit loco pręall. dũ ſimpliciter loquit, nec his ob.ꝙ ꝓ pace habẽda non poſſit Princeps remittere res ſingulorũ,veluti Inn.tradidit in c.in noſtra.ext. de iniur.

& ſubſcribit Anch.in c.peccatum,de regu.iu.in 6.quos adducit Socin.vbi propterea intelligit limitationem, quando aliter non poſſet pax haberi.Sed tu dic, quòd non agitur de auferendo rem naturaliter, & originaliter illius poſſeſſoris,ſed de rem reſtituendo ei, qui prius illius rei erat dominus, & poſſeſſor, & hoc fauorabile eſt, quia res ad ſuum priſtinum caſum reducitur, ad gloſſ. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pactis, cum ſimilibus.

Præmiſſa autem limitatio ſic vt ſupra declarata facilius procedit, cum per viã prouiſionis generalis,banniti, & condẽnati omnes reſtituuntur,nõ cum de perſona ſingulari agitur. ſicuti ex Bald. deducitur in l.quicunque, numero vigeſimoſeptimo,C. de ſeruis fugiti.cum adductis per Pariſ. dicto conſilio primo, numero 48.

53 Limita tertiò, cum immediate abſq; alio facto intermedio ex ſententia bannitoria acquiritur ius tertio, nam ex vi reſtitutionis omnia bannito reintegrãtur,quia ſententia perimitur, ideo cauſa reducitur ad non cauſam, & infecta radix inficit, quòd ab ea immediate deriuatur.ſic egregie Bal.in d.l.ſi.nume.5. & 6.C.de ſen.paſ.per illum tex.& idem Bal.poſt Cyn.in d.§. & quid ſi tantum, colum.vlt.per tex.in l.ſiue.ff.de iure pa. & in l.1.§.ſi.ff.de bo. poſ. contra tabul. And.Iſer.in c.1.de vaſal.decrep.æta. vbi determinat:Bannitum reſtitutum recuperare feudum, quòd immediate per condemnationem amiſerat, quæſitũ domino,vel agnatis. ſequuntur Præpo. & Afflict.ibi num.25.& ſeq. & idem Affli. in c.1.in 6.no.in tit.hic finitur lex Fede. latiſſime Bellam.deciſio.744.& idem eſt ſi feuda deuoluta fuiſſent filijs banniti. Fortu.d.§.& quid ſi tantum. num. 152. & in pulchro caſu Pet. de Ancha.conſi. 408.probata,vbi decidit.Reſtituta muliere aduerſus ſententiam adulterij, & bannum, dotem,quam vir lucratus fuerat, ſibi reſtituendam, & hæc limitatio cõmuniter recipitur.Alex. d.§. & quid ſi tantum.nu.19.Areti.Iaſ.nu.62. Aqu. num.32.Fort.nu.153.Pet. de Anch. in c.quamuis,de reſcr.in 6.Fel. in c. ſuper eo.ext.de off.deleg.& in d.c. inter quatuor.num.8.Iaſ.in d l.venia,Boſ.in titu. de reſti. quæ fiunt à prin.num. 8. Natta conſi.471.Berous conſi.60. num. 19. in 3.Rol.d.conſi.45.num.25. quibus accedit, quòd princeps poteſt reſcribendo auferre dominium alicui quæſitum,per ſententiam, & alias cauſas iuris ciuilis. Bald. in l.finali,columna vltima, C. ſenten.reſciden.non poſ.dixi in tit.ſtab.iura fiſ.ſub num.27.

54 Contra tamen obſtare videtur deciſio Bal.poſt Cy.in d.§.& quid ſi tãtum, vbi inquit,ſtante decreto, quòd occiſores banniantur, & pars ſuorum bonorũ applicetur Cameræ Dominij: alia verò pars hæredibus occiſi: prout nouiſſimè apud nos ex lege Excelſi Decem virum conſilij captum fuit,anno 1578. ſi occiſores beneficio principis ſint reſtituti, non recuperabunt bona pro parte applicata hæredibus,ſed tantum pro parte applicata fiſco,quia principis beneficium non debet trahi in præiudicium tertij.l.2.§.merito,& §. ſi quid a principe.ff.ne quid in loco public. ſequuntur Imo.ibi, Alexan.conſi. 190. colum. 1. & 216.colum.5.in 2.Dec.conſi.525.num. 8.idem Alex.in d.§.& quid ſi tãtũ. poſt tamen bonorum apprehenſionem,indiſtinctè autem Fortu.in eo.§. num. 154. Cui ſane deciſ.conferunt gl.& ſcribẽtes ad eam in l.venia.C. de in ius vocan. & quæ ſupra ſcripſi num.34.quinimmo videtur,quòd lata ſententia,per quam ſit tertio ius quęſitum,non poſſit princeps etiam moderando ſententiam ius quæſitum tertio auferre, ſicuti decidit Cæpola,in nouis,conſi.38.ſub num.25.26. & 27. Verum Bald. illa deciſio non eſt tuta, quia contrarium ſenſit Ange.in l. ſi pater filium.ff.de adopt.Cuius opinionem ante poſſeſſionem adeptam, ſecutus eſt Alexander proxime relatus, quia hoc caſu dominium non poteſt videri tranſlatum, nec poſſeſſio quæſita, ad l.cum hæredes.in principio,ff. de acquirenda poſſeſſio.ſecutus eſt Aret. ibi, & Felin. & Feli.in d.c.inter quatuor.Natta dicto conſi.471.num.10. vbi ſecus concludũt poſt apprehenſam poſſeſſionem, & idẽ Natta conſi.antecedente.

Contra verò, pro reſtituto, etiam ꝓ apprehenſa fuerit poſſeſſio, tenuit Andreas in d.c.1.de vaſal. decrep. ætat.cui adheruit Aquenſ.d.§. & quid ſi tãtum, num.32.

In hac Doctorum varietate diſtingui poteſt,quòd aut clarè conſtat,de mente Principis,volentis reſtitutum habere etiam bona hæredibus offenſi acquiſita, & tunc reſtituenda ſint, quia principis voluntas præualet,ſicuti plenius probaui in tit.de mulctis,& pœnis., nume.18. Aut clarè non conſtat, & tunc dic,poſt Galiau.d.§.& quid ſi tantum, num.70. Aut ius fuit quæſitum tertio immediatè non in vltionem ſuæ iniuriæ, & hoc caſu reſtitutio proſit:in his terminis loquuntur tex.in l.1.§.fin.ff.de contratab. in l.ſiue.ff.de iure patrona.in l.fin.C.de ſent.paſ. aut fuit quæſitum in vltionem ſuæ iniuriæ, & per decretum, ius illud non videatur ademptum, quia iniuria non fuit ſublata,& in his terminis optimè procedunt ſcripta in d.l.venia, & eſt vera Bald.deciſio,quam indiſtinctè accipio, ſiue ſtatutum deferat offenſo, aut eius hæredibus partem bonorũ ſub nomine quotæ bonorum,vel ſub titulo pęnæ pecuniariæ,cõtra Are.in d.§.& quid ſi tãtum.Hinc infertur deciſionem Pet. de Ancha.d.conſi.408.dubitabilem admodum eſſe,de qua ſupra. Hinc etiam infertur partem delatori ex lege acquiſitam rebannito reſtituendam eſſe.

Limitationem autem ſupra cõfirmatam ſublimita duobus modis. Primò, quando is, in quem bona ex ſententia bãnitoria tranſierunt,bona ipſa alienaſſet:nam reſtitutio ad ea bona in alium peruenta non traheretur, ſicuti cenſuit And.Iſer.in d.c.1.de vaſ.decrep.æta. in 3.colum.verſi.idem ſi is,& late Affl. ſub num.25.Sublimita ſecundò, cum ex cõtractu bona ad aliquem rediſſent:veluti quia Dominus conueniſſet, quòd ob delictum vaſalli,vel emphyteutæ, bona ipſa feudalia,& emphyteutica ad ipſum immediate redirent:nam principis reſtitutio vires illius contractus non infringeret:ſic And.d.loco,colum.vltima,ſub ſequitur Afflict. nume.28. niſi ille conſenſiſſet reſtitutioni illius banniti, nam conſentiendo ſibi præiudicaſſet, veluti aduertit Affl.ibid.num.29.

55 Limita quartò, principalem concluſionem nõ procedere:cum princeps reſtituit in forma pleniſſima, cum clauſula,quòd nihil obijci poſſit de banno, & confiſcatione bonorum, tunc enim reſtitutio traheretur ad bona per fiſcum alienata,aut in offenſum,vel eius hæredes tranſlata:ſic Card.& Imo.in c. quia diligentia,ext.de elect.Fel.in d.c. ſuper eo.& in d.c.inter quatuor.& ratio eſt,ſicuti poſt eos,conſiderauit Soc.in d.§.& quid ſi tantum,ſub num. 19.

56 Quia in poteſtate ſuperioris eſt,iuriſdictionem magiſtratuum ſuorum moderare.l.2.circa principium.ff. de orig. iur. ideo reſtituto agenti ad reintegrationem poſſeſſionis, vel ad relaxationẽ bonorum ſuorum, non poterit poſſeſſor cum effectu opponere de confiſcatione, quia replicabitur de reſtitutione cum illa clauſula,ac ideo iudex exceptionem oppoſitam non admittet,& reſtitutus hac via in effectu conſequetur bona ſua,ſequuntur Alex.Iaſ.& communiter alij,Crot.nu.56. & eſt limitatio communiter recepta.Pariſ.conſi.1.nu.38.in 4. Rui.conſ.21.nu.9.in 5.Rol.d. conſi.45. nu.23. & tenenda eſt: quamuis contra ex pluribus attentauerit Fortu. in eo.§. & quid ſi tantum, nume. 157. Poſſeſſor autem recurſum habebit aduerſus fiſcũ pro pretio rei emptę ſibi euictę,ſic Imo. Ruin.Pari.Crot.& alij ſup.relati.Pro huius autem limitationis fundamento adducunt Socin.& Iaſo.elegans conſilium Barto.in ordine CC. Domini priores, vbi determinat,quòd licet.

57 Laici non poſſint directo ſtatuere ſuper bonis,aut perſonis eccleſiaſticis,poſſunt tamen committere iudicibus ſuis, ne audiant perſonas eccleſiaſticas, certo caſu, ſuper obligationibus eis

quæſitis,quod dictum ſequuntur Petr.
de Anch.& Abbas,nam & nonnunquã
non expreſſa non nocent,licet tacitè in-
ſint,quæ ſi expreſſa fuiſſent, nocerent.l.
nonnunquam.ff.de cond.& demõ.l.ex-
preſſa.ff.de reg.iu.per quas rationes re
ſoluitur obiectum, quòd princeps ius al
teri quæſitum auferre nequeat,& quod
vna via prohibetur, altera concedi non
debet.

58 Limita quintò, cum princeps decla-
raſſet cõfiſcationem factam fieri nõ po-
tuiſſe,& velle eam haberi pro nõ facta,
perinde ac ſi facta non fuiſſet, vel per ſi-
milia, nã omnia exinde ſecuta retracta-
buntur.ſic cenſuit gl. in cle.1. in verbo,
pro infectis,de immu.eccl.quam ſequũ-
tur Card.& Ant.But.in c.cæterum, ext.
de reſcr.Abbas in c.non debet, ext. de
conſang. Sed contra, quòd clauſula illa
non operetur in præiudicium tertij,cui
ius quæſitũ fuit ex alio actu ſecuto poſt
confiſcationem, tenuerunt idem Card.
& Io.de Anan.in c.ad petitionem,extra
de accuſ. quia dominium fuit quæſitum
illi tertio ex venditione, vel donatione
principis,& ſic ex contractu,& proinde
irreuocabile videtur.Bal.in d.§. & quid
ſi tantum.in vlti. col. qua ratione, hanc
contra limitationem,tenuit Bar. Soc.in
conſi.266.num.33.in 2.& Filip.Dec. in
c.fi.nu.6.ext.de conſt.& ad glo.in d.cle.
1.reſpondet eam non obſtare, quia pro
cedit in ijs,quæ ſunt iuris poſitiui, qui-
bus facilius derogatur. & ita etiam ad-
uerſus eam limitationem tenuit Neuiz.
conſi.68.ſub num.47.& ſic quoque te-
nuit Rui.conſi.31.col.pen.& vlt.in 5.iũ
ctis dictis in præcedentibus partibus,&
eſt notaadum,quia hæc differt à priori,
veluti in puncto aduertit Dec.loco du-
dum allegato. Reperio, ꝙ idem Dec.in
conſi.252. reaſſumpſit difficultatem, &
in vlt.col.diſtinxit, an ius ſit quæſitũ de
iuregẽtium,& eo caſu, abſque legitima
cauſa tolli non poſſit; an vero ex actu iu
ris ciuilis,puta per præſcriptionem, vel
per ſententiam, & eo caſu ex principis
volũtate tolli poſſit, q̃ ſufficiet ꝓ cauſa.

59 Quę tamen diſtinctio dubitabilis eſt:
quia licet dominium ſit quæſitum ex cã
iuris ciuilis,attamen iuriſgẽtium eſt, nã
modus, & cauſa acquirendi non facit,
vt dominium quæſitum ſit iuris ciuilis:
ideo videtur, quòd non poſſit tolli ſine
cauſa,ſic Bald.in l.1.in fi.C.de iure ann.
aur.Pau.Caſ.in l.digna vox. C.de legib.
Rui.in d.§.& quid ſi tantum, num.117.
Alex.in l.cum hæredes.ff.de acq.poſſeſ.
Ius autem quæſitum ex cauſa iuris ciui-
lis,ante rei traditionem,ſeu poſſeſſionẽ
apprehenſam, quia iuris ciuilis eſt, ſola
voluntate principis tolli poteſt, Paul.
Caſt.d.§.& quid ſi tantum,col.vlt.Alex.
conſi.87.viſis,in 2. cum cõcor.adductis
per Dec.in c.quæ in eccleſiarum,nu.36.
ext.de conſt.vbi concludit ius immedia
te quæſitum ex cauſa iuris ciuilis, per
principem tolli poſſe. Et licet Dec. ipſe
idem velit in dominio quæſito ex cauſa
iuris ciuilis poſt rei apprehenſionem,
quia cauſa acquiſitionis, quæ principa-
lis eſt,& de iure ciuili attendi, & ſpecta-
ri debeat,non autem dominium in con
ſequentiam acquiſitum, ad no.per Bal.
in l.fi.C.ſent.reſc.non poſſe,& per regu
lam in l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cer. pet.
attamen idem Dec.ibi fatetur, ꝙ vbi do
minium acquiritur ex contractu princi-
pis,id ſine cauſa tolli non poſſe.Nihilo-
minus idem Dec.in c.quia diligentia,ad
finem,ext.de elect.adhuc ſenſit,reuoca-
ta ſententia cum clauſula, vt ſupra, rem
rebannito reſtituẽdam eſſe, quaſi ꝙ do
minium quæſitum illi fuerit ex cõtractu
originem habente à ſententia pro ſui
natura retractabili: & in hanc ſententiã
concordarunt Pariſ.d.conſi.1.num.57.
Rol.d.conſi.45.nu.30. & ante eos Rui.
conſi.21.num.8.& 9.in 5.

60 Decima concluſio.princeps de pote-
ſtate ordinaria põt reſtituere bannitos,
& dãnatos, aduerſus publicã offenſam,
etiam, ꝙ bannitus ab offenſo pacẽ non
habuerit,ſic And.Iſern. in c.1. in verbo
bona cõmit.col.1.Affl.ibi nu.122. Boſ.
in tit.de reme.ex ſola cle.num.24.ſenſit
Iaſ.in l.venia.C.de in ius voc.Pariſ.d.cõ
ſil.1.col.1.& nu.65.in 4.

61 XI. cõcl.reſtitutus ad bona ꝑ viã grę,





quamuis bona rehabeat, nunq̃ tñ recu-
perat fructus interim ex eis perceptos,
ſiue bona fuerint alienata, ſiue non: ſic
Ang.Imo.Raph.Alex.Aret.& Clau.Aq.
in d.§.& quid ſi tñ,per tex.in Auth.idẽ
de Neſtorianis.C.de hær.& idẽ not.An
ge.in corpore vñ ſumitur,Bal. qui nihil
ignorauit,in c.D.Guerrã,in tit.hic fini-
tur lex,idẽ Bal.& Præpo.in c.paſtoralis.
§.1.ext.de app.& in l.fi.col.8.C.de ſent.
paſ.& eſt cõis opin. quã pleniſſime tueẽ
d.Fortu.in d.§.& quid ſi tñ.nu.162. ad
fi.vbi inquit fructus extãtes,nõ cõſum-
ptos,fore reſtituẽdos,ad tex. cum mate
ria in l.certum.C.de rei vẽd.ſecutus eſt
Cur.ſen.cõſ.49.col.pe. & hãc cõem di-
cit,& ſequitur Egid.Boſ. in tit. de reſti.
nu.17. vbi quid in ꝑceptis poſt capitula
reſtitutionis. Contra tñ determinauit
Nel.in 1.par.3.tẽp.q.7. vbi diſtinguit,ꝙ
aut bãnitus eſt expreſſe reſtitutus in pri
ſtinũ ſtatũ,& eo caſu recuperet fructus,
& bona,aut rebãnitus ſimpliciter,& tũc
ſecus:ſequitur d.Iaſ.in d.§.& quid ſi tã-
tũ,nu.52.cũ ſeq. & in l. iuſiurãdũ, ꝙ ex
cõuẽtione.§.fi.ff.de iureiu.& in l.Barba
rius.ff.de of.p̃t.& in l.fi.ff.de cõſt.princ.
adducit, q̃a ita eſt de natura reſtitutio-
nis,vt fructus veniãt.l.videamus.§.in Fa
uiana.ff.de vſu.l.in condẽnatione.ff. de
reg.iur.& l.ex diuerſo.§.1.ff. de rei vẽd.
& quia reſtitutio reddit,ꝙ lęſio abſtulit
l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.& l.
fi.C.de ſen.paſ.& hanc ſecutus eſt Dec.
in d.l.in condemnatione.§.1.Boſ.in tit.
de remed.ex ſola clem.ſub nu.11.

62 Verũ à cõi recedendũ non eſt, quia
iura in contrariũ adducta loquũtur in
reſtitutione per viã iuſtitiæ, quæ pleniſ-
ſimè operatur.l.1.§.fi.ff.de quæſt. dixi ſu
pra nu.27.vnde in ea veniũt fructus, ne
dũ percepti,ſed & percipiendi,gl. no.in
l.patri pro filio.§. ex diuerſo. in verbo,
cũ fructib.ff.de min.quã ad hoc ſingula
rẽ dixerunt Rom.ſing.518.& Cremen.
ſing.134.queſtio vero noſtra ꝓcedit in
reſtitutione gratioſa, quæ nõ ſic latè ac
cipiẽ.Lĩta cũ verba cõceſſionis,& gratię
facta fuiſſent ſub forma plenarię,vel ple
niſſimę reſtõnis,ſicuti ꝓbauit Crot. cõſ.
127.nu.13. ſequitur Rol.cõſ.45.nu.32.
Egi.Boſ. in tit.de principe,num.48.

63 Duadecima concluſio, reſtitutus ad
bona,illa recuperat cũ onerib.& hono-
rib. ideoq; pro parte bonorũ reſtituto-
rũ tenetur creditoribus.l. ſi debitor, &
l.ſi deportationis.C.de ſentẽ. paſ. & ibi
notatur Bal.Ang.Alex.& alij in l.ſi mari
to,in prin.ff.ſol. ma. & not. ꝙ recuperat
bona,in quib.ſolã detẽtationẽ habebat,
ad exẽplũ captiui ꝑ poſtliminiũ reuerſi
ſic Bal.in l.ſi quos.C.de capti.& adde, ꝙ
bonis reſtitutis tenetur priorib.credito
rib. etiam ꝙ proclamatibus factis per fi
ſcũ creditores nõ contradixiſſent: nam
præſcriptio illa iuuat fiſco,ſed non peri
mit illorum creditorum actionem, dixi
in titu.præced.ad finem.

64 Decimatertia cõcluſio,reſtitutus per
Principẽ ad bona, vr̃ illa habere ex ſuis
titulis præcedẽtib.Ideo laudimia nõ ſol
uit,ſic Filip.Probus in addi.ad Ioan.Mo-
nac.in c.1.nu.7.de in inte.reſt.lib.6.rela
tus per Boe.in deci.279. idcirco ad feu
da ſua reſtitutus, nõ teneẽ petere inue-
ſtiturã.Affl.in c.1.nu.35.& 36.in tit.per
quos fiat inueſt. nec mutat naturã ſuam
feudi veteris,aut noui,quã prius hẽbat,
idẽ Affl.in c.quidã vaſal.nu.12.& 13.in
tit.de vaſ.decrep.æt.& fuit deciſio glo.
quã ſequũtur Bal.& alij in c.1.§. inſuꝑ,
in tit.de prohib.feu.alie.ꝑ Fed.intellige
ante apprehẽſam ꝑ fiſcũ poſſeſſionẽ, &
illius feudi incorporationẽ:nã noua in-
ueſtitura opus eſſet,& feudũ cẽſereẽ cẽ
nouũ:ſic idẽ Bal.in l.1.q. 15.ff. de rerum
diui.Old.cõſ.178.nu.2.feudiſtæ in d.§.
inſuper,& in dicto cap.primo, de vaſ.de
crep.ætat.Iaſ.conſilio 152.colum. ſecun
da,in ſecundo,Riminal.conſilio 96.nu-
mero 23. Gozadi. conſilio 84. numero
10.Berous 109.numero vigeſimoſepti-
mo,in 1.Dec.conſ.56.nu.24.& 25.

65 Decimaquarta concluſio, ſic reſtitu-
tus debet poſſeſ. rerum adipiſci nõ pro
pria auctoritate, ſed cum mandato, &
auctoritate principis reſtituentis, ac ci-
tato poſſeſſore, quia poſſeſſor non de-
bet non citatus de ſua poſſeſſione eijci,
de quo videndus eſt Afflict. in deciſio.
116.

116.& melius in deciſ.361.ſub numero 12.& ſub num. 35. amplia etiam, quòd princeps illum reſtituerit de plenitudine poteſtatis: quia nõ per hoc interuertitur poſſeſſio illius tertij, ſic Bald. in l. 1. num. 24. C. de ſeruitu. & idem Bald. in l. denique. ff. ex quib. cau. ma. & hoc caſu an poſſit agere aduerſus poſſeſſores remedijs reintegrandæ, & reſtituendæ, ſcripſit Bertazol. conſil. 20. nume. 29. & 30. poſt Rui. conſi. 21. nu. 7. in quinto, & ibi ſub num. 35. & 36. inquit, quòd licet bannitus reſtitutus non recuperet rerum poſſeſſionem: attamen in eũ tranſit ius illam recuperandi.

66 Decimaquinta concluſio, reſtitutus aduerſus bannum non recuperat bona interim durante banno ſibi vſurpata, & præſcripta, ſed ea iuris remedijs recuperat, l. ſi cum militi. §. quod eo tempore, vbi Bald. not. ff. ex quib. cau. maior.

67 Decimaſexta concluſio. Rebelles reſtituti ad patriam vigore pacis ſequutæ recuperant bona ſua per Principem cõfiſcata, & alijs perſonis conceſſa, ſic Bal. per illum tex. in tit. de pace conſtantiæ in verbo priuilegia. Vbi inquit, quòd pax facta cum reſtitutione rebelliũ non habet vim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum, & idem Bald. ibi in verbo poſſeſſiones, vbi quòd poſſeſſiones, facta pace, debent reſtitui extoribus reſtitutis, niſi pertinerent ad Imperium, & eius dicta ſequitur Aret. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ſub numero 21. ff. de libe. & poſthum. & plures relati ſupra nume. 32. & in terminis ad hoc, dictum illud inducit Soc. conſi. 58. nume. 2. & 3. in 3. volum. & Nicol. Boer. in deciſio. 38. nume. 8. Dom. Gigas in titu. de rebellibus. q. 17. 19. & 26. Rolã. conſi. 1. nu. 116. & ſeq. in 3.

Sed attende, quia Barto. in l. quæcunque. C. de fide inſtrum. lib. 10. ſenſit contrarium, niſi ex capitulis pacis id actum fuiſſet, adeo vt requiritur, ꝙ princeps ita expreſſe voluerit, & ex Barto. tradit Iaſo. in dicto §. & quid ſi tantum, num. 66. Boſ. in titu. de remed. ex ſola clemen. nume. 12. & in titu. de reſtitu. quæ fiunt a Principe, num. 8. & cum pacis capitula ita expoſtulant, exequenda ſunt, Calca. dicto conſi. 52. colum. pen. & ſic expreſſe capitulari admonet Afflict. in c. 1. ſub nume. 36. in titu. de vaſal. decrep. ætat. & idem Afflict. in c. primo, in ſexto notab. ſub nume. 34. in titu. hic finitur lex, & clarius, ſub nume. 36. vbi refert dictum illud Bald. de pace conſtantiæ, & inquit dictum illud non procedere, cũ princeps bona rebellium per contractũ in alium tranſtuliſſet, propterea cauti ſint exbanniti, & rebelles, vt in capitulis pacis apponi faciant, vt reſtituantur ad patriam, & ad omnia bona ſua, & in tertios alienata. ſic Ang. in dicto §. & quid ſi tantum, & Iacob. de Beluiſ. in titu. hic finitur lex Feder. & Afflict. ad eum ſub num. 34. in ſexto notab. & ſic quod requiratur expreſſa conuentio voluit Berous conſi. 76. nume. 103. in primo, ſecutus eſt Dom. Menoch. conſ. 103. nu. 12.

Adde, quòd idem ſentit Ang. in l. penultima. C. de cap. vbi inquit, quòd extores, qui tempore pacis reuertuntur ad patriam, cum capitulis, vt bona ſua ſibi reſtituantur, recuperãt omnia, & quæcunque mobilia, & immobilia, iura, & actiones, & quæ de facto tenebant, ſicuti reuerſi per poſtliminium, & veniunt bona cum fructibus ex die pacis, & reſtitutionis, niſi verba capitulorum pacis aliud ſuaderent, ſicuti declarauit Boſ. loco præallegato, ſub num. 18.

Quandoque tamen Princeps, ne contingat in ſtatibus aliqua perturbatio ob reſtitutionem bonorum faciendam extoribus reſtitutis, componũt de aliqua ſumma pecuniaria, ſicuti factum fuit in fędere inito inter Cæſa. Maieſt. & inter Sereniſſimum Venetorum Dominium: nam extoribus Paduanis, & Vincentinis, bona: quia per plurium manus tranſierant, reſtituta non fuerunt, ſed loco bonorũ, & fructuum Sereniſſ. Domi. ſe obligauit eiſdẽ, & ſucceſſoribus in ꝑpetuũ ſoluere ducatos 5000. partiẽdos inter eos, pro rata bonorũ infiſcatorum, & ita executum fuit, & adhuc inuiolabiliter obſeruatur.

Decima-



68 Decimaſeptima concluſio, vbi pro crimine bona, ipſo iure, non infiſcantur, nec per ſententiam confiſcatoriam reus fuit dominio bonorũ priuatus, quãuis Princeps de facto, bona in alium tranſtuliſſet, reus reſtitutus poſſet bona ſua à poſſeſſore vendicare, nec à vendicatione repelleretur ex beneficio l. bene a Zenone. C. de quad. præſcr. ſic Afflict. poſt And. Iſern. in c. 1. de vaſal. decrep. ætat. nume. 32. ſequutus eſt Grammat. deciſ. 105. num. 18. & 19. & bene, quia rerum dominium nũquàm à reo diſceſſit, & ex facto conſuluit Calcan. conſ. 52. col. 3. & 4. ex quibus autem criminibus bona ipſo iure publicentur, ſcripſi in titu. de crimin. quæ mor. non exting. Hanc tamen concluſionem non procedere intelligo in iuribus ad quęrendum competẽtibus bãnito, deinde translatis in alium, ſicuti ex ſcriptis per Lucam de Pẽna in d. l. cũ allegatis, colum. pen. & vlt. C. de re milit. lib. 12. planè deduci poteſt.

69 Decimaoctaua concluſio, poſſeſſor, cui princeps bona aufert, & in rebannitum de mera gratia transfert, nõ habet contra auctorem ſuum recurſum de euictione. l. Lucius. ff. de euict. ſecus autem cum non ex mera gratia, ſed de iuſtitia extraordinaria, nam eo caſu non ceſſat euictio. l. minor 25. annis. ff. eo. & ibi Salyc. not. limita cum poſſeſſor ex cauſa lucratiua poſſideret. l. qui res. §. diuerſum, ſecundum vnum intellectum, quem ſequuntur Doct. ibi. ff. de ſolut. & in materia Boſ. in tit. de remed. iuſt. cont. ſenten. col. 2. Ego autem indiſtinctè cẽſeo, ablata re emptori ex facto principis reſtituentis exititios ad bona, de euictione dari recurſum aduerſus principem, ſi ſit immediatus auctor, vel aduerſus venditorem immediatum auctorem, prout Ang. ſenſit in l. 2. C. de peric. & com. rei vend. & deciſum refert deciſ. Pedemon. 47. & illã l. Lucius intelligo in caſu, cum res non à facto principis peruenerat in venditorem.

70 Decimanona concluſio: Reſtitutio conceſſa rebellibus, & extoribus, non videtur trahi ad iam mortuos, & defunctos, quia mors omnia ſoluit. §. deinceps, auth. de nup. ideo mortuus liberari non poteſt. l. qui libertinus. §. poſthumus. ff. de oper. liber. Præterea nulla legis diſpoſitio poteſt cadere, niſi in ſuſcipientem materiam, vnde inane eſt decretũ, quod in mortuũ profertur. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi deceſſerint, & ff. de hæred. inſti. l. quo loco. §. ſi iã mortuo. Itẽ Senatus auctoritas facere nõ poteſt, quod de iure impoſſibile eſt, l. 2. ff. de vſuf. earum rerum, ſic in ſpecie arguit Bal. conſ. 408. in 1. vbi tamen contrarium decidit: quia defuncti memoria poteſt abſolui, & in integrum reſtitui, ſicut & condemnari. ff. de accuſa. l. ex iudiciorũ. Vnde excommunicatus, & de hęreſi inquiſitus etiam poſt mortem abſoluitur. c. a nobis, extra de ſent. excom. c. accuſatus. de hæret. in 6. ideoq; eſt ſubiectũ abſolubile. Videlicet defuncti memoria, quò ad eius bona, & famam. Item adducit, quòd reſtitutio principis, & poſtliminium ęquiparantur. l. ſi quis filio. §. pen. ff. de iniuſto teſtam. ideoque reſtitutus fingitur, vel ſemper in ciuitate fuiſſe, vel ante damnationem deceſſiſſe, ad exemplum. l. Corneliæ conſequenter concludit reſtitutionẽ prodeſſe ſucceſſoribus, quò ad bona, & idem Bal. conſ. 243. in eod. vol. & hæc ratione iuuatur, quia & iſti minori fauore digni ſunt, quàm viuẽtes, immo maiori, ſi pœnam capitalem principis iuſſu luiſſent, & ita ſeruaſſe refert Boſ. ĩ præalleg. tit. nume. 14. & in tit. de reſtit. quæ fiunt à princip. & idem quoque conſuluit Ang. conſ. 356.

71 Quo caſu, alia ſubintrat quæſtio, ſuppoſito, quòd decretum expreſsè, vel tacitè mortuos compræhendat, vtrum teſtamentum illius confirmetur, quod per damnationem irritatum fuerat, ad text. in l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſt. teſtam. conſtat enim reſtitutionem viuenti conceſſam prodeſſe ad confirmationem teſtamenti per eum ante facti. d. l. ſi quis filio. §. quatenus, vbi Bart. pulchrè notat. In mortuo autem an proſit, vt teſtamẽtum antea factum valeat, ſunt opiniones. nam Bal. in præalleg. conſilijs de-

termi-

terminat pro validitate teſtamenti: contra verò expreſſe decidit Petr. de Anch. d. conſ. 161. in 2. dub. quamobrem ad euadendum difficultates opportunum eſt explicite capitulare, ſcilicet de vltimis rebellium defunctorum voluntatibus confirmandis, nam ſic confirmarentur: aliàs inciditur in quæſtionem ſupra relatam, ſic Lofred. conſ. 7. colum. 6. & ibi ad hoc plura adducit.

72 Vigeſima concluſio, reſtitutis exulibus ex cauſa pacis ſecutæ, ac proinde reſtitutis eis bonis ſuis, ne dum ſententiæ contra eos latæ ex cauſa rebellionis reſcinduntur, & annullantur, ſed etiã omnes, & quæcunque aliæ ſententiæ interim aduerſus eos latæ, vel contra fiſcum poſſeſſorem bonorũ, puta ex cauſa mutui, depoſiti, fideicommiſſ. vel ex alijs cauſis: ſic egregiè Bald. in titu. de pace conſtantiæ in verbo ſententiæ, ſecutus eſt Boſ. in tit. de remed. princip. ſub numero 10. & 11.

73 Vigeſimaprima concluſio, reſtitutis rebellibus, intelligũtur reſtituti omnes, qui in conſequentiam eorum condemnati fuerant, caſus eſt in l. fi. ff. de ſenten. paſſis. Exemplũ in terminis. l. quiſquis. §. filij vero. C. ad leg. Iul. ma. ſic Salyc. in l. caſtitati. C. de adulter. D. Gigas in titu. de pœnis committen. q. 22. nu. 8. Idcirco reſtituto primogenito: quia per reſtitutionem habilitatur ad feudi ſucceſſionem, vel etiam ad illius rehabitionem, vt dixi ſupra, nume. 23. filij quoque, & deſcendentes ab eo etiam concepti, & nati poſt bannum intelliguntur reſtituti, & habilitati ad ſuccedẽdum in eo feudo, veluti pulchrè docuit Afflic. in cap. 1. in gloſ. tertia, nume. 91. & ſeq. in tit. quę fuit prima cau.

74 Vigeſimaſecunda concluſio, reſtitutus aduerſus bannum, qui proinde non poteſt ex vi reſtitutionis rehabere bona per Principem ex contractu in tertiũ alienata, vel in eum ex pacto reuerſa, non etiam poteſt ab eo tertio, bona illa ſponte dante habere citra principis aſſenſum, ſic pulchrè concludunt Andr. Iſern. & Afflic. in d. c. 1. ſub nu. 29.

75 Vigeſimatertia concluſio, reſtitutus à Principe in forma pleniſſima, etiam ad bona in alium translata non poteſt inuadere bona eccleſijs alienata, per eas poſſeſſa: quia facta ſunt ſancta ſanctorũ, in quibus Iudex, & Princeps laicus ſe amplius intromittere non poteſt, citra ſacrilegij crimen. 12. q. 2. nulli liceat, & c. ſeq. no. Innoc. & poſteriores ad eum in c. verum, extra de foro compe. intellige etiã, quòd ex cauſa pacis facta ſit reſtitutio bonorũ: ſic deciſum fuiſſe in ſacro conſilio, retulit Afflict. in deciſ. 361. monaſterium.

76 Vigeſimaquarta concluſio: damnatus in perſonã, & in bonis, ſi ad patibulum ductus, obtinuerit remiſſionem delicti, non amittit bona: quia nec etiam vitam naturalem, ſic Bald. in c. Domino Guerram, in tit. hic finitur lex. vbi non diſtinguit inter indulgentiam, & reſtitutionẽ, ſecutus eſt Afflict. ibi in §. nunc venio. nu. 3. Ego tamen puto diſtinguendum eſſe: quia nõ video rationem in contrarium, quæ valida ſit.

77 Vigeſimaquinta cõcluſio, damnatus, & reſtitutus non recuperat iura illa, quę per illius damnationẽ penitus extincta fuerant, ſic Bal. notabiliter in l. 1. C. qui non poſ. ad lib. peru. per tex. in l. intercidit. ff. de cond. & dem. & per regulam in l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. & quia ſecundum naturam, de priuatione ad habitum, impoſſibilis eſt regreſſus: ad hoc quæ ſcripſi ſupra in tit. de dam. in metal. ante num. 11.

78 Ideo vſufructu conſolidato cum proprietate ob maximam, vel mediam fructuarij capitis diminutionem, & ſic finito, & extincto: ad text. in §. finitur. inſtit. de vſufr. & in l. corruptionem. C. eo. fructuario reſtituto non reintegrabitur, & in ſpecie ſic ſenſerũt Ang. & Raph. Cum. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapio. quos ibi recenſuit Iaſ. num. 104. & num. 106. & quamuis Iaſ. ibi contra decidat per tex. in l. ſi ager. ff. quibus mod. vſufr. amit. nihilominus text. ille nihil obſtat: quia loquitur de impedimento ſuperueniente reſpectu rei, non de impedimẽto

inhabi-



inhabilitante perſonam fructuarij, idcirco concluſio noſtra vera eſt, quæ comprobatur ex ſcriptis per Dec. conſ. 621. & per Borgnin. Caual. in tit. de vſufructu. nu. 233. & eſt generale, quòd extincto relicto ob aliquam cauſam, non reaſſumit vires, quamuis cauſa illa deficiat. Bart. in l. Titia. §. Imperator. colum. pen. ff. de leg. 2. Pau. Caſt. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. Ioan. de Garron, in rubr. C. de ſec. nupt. nume. 99. limita, & intellige in relicto vnico: ſecus in relicto annuo, & multiplicabili. nam ſingulo quoque anno, nouum eſt legatum, ſic Borgnin. in dicto loco: adducit tex. in l. ſi vſusfructus alternis. ff. quib. mod. vſuſfr. amitt. & quæ no. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone in 4. limitar. ff. de verb. ſignif. & Iacob. Machel. in patrocin. 29. num. 17. tu verò adde limitationẽ generaliter procedere, quoties ex forma diſpoſitionis beneficium, ſeu legatum non eſſet ſimplex, & vnicũ, ſed repetitum ſingulis annis, vel toto tẽpore vitæ illius, vel cũ capax eſſet: cuius rei exempla habemus apud Bart. & ſcribentes poſt eum in l. Titia. §. Titia. col. penult. ff. de leg. 2. Rom. conſ. 516. Curt. ſenior conſ. 14. & 15. Dec. conſ. 476. & conſ. 620. colum. quarta, Ruin. conſ. 17. nume. 14. in ſecundo. Pariſ. conſilio 21. colum. 1. & 2. in ſecundo.

79 Vigeſimaſexta concluſio: Reſtitutus ad patriã ex cauſa pacis factæ inter principes; non recuperat bona, quæ ex cauſa alterius delicti commiſſi amiſerat: quamuis reſtitutus ſit ad bona, quia reſtitutio non trahitur ad bona amiſſa ex alia cauſa. Bal. in tit. de pace conſtant. in verbo, recuperauerit. Boer. quæſtio. 38. colum. 11. Menoch. conſ. 103. num. 9. & 10. & idem quoque voluit Calcan. conſilio 52. nume. 13. vbi quòd reſtitutio operatur ſolùm, quò ad ea bona, quæ tempore condemnationis, erant apud bannitum reſtitutum.

80 Vigeſimaſeptima concluſio: Reſtitutio ad patriam etiam per verbum indulgentiæ, non expirat morte concedentis: quia indulgentia non expirat per mortem concedentis, ſed etiam ad ſucceſſorem tranſit: niſi ſucceſſor aliud ſtatuerit. Innoc. in c. quod translationem. in fine: ex. de offic. leg. Card. & Abb. in c. penult. extra de cler. non reſid. & ibi quoque Boich. Afflic. deciſ. 128.

81 Vltimò, pro complemento materiæ, de duobus quæro. Primo, Princeps reſtituit bannitum ex gratia particulari, vel ex lege generali reſtitutiua bannitorum, vel etiam ex conditionibus in ſententia expreſſis: an bannitus, vt reſtitutionis beneficium aſſequatur, teneatur prius aliquid agere: quæſtio eſt valde vtilis.

82 Et quidem, ſi ſecuta eſſet banni cancellatio: dubium non eſt, quòd reſtitutionis beneficia aſſequitur. Nam cancellatio operatur banni reſolutionem, & bannitus habetur pro nõ bannito, quia hæc paria ſunt: nõ eſſe ſcriptum, vel ſcriptum, ſed cancellatum: ſicuti notauit Albe. in l. prima. §. ſi conſulto. ff. de bon. poſ. ſec. tab. ſequitur Decius conſ. 327. nume. 3.

Si verò bannum non eſt cãcellatum, tunc diſtingue: aut princeps purè, & ſimpliciter reſtituit bannitũ, & eo caſu gratia ſtatim operatur ſuos effectus, quò ad hoc, vt capax ſit bonorum, ſucceſſionũ, iurium, & honorum in ciuitate: & ſi aduerſus eum in iudicio de banno exciperetur, poſſet de reſtitutione replicare: & in his terminis rectè procedunt, quæ ſupra ſcripſi, num. 11. & infra, ex quibus propoſita concluſio comprobatur: ſed quò ad tertium, qui ſit reſtitutum, non de banno cancellatum, occidiſſet: an de occiſo teneatur. alia eſt diſcuſſio, de qua dicam infra.

83 Aut verò non ſimpliciter: ſed aliquo dato, vel facto, reſtituit: puta, ſi dederit mille, vel ſi bannitum pari banno intra limites, vel etiam alibi occiderit, vel ſi ſeruierit in bello per aliquod tẽpus, aut ſi duos milites, aut duos galeottas, per certum tempus exhibuerit, & in his, & ſimilibus caſibus, cum lex generalis, vel particularis loquitur conditionaliter: planum eſt, ante conditionis implementum,

tum, non eſſe locum liberationi, quia vbi aliquid conditionale deducitur, debet prius conditionis purificatio liquidari, ſecundum Bal. in l.cum teſtamẽto. C. de manu. teſt.& in l.ſi quidem. C. de excep.per l.hoc iure.ff.de verbor.oblig. & idem plenius notarunt Alexand. Iaſ. & poſteriores in d.l.hoc iure.quam legit eum lege, in illa ff.eod.tit.

84 Poſt verò conditionis implemẽtum, an aliud ſit agendum: diſtinguit Nellum in tertia part.ſecundi tempo. quæſt.79. quòd aut princeps ipſo iure reſtituit, & tunc abſque vlteriori facto, ſic reſtitutus, quò ad omnes iuris effectus: vt ſupra declaraui, adeo vt non ſit opus alia iudicis declaratoria. & eius opinio comprobari poteſt: licet ipſe non dicat: quia cum lex ipſo iure, ob aliquod factum aliquid inducit: immediatè quò ad iuris effectus trahit ſecum executionem, licet non quò ad effectus facti, ideo non operatur effectum cancellationis bãni: quia facti eſt: ſic in propoſito Dec. dicto cõſilio 327.colum.tertia, vbi inducit tex. in c.cum ſecundum. de hæret. in ſexto, & quod notauit Domin.in c.Fęlicis.col.2. de pœnis, in eod.libro, & Bald.in l.quæ ſub conditione. §. fin.ff.de condi.inſtit. cõtra verò tenuit Rui.d.cõſi 85. ſub numero ſeptimo, in quarto, nil mirũ: quia & vbi lex pœnam ipſo iure inducit, non trahit ſecum executionem, quò ad iuris effectus: niſi præcedat iudicis declaratoria ſuper facto, ſecundum aliam opin. Bald. in l.ſi quis maior. colum. ſecunda. C.de tranſac.quam probarunt Alex. ibi numero decimotertio, & Ruin.d.conſilio num. ſexto, ſed pręcedens eſt verior, quam probauit Iaſ.in dicta l.ſi quis maior.numero 26.dixi in titu.de crim.quæ mor.non exting. nu.13.

85 Si verò lex, aut gratia: non ipſo iure reſtituit: tunc poſt implementum conditionis neceſſaria eſt declaratoria iudicis ſuper implemento, & ante pronunciam iudicis, bannitus non poteſt dici reſtitutus, ſic in ſpecie Nell. dicto loco, adducit ſcripta ab Innoc. in c. cum bonæ. extra de ętate, & qual. quia, vt inquit Innoc. ante pronunciam incertum eſt, an id ſit factum, vel datum, prout gratia, aut lex requirit: ideoque ſecundum Nellum ante pronunciam, bannitus habetur pro bannito, quo ad omnes, & quò ad omnia, præterquàm quò ad fiſcum: nam ſi caperetur, poſſet opponere de reſtitutione, docendo de implemento conditionis, quo probato obſtaret fiſco doli exceptio: ſecutus eſt Ruin. dicto conſilio 85. numero quarto, vbi adducit ſcripta à Bart.in l.is cui bonis.in verſ.quæro aliquis.ff.de verb.obligat. & plura alia. Ego autem dico, quòd etiam ſuſtineri poſſet, ante pronunciationem iudicis, hunc haberi pro reſtituto, quò ad capacitatem iurium, & honorum, in ciuitate: cum ſatis ſit, conditionem eſſe impletam, & de eius implemento probari in proſecutione iudicij, ex doctrina Alexand.in l.ita ſtipulatus.la grande, col.3.ff.de verb.oblig.

86 Quandoque verò lex, aut gratia, non per viam conditionis, ſed per viam modi imponit, aliquid dandum, aut faciendum, & hoc caſu, quia modus non ſuſpendit effectum diſpoſitionis: quoniam poſt, non ante impleri debet: ſicuti notatur Bart. & alij in l. quibus diebus. §. Termilius. colum. prima, & ſecunda. ff. de cond.& demonſt.Paul.Caſt. conſilio quinto, in princ.volum.primo, & conſilio 192.circa primum. colum.prima, & ſecunda, in 2.Crauet.conſ.59.colum.ſecunda, pulchrè Cabriel. conſi. quinto, numero nono, iccirco gratia ſtatim operatur ſuos effectus, ac ſi ſimpliciter conceſſa fuiſſet: niſi ex mente Principis conſtaret, modum prius implendum eſſe, nam vim cõditionis aſſequeretur, quod fieri per concedentem poteſt: quia hoc pendet ab eius voluntate: ſic Dec. dicto conſilio 327.colum.quarta, in princ.adducit not. à Bart. in l.in conditionibus. §.primo.ff.de condi.& demonſt. & quia in materia iſta, vtrum ſit modus, aut conditio, inſpicitur, an implementum præcedere debeat, vel ſubſequi: ſicuti Crau.docuit d.conſ.col.3.

87 Sed vtrum reſtitutus, ſed nõ de banno



no cancellatus, potuerit impunè offendi, ſtante ſtatuto permiſſiuo, pleniſſimè ſcripſerunt Nell. Decius, & Ruinus in locis pręalleg. idem Nellum in ſec.quæſtio.3.tempor.

Præmiſſa intelligas, cum per ſententiam banni permittitur reſtitutio aduerſus bannum aliquo dato, vel facto.

88 Secundo quæro: an bannitus diù toleratus à principe, & à ciuibus, in ciuitate, habeatur pro reſtituto, ita vt efficiatur capax iurium & bonorum, prout ſi rebannitus fuiſſet, vel etiam impunè offendi nequeat. Quæſtio ampliſſimè fuit diſcuſſa per dominum Nellum, in tertia parte ſecun.temp.quæſtio.84.per Dec.aliqualiter dicto conſil. 327. latius autem, & ſolidius per Ruin. dicto conſilio octuageſimoquinto, per Marſil.ſingul. 77. vbi plures commemorat: & nouiſſimè latè ſcripſit Menoch. conſ. 275. nume. 49. & infra.

*Finis Libri Quinti.*

# MARCI ANTONII PEREGRINI DE IVRIBVS, ET PRIVILEGIIS FISCI,

## Liber Sextus.

### DE FISCI PRIVILEGIIS IN EXTRAiudicialibus. Titulus Primus.

1 *Fiſcus in dubio vtitur iure priuati, ac iure communi.*

2 *Priuatus vtitur legibus loquentibus de fiſco, niſi in priuato aliud ſtatutum ſit.*

3 *Fiſcus in dubio non præſumitur priuilegiatus.*

4 *Generalis diſpoſitio omnes caſus, & perſonas includit.*

5 *Fiſcus agens ex ſtatuto, tenetur obſeruare formam a ſtatuto indictam.*

6 *Fiſci iura in dubio ad priuatos protenduntur.*

7 *Fiſcus ex cõtractibus efficaciter obligatur.*

8 *Princeps ex contractu validè obligatur.*

9 *Deus per promiſsionem obligatur.*

10 *Princeps non poteſt de plenitudine poteſtatis reuocare contractum, nec aliquid addere, vel detrahere.*

11 *Princeps in contractibus vtitur iure communi.*

12 *Contractu non obſeruato tenetur princeps, & fiſcus ad totale priuati intereſſe.*

13 *Princeps ex cauſa poteſt recedere a contractu.*

14 *Fiſci ex contractu non transfertur, nec acquiritur dominium, aut poſſeſsio abſq; traditione.*

15 *Principis ex contractu, an transferatur dominiũ, vel poſſeſsio abſq; rei traditione.*

16 *Pacto ex nudo fiſcus non agit.*

17 *Fiſco alter ſtipulari non poteſt, niſi notarius ſit.*

18 *Dotis cauſa alter alteri ſtipulari poteſt.*

19 *Piæ cauſæ tertius ſtipulari poteſt.*

20 *Fiſco abſenti nemine pro eo ſtipulante non acquiritur.*

21 *Donatio facta piæ cauſæ nemine pro ea ſtipulante non valet.*

22 *Dotis fauore valet donatio nemine pro dotis cauſa ſtipulante.*

23 *Fiſco ex notarij ſtipulatione non acquiritur ante ratihabitionem.*

*Notarius non acquirit ex ſtipulatu fiſco, niſi accedente fiſci ratihabitione, quid autem in priuatis.*

24 *Stipulatione officialis fiſci quæritur actio fiſco, ſi ſtipulatio ſolemnis interceſſerit.*

25 *Fiſcus emphyteuta non ſoluens, expelli poteſt, prout priuatus.*

26 *Fiſcus pro negotio vtiliter geſto tenetur.*

27 *Fructus ſi fiſco ſint reſtituendi, intelligitur deductis impenſis.*

28 *Scriptura priuata debitoris fiſcalis non prodeſt fiſco.*





29 *Fiſcus in pœnis vtitur iure communi.*

30 *Teſtamentis, & in vlt. volunt. fiſcus iure communi vtitur.*

31 *Fiſco non denegatur beneficium iuris cõis.*

32 *Emphyteuta fiſci, vel priuati habens tres apocas ſolutionũ trium annorum præſumitur pro retro annis præteritis ſoluiſſe.*

33 *Debitorẽ fiſci eximens tenetur de ſuo ſoluere, nec liberatur, ſi illũ in carcerib. referat.*

34 *Fiſcus contra factum ſuum venire nequit.*

35 *Fiſcus ſuccedens in ius priuati, an vtatur iure priuati, vel iure ſuo priuilegiato.*

36 *Contractus cum fiſco, & principe celebrati, habent naturam bonæ fidei.*

37 *Principis contractus vim legis obtinet.*

ABVNDE ſcripſimus, quib. ex cauſis fiſco acquiratˉ, expedit itaq; vt mox videamus, de iurib. & priuilegijs fiſci in contractibus, & generaliter in extraiudicialibus, & eſt tertia principalis pars tractatus noſtri.

1 Illud autem prænotandum eſt, quòd fiſcus in dubio vtitur iure priuati, conſequenter iure communi, niſi in caſu ſubiecto reperiatur ſpecialiter priuilegiatus, ad hoc tex. notab. in l. idem. ff. de cõpenſa. in l. cum vitioſe. ff. de pign. in l. de contractu. C. de reſcind. vend. in l. iuſtas. C. de iure fiſ. & in l. fin. C. de vſur. fiſcal. lib. 10. & in l. 1. vbi Bar. no. C. de cõduct. lib. 11. pulchrè Cyn. in l. 1. C. de peti. hæred. & in terminis, ſic argumentantur Anch. conſ. 101. Fulg. 126. & Guido Papa, q. 536. Natta conſ. 500. nu. 6.

2 Et è contra, priuatus vtitur legibus loquentibus de fiſco, ac ſtatuta in fiſco præſumuntur communia ad priuatum, niſi in priuato aliud conſtitutum reperiatur. tex. in terminis in l. item. §. ait Senatus, & §. in priuatorum. ff. de pet. hæred. & inde colligit glo. & ſcriptores omnes, & pulchrè Pau. Caſt. ibi, & idẽ Paul. & alij in d. l. 1. C. eo. ad hoc etiam tex. notandus in l. 2. C. de paſc. publ. lib. 11. glo. in l. ſi fundum. C. qui potior.

3 Quamobrem cum quęritur, an fiſcus ſit priuilegiatus, in dubio contra fiſcum eſt enunciandum, per text. in l. non puto. ff. de iure fiſc. quem ſic valde eleganter intellexit Filip. Dec. in l. in ambiguis. ff. de reg. iu. & in rubr. ext. de iud. in 2. lectura, & in c. ex literis, ext. de probat. in 3. colum. & an id adducitur per regulã præmiſſam. ſubſequitur Ripa in l. 1. nu. 4. ff. ſolu. matrimo. & in l. ſi debitor. nu. 7. ff. de pignor. Didac. variarum reſolut. lib. 1. c. 16. num. 1. Cabballin. in tract. de euict. §. 3. num. 107.

4 Quibus optimè conſonat, quòd generalis diſpoſitio omnes caſus, & perſonas includit etiam priuilegiatas, ſi in eo caſu non ſint ſpecialiter priuilegiatę. l. in fraudem. §. fina. & inde colligit Bald. ff. de teſtam. milit. Dec. conſ. 225. in vltima colum. & in terminis in fiſco per hanc rationem formaliter arguit Decius ipſe conſil. 531. & num. 3.

5 Vbi infert, quòd fiſcus agens ex ſtatuto, tenetur obſeruare formam, & ſolemnitatem ex ſtatuto indictam.

6 Quare dubitabilis, immo non vera videtur Franciſci Lucani aſſertio poſt Alber. quem refert in ſuo tract. de fiſco. q. 133. dum inquit, ius in fiſco ſtatutum in dubio ſpeciale præſumi, nec ad priuatos extendendũ: nam ex præmiſſis reijcitur, quibus præterea addo Euerard. in loco, à fiſco ad eccleſiam, fol. penult. in verſic. dummodo, & Excellen. Menoch. cõſ. 242. nu. 9. in 3. vbi tamen, ſub nu. 8. ſecus concludit in cauſa dotis.

7 Quamobrem cum fiſcus iure communi vtatur: proinde fit, vt ex contractibus efficaciter obligetur, prout quilibet priuatus, ſic arguit text. in l. de cõtractu. C. de reſcin. ven. optimus textus ad hoc in l. bene a Zenone. C. de quad. præſcrip.

8 Nec mirum, nã & ſupremus Princeps ex promiſſione obligatur. d. l. bene à Zenone, & l. ſeq. & l. pen. vbi Bal. not. C. de donatio. inter virum, idem Bald. & Iaſ. in l. prima, in prin. ff. de pact. per illũ tex. Bal. Pau. & alij in l. 2. C. de legib. ad hoc text. pro caſu in c. 1. extra de probat. & inde notat Abbas Papã ex promiſſione

obligari, & ſequuntur poſteriores omnes, & pulcherrimis rationibus confirmauit Bald. conſ.24. in 2. & 327.col.1. in 1.nil mirum: quia nihil eſt quod clariori lumine præfulgeat, quàm recta fides in principe, ſicuti legitur in epiſtola inter claras.C.de ſum.Trinit.

9 Immo Deus ipſe Opt. Max. ex promiſſione obligatur, ſicuti concludit magiſter ſenten. relatus per Cy. in l.digna vox. C. de legib. & per Bald. in d. l.1.in princ.ff.de pact.Id autem ſiue cõtingat, quia Princeps promittendo obligetur ciuiliter, ſiue naturaliter tantũ, cũ vnus, & idem reſultet effectus, vlterius nõ proſequor, de ea autem re pleniſſimè cõcertarunt Aret.Felyn.& Dec. in d.c.1.& verius eſt, vt Princeps ex contractu ciuiliter obligetur.vt Bal.ſcripſit ĩ l.princeps. ff. de legib. & copioſe firmauit Siluan. conſ.34.num.28.

10 Adeo autem obligatur princeps, & fiſcus ſimiliter, vt poſt perfectum cõtractum, nihil poſſit ei addere, vel diminuere, ad text.in l.perfectã.C.de donat.quę ſub mo.& in l.2.C.de dona.ſic Bal. cenſuit conſ.327.in 1.Soc.iun.in conſ.126. nu.12.in 3.Ruin.conſ.229.nu.10.in primo.ita, vt nec ex plenitudine poteſtatis poſſit contractum infringere, vt inquit idem Bal.in l.digna vox, & poſt eũ Paul. Caſtr.C.de legib.idem Bald.in c.1.§.ad hæc, in 5.col.in tit.de pace iur.fir.Dec.in d.c.1.in 1.col.& in ſuo cõſ. 286. num.5. & 6. cum alijs adductis ſupra in 1.par. num.130. ſiue contractus celebratus ſit cum ſubdito, ſiue cum alio. Anto.Butr. Imo. Abbas, Aret. Felyn. Dec.& alij in d.c.1.Grammat. deciſ.65, nu.26.& 27. Soc.iun.conſ.60.nu.15.in 3.

11 Ideoque & Princeps ipſe in contractibus vtitur iure communi, prout & fiſcus, ſicuti Bald. colligit in l.ex imperfecto. C.de teſta. & in eis conſideratur vti priuatus, veluti in terminis ſcripſit Cardin.conſ.147.col.pen.Dec.d.conſil.286. num.7.& probatur in d.l.de contractu. C.de reſcind.vend.

12 Propterea ſi princeps, vel fiſcus, non obſeruauerit contractum ex parte ſua, tenetur priuato contrahenti ad totale illius intereſſe, veluti teneretur quilibet priuatus: ſic Bart. Soc.conſ.156.col.2.in 2.& conſ.4. col.2. in 3.Affl c. in c.1.§.1. num.12.in tit.de noua for.fidel.

13 Ex cauſa tamẽ poteſt princeps à cõtractu recedere.l.cotem.§.agri.cum glo. & inde not.Pau.Caſt.ff.de publi.l.quod ſemel. vbi Bart. ff.de decret.ab ord.fac. Bal.in d.l.pen. C.de donat.int.virũ.Soc. ſen.conſ.4.nu.10.in 3.Iaſ.cõſ.1.ſub nu.3. in 1.vbi declarat iuſtã cauſam eſſe, quæ de nouo ſuperueniat, aut retro ignoratam à Principe: Afflic.deciſ.361.num.6. deciſ.Pedem.90.nu.14.& 15.D.Decian. conſ.19.nu.89.in 3.vbi conſiderat, ꝙ regulariter quilibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantib.ad l.quod Seruius.ff.de cond.ob cau.& l.quæro. §.inter locatorem.ff.locat.& no.Abb. in c.pen. ext.de cler.non reſid.ideo ſi ratio publicæ vtilitatis ſuperuenientis aliud ſuaderet, de facili princeps a contractu ſuo recedere poſſet: dixi in prima par.tit.3.nume.67. & in tit.de bannit.reſtitu. nu.39.

14 Ex his ſanè plura notatu digna inferũtur: primũ ꝙ ex contractu cum principe, & fiſco celebrato, non acquiritur illis rerũ dominiũ citra rei traditionem, prout nec priuato.l.traditionibus.C.de pact.cũ materia, fallit in reb.vẽditis, donatis, & legatis, ac ꝑ fideic.relictis: iuxta text.in l.fin.C.de ſacroſan. eccleſ. quem text.etiam in fiſco, & Principe, procedere concludunt cõmuniter Doct.dixi infra in tit.de præſcript.fiſcal.nu.3.& 4.

15 Secundò econtra infertur, ex contractu Principis, & fiſci non acquiri priuato rerum dominiũ, abſque rei traditione, per regulam d. l.traditionibus. per quam ſic adnotarunt Iaſ. & Dec.ibi, idẽ Iaſ.in l.quoties.col.2.& 3. C.de rei vẽd. & fuit dictũ Bal.ĩ c.1.§.inueſtitura.quẽ ſequũtur poſteriores in tit.de noua for. fid.& ego latius ſcripſi in 1.lib.tit.3.nume.49.declarãdo tamẽ, vt Bal.ipſe explicauit, cum princeps procedit per viã cõtractus: nam ſi per modum priuilegij, transfertur dominium abſque rei traditione: quam diſtinctionem poſt Iaco.ab eo relatum probauit Boſ.in tit.de Principe.num.87.ſequitur Afflict.in c.1.ſub num.29.in tit.qui ſucce. ten.Iaſ.ex pluribus in l.quoties.nu.10. C.de rei vend. dixi in primo lib.tit.3.nu.17.

16 Itẽ quia ex pacto nudo nõ oritur efficax obligatio, quæ pariat actionem ad agendũ.ad l.iuriſgẽrium. §.igitur nuda. ff.de pact. proinde fiſcus ex pacto nudo agere nequibit, ſic Bart.in l.1. in princ. col.vlt.ff.de iure fiſ.& ibi quoq; Alber.

17 Sic etiam, quia ſecũdũ iuris ciuilis regulas, alteri nemo ſtipulari põt, ad l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig. idcirco ex ſtipulatione inter duos priuatos, veluti ſuper pœna, nõ quęritur fiſco valida actio, obſtante illa regula, niſi notarius tanquã publica perſona pro fiſco ſtipulatus ſit, ſicuti Bart. explicuit loco dudum allegato, & idem Bart. & Alber. in l.arbiter intra certam. ff. de arbitr. & idẽ Alber.in l.1.ff.de iu.fiſ.Iaſ.in d.§.alteri.in 1.col. vbi adducit rationẽ toties dictam, ꝙ fiſcus vtitur iure communi, & idem tradiderunt Corn. conſ.72.col.2. & 248.nu.7.in 4. Berous conſ. 204. nu. 15.& 206.nu.32.in 3.Boer.deciſ.284.

18 Et notandum eſt, quia cauſa dotis in hoc eſt magis priuilegiata, nã in ea alteri validè ſtipulatur.Iaſ.in d.§.alteri, in 2. limitatione.Bal.Nou.in tract.dotium in 6.par.priuil.22.

19 Sic etiam pia cauſa in hoc priuilegiata eſt, vt ei tertius ſtipulari poſſit. Bal.in l.illud.col.2. C. de ſacroſ.eccl.per glo.in cap.quoties cordis.7.q.1.cum adductis per Iaſ. in d.§.alteri. in 6.limitat.& poſt Bald.Pau.Caſt.in d.l.illud.

20 Rurſus, quia de iure abſenti, nemine pro eo ſtipulante, nõ acquiritur, ad l.abſenti.ff.de don. l.1. in princ. ff.de pact.& l.1. in princ. ff. de verb.obliga.ideo fiſco abſenti donari non põt, vel aliter acquiri, nemine pro eo ſtipulante, ſic Alex.in addit.ad Bar.in d.l.1. in fine principij.ff. de iure fiſ. adducit Bal. in l.decernimus. C.de ſacroſ.eccle. qui id non dicit: forte voluit illum allegare in d.l.illud. vera tamen eſt propoſitio, quæ generalis eſt, etiam ad alias cauſas priuilegiatas.

21 Nã & donatio in pauperes, cauſasq; pias collata, nemine pro eis ſtipulante, non valet: Bar.Bal.Pau.& cæteri.in d.l.illud. C. de ſacroſan. eccle. quorum opinio communis eſt, Ruin. conſ.13.nu.10. & conſilio 37. nume. 4. in 4. Clarus in §.donatio.q.12.

22 Fallit tamen in dotibus: quarũ in hoc ſingulare eſt priuilegium.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxor.actio.Bar.conſ.123.factum ſic ſe habet: ſequitur Dec.conſ.35. vbi adducit plures concord.

23 Cum autem notarius pro fiſco ſtipulatur, demum quæritur fiſco actio ex ea ſtipulatione notarij, ſecuta ratihabitione fiſci, ſic Berous d.conſ.204.nume.16. cuius deciſio fundatur in opinione tenentium, quòd ex ſtipulatione notarij, tanquam publ. perſonæ non quæratur tertio ius, & actio etiam vtilis, niſi ſecuta ratificatione, & fuit opinio Bald. in l.nec enim.§.ſatiſdatio.verſ.6. quæro.ff. de adop. clarius autem ſic determinauit Pau.Caſt. cõſ.195.col.3.in 2.vbi ꝙ poſt mortẽ illius, eius hæredes ratificare non poterũt, ſecuti ſunt Dec. cõſ.226. nu.7. & idem Dec.conſ.586. col.vlt.vbi quòd ſufficiat etiam tacita ratihabitio. Ruin. conſ.180. in primo, Curt.iun. conſ.55, colum.3.num.9.& 10. & conſ.120.in prima, & 2.col.Alciat.conſ.14.lib.9. ſecundum Venetam impreſſionem, vbi quòd mortuo illo, hæredum ratihabitio non iuuat.& idem Alc. conſ.29.in eo.lib.vbi in actu iurato, & idem Alciat.conſ.98.& iterum conſ.112.in eo. lib.& in l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig.

Contra verò tenuerũt plerique alij, ex ſtipulatione notarij, acquiri abſenti ius, & vtilem actionem, reuocabiliter tamen.Corn.conſ.50.in 1.Soc.iun.conſil. 67.in 1.dubio, & 127.nu.8.in 3.Rui.ſibi cõtrarius cõſ.172.in 1.vbi, ꝙ ex ſtipulatione notarij quæritur abſenti ne dum ius, & actio, ſed ẽt ex conſtituto illius, dominiũ, & poſſeſſio, & propterea infert, primã donationẽ in abſentẽ ſtipulatione notarij vallatam, cum clauſula conſtituti, præferri ſecundæ donationi, quãuis in ea interuenerit vera rei traditio, &

idem ampliſſimè ſcripſit Alexan. conſil. 117. Roland. a Valle conſ. 19. per totum, in primo, & idem etiam conſulendo tradidit Aymo. Crauc. conſ. 252. colum. 2. Clarus in §. donatio, quæſt. 13. vbi de communi poſt Gozadi. conſil. 87. ad finem: & veriorem dixit Menoch. in cõſ. 92. numero 67. Quæſtionem ſubiectam, pleniſſimè pertractauit Octau. in deciſ. 32. vbi ex multis per eum relatis concludit, ex ſtipulatione notarij pro abſente, etiam præter ſtipulationes prætorias immediate eidem acquiri ius, & actionem vtilem, etiam ignoranti: poſſeſſionem verò & dominium non acquirit: quia in horum acquiſitione animus acquirẽdi deſideratur. l. prima, §. adipiſcimur. l. 3. in prin. ff. de acquir. poſſeſſ. mihi verò, ſi licet, inter tot grauiſſimos auctores, proferre meam ſentẽtiam, prior opinio magis placet: quia obligationes perſonales, vt actiones pariãt, exigunt mutuum partiũ conſenſum. in id, l. prima, in prin. ff. de pact. conſenſus autem eſt facti, & animi. l. conſilio. ff. de curatore fur. igitur neceſſaria eſt ratihabitio, cõſenſum illius demonſtrans; quæ ſi ſequatur, retrotrahitur ad tempus celebrati actus. l. fi. C. ad Maced. nec refert, quòd ſi nulla eſſet differentia, an priuatus abſentis nomine, vel notarius ſtipularetur: nam & priuato abſentis nomine ſtipulãte, ſecuta ratihabitione quæritur illi ius, & actio. l. ſi ego. ff. de negoc. geſt. quia reſpondent Caſt. & Dec. differentiam eſſe, nam ex facto notarij, ſecuta ratificatione priuati, quæritur immediatè eidem actio, & obligatio, abſque aliqua ceſſione, diuerſum eſt in priuato: quia ceſſio requiritur, l. poſſeſſio quoque. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi notatur. fiſcus autem in hoc negotio nullam habet prærogatiuã, vt ſupra dixi, & adde; quòd ſicut ex ſtipulatione Notarij quęritur fiſco actio. Sic etiam ex facto, & ſtipulatione iudicis, nam iudex inferior alteri ſtipulari poteſt. l. eum pro quo, vbi gl. ff. de in ius voc. Tiraq. in tract. de iure conſtit. par. 3. limita. 30. nu. 64. Gabriell. lib. 3. concluſ. 1. nu. 85. Menoch. d. conſilio 92. num. 68. vbi ampliat à maiori ad ſtipulationem, & factum principis: adducit Iacobin. in ſua inueſti. feud. verſ. ſed an princeps, in 59. ſpeciali, Neuiz. conſilio 45. nume. 32. non tamen intelligas ſpeciale eſſe in fiſco, nam commune hoc ius eſt etiam ad priuatos.

24 Inſuper ex ſtipulatione officialis fiſcalis, non quæritur fiſco actio, niſi interuenerit debita verborum forma, veluti Bald. tradidit in l. prima, num. 14. C. per quas perſ. nob. acq.

25 Exinde etiam, quòd fiſcus iure communi vtatur, infertur, quòd fiſcus emphyteuta non ſoluens poteſt expelli, prout quilibet priuatus. Inno. in c. ex literis, extra de probation.

26 Item pro negotio vtiliter geſto tenetur, & conueniri poteſt. l. mulier. §. opus. ff. de captiuis, ideo capiens bannitũ expẽſas factas à fiſco repetit. Bal. & Afflic. in c. 1. in 5. not. nume. 8. in tit. hic finitur lex: quia Reip. intereſt hos puniri, & procul arceri.

27 Item ſi fructus fiſco ſint reſtituendi, id intelligitur, deductis impenſis, prout in priuatis. Alex. & Iaſ. in l. fructus. ff. ſol. matr. latiſſimè Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glo. 1. num. 11.

28 Item priuata ſcriptura debitoris fiſcalis, per quam profiteatur ſe creditorem alicuius tertij, non probat ꝓ fiſco, prout nec ꝓ priuato ſuo debitore. l. inter chartulas. C. de fide inſtru. lib. 10. ad text. in l. exemplo. in l. rationes. C. de probat.

29 In pœnis quoq; fiſcus vtitur iure cõmuni, ideoq́; ob vnius delictũ, alter non grauatur. l. Sancimus. C. de pœnis, & factum ſocij ex quo res incidit in commiſſum, ſocio non nocet in portione ſua. l. fraudatæ. vbi gl. Bar. & alij. ff. de public.

30 Similiter in teſtamentis, & in vltimis volũtatib. fiſcus quidẽ iure cõi capit, nec quid ſpeciale in eo conſtitutũ reperitur. ad text. cum materia in l. ex imperfecto. C. de teſta. ideo fiſcus ea ratione vtitur iure accreſcendi, prout priuatus ſucceſſor. Iaſ. in l. re coniũcti. nu. 101. de leg. 3.

31 Fiſco autem nuſquam denegatur beneficium iuris cõmunis. l. quod placuit,





ff. de iure fiſ. l. Statius. §. fin. ff. eod. nec capienda eſt interpretatio, vt fiſcus ſit peioris conditionis, quàm priuatus. Bart. in l. aufertur. §. ſi multi. ff. eo. bonus text. in l. 1. C. de cõductor. lib. 11. & ita arguit tex. in l. j. C. creditor. euict. pig. non deb.

32 Ex eo autem, ꝙ ſtatuta in fiſco præſumantur communia ad priuatum, infertur, ꝙ ſicut emphyteuta, & conductor fiſci habens tres apochas cõtinuatas ſolutionum pro tribus annis prox. decurſis, præſumitur pro annis retro antecedentibus ſoluiſſe. l. 2. C. de apoch. publ. lib. 11. ſic ẽt eſt in emphyteuta, & cõductore priuati. gl. ĩ l. 2. C. de iure emphy. quam ſequuntur Saly. ibi in 2. & 8. q. & d. Iaſ. nu. 168. Pariſ. conſ. 108. nu. 31. in 1.

33 Sic etiam eximens debitorem fiſci tenetur de ſuo proprio ſoluere, veluti fideiuſſor exempti. l. quoties. C. de exact. tribut. lib. 10. quæ ſanè lex, quamuis in fiſco loquatur, protẽditur etiam ad priuati debitores. Bart. & Andr. de Barulo ad illam legem. Bald. in l. addictos. C. de epiſc. aud. immo ſi eximens illum referat in carceribus, non adhuc liberatur, ſic Iaſ. in l. 1. §. quod prætor. poſt Salyc. & Roman. ff. ne quis eum qui.

34 In illis autem caſibus, in quibus fiſcus reperitur priuilegiatus, non adeo priuilegium extenditur, vt etiam cõtra factũ ſuum venire poſſit, prout nec etiam priuatus poteſt. l. 1. C. creditor. euictio. pignor. & toto tit. C. ne fiſcus rem quam vend. Calcan. qui plura adducit conſilio 52. nume. 16.

35 Item cum fiſcus in ius priuati ſuccedit, pro tempore, quidem anteriori, vtitur iure priuati, pro tempore verò ſequenti, vtitur iure ſuo priuilegiato, tex. notab. in l. fiſcus cum in priuati. ff. de iure fiſc. & in l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſur. vbi de vtroque exẽplum habetur, & in l. 2. & fin. C. de vſur. fiſcal. lib. 10. & l. in facto. §. 1. ff. de condi. & demonſt. & l. via conſtitui. §. 1. ff. de ſeru. ruſtic. præd. cum pluribus ſimilibus, ideo ex tunc fiſcus, vel alius priuilegiatus præſcribit, & contra eum præſcribitur pro tempore priuilegiato, gloſ. Cyn. Bart. Bald. & Paul. in Authent. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ.

36 Adde inſuper, quòd contractus cum fiſco celebrati habent naturam contractuum bonæfidei: ſicuti cum principe celebrati, qui & naturam bonæfidei obtinent. Bald. in c. 1. §. ſi quis verò: in princ. in tit. de pace conſtant. ſequitur Decius conſilio 4. ante nume. 3. & in conſ. 187. colum. fin. Zaſius conſ. 14. nume. 43. in primo. Iaſ. in l. cum fundus. ff. ſi cert. pet. Natta conſ. 452. num. 9.

37 Item & præterea adde, quòd contractus cum Principe celebratus vim legis obtinere dignoſcitur. l. Cæſar. vbi Bart. notat. ff. de publican. & l. penul. vbi Bar. & Bald. C. de donat. inter virum, Iaſ. in l. ciuitas. ff. ſi certum peta. & idem Iaſon. conſil. 99. in fine, in primo, tu dic, quòd non habet vim legis reuocabilis, prout ſupra dixi, ſed vim legis, eo modo, quo & legis vim habent priuatorum, ad tex. in l. legem. C. de pactis, & in l. legem. C. de pac. conu. Cum autem principis contractus eſt contra legem ſcriptam, vim legis habet, ſi de eius intentione appareat: quòd ita velit: Bald. in l. 1. C. ne fil. pro pa. & conſ. 368. quòd permutatio, in 5. Caſtrenſ. & Alexan. in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. Dec. in rubr. extra de reſcrip. & ſic declaranda eſt dicta l. penult. Natta conſ. 402. num. 42. & 43.

## PRIVILEGIA FISCI, an ſint communia ad alias cauſas priuilegiatas. Titu. II.

1 *Priuilegia fiſci, an protendantur ad eccleſiã, piam cauſam, dotem, & ad minores.*

2 *Priuilegia pro ſui natura non extenduntur ad alias cauſas, & perſonas.*

3 *Fiſci priuilegia per Doctores extenduntur ad cauſas alias priuilegiatas.*

4 *Priuilegia fiſci ſunt communia ad Auguſtum, & ad Auguſtam.*

5 *Argumentum a fiſco ad piam cauſam, & eccleſiam, an procedat.*

6 *Argumentum a fiſco ad dotem ſimiliter an procedat.*

7 *Argumentum a fiſco ad minorē, an valeat.*

8 *Fiſcus in quibuſdam vtitur iure pupilli.*

9 *Fiſcus, an vtatur iure maioris.*

10 *Fiſcus vtitur iure minoris, & reſtituitur ſicut minor.*

11 *Fiſcus in lucris læſus, an reſtituatur.*

12 *Eccleſia iure minoris vtitur.*

13 *Fiſco læſo in ſuis contractibus parce ſubuenitur.*

14 *Fiſcum aduerſus minores læſi reſtituuntur. Minores ex capite læſionis reſtituuntur aduerſus fiſcum.*

15 *Minor eſt magis priuilegiatus, quàm fiſcus.*

1 MAIORES noſtri priuilegia fiſci nō adeo arctè acceperunt, vt ea etiam non cōicauerint alijs cauſis, & pſonis priuilegiatis: quare ſubijciēda eſt quæſtio, an protēdi poſſint: ſanè ſecundū gratias cauſarum ſpecies argumentati ſunt, à fiſco, ad eccleſiam, ad cauſas pias, ad dotes, ad minores, ad libertatem, ad R. P. & huiuſmodi, & quandoque è contra: Ego autem perpenſo negotio probabiliter dicendum arbitror, vt quæque cauſa, perſonave priuilegiata, intra ſuos terminos priuilegiatos continere ſe debeat, ac idcirco non vti priuilegijs alterius: conſequēter fiſci priuilegia ſpecialia fiſci ſint, priuilegia eccleſiæ, & pię cauſæ ſimiliter earum cauſarum propria ſint, nec extendenda ad cauſam fiſci, & idē generaliter in dote, ac in alijs cauſis, perſoniſvè priuilegiatis, niſi quatenus lex ſcripta, vel neceſſaria aliqua ratio: priuilegia vnius cauſæ efficeret cōia ad aliā cauſam: nam ſi vt ſupra in tit. præcedenti dictum fuit. num. 1. fiſcus vtitur iure communi, niſi in caſu ſubiecto reperiatur priuilegiatus, cur ergo dicemus, in eo caſu, fiſcum ſpecialiter non priuilegiatum vti debere priuilegio dotis, vel alterius cauſæ, quæ ſpecialiter reperitur in ea facti ſpecie priuilegiata? Item lex generalis compræhendit cauſas, & perſonas alias priuilegiatas, niſi ſpeciale in eo genere priuilegium habeant, l. in fraudem. §. fin. vbi Bal. ff. de teſta. mil. igitur cauſa priuilegiata ſubiacebit legi generali, nec ab ea ſe ſubtrahere poterit per extēſionem priuilegij alterius cauſæ.

2 Rurſus iure ſcripto conſtitutum reperitur, vt priuilegiati debeant ſe continere intra ſuos terminos priuilegiorum, nec vlterius ea protendere. cap. porrò, c. cum capella, extra de priuileg. ideoq́; in priuilegijs non fit extenſio de cauſa ad cauſam, de perſona ad perſonam, etiam ex identitate rationis, c. priuilegium, & ibi notatur, de reg. iur. in 6. not. in clem. 1. de cenſibus, Card. in clem. 1. in 6. quæſt. de teſtamen. Thom. Grammat. deciſ. 28. nu. 31. Bart. & ſcribentes in l. 1. ff. de conſtit. princip.

3 Communiter tamē ſcriptores noſtri argumētati ſunt iuxta varias cauſarum ſpecies, à fiſco, ad alias cauſas priuilegiatas, cum in iure aliud, in eo caſu, non reperitur deciſum, ſubſiſtente tamē eadē ratione, & quod caſus ſit applicabilis ad aliam cauſam pariter priuilegiatā. ſic pleniſſimè, & elegāter ſcripſit Nic. Euerar. in ſuis locis legalibus. A fiſco ad eccleſiam, vel piam cauſam, à fiſco ad dotem, à fiſco ad minores. Et in hoc meo tractatu diuerſis in locis ſcriptum reperitur. Quæ ſanè argumentatio an accipienda ſit, iudicio aliorum relinquo.

4 Illud tamē in iure ſcriptū cōperio, vt quodcūq; priuilegiū fiſco cōpetit, illud quoq; habere ſoleat ratio Cęſaris & Auguſtæ, ſic tex. in l. fiſcus cum in priuati. ff. de iure fiſ. & ī l. fi. C. de quadr. præſcrip. Salic. in l. pen. C. de priuil. fiſ. & econtra: nil mirum hæc, quia fiſcus principis eſt, ideoq́; ſicut fiſcus nō ſatiſdat, quia ſemper ſoluendo eſſe cenſetur. l. 1. §. ſi ad fiſcum. ff. vt legat. nom. ſic etiam nec princeps. Soc. iun. conſ. 68. nu. 149. in tertio.

5 Redeundo autem ad propoſitū, Doctores noſtri ſumunt argumentū à fiſco ad eccleſiā, ciuitatem, & piam cauſam, quia æquiparantur à iure, l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. vel ſaltē nō multum differūt. §. finimus, in Auth. de non alien. Quæ ſanè



ſanè ratio leuis eſt: nam in caſu d. l. fina. non proceditur per modum æquiparationis, ſed per modū prouiſionis: ideoque non recte infertur, in illis tribus caſibus communis eſt prouiſio fiſci, & eccleſiæ, ergo & in alijs, quia in alijs, nec lex communis, nec generalis æquiparatio facta reperitur, tex. vero in d. §. finimus, nihil obſtat, tū quia in alio propoſito, vel quia licet non multum differant ſacerdotium, & imperium: differunt tamen res, & iura eorum, diuerſimodè enim reguntur, & diſponuntur res, & iura eccleſię, ac res & iura imperij, & quęque legibus ſuis clauduntur.

In pluribus autem caſibus à fiſco ad eccleſiam argumentantur, glo. enim in l. ſi procurator. §. fin. ff. de iure fiſ. arguit, quòd ſicut fiſci procurator, vendendo res fiſci, vendere debet pecunia præſente, non habita fide de pretio, alioquin non transferat dominium, nec poſſeſſionem, per illum tex. ſic nec etiam procurator eccleſiæ, vel piæ cauſæ, ſequuntur Alberi. ibi Bart. in l. a Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. Panor. in c. 2. in fin: extra de precar.

Sic etiam glo. in l. vnica. C. de ſent. aduerſ. fiſ. latis lib. 10. ſumit argumentum, ſententiam latam contra eccleſiam, vel piam cauſam abſente aduocato, vel procuratore eccleſię nullam eſſe, quia & cōtra fiſcum ſit lata, inualida omnino eſt: d. l. vnica, ſequuntur Io. de Platea ibi, & Paul. de Caſt. in l. velamēto. C. de poſtu.

Simili argumento vtitur glo. in l. Imperatores. ff. de re iudi. quòd eccleſia ad exemplum fiſci, ope reſtitutionis in integrum, & cauſa inſtrumentorum de nouo repertorum, iuuetur aduerſus ſentētiam latam, ſequuntur communiter Docto. ibi.

Sic etiam, ſicut in dubio temporis, præſumitur pro fiſco, ad l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. Sic etiam pro eccleſia, & pia cauſa, præſumendum eſſe, tradunt Roman. in Authen. ſimiliter, in 12. ſpeciali piæ cauſæ circa vltimam voluntatem, Iaſon, & Decius in l. finali, C. de edic. diui Adriani.

Poſſent ad hoc plura alia cumulari, quæ congeſſit Euerar. in loco ſupra allegato, vbi decemocto illationes varijs in locis ſcriptas refert, quas nō vlterius trāſcribo, ſatis erit meminiſſe, quòd D. Tiraquel. in ſuo tractat. de priuileg. piæ cauſæ, generaliter infert, fiſci priuilegia competere piæ cauſæ, quæ tamen adaptabilia ſint, ex mente aliorum per eum relatorum.

6 A fiſco ad dotē, quam ſæpiſſime Doctores arguunt, in l. 1. ff. ſolu. matr. Euerard. loco præallegat. in loco à fiſco ad dotem, nec mirum, quia fiſcus, & dos, in compluribus caſibus, pari paſſu ambulant. l. dotis tuæ, & ibi not. C. de iure do. l. 2. C. de priuil. fiſ. §. 1. in Auth. vt inſtante exact. dotis.

Verum, niſi vrgens ratio nos cogat, crederem, vt dixi, priuilegiū vnius cauſæ, non eſſe trahendum ad aliam, & eo magis, quia in priuilegijs viciſſim ſe excedunt, ſicuti Doctores dictis locis tradiderunt, & apud doctos ſatis notū eſt, amplius cauſa dotis videtur magis priuilegiata, quàm fiſci cauſa, ſicuti ex plurium auctoritate ſcripſit Do. Menoch. conſi. 242. in 3.

7 A fiſco verò ad minorem, & econtra à minore ad fiſcum, quàm ſæpiſſime ſcriptores argumentati ſunt, quia eadem videatur fauoris ratio, ſic glo. & Bart. in l. ſi procurator. §. fi. ff. de iure fiſ. in terminis illius textus, & idem Barto. in l. a Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudi. Itē in terminis l. fiſcus cum in priuati. ff. de iure fiſ. vt ſcilicet minor ſuccedens maiori pro tempore præterito vtatur iure maioris, pro tempore futuro vtatur iure minoris, ad exemplū fiſci, quod prodeſt ad multa, præſertim quo ad præſcriptiones, gloſſ. nota. in l. apud Iulianum, verſic. Marcellus. ff. ex quib. cau. in poſſeat. & ibi Alber. not. & idem quoque in eccleſia ſcripſerunt glo. Cyn. Bart. Bald. Paul. & Iaſ. in Authent. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. Item quo ad moram debitorum, ad l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſur. Et in pluribus alijs quoque argumenta ſumunt, vt latius per Euerard.

Eucrard.in locis,à fiſco ad minores,& à minore ad fiſcum.

8 Sed contra præmiſſa,argumentationem non rectè ſumi, ſuaderi videtur, quia fiſcus iure pupilli vtatur, non iure minoris,Barto.in l.prima, in prin. colũ. vltima.ff.de iure fiſ.& idem Bar. poſt gl. in l. 1. §. ſed ad illos.ff.de falſis, vbi amplius dicit, quòd fiſcus eſt magis priuilegiatus quàm pupillus,per text. in l.2.ff. de reb.eorum.

9 Vel quia vtatur iure maioris, quia ꝑ maiores regitur: ſicuti adnotarunt Pet. & Cyn.in l.Reſpublica.C. ex quib. cau. ma.& in ſpecie Paul.Caſt.ibi,vbi inquit iure cautum reperiri,fiſcum reſtitui aduerſus ſententias contra ſe latas, ſed nõ aduerſus contractus, & præſcriptiones.

10 Communis tamen traditio eſt, fiſcũ vti iure minoris,qui & ipſe per ſuos curatores, & adminiſtratores regitur: ſic Areti.conſi.20. in quæſtione ad finem, cui ſubſcripſit Egid.Boſ.in titu.de fiſco, num.21.Boer.deciſ.265.vbi latius ſcribit,& quid in principe, & ea ratione fiſcum, & principem læſos ad exemplum minoris reſtituendos eſſe, tradidit Guido Papa, q. 302. vtrum fiſcus: ideoque ſicut minori ſuccurritur per in integrũ reſtitutionem, ſi ex facto ſuorum curatorum, & adminiſtratorum damnũ patiantur,& illi non ſint ſoluendo,ad l.properandum,in fine,C.de iud.ſic etiam fiſco,in eis caſibus ſubueniendum eſt, ſic Eucrard.ſcripſit,in loco a minore ad fiſcum,poſt Pirrum in l. iuſtas. C. de iure fiſc.lib.10. Et eadem ratione, ſicut minor læſus in licitatione rei ſuæ, reſtituitur,ex cauſa tamen.l.& ſi ſine. §. quæſitum.ff.de minor.Barto.in l. licitatio,in fine principij.ff.de publica. ſic & fiſcus ipſe reſtituitur,Alber.in d.§. quæſitum,refert Alcia.conſi.12.in 1.& vlt.col. ſecundum Venetam impreſſionem, & ſenſit Guid.Papa q. 536. non tamen reſtituitur,ſi ex noua cauſa læſio contingat, Alber.d.loco,Affli.deciſ.340. ad l. verum. §.ſciendum.ff.de mino.

11 In lucris tamen fiſcus nõ reſtituitur, ex Cęph.conſi.241.num.63.per text.in l.ſciendum.ff.ex quib.cau.ma.cui conſonat, quod decidit Bal. in additionibus ad Specu.in titu.de accuſation.in verſi. quid ſi iudex.

Quòd in pęnis fiſcus non reſtituitur, ſi iudex in minus cõdemnauerit, quàm debuerit,per tex.in l.auxilium.ff.de minorib. Quæ ſanè Bal.deciſio, licet ſuſtineri poſſet odio pœnarum,attamen dictum D. Cęphal. non videtur generaliter procedere, quia text. in l.ſciendum. ff.ex quibus cau.ma.per eum adductus. loquitur in maioribus reſtituendis ex clauſula generali, quibus parcius ſubuenitur. Minoribus autem, quibus fiſcus comparatur, etiã in lucratiuis iura ſubueniunt,d.l.& ſi ſine,& in l.præceden.in §.fina.& latiſſime demonſtrat poſt plures ab eo relatos Didac. variarum reſolutio.lib.primo,cap.quinto.Sed adhuc, quòd in lucris pœnalibus, cũ tertij præiudicio fiſcus non reſtituatur, veluti aduerſus præſcriptionem in fiſco quærendis ex cauſa alicuius facti pœnalis,latiſſime idem Cęph.conſi.605.colum. pen. & vltima.

12 Simile eſt in eccleſia: nam in materia reſtitutionis, iure minoris vtitur glo. & pulchre Panorm.in cap. auditis, nume. 13.extra de reſtitu. in integrum, & reſtituitur etiam in lucris,ſicut minor, veluti ex eadem gl. idem Abb. colligit num. 15.poſt alios ſcriptores.

13 Nota tamen, quia parcè ſubuenitur fiſco,in contractibus rerum ſuarum, ad illorum reſciſionem,ſub prætextu lęſionis,remoto dolo, & fraude, vt eſt caſus in l.3.& in l.ratas.C.de reſcinden.vend. notat Barto.in l.prima,in principio,columna ſecunda,ff.de iure fiſci, dixi in titulo ſequen.nume.8.& tradit Alcia. conſilio 136. nume. nono, in quinto, text. optimus in l. ſi hypothecas.C.de remiſ. pigno.in illis verbis:fides haſtæ publicæ non facile cõuelli debet: qua rõne,ſubhaſtata re fiſcali, ac ea bona fide, alicui plus offerenti in publica licitatione deliberata,nõ auditur alius,ex eo ſolo,quia maius pretium offerat, nec ob id fiſcus, quia,læſus,reſtituitur,& ſic deciſum fuiſ-

ſe,



ſe,refert Alber.in dicto §. quæſitum, & in Sacro Conſilio Afflict.deciſion. 340. fuit notatum,Alciat.d.conſil. 12. libr.9. Nec aliud ſeruatum audiui ſub hoc Sereniſſ. Domin.

14 Aduerſus autem fiſcum minores, & alij priuilegiati reſtituuntur, pro vt aduerſus priuatum, nempe quo ad hoc,fiſcus iuris publici auctoritatem ſequitur l.1.& 2.C.ſi aduerſ. fiſc.l. in fraudem.§. minoribus.ff.de iure fiſci,& C.eodem,l. ſi minor,vbi Barto.not. intellige tamen remoto dolo minoris.l.ſi ex cauſa.§.penultimo,ff. de minoribus, l. Imperatores.§.fina.ff.de publican. vbi tamen per dies 30.ipſo iure ſeruatur illęſus,poſtea vero ope reſtitutionis ſibi ſuccurritur. tradit Specu.in titu.de in integ. reſtitu. §.ſecundo,ver.item nota,Alex.in conſ. 31.in 5.volum.

15 Ex quibus colligo ego: cum minor aduerſus fiſcũ reſtituatur,magis in hac re priuilegiatum eſſe minorem, quàm fiſcum,per tex.in l.verum.§.fin.ff. de minorib.& l.ſeq.idcirco Bartol. dictum in d.l.1.§.ſed ad illos.ff.de falſis,reſtringẽdum eſt ad illos terminos.

## DE FISCI OFFICIALIbus. Titul. Tertius.

1 *Camerarius, ſeu Camerlingus, & de eius officio.*
2 *Exactores tributorum, & de eorũ officio.*
3 *Debitor in Camera fiſci annotatus non liberatur,niſi de ſolutione appareat ex libris Cameræ.*
4 *Camerarum officiales ſuos ordines habẽt.*
5 *Pecunias fiſci colligentes an poſſint de pecunijs ipſis diſponere.*
6 *Officialis fiſci,vel principis ditatus,an præſumatur ex re ſua.*
7 *Officialis fiſci, vel principis acquirens ex pecunia principis ſibi acquirit, cum eſt conductus ad exigendum cum onere ſaldandi ad certum tempus.*
8 *Officialis fiſci acquirens ex pecunia quam tenebatur fiſco exponere, non acquirit ſibi.*
9 *Officialis acquirens ex pecunia, quam in certam cauſam ſeruare tenebatur,non acquirit ſibi.*
10 *Officialis,qui lucrum facit ex pecunia principis in ſolutionibus ſtipendiatorum dando vnam ſpeciem monetæ pro alia,ſibi acquirit.*
11 *Officialis fiſci qui pecuniam in genere fiſco præſtare tenetur, ex ea pecunia ſibi acquirit.*
12 *Theſaurarius principis ex pecunia eius acquirens,domino acquirit.*
13 *Donata officialibus principis acquiruntur principi.*
*Officialis principis negligentia in ijs quæ ſibi commiſſa ſunt,Principi præiudicat.*

FISCVS habet officiales ſuos particulares,qui res, & fiſci pecunias colligunt & adminiſtrant: item, & in iudicialibus ſpeciales habet iudices, aduocatos, procuratores,& notarios.de quibus non eſt hic locus ſuus,plenius autem ſcripſi in 4. par. in tit.de priuil.fiſci,in iudicialib.

1 Camerarius autem, quæ Camerlingum appellamus,& Quęſtorem antiqui in rebus fiſci locum primum tenet,quia Theſaurarius ac cuſtos eſt publicæ pecuniæ, ſanè officium hoc Primipilatus fuiſſe nonnulli ex noſtris ſenſerũt, pro quo fiſcus iure ſcripto admodum priuilegiatus reperitur, veluti latius ſcripſi infra, ſub titu.de pigno.& hypothecis nu.42.

Huius autem officij plura ſunt præcepta, oportet ſi quidem talẽ adminiſtrationem ſuſcipientem, mundas ſeruare Deo, Principibusque ſuis, ac legibus, manus,& nullum contingere lucrum,neque maius neque minus, ſed contentũ eſſe ſolis ſalarijs, & annonis ſibi à fiſco miniſtratis,ſic tex.elegans in §. oportet, in Auth.de manda.Princip.

Mox vigilanter,fiſcalia tributa,vectigalia,& ad fiſcum pertinentia exigi, ſollicite procuret: ſingulariter præcaués,nè forte fiſcus detrimentum patiatur, & ei ſaluare,quæ propria ſunt,requirat,vt inquit text. ille,qui & ſi ad Rectores Pro-

uinciarum

uinciarum communis ſit, ad quæſtores pertinet, & apud nos cura hæc particularis eſt Clariſſ. Dominorum Camerariorum.

2 Sunt & apud nos exactores tributorum, & impoſitionum publicarum, qui quidem minutas pecunias à ſingulis debitoribus exigunt, quas Camerarijs referunt, & de his habetur in §. coges. in Auth. de mand. Princip.

Hi autẽ ex prouiſione illius text. ſcripturam ſuſceptorum claram facere, & tenere debent, ideſt de ſolutis, per quẽ, quantum, pro qua re, & pro quibus annis, ſub pœna amputationis manus ex eo textu indictæ: & ſi plus exegerint, duplum reddere compelluntur, c. vnico. §. illicitas, de pace iu. firm. quorum ſimplũ parti reſtituitur, aliud verò fiſco pro pęna infertur. veluti Afflict. docuit ibi in vltima col. ex Barto. doctrina in l. Agraria. ff. de termino moto. Cuius dictum non placet, quia immo duplum totum priuato debetur, ex doctrina Sal. in l. 1. C. de modo mulct. dixi ſupra, in titu. de pœnis, & mulctis ſub nume. 9. & iſti exactores non poſſunt remittere collectas Domino ſuo debitas. Barto. in l. omnes. C. de anno. & tribu. lib. 12.

Sunt & plura alia in Camera miniſtrantium officia, ſcribarum, ponderatorum, executorum, & huiuſmodi, quæq; ſuis ordinibus circũſcripta, & cõſtituta.

Hi ſiquidem officiales omnes, ex legibus huius Sereniſſ. Dominij prohibentur emere ex venditionibus Camerarum. ſic enim conſtitutum reperitur ex Senatuſconſ. & ſeruatum vidi, & recte captum fuit: Nam id lege cõmuni aptè prouiſum fuit, vt dixi ſupra in tit. de pœnis ex contractuum cau. fiſc. debit. ſub num. 5.

3 Sanè memoria dignum eſt, quod debitor annotatus in Camera fiſci, non ex eo debito liberatur, niſi in Camera per ſcripturam Camerarij appareat de ſolutione. Nec ſufficeret receptio manu Camerarij annotata in libro debitoris, ſicuti latius ſcripſi infra in titu. de debitori. fiſcal. ſub nume. 20. & memini Clar. & Illuſt. Virum Dom. Franciſcum Cornelio olim præſidem huius M. Patauinæ vrbis, & deinde Procura. S. Marci digniſſimum, dixiſſe ſibi ita de facto eueniſſe.

Annotata autẽ cautione de recepto in Camera, non licet Camerarijs excipere de pecunia non numerata, vt ibi dixi, & latius in tit. proximo ſub nu. 10.

Item Camerarij vendentes res fiſcales, ſeu debitorum fiſcalium, non debẽt, nec poſſunt, emptori fidem habere de pretio, ſed pecunia præſente vẽdere debent, ſicuti latius ſcripſi infra ſub tit. de venditio. fiſcal. nume. 9. & apud nos moris eſt, quòd facta venditione, emptor incontinenti, vel infra breues dies pretium exponat.

4 Ex legibus autem huius Sereni. Dominij circa ſcribas Camerarum per vtiles ordines conſtitutos reperio, ex diuerſis Senatuſconſult. pro tempore latis, veluti quòd ex ciuitate recedere nõ poſſint ſine licẽtia in ſcriptis Clari. DD. Rectorum ſub pęna amiſſionis officij 1486. 15. Aprilis, & 14. Februarij anni ſequen.

Item quod non poſſint habere commercium, aut partem, in aliqua apotheca, pannorum, armorum, vel alterius negociationis, nec poſſint eſſe procuratores, aut ſollicitatores, pro aliquo creditore Cameræ, nec exigere pecunias pro aliquo 1488. 3. Iulij.

Rurſus, quòd non poſſint facere partitas bulletarum ſoluendarum creditoribus, niſi fuerint viſæ per Clar. DD. Rectores 1529. 3. Nouembris.

Item iubentur ſub pœnis reportare in libris Cameræ omnes, & ſingulas partitas deſcriptas in libris diurnalibus Dominorum Camerariorum 1533. 14. Ianuarij.

5 Sed vtrum Camerarij, & alij officiales principis, poſſint de pecunijs publicis diſponere, vel etiam ſoluere creditoribus ex eorum arbitrio. Concluſiue dicendum eſt: hos ſine principis mãdato, vel eorum, quibus princeps curam ſpecialem commiſit, pecuniam publicã nemini ſoluere poſſe, immo etiam quòd

haberent



haberent generale arbitriũ, nõ poſſunt agnoſcere bonam fidem, niſi bona fides cum obligatione coniuncta ſit. ſic elegãter Bald. in rub. C. de conſtitu. pecu. vbi adducit ſcripta à Barto. in l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat, & reaſſumpſit Sigiſmũ. Lofre. conſi. 36. nume. 13. vbi refert ita ſeruari in regno, & ſic quoq; apud nos ſeruatur.

6 Nunc autem quęro, an fiſci officialis, vel principis, ſi diues factus ſit, præſumatur ditatus ex re fiſci, principis, vel communis, ita vt reddere rationes teneatur, vel ſibi auferri poſſit: quæſtio eſt non leuis: nam Glo. magna in l. defenſionis facultas. C. de iure fiſ. lib. 10. reſpondet ex re fiſci præſumi ditatum, ſicuti in quæſitis per clericum, & prælatum, Authen. licentiam, & in corpore vnde ſumitur. C. de epiſco. & cler. ſequitur Bal. ibi, & fuit opinio Iacob. de Beluiſ. in c. 1. in titu. de contro. inter dom. & vaſal. quam etiam ante redditas rationes probauit idem Bal. in l. ſi defunctus. C. arbit. tut. & in l. ſicut proponis. C. de dona. inter virum, & in l. 1. C. de hære. vend.

Contra verò tenuerunt Pet. Cyn. & Guliel. in d. Authen. licentiam, a quibus non diſſenſit Pau. Caſt. ibi, Barto. in d. l. defenſionis facultas: adducunt, quia idẽ eſt in alijs adminiſtratoribus, vt de ſuo præſumantur ditati. d. l. ſi defunctus, gl. & ſcribentes in l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. ideo nihil ſpeciale in fiſco ſumendum eſt: ad hoc text. in l. 3. §. multa. ff. de iure fiſ. & hanc probauit Bald. ipſe in l. principalibus. ff. ſi cer. pet. in l. quiſquis. C. eod. & in d. l. cum oportet, num. 13. & eſt communis concluſio, vt plene per Dec. in conſi. 6. & conſi. 175. colum. vltima. Declaranda tamen, niſi ab initio officialis ipſe fuiſſet pauper, & pro ſui conditione non induſtrioſus: nam ſi diu officium geſſiſſet, & pecuniarum magnã ſummam adminiſtraſſet, inde præſumeretur ditatus, ſic Afflict. in c. 1. §. ſi vero, in primo not. in tit. de feudo guard. vbi in proprijs terminis, & in clerico, aut filio reſpectu patris, ſimiles conſiderationes habentur in dicta Authentic. licentiam, & in dicta l. cum oportet.

7 Pro pleniori tamen reſolutione, conſidero duos caſus principales: primus eſt cum verſamur in dubio, quia non cõſtat officialem ex principis pecunia lucri feciſſe, & hoc caſu procedunt, quæ ſupra dixi.

8 Secundus caſus eſt, cum conſtat officialem ex pecunia principis acquiſiuiſſe, & hoc caſu ſubdiſtingue, quia aut officialis debebat pecuniam publicam, quã penes ſe habebat, immediate exponere in Cameram Principis: veluti exactores tributorum, qui tenentur ſingulis hebdomadibus, vel menſibus, pecunias per eos exactas à ſingularibus debitoribus, in cameram deferre, & iſtis non licet, ex ea pecunia mercari, & omne lucrum inde prouenies fiſco debetur, quia ſtatim cum non numerant, in mora ſunt, ſic determinauit Barto. in l. 1. C. de auri publ. per ſec. lib. 10. & in l. duos. C. de ſuſcept. & Ancha. in eodem lib. Dec. d. conſil. 6. Amplius videtur, quòd criminaliter teneantur ex lege Iulia, de reſiduis. l. 2. & l. 4. §. lege Iulia. ff. ad leg. iul. pecul. vel vt in legibus infra allegandis.

9 Aut verò iſti officiales ſunt deſtinati ad recipiẽdum pecunias publicas, quas tenentur conſeruare in certas capſas deſignatas, vel pro occurrentibus publicis neceſſitatibus. Quales ſunt Camerarij huius Sereniſſ. Domi. & hoc caſu, ſimiliter his non licet, ex ea pecunia mercari, vt inquit Barto. in l. duos, nec eam in vſus ſuos conuertere, vel alteri mutuare, alioquin vterque punitur. l. 1. & fina. C. de ijs, qui ex publi. ration. lib. 11. vbi Bart. not. Vnde lucrum inde prouenies fiſco cederet: ſicuti ex Barto. in d. l. tradidit Dec. d. conſi. 6. nec eam pecuniã mutuare poſſunt, aut in alios vſus conuertere, ſicut ex eiſdem legibus diffinitũ eſt.

10 Alius eſt caſus, cum pecuniam publicam non mercantur, ſed in aliam ſpeciẽ lucri cauſa tranſmutant, & hoc fieri ſimiliter iure prohibitum eſt, d. l. 1. C. de auri publ. perſecut. lib. 11. niſi eam ſoluerent creditoribus. nam pecuniam deputatam pro ſolutione creditorũ principis,

cipis,

cipis, non prohibentur officiales in aliã monetæ ſpeciem cum lucro ſuo trãſmutare,& eam pecuniam creditoribus recipientibus ſoluere, ſic ex facto cenſuit Raph.Cuma.conſi.178.in ſecundo dubio,ſecutus eſt Dec.d.conſi.6. in Camera autẽ noſtra extat lex contraria 1505. 11.April.in regiſtro g.fol.14.

11 Quartus caſus eſt,in eo,qui pecuniã publicam colligit, cum obligatione illã reſtituendi,& ſaldandi capſam ad certũ tempus:nam quia debitor eſt quantitatis in genere,ideo ex pecunia, quam interim colligit, mercari non prohibetur ad ſui commodum,ſic Dec.d.conſi.6.& bene,ſecutus eſt Egid. Boſius,ih titulo, ſub nume.40.

12 Quintus caſus eſt, in adminiſtratore fiſci, vel principis, puta in theſaurario magno,qui ærarium,& principis pecunias,in cuſtodia habet: nam quæſita cũ pecunia fiſci,vel principis,acquirit principi,vel ad pretium tenetur, ſi ſic princeps maluerit, ad exemplum minoris, militis,& eccleſię,ſic Bald.in l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cert.pet.per text.in l.ſi vt proponis.C.de rei vendi.& in l.curator. C. arbitr.tut.& in l.2.ff. quam ex facto tut. cum ſimilibus,etiam quod proprio nomine mercatus fuerit, vt iura illa dicũt.

13 Sextus caſus eſt, in donatis officiali in officio exiſtenti:nam quia ratione, & contemplatione officij data præſumuntur, idcirco domino, & eius fiſco reſtitui debent, veluti determinarunt And. Iſern.& Afflic.in cap.primo, in princip. num.20.in tit.de feudo guard.ad quod adducunt ſcripta per Bart. in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& in l.ſi mihi,& tibi.§.regula.ff.de leg.1.

14 Extant inſuper officiales deputati ſuper reuiſionibus computorum camerarum, hi ſiquidem ſummarie procedunt in negotio reuiſionum,& viſis libris cõputorum, ſi comperiunt exactores per librorum inſpectionem debitores, eos de iure abſque alia citatione condemnare ſolent,& poſſunt:caſus eſt notab.in l. ſecunda.§.quod ſi de frumentaria.ff. de admi.rerum ad ciu.pertinen.& inde colligit Barto.cum concord.adductis infra in tit.de debitor.fiſcal.ſub nu.6.

15 Quæro denique, an fiſci officiales fiſco præiudicare poſſint, breuiter, d.Iaſ. in conſi.108.nume.2.in primo,determinauit,in quęſitis præiudicari non poſſe, in quærendis verò ſic,per text. cum ſua materia in l.ſeruus.C. de pact. in l.fi.C. de acquirend.poſ. & in l. qui autem, in princ.ff.de his,quæ in frau.credi.adducit etiam ſimile de adminiſtratore eccleſiæ: ad not.per Barto.in l.iubemus nullam.C.de ſacroſan.eccleſ.& per Canon. in c.primo,extra de dolo,& contum.Et his adde, quòd ſcientia, & negligentia officialis principis in ijs, quæ curæ illius commiſſa ſunt,principi, ac fiſco ſuo pręiudicant,ſecundum Bar. in l.ſi publicanus.§.in vectigalibus.ff. de publican. ſequitur Areti.conſi.42.colum. vltima, & late Sigiſmun.d.conſil.36.nume.10. latius ſcripſi in titulo de præſcriptio. numero 26.

## DE VENDITIONIBVS, & emptionibus fiſcalibus. Titulus Quartus.

1 *Venditiones fiſcales plurimam ſolemnitatem deſiderant.*

2 *Venditiones rerum fiſcalium non poſſunt fieri ſine ſpeciali principis mandato,ſecus in venditionibus de rebus debitorum fiſcalium.*

3 *Venditiones de rebus debitorum fiſcalium expediuntur per officium Cameræ, ſecus cum ad inſtantiam gabellariorum res debitorum ſuorum venduntur.*

4 *Venditionum fiſcalium,& de rebus debitorum fiſcalium,ſolemnia numerantur.*

5 *Tutores, & curatores minorum citari debent cum ad inſtantiam creditorum ſubhaſtantur minorum bona, etiam per Cameram fiſcalem: auctoritas autem tutoris, & iudicis decretum in neceſſarijs alienationibus non requiruntur.*

6 *Venditio mala fide facta retractatur.*

*Vendi non debet res magni ualoris pro paruo debito.*

7 Vendi-



7 *Venditionibus fiſcalibus pacta inſolita inſeri non debent.*

8 *Venditiones fiſcales,an ſubiaceant diſpoſitioni l.2.C.de reſcin.vend.*

*Lex ſecunda.C.de reſcind.vendit.an procedat in venditionibus factis in publica licitatione.*

9 *Venditiones fiſcales fieri debent pretio præſente non habita fide de eo.*

10 *Confeßio facta per procuratorem Cameræ fiſci de pretio ab emptore recepto,liberat emptorem,ſecus autem in confeßione procuratoris priuati.*

11 *Cautio de recepto non annotata in officio Cameræ fiſcalis non liberat emptorem,licet cautionem penes ſe haberet.*

12 *Emptor cum agitur de retractanda emptione fiſcali citari debet.*

13 *Poſſeſſor quamuis inuictus non niſi citatus de poſſeßione ſua eijci non debet.*

14 *Mobilia,& mouentia pro debito fiſcali venduntur remotis ſolemnitatibus.*

15 *Emens a fiſco rem uti fiſci venditam perpetuo tutus eſt.*

16 *Emens ab Auguſto, vel ab Auguſta,tuto, & ſecure emit.*

*Lex bene a Zenone,& lex ſeq.C.de quad. præſ.ampliantur octo modis.*

17 *Princeps non recognoſcentes aliquem in ſuperiorem comparantur Imperatori.*

18 *Lex bene a Zenone, cum l.ſeq. limitatur, & declaratur 16.modis.*

19 *Venditiones fiſcales tribuunt emptori ius perpetuo poßidendi.*

*Venditiones fiſcales per agnatos debitorũ, & per cohærentes non retractantur hic Paduæ,quod tamen limitatur, & declaratur.*

20 *Hypothecam anteriorem creditor amittit ſi ſciens patiatur rem ſui debitoris ad inſtantiam fiſci poſterioris creditoris vendi,nec ipſe contradixerit.*

21 *Emptor a Camera fiſcali reſciſa alienatione,non eijcitur de ſuo poſſeſſu,niſi prius ſibi reſtituto pretio cum fructibus,& expenſis.*

22 *Vendito fundo pro minori, quam debebat debitor fiſci,poteſt debitor oblato integro pretio fundum ipſum redhibere.*

23 *Communem rem cum priuato fiſcus in totum alienare poteſt vendendo,ſed non in emphyteuſim concedendo.*

24 *Communem rem inter fiſcum, & priuatũ fiſcus diuidit data optione priuato.*

25 *Inſtrumenta communia fiſco, & priuato penes fiſcum permanent.*

26 *Rem priuato deinde fiſco obligatam fiſcus vendit,ſic tamen vt ex pretio eius primo ſatisfaciat creditori priuato.*

27 *Vtilitates debitæ Camerarijs ex venditionibus factis per officium Cameræ eis debentur pro portione pretij defluentis in Cameram.*

28 *Emptor fiſcalis pro re empta non poteſt cõueniri ad aliud, quàm ad pretij ſolutionem.*

29 *Vendita re ex officio Cameræ fiſcalis pro debito ex vna ſtatione proueniente,nõ poteſt fiſcus pro alio credito anteriori ex alia ſtatione eandem rem ab emptore euincere,& vendere.*

30 *Emptor hæreditatis a priuato non tenetur creditoribus, & legatarijs,ſecus ſi a fiſco emerit.*

31 *Fructus pendentes pertinent ad eum in quem res ex quocunque contractu, & actu tranſlata fuit.*

32 *Fructus pendentes pro portione colonica, an tranſeant cum fundo in ſucceſſorem fund. qui ſi alienans fundum ipſum coluiſſet opera,& pecunia ſua. Quid ſi emptor ignoraſſet.*

33 *Emptor priuati non tenetur ſtare colono, emptor autem fiſci ſic.*

34 *Emptor priuati rei reddentis fructus induſtriales conſequitur partem fructuum, ſeu vtilitatum ex die venditionis.*

35 *Emptor priuati rei cum fructibus in ea pẽdentibus fructus conſequitur.*

*Penſio debita per colonum pro fructibus iã perceptis tempore venditionis pro nulla parte pertinet ad emptorem, ſed ſi fructus pro parte fuiſſent percepti,pro parte etiam pertineret penſio ad venditorem, & ad emptorem.*

*Penſio anticipatè ſoluta venditori reſtitui debet emptori pro rata fructuum pendentium qui ad emptorem ſpectant.*

36 *Emptor a fiſco conſequitur penſionem debitam per colonum ad diem ſecuturam poſt*

Gg venditio-

*venditionem, quamuis venditionis tempore fructus fuiſſent percepti.*

37 *Euicta re, fiſcus non tenetur ad aliud, niſi ad pretij reſtitutionem, & hodie generalis eſt conſuetudo etiam inter priuatos.*

*Euicta re, vendita ad inſtantiam fiſci creditoris, an fiſcus teneatur de euictione.*

38 *Fiſcus non ſubiacet per ſuis venditionibus mobilium, & mouentium ædicto ædilitio.*

39 *Fiſcus non tenetur denũciare auctori ſuo litem motam.*

40 *Fiſcus non tenetur ſtare colono ſui auctoris ſiue ſit ſucceſſor voluntarius, ſiue neceſſarius.*

*Emptor à fiſco tenetur ſtare locationi factæ per fiſcum.*

41 *Emptor fiſcalis ſpeciali iure trahit cauſam ad iudices fiſcales.*

42 *Venditiones fiſcales admittunt licitatorem maioris pretij.*

43 *Fiſcus an pro ſuo credito vẽdere poſſit res ſubiectas cõditionibus fideicommiſſarijs.*

*Venditiones factæ per officium Cameræ fiſcalis de bonis fideicommiſſarijs, an validæ ſint.*

44 *Emere a fiſco res vendendas nemo compellitur.*

45 *Emptores à Cameris Principum, an teneãtur pro rebus illis, & fructibus exinde prouenientibus, ad ſolutionem vectigaliũ & onerum realium.*

*Immunitas circa rem venditam per fiſcũ Principis, an tranſeat in emptorem.*

46 *Mutatione rerum, vel perſonarũ, aut cauſæ variatur iuris diſpoſitio.*

47 *Laudimia, an debeantur pro venditionibus fiſcalibus.*

48 *Laudimia ſoluit emptor, non venditor.*

1 VENDITIONES fiſcales tã de rebus fiſco incorporatis, quàm etiam de rebus debitorum fiſcalium, plurimam ſolemnitatem deſiderãt: toto tit. C. de fid. inſt. & iure haſt. fiſ. lib. 10. gl. in l. 1. illius tituli, quę plures enumerat, ad idem glo. not. in l. 1. C. de præſc. 30. annorum, & in l. ſi quos. C. de reſcin. vend..

2 Differentia tamen eſt, quia venditio de re fiſci non fit ſine ſpeciali Principis mandato, pro vt nec etiam venditio rei patrimonialis ipſius Principis, l. 1. ff. de off. proc. Cęſ. l. fiſcus cum in priuati, ad finem. ff. de iure fiſ. Bar. in l. 1. C. de fide inſt. lib. 10. ver. ſed contra hoc. vbi ſecus concludit in venditionibus rerum debitoris fiſci, & hoc iure vtimur.

3 Item cum vendũtur res debitorum, intereſt, an vẽdantur fiſci nomine, & eo caſu venditiones expediuntur per officium Cameræ, & ſic per Cęſaris procuratores, an verò ad inſtantiam emptorũ gabellarũ, & tributorum, & eo caſu venduntur per præſidis officium, ſic Bart. in d. l. 1. loco præallegato, per tex. in l. 2. C. ſi prop. publ. penſi.

Nam ſicut fiſcus bona debitorum ceſſantium capere, & diſtrahere poteſt, ita & emptores gabellarum, & tributorũ, Bart. in l. creditor. in principio. ff. de act. emp. Bald. in l. prima, in fine. C. ſi propt. publi. penſi.

Et ita obſeruatur in partibus iſtis, quò ad gabellarios: cæterum exactores tributorum, ſcilicet Dadiarum, & ſubſidiorum, tenutas, & venditiones expediunt nomine cameræ, & cum fiſci priuilegijs, quia iſti verè non ſunt emptores. nempe non ſoluunt pretium pro gabella: ſed conducta eorum opera pro certo ſalario conuento, exigunt à debitoribus particularibus, per ęs & libram.

4 Hæc autem in venditionibus fiſcalibus requiruntur pro ſolemnibus, cum res immobiles debitorum capiuntur, & diſtrahuntur, & aliqua ex his, cum fiſcus vendit rem vti ſuam.

Primò enim requiritur, quòd adſit debitum: alioquin deficeret venditionis cauſa, & inualida penitus eſſet venditio, latè Iaſon in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de conditio. indeb. vbi etiam ſi in parte ſic in debitum.

Secundò, quòd debitor interpellatus fuerit, & in ſolutione debiti ceſſauerit, glo. in dicta l. prima, & eſt caſus in l. ſecunda, & tertia, C. ſi propter public. penſitat.

Hinc prodijt practica apud nos, ꝙ accepta tenuta bonorum debitoris fiſcalis, quæ ſuccedit loco primi decreti, intimatur ei per publ. nuncium, quòd in triduo debeat exegiſſe tenutam ſatisfaciendo debitum cum expenſis: alioquin citatur ad ſubhaſtationes faciẽdas: hæc autem neceſſaria ſunt, quia de debitoris intereſſe nil mirum agitur. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. Et ſi debitor pupillus ſit, ſi quidem tutorem habet, tutor debet citari, & ſi non habet, debet ei de tutore prouideri, aliàs acta facta citato pupillo impubere, eſſent ipſo iure nulla, l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. ſi verò curatorem habeat debet citari adultus cum ſuo curatore, ſi autem curatorem non habet, citabitur minor: vt legitime compareat, aliàs venditio facta eſſet ipſo iure nulla. l. fi. C. ſi propter publ. penſi. not. in l. quæcunque. C. de fide inſtrumẽtorum, libro decimo, Alex. conſi. 31. num. 4. in 5.

5 Et nota, quòd in iſtis venditionibus neceſſarijs, quæ fiunt ad inſtantiam creditorum ex magiſtratuum auctoritate per viam tenutæ, non eſt neceſſaria tutoris, vel curatoris auctoritas, quæ requiritur in venditionibus voluntarijs, ſed ſufficit eorum citatio, ſic eleganter declarunt Bal. & Sal. in d. l. fi. C. ſi prop. publi. penſi. poſt Iac. de Are. & Cy.

Tertiò requiritur, quòd vẽditio fiat præſente procuratore fiſci, ſeu commiſſario cameræ, gloſ. & Barto. in dicta l. 1. C. de fide inſtru. per illum tex. Soc. conſilio 46. nume. 17. in 4. Et hoc iure vtimur in toto hoc Sereniſſ. Domin. nempe venditiones fiunt cum aſſiſtentia Clariſ. D. Camerarij.

Quartò interuenire debent publicæ ſubhaſtationes duraturæ per dies 20. vt intra illud tẽpus licitatores poſſint pretio offerre, & plus offerenti decernuntur, ad exemplum venditionum de rebus eccleſiæ. caſus eſt in l. ſi tempora, ſecundum tertiam lect. gloſſ. C. de fide inſtrument. libro decimo, quam ibi communiter Doctores obſequuntur. adducit text. in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccleſ. Poteſt tamen commiſſarius in id deputatus tempus illud prorogare, non autem minuere, Bart & alij in d. l. ſi tempora. idem Bart. in l. Lucius. ff. ad municip.

In partibus autem iſtis, forma ſubhaſtationis hæc eſt, quia ſcilicet in tribus diuerſis diebus, in loco conſueto, præconizantur res vendendæ, & in vltima tertia, ſi ita M. Camerario videtur, deliberantur plus offerenti, & facta deliberatione, vlterior licitatio non admittitur: Raro autem contingit, quòd in tribus continuatis diebus debitorum res vendantur: nempe obtinent ſuſpenſiones, quæ de facili indulgentur: ſic enim moris fuit, & eſt apud præclariſſimos Magiſtratus in toto hoc Ser. Dom.

Quintò requiritur, quòd in ſubhaſtationibus exprimatur qualitas rei, & quãtitas reditus: ne ſub nomine ſubhaſtationis publicæ, fraudibus locus relinquatur. l. ſi quos. C. de reſcindenda venditione, & ita obſeruatur, cum reditus quãtitas certo ſciri poteſt.

6 Sextò, quòd bona fide vendantur. l. ſecunda, C. ſi propter public. penſi. ibi ſincera fide, l. prima, C. de præſcript. triginta annorum, dicta l. ſi quos. C. de reſcindenda venditio. & l. ſi minori. C. de iure fiſci, & l. prima, C. de fide inſtrum. libro decimo, cum ſimilibus. Mala fide autem venditio facta retractatur, & malæ fidei emptor rem cum fructibus perceptis, & percipiendis reſtituere cogitur. dicta l. prima, cum materia. C. de fide inſtru. etiam quòd fuiſſent conſumpti, Spec. in titulo de fructibus, & inter. §. ſciás.

Septimò, quòd pro paruo debito nõ vendantur res magni valoris: nè priuati debitores nimium in rebus ſuis grauentur. dicta l. ſi quos, & l. ſecunda, C. de reſcind. vend.

7 Octauò, quòd in venditionibus non inſerantur pacta inſolita, quia inualida eſſent. l. 1. C. de paſc. pub. lib. 10. Franc. Lucan. de priuile. fiſ. nu. 9. clauſulæ enim inſolitæ arguunt ſuſpicionem fraudis. Bal. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de cõd. inſt. Alex. conſi. 89. in 3.

8 Nonò requiritur, ꝙ pro iuſto pretio res vendatur.l.3.§.diui.ff.de iure fiſc.l.ſi minori.C.eodem,& l.ſecũda,C.ſi prop. public.penſ. ibi iuſto pretio.d.l. ſi quos, & l.ſecunda,C.de fide inſtrum. gloſſ. in dicta l.prima,optimus tex.in l.prima.C. de præſcrip.triginta annorum, vbi glo. Barto.& alij.

Intellige iuſtum pretium,non ex præterita emptione,ſed ex præſenti æſtimatione cõſtitui,dicto §.diui,& l.ad reſcindendum.C.de reſcind.vend.cum moderatione tamen.l.2.C.de reſcinden. venditio. ſic enim fiſcales venditiones ex legis illius temperamento, ne ſubditorũ commoda tantopere aſpernantur, moderari cenſuerunt magis communiter Doctores,Roman.& Alexan.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verborum oblig.Crem. in repe.d.l.2.nume.102.Cagnol.nume. 161.Pinell.in 2.par.ſec.par.prin.nu.25. Et in vẽditionibus per fiſcum de re ſua factis, quòd non reſcindantur ad fiſci grauamen,niſi læſus fuerit vltra dimidiã iuſti pretij,remoto dolo,vel fraude, tradiderunt glo.& Barto.in l.1. in princip. ff.de iure fiſci, & eſt tex. ſatis apertus in l.tertia, & in l. ratas. C. de reſcindenda venditione.

Nonnulli verò, quorum auctor fuit Ange.Peruſ.in l.1.C.de præd.cur.libro 10.tenuerunt remedium illius legis ceſſare in venditionibus neceſſarijs factis in publicis ſubhaſtationibus, idem Angel.& Fulgoſ.in l.1.C.de præſcrip.30.anno.ſequitur Alcia. conſi.12. ſecundum Venetam impreſſionem,libro 8.mouentur,quia ſubhaſtatio probat iuſtum pretium,quoniam res tantum valet, quantum vendi poteſt,vt inquit Bald. conſil. 103.quæritur in primo. & probatur in l.ſi ſeruus.ff. de condi.fur. & in l.3. ff. de in diem adiect. Et quia iuſtum pretium dicitur,quod quis licitando cõſequi poteſt. Auth.hoc ius porrectum. C. de ſacroſan.eccleſ.& l.fi.§.fi.C. de adminiſtr. tuto.Iaſ.in l.qui Romæ.§. cohæredes.ff. de verbo.obliga.& horum opinio apud nos præualuit,raro enim venditiones fiſcales ſolemniter,& bona fide factæ, ex ſolo læſionis prætextu diſſoluũtur, tum ne de facili ſubhaſtationis publicæ fides ſubuertatur:tum etiam,vt facilius adinueniantur,& alliciantur emptores, publicaque pecunia promptè cõſequi poſſit, quod maxime ad Rempub. attinet: cui ſanè opinioni ſuffragatur optimè tex.in l.ſi hypothecas.C.de remiſ. pign. & in l.bene à Zenone.C.de quadr. præſcriptio.

9 Decimo, quòd pretio præſente vendatur: nec enim fiſci procuratores vendere poſſunt habita fide de pretio, niſi aliter in mandatis habuerint.l.ſi procurator.ff.de iure fiſc.l. prima, & l. & ſi inſtrumenta.C.de fide inſtrumento. libro decimo,& l.prima.C. ne fiſcus: & in dictis iuribus notatur per gloſſ. Barto. & ſcribentes,idem Barto.& late Iaſ.in l.prima.ff.de offi.procon.Cæſ.num.18.Concludens ex communi venditionem per fiſci procuratores factam, fide de pretio habita, valere quidem ad obligationem emptoris,licet non quo ad translationem dominij: idque explicite voluerunt glo.Bald.& Sal. in l. cum vendente.C.vbi cau.fiſ.Sequitur Alex.in l.a Diuo Pio.§.ſed ſi emptor,nume.8.ff.de re iudi. nec exceptionem compenſationis emptor obijciens auditur.l. ſi ex venditione.C. de compenſ. non tamen cogitur emptor pretium exburſare, niſi vacua rei poſſeſſio ſibi tradita fuerit.l.liberalitatis.§. 1.ff.de vſuris. Amplia ad rem minoris,& Eccleſiæ glo.in dicta l.ſi procurator.

10 Proinde pro emptorum cautione,aſſerente camerario pretium ſibi eſſe ſolutum,emptor perpetuo manet ſecurus nec de pretij numeratione docere oneratur.l.omnes.§. ad hæc, vbi Cyn. Bald. Ange.& Salice.C.de quadr. præſcrip.licet ſecus in procuratore priuati ad exigendum, cuius confeſſio de recepto nõ liberat debitorem,ſed de vera numeratione conſtare oportet,vt dicunt Doct. præallega.Barto.& alij in l. ſecunda.§.fi. ff.ſi cert.pet.

11 Intellige,vt exprimit tex.ille,dummodo in eo officio, vbi facta fuit venditio





per camerarium fuerit annotata pretij numeratio cum die, mẽſe, & anno,aliàs cautio emptori facta nõ annotata in officio illum non releuabit, vt explicat ille text.quem intelligo in cautione de recepto: ſed ſi per viam confeſſionis diceret pecuniam ſibi ſolutam, fortaſſe confeſſio officialis non præiudicaret fiſco, ſi ſoluendo non eſſet,ſic Bal. in l.in contractibus.§.ſed quoniam.C. de non numerata pecunia.

Quo tamẽ caſu, vbi cautio eſt minus ſolemnis, fiſcus prius agit contra procuratorem ſuum,& camerarium, & eo exiſtente non ſoluendo,contra debitorem per tex.in l.ſecunda,C.de conu.fiſ.deb. libro 10.

Non tamen denegatur facultas probandi de numeratione pretij aduerſus camerarium,& de contractu ipſo per teſtes: Inſtrumentum etenim non eſt neceſſarium de iure communi, caſus eſt in l.& ſi inſtrumenta.C. de fide inſtrumentorum, libro decimo, & eſt generale in contractibus priuatorum l. cõtrahitur. ff.de pignor.

Moris autem apud nos eſt,vt celebrẽtur inſtrumẽta ſubhaſtationum,ad hæc autem vide quæ ſcripſi infra in titu. de debitor.fiſcal.num.14.

12 Cum autem ad reſciſſionem venditionis fiſcalis agitur, poſſeſſor vtiq; qui emit,de cuius intereſſe agitur,citandus eſt,d.l.1.& 2.& l.ſi minori.C.de iure fiſ. & l.ſecunda,C.ſi prop.public.penſi. vbi poſt Iacob.de Aret.notant Bald. Salyc. & Pan.Et inde colligunt, quod

13 Poſſeſſor etiam,quòd de facto poſſideat,atque legitimo titulo, non debet de ſua poſſeſſione amoueri, niſi citatus, & legitime conuictus,quia poſſeſſio etiã iniuſta nemini eſt auferenda abſq; cauſæ cognitione,not.Innocent.in cap. intra quatuor,extra de maiori. & obe.gl. in l.cum miles.ff.ex quib.cau.ma.ſed ad hoc potuiſſent allegare gl.not. in c.licet epiſcopus.de præb. in 6. & quod vulgo dicitur,vt poſſeſſor etiam, quòd ſit prædo manuteneri,& ſeruari debeat in ſua poſſeſſione.l.fi.C.ſi per vim,c. in literis, extra de reſt.ſpol.& l.1.§.qui a me,ff.de vi,& vi arm.pulchre Maria.ſen.conſilio 12.colum.1.in primo, & Bart. Soc. eius filius in conſilio 13. numero quinto, & ſequen.in quarto.Calde.conſi. quarto, ſub titulo de dilation.Dec.in l.fina. columna ſecunda,numero 4.C. de edi. di. Adr. tol. contra fiſcum autem debitor pignoratitia contraria agere poteſt, vt rem indebite venditam reſtituat, d.l. ſi minori,ſecundum primam lecturam.

14 Præmiſſa autem procedunt,cum vẽduntur bona immobilia debitoris, ſeu quæ immobilium nomine cenſentur, diuerſum eſt in venditione bonorum mobilium,& ſe mouentium: nam in his ſolemnis ſubhaſtatio non eſt neceſſaria: & ſi quidem talia ſint, in quibus non cõſiſtat affectio,vt quia recipiant functionem in genere ſuo, veluti frumentum, & vinum,ſufficit,quòd vendantur in foro publico abſque alio præconio, vbi hæc vendi conſueuerunt: quia horum pretium manifeſtum eſt. Aut verò talia ſunt in quib. cadere poteſt affectio, tunc vendi non poſſunt ſine ſubhaſtatione.ff.de minoribus.& l.ſi ſine,ſic Bald. in dicta l.prima, nume. quinto. C. ſi prop. publ.penſ.& Salycetus in l.finali.C.eodem, Alexand.ad Bart.in dicta l.ſi quos, C.de reſcinden.vendition.& eſt text. in Authẽ. hoc ius porrectum.C. de ſacroſ. eccleſ. Moris autem apud nos eſt, in publica ſubhaſtatione mobilia quæque,& mouentia vendere, vnica tamen ſubhaſtatione deliberantur, niſi aliud res exegerit.

15 Secundò ſpeciale eſt, vt acquirens à fiſco rem aliquam corporalem, vel incorporalem, omnino tutus ſit, adeo vt ab alio inquietari nequeat ſuper ea re, actione reali, aut perſonali, reſeruata actione illi tertio contra fiſcum proponenda intra quadriennij metas, & non vltra.Caſus eſt in l.ſecunda,C.de quad. præſcript.in §.fina.inſtitu.de vſucap.intellige procuratore fiſci vendente.l.ſi ꝓcurator.vbi Bar.ff.de iur.fiſ.Bal.cõſ.363 quæritur,in l.nil mirum,(vt ipſe inquit) quia fiſcus eſt res inanimata.

16 Cuius ſanè legis deciſio,per legem ſequen. bene à Zenone protenſa fuit ad alienationes ex quocunque titulo oneroſo,vel lucratiuo,procedentes à Sacratiſſ.Imperatore,vel à Sereniſſ. Auguſta, & ex facto per illa iura conſultus reſpondit Bello.conſ.51.Rim.conſ.103.nume.52.& adde, ꝙ per illa iura denegatur actori audientia, & iudicibus ſublata eſt iuriſd.cognoſcendi. Affl.deciſio.361.nume. 18. & plena ſecuritas acquiritur cũ Imper.donat,vel transfert rem cum benefi.illarum legum,ſicuti Soci. iun.ſcripſit conſi.113.in 2.vbi pro Duce Vrbini,& idem Soc.conſi.65.in 3.Dicta autẽ iura variè per Doctores ampliantur, & moderantur,veluti per Martin. Laudẽ. in tract.de Principe.Iacob. a S. Georg. in tracta.feud.in verbo.Princeps Pedemontium.Balb.de præſc.in 2.par. quintæ par.princ.in 8.quęſt.per Soc.ſeniorẽ in conſi.46.in 4.Iaſ.in Auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ. Duenas Reg. 238.emens à fiſco. Afflict. in c.1.in verbo. Et bona comittentium, in vltima colum.Primò amplia,etiam ſi fiſcus vendat rem aliquam ſub nomine vniuerſitatis, puta hæreditatem Titij. Nam verus hæres illam ab emptore vendicare nequit,glo.in 2.ſolutione.Bald. & antiqui in d.l.2.glo.Bar.& Ange.in l.etiam. §.item ſi quis.ff.de pet.hære. vbi dicunt tex.illum eſſe correctum.ſed tu dicas,vt infra in quinta declaratione.

Secundò amplia, etiã quòd emptor, vel donatarius ſciret rem eſſe alienam. Bald. in d.l.2.ſed contra tenuit ipſemet Bal.in l.2.C.com.rerum alien.gl. in præallegata l.2.in 3.ſolutione, & hæc videtur verior ,vt ſic ius tertij minus lędatur, & iura illa exorbitantia coerceantur,& hanc ſequitur Soci.iun.conſi.94. num.21.in 2.

Tertiò amplia ,vt is tam in agendo , quàm in excipiendo potior ſit, dicta l. bene à Zenone,& dicto §.fin. item ſiue priuatus agat,ſiue excipiat.Bald.dicta l. bene à Zenone,numero primo.

Quartò amplia, vt nec etiam pro tributorum debito iam contracto,conueniri poſſit.Bart.in l.fin. C. de fide inſtru. libro decimo.

17 Quintò amplia in Dominis,& ciuitatibus non recognoſcentibus aliquem in ſuperiorẽ,de quibus dixi ſupra, ſic Bal. conſi.363.in 1.& 359.in 3.& in prohœ. Decre.Roma.conſi.310.nume.5. & cõſ. 59.nume.7. Abbas in cap.2.ext. de reb. eccleſ.non alien.Balb.loco præalle.Fely. in cap.quæ in eccleſiarum,num.53. ext. de conſt.latè Socin.iun.conſil.65.col.2. in 3.Crauet.conſil.263.colum. pen. vbi de communi,& in Rege Franciæ, Boer. deciſio.8.Ruin.conſi.31.nume. 18. in 5. adducunt,quia iſti habent iura, & priuilegia fiſcalia , & hæc mihi vera eſt ex ratione ſcripta in d.l. bene à Zenone , de qua infra,& probauit Afflict.dicto loco per eam rationem:Soc.iun.conſi.65.numero 6.in 3. vbi in Duce Mediolani , & in eodem Duce,idem Socin. conſil. 17. colum.3. in 4. cum adductis per Rolan. conſi.vlt.nu.48.in 4.

Sed contra tenuit Ang.in l.1.C. de fide inſtru.lib.10. dicens hoc eſſe priuilegiũ ſummi Principis, & eius fiſci . cuius dictum refert Soc.ſen.in conſi.46.num. 22.in 4.quod tamẽ non eſſe tantum dicit.Illud autem prius tradidit Bald.quoque in cap.ad Apoſtolicæ,de re iudic.in 6.refert Mart.Laud.de fiſco in 11.ſpeciali.Iacobin.in ſua inueſtit.in verbo Princeps Pedemõtium,in 40. ſpeciali. Abb. conſi.3.Nitar.quæſt.17.in ſecundo.Vbi in Rege Franciæ. Decius conſi.357.numero 7.vbi Romani dictum improbat, eiuſdem opinionis fuerunt Cur. ſenior conſi.51.colum.penultima, Iaſon conſi. 162.colum.2.in ſecundo,Cur.iun.conſ. 142.colum.fina. & conſi.174.colum.pe. & conſi.vltimo,colum.penult.& in Duce Vrbini.Socin.iunior conſi.69.nume. 56. in primo . Et in inferioribus veluti in legato de latere.Alexand.conſi.52.in ſeptimo. Sextò amplia, & intellige etiã quando fiſcus capit poſſeſſionem bonorum alicuius damnati,& confiſcati, & illa bona vendit.ſic Pau.Caſt.in l.fi.col.1. C.ſi aduoc.fiſ.Septimò amplia ad quaſcunque res mobiles , & immobiles , iura



iura,& actiones : ſic enim iura illa explicant. Octauò amplia,etiã quòd res vendita eſſet alicuius minoris. Bald.Angel. Saly.& clarè Pau.in l.fi.col.1. C.ſi adue. fiſc.declarando tamen , quò ad hoc , vt emptor ſit ſecurus,ſed ad reſtitutionem pretij minor cõtra fiſcum agere poteſt, etiam poſt quadriennium, vt ibi explicite poſt Bald.profitentur alij, de quo infra in 14.limit.

Ratio autem illarum legũ,quare Imperator ex cauſa vẽditionum fiſcalium , & ex cauſa alienationũ quocũq; titulo à ſe,vel à Sereniſſ.Auguſta,procedẽtium, ius proprij dominij abſtulerit,ex eis facile depromitur, nempe in fiſcalibus, ne emptores aliquod ſuſtineant detrimentum : & ſic, vt tuta ſit fiſcalis haſtæ fides. l.ſi hypothecas. C. de remiſ. pign. in ijs verò, quæ à principe de ſuo proprio patrimonio procedunt: quia multum intereſt inter priuatam fortunam , & regale culmen, quæ ſanè ratio par eſt ad alienationes factas per principes nõ recognoſcentes aliquem in ſuperiorem .

18 Limitanda modo eſt, & declaranda multis modis illarum legum deciſio: primò,vt non procedat, quando fiſcus , vel Princeps vendit rem aliquam , non vti ſuam , ſed ſui debitoris . Nam hoc caſu non præiudicatur vero domino in iure ſui dominij , ſi res illa aliena ſit , ac ideo verus dominus rem ſuam ab illo emptore vẽdicare poterit:ſimiliter ſi fiſcus vendat,ſed minus ſolemniter rem ſui debitoris,poteſt debitor reuocata venditione rem ſuam rehabere:ad hæc tex.& ibi no.gl.Bart.Bal.Ang.Salyc.& Pau.in l.fi. C.ſi aduer. fiſc. & eſt caſus in l. fundus, qui.ff.de reſcin.vend. & ibi Salyc.not.& in l.1.vbi gl.Ang.& Saly.C.de præſ.30. anno.Bald.conſ.363. in 1.idem Bald. in proh.decret.colum.4.Felyn. in c.quę in eccleſiarum.num.55.ext.de conſt.Alex. conſ.52.in 7.Bal.conſ.253.in 1. Secũdo limita, quando princeps ſciens rem eſſe alienam,illam vendit, aut donat,nã non confertur ius tertij,gl. no. in l.2.C.com. rerum alien.& in l.1.C.de vend.reb.fiſc. lib.10.Abb.d.conſ.3.q.17. Rom.d.conſilio 310.ad finẽ. Dec. d.conſ.357.Fely. in d.c.quæ in eccleſiarnm. nu. 55. Balb. de præſcript. loco præcitato , & ſic eam l.non procedere. cum Princeps ſcit rem eſſe alienã , firmauit ex multis Lucas de Penna in l.fi. col.16. verſ.cæterum, quia ſæpe.C.de loc.præd.ciuil.lib.11.

Tertiò limita,cum fiſcus,& princeps, poſſidet rem illam , vti ſuam, bona fide: tunc enim permittitur ex vi illarum legum irreuocabilis illius rei alienatio ad præiudicium veri domini in ſuo dominio:ſecus autem,ſi fiſcus non poſſideret: ſic cenſuit glo.in d.l.fi.C.ſi adu. fiſ.Bart. in l.fi.C.ſi contra ius,Bald. & Saly.in l.2. C.com.rerum alien. Alex.d,conſ.52.nume.5.Bal.in l.1.nu.5.C.de hæred. vend. Iaſ.in d.Authen.quas actiones,& Felyn. d.c.quæ in eccleſiarum.num.55.Balbus d.loco , cui autem incumbat onus probandi,fiſcum,ſeu principem tunc poſſediſſe,vel non:an emptori,an verò aduerſario, dic actori onus probandi incumbere,ſecundum regulam: ei qui dicit. ff. de proba. & quia id operatur commodum poſſeſſionis , quę eſt penes reum in iudicio cõuentum,vt onus probandi in alium transferat.§.commodum.inſti.de interdict.ſic Bald.& Saly.in d.l.ſecunda, ſequuntur alij. Addo Ruin.d.conſil.31. num.18.in 5.

4 Quartò declara , quando fiſcus , vel princeps,rem ipſam tradidit,aliàs ſecus. Bal.in c.primo.§.fin.colum.vlt. in tit.de noua for.fidel.idem Bal.conſ.363.in primo , vbi amplius requirit, quòd in rei traditione nullus ſit contradictor.ſequitur Balb.loco pręcitato .

Quintò declara,quãdo fiſcus,vel princeps, ſimpliciter rem alienat vti ſuam:ſecus autem ſi adiecta aliqua cauſa , quæ non ſit vera,nam tũc reuocata cauſa,reuocatur illius rei alienatio,vt quia fiſcus vti hæres Titij vendidiſſet illius hæreditatem:nam cognito fiſcum non eſſe hæredem,venditio retractatur.reſtituta hęreditate vero hæredi,ſic Bald. & Saly in l.1. C. de hæred.vend. vbi ita intelligunt tex.in l.nec vllam. §.itẽ ſi quis. ff. de pet. hæred. quorum intellectus capiẽdus eſt in

in hac ſpecie: quia ſic euitatur correctio illius tex. aliàs oporteret dicere eum correctum ſecundum Barr. & Ang. poſt gl. & antiquos. Et dicta Bald. & Salyc. ſequuntur Alexand. d. conſ. 52. nu. 7. Soc. ſen. conſ. 46. nume. 19. & conſ. 121. numero 25. in 4.

Sextò declara, cum princeps nullum ius in re habet nam aliàs princeps videretur rẽ alienaſſe pro iure, quod habet, ad l. vxor patrui, cum materia. C. de leg. & in l. qui tabernas. ff. de contrah. empt. ſic Bald. conſ. 127. a principio: in 3. vbi in donatione, & idem Bal. cõſ. 253. Illuſtris dominus, in 1. vbi itidem in donatione, ibi tamen ob verba, & clauſulas multum amplas, dubitat: & in fiſco vendente ſcribit Socin. ſen. d. conſ. 46. num. 24. & conſilio 121. num. 25. in 4. niſi pretij quantitas, & cædula incantus ex verbis aliud indicaret, nam emptor decipi non debet: Sanè in donationibus Bal. deciſio rectè procedere poteſt.

Sextò limita, cum princeps conceſſiſſet rem ſaluis iuribus alienis, Afflictus poſt Iſern. dicto loco in vltimis verbis.

Septimò limita, quãdo actor eſſet creditor ipſius rei vẽditæ, ſeu in ipſa re vendita, vt quia fiſcus vendiderit hæreditatem Titij, nam Titij creditor contra emptorem etiam fiſco non excuſſo, agere poterit, l. eum qui. ff. de iure fiſc. & l. 1. ff. & C. de hæred. vend. & ibi no. Angel. vbi ſentit idem eſſe in re ſingulari vendita, in qua tertius ius crediti haberet. ſequitur Soc. d. conſ. 46. num. 19. vnde per illum tex. dicebat Bal. in d. l. 1. in 2. opp. fiſco vendente rem aliquam, quæ pro ſui natura onerata ſit, in emptorem onera transire, ſed contra dictũ Ang. in re certa, ſenſit Bar. in d. l. eum qui.

Octauò limita, quando fiſcus rẽ alienam pro credito ſuo alicui tradidiſſet, vel ceſſiſſet, in iuribus ſuis illum reponẽdo, ſic Dec. conſ. 357. poſt Bal. d. conſilio 253. in 1. idque indubitanter procederet cum fiſcus tranſtuliſſet rem ipſam cũ ſuis iuribus actiuis, & paſſiuis, quod ego ſæpius in venditionibus bonorum confiſcatorum practicaui.

Nonò limita, cum cõſtat, Principem vti velle plenitudine poteſtatis, Bald. in procem. decretal. col. 3. & in l. 2. C. com. rerum alien. ſequitur Dec. d. conſ. 357. col. vlt. vbi aduertit, quòd princeps in dubio non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, & refert, quòd idẽ voluit Felyn. in d. c. quæ in eccleſiarum, ſed aduerte: quia Fely. ſub num. 59. contra tenuit, & ſecutus eſt Balb. loco præcitato, nu. 9. quia iura illa indiſtinctè loquuntur. Et hæc, iudicio meo, eſt verior: quia in fiſco, & in principe vendente, ratio iſta plenitudinis poteſtatis non eſt conſiderabilis.

Decimò declara, quòd princeps concedendo bona generaliter non videtur cõcedere ea, in quibus tertius habet ius ſingulare, & proprium, ſic Bal. cõſ. 363. num. 4. in primo, per tex. in l. 1. ff. de euic. & in c. 1. de inueſt. de re alie. fac.

Vndecimò limita, in rebus eccleſiaſticis donatis, vel venditis per fiſcum, aut per principẽ ſecularem: quia in iſtis non habent poteſtatem, c. quicũque, vbi tex. & gl. 12, q. 2. toto tit. extra de reb. eccle. non alien. & eſt caſus in cap. 2. ext. eo. & inde colligit Abb. Saly. in d. l. bene à Zenone, col. 1. Felyn. d. c. quæ in eccleſiarũ. nume. 58. Socin. dicto conſ. 46. num. 14. Balb. de præſcript. in 1. par. 5. par. princ. num. 11. Afflictus d. loco, & in deciſ. 361. nume. 42.

Duodecimò limita in Eccleſia, cui Princeps, vel fiſcus conceſſiſſet rem alienam, nam illam in præiudicium veri domini ſibi nõ acquireret: quia eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ, & illa iura plus habẽt de bono, quàm de ęquo: vt inquit Bald. in d. l. bene à Zenone: ſic concludit glo. in d. c. quicunque. 12. q. 2. Rom. ſing. 625. Regula eſt. refert, & ſequitur Felyn. dicto c. quæ in eccleſiarum. nu. 58. Balb. vt ſupra in 6. limit. Afflictus loco pręall.

Decimotertiò limita de iure canon. gl. in d. c. 2. in verbo irrita, ext. de rebus eccleſ. non alien. quæ tamen hoc non dicit: quia loquitur in rebus eccleſiæ, ſecus autẽ in profanis, vt Abb. ibi declarat Felyn. d. loco. num. 59. & Balb. in 8. limitat.

De-



Decimoquartò limita, de conſuetudine in pluribus locis, veluti in ſtatu Mediolani tradidit Boſius in tit. de Principe. nume. 86. & ſub hoc Sereniſſ. Dom. itidem ſeruatur, quòd ius tertij nõ cenſetur abrogatum.

Decimoquintò limita, vt nõ fiat prę iudicium hypothecæ dotali, rebusq; dotalibus, propter dotium priuilegiũ. Bal. cõſ. 359. quemadmodum Imperat. in 3. Soc. d. conſ. 46. num. 25. Iaſ. in l. 1. col. 3. ff. ſolut. matr. Balb. vt ſupra in 11. limita. cũ alijs cumulatis per Tiraq. de retrac. ligna. §. 1. glo. 14. num. 92.

Decimoſextò limita, in re minoris: nam per reſtitutionem in integrum minori ſubueniretur. glo. & Bart. in l. pen. C. de fide inſtr. lib. 10. ſecutus eſt Balb. dicto loco in 10. limit. ſed contra concludunt alij, vt ſupra retuli in 8. ampliat.

Decimoſeptimò limita in duobus habentibus cauſam à Principe, vel à fiſco, nam potior eſt illius conditio, cui primò facta fuit conceſſio. l. prædia. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. c. Abbate ſanè, de re iud. in 6. Rom. conſ. 298. nu. 3. & plenè tradidit Curt. iun. conſ. 143. per totum, ſequitur Grammat. deciſ. 65. nume. 43. Afflic. loco præalleg. Sed in hoc puncto vide, quæ ſcripſi in tit. habent iura fiſci, num. 47. & ſeq.

Decimooctauò intellige, cùm venditio à fiſco ſolemniter proceſſit, aliàs retractari poſſet, l. 1. l. 3. l. ſi tempora l. duplex ratio. C. de fid. inſtr. lib. 10. Bald. in d. l. 1. verſic. ſed contra hoc. C. de hæred. vend. & in d. conſ. 363. in 1.

Decimononò limita, cum princeps alienat bona alicuius, vti confiſcata; deinde illum reſtituit: nã temperat etiam bona alienata ex cauſa R. P. Afflict. poſt Iſern. in c. 1. num. 32. in tit. de vaſal. decr. ætat. dixi in 2. par. in tit. bann. reſtit. nume. 38. Adde circa præmiſſas limitationes, quòd d. Andr. Alcia. conſ. 138. ad finem. lib. 9. dicit non facile eſſe recedendum à deciſione l. 2. & l. bene à Zenone: propter limitationes Moder. quia verę non ſunt.

19 Tertiò ſpeciale eſt, quòd vẽditio fiſci nomine ſolẽniter facta emptori, tribuit firmitatem perpetuo poſſidendi. l. 1. C. ſi propter pub. penſitat. l. 1. C. de capien. & diſtrah. pign. & l. quæcunque. C. de fide inſtru. lib. 10. vbi Bart. inquit, quòd nec prætextu reſcripti, nec minoris ætatis retractatur, item nec prætextu lęſionis, iuxta ea, quæ ſupra dixi, & ea eſt ratio: quia fides haſtæ publicæ non facile conuelli debet. l. ſi hypothecas. C. de remiſ. pign. Quocirca, ex legibus huius Sereniſſ. Dom. licet aliàs, vẽditiones bonorum immobiliũ per priuatos factæ, poſſint ex vi legis particularis, & municipalis, reſtituto pretio per agnatos, & cohærentes retractari, ſecus tamen eſt in venditionibus fiſcalibus, ſic enim ex Senatuſconſul. in Rogatis capto 1445. 28. Iunij, & 1487. 5. Martij captum fuit moderando, tamen cum bona fiſci, ſeu debitorum fiſcalium venduntur, ſecus verò cùm ad conſignationem debitoris fiſcalis diſtrahuntur bona ſui debitoris ad eius exonerationem, quod fieri nonnullis caſibus permittitur, nam in ea ſpecie ſtatuto de retractu nõ detrahitur, ſicuti ex alio Senatuſconſ. diei 23. Apr. 1488. declaratum extitit, & ita obſeruatur.

20 Quartò ſpeciale eſt, quòd licet aliàs re debitoris vendita, ſciente, & patiẽte, nec contradicente creditore hypothecario, nullum ſibi in ſua hypotheca inferatur præiudicium. l. fin. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol. attamen ſecus eſt cùm fiſcus rem ſui debitoris vendit, nam creditor licet anterior ſciens, & tacens ſibi in iure ſuæ hypothecæ anterioris præiudicat. caſus eſt in l. ſi hypothecas. C. de remiſ. pign. & ibi no. Ang. ſpeciale eſſe in fiſco, & præter eum gloſſ. Bal. & Salyc. ibi, notatur in l. fi. C. ſi adu. fiſc. & ibi eleganter Pau. Caſt. colum. fin. vbi inquit, notandum eſſe ad venditiones factas per cameram fiſcalem huius ciuitatis Patau. quæ fiũt cum ſolitis proclamationibus, & ſtridationib., vt amodo emptor ſit tutus contra quoſcunque creditores, etiam anteriores: quia ſcierunt, aut ſcire potuerunt: ideoq; ſecundum eum, non erit opus facere cridas,

quæ

quæ ſecundum formam ſtatuti durant per annum, quod dictum eſt valde notandum: quia multum fauet emptoribus, & ſecundum regulam præmiſſam, decidit Bar. in l. fi. C. de remiſ. pign. Soc. d. conſ. 46. nume. 23. in 4. Neguſan. in tract. pignorum, in 3. membr. 6. partis. nume. 15.

21 Quintò ſpeciale eſt, quòd reſciſa, ſeu nulla exiſtente, alienatione facta per fiſcum de re debitoris fiſcalis: non poteſt debitor rem rehabere, & redimere, niſi oblato, & ſoluto debito ſuo, pro quo fuit vendita, licet minus ſolemniter, caſus eſt in l. fundus qui, & ibi no. ff. de reſcin. vend. & in l. fin. C. ſi aduer. fiſc. & in l. fi. §. fin. ff. quod met. cau. l. ſi minori. C. de iur. fiſ. l. 1. & 2. C. de fide inſtr. lib. 10. & in propoſito ſcribit Franc. Cremenſ. ſing. 194. Curt. iun. conſ. vlt. nu. 4.

Amplius ex legibus huius Sereniſſ. Dom. & ex obſeruantia huius cameræ Patauinæ, emptores extrahi nõ poſſunt de ſuo poſſeſſu, niſi prius reſtituto toto pretio exburſato, cum expenſis poſſeſſus, & inſtrumentorum, ac melioramentis in re factis, cũ fructibus, ſi quos non percepiſſent, ſic enim ex Senatuſconſ. in Rogatis diei 6. Maij, Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoſexto, conſtitutum fuit.

22 Quintò ſpeciale ius videtur in venditionibus fiſcalibus, vt ſi debitoris fundus vẽditus ſit minori pretio, quàm debiti ſumma eſſet, poſſit debitor ex ſoluto integro debito, fundum ſuum rehabere, & ad hoc videtur caſus, iuxta verba literæ illius text. in d. l. fundus qui. ff. de reſcin. vend. nam ſubauditio gl. quòd fundus fuerit minus ſolemniter venditus: non eſt ex litera, & ita quandoque practicatum fuit in caſibus, cũ emptor nondum pretium, fiſci rationali exburſaſſet.

23 Sextò ſpeciale eſt, vt fiſcus rem cum alio communem, totam alienare poſſit: ſociusq́ue non niſi ad partem pretij pro rata recurſum habet. l. 2. C. de com. rerum al. & C. de vend. rerum fiſcal. lib. 10. in l. 1. æquum tamen eſt, vt Bald. inquit in d. l. 2. vt fiſcus id faciat requiſito conſorte, & ſi ille tantum offerat, quantum alius, præferatur. argum. l. 1. ff. de priuil. cred. ſequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. nu. 7.

Amplia etiam, ſi fiſcus modicam partem in re habeat, d. l. 1. Item amplia, etiã quòd res ſit diuidua, modò interſit fiſci rem totam vendi reſpectu maioris pretij. Bart. in d. l. prima, poſt glo. Fely. alios adducens in d. cap. quæ in eccleſiarum. nume. 73.

Amplia item, ad alios contractus tranſlatiuos dominij, vel vſus, ideoq́ue fiſcus rem cum priuato communem poterit in totum infeudare, in emphyteuſim dare, & locare. Bald. conſ. 336. præmitto in 5. quę ſanè ampliatio mihi non adeo placet: quia ſic priuatus haberet inuictus emphyteutam, & vaſallum perpetuum, ideoq; priuilegium fiſci in venditionibus non videtur ſic protrahendum, nempè re vendita, priuatus conſequitur ſuam pretij partem, de qua pro libito ſuo diſponere valet.

Et ſecundum regulam, per illa iura arguit Bald. conſ. 171. condemnatus, in 1. Dec. conſ. 235. colum. penult. & de facto, per illa iura fuit obſeruatum in iſta Camera Pata. quòd pro debito q. Excel. D. Ioannis à Ferro fuerunt vendita bona ſua communia cum D. Petro fratre ſuo, & licet D. Petrus pro ſui portione valide ſe oppoſuiſſet: attamen retulit iudicium contrarium hic Pad. quòd ad eius appellationem fuit confirmatum in Excel. Conſ. de 40. & eſt maxima ampliatio ad illa iura, quæ loquũtur in fiſco habente dominium rei pro parte pro indiuiſo, ideoq́ue priuilegium de iure extẽdendum non videtur ad caſum, quando fiſcus habet tantum ius hypothecæ pro parte, nam cùm fiſcus habet in re ius vſusfructus, & priuatus ius proprietatis non poteſt, nec ſolet fiſcus rem vẽdere, niſi pro iure ſuo. Bal. in d. l. 2. C. de com. rerum alien. & hæc ſecunda indubitanter vera eſſet, ſi fiſco cõſuli poſſet in alijs bonis ſui debitoris; aliàs prior obſeruata opinio ex fiſci priuilegio non eſt ſine

funda-



fundamento, quia illorum iurium ratio punctualiter ſeruit, & in materia, quòd fiſcus ratione partis attrahat ad ſe partem ſocij, oblata æſtimatione, ſcribit Affli. in c. primo, num. 14. & 15. in tit. de duobus fratr. de no. ben. inu. & in tit. de duob. frat. num. 79.

24 Septimò ſpeciale eſt, vt rei communis inter fiſcum, & priuatum diuiſio fieri debeat per fiſcum, data electione priuato. l. 1. C. de his, qui ſe defer. lib. 10. Et ibi notat Bar. idẽ Bar. in l. Senatus. §. Senatus cenſuit. ff. de iu. fiſ. & ita fuit practicatum Paduæ in cauſa cõfiſcationis bonorum D. Octauij Borromei cum fratribus ſuis: in priuatis autem aliud eſt, quia ſocius etiam maior non tenetur diuidere, data partium electione ſuo conſocio. Iaſ. in l. 2. in prin. C. commu. de leg. cum alijs, vt per Tiraq. de iure primogen. q. 60. quicquid in contrarium cõſulendo, ſcripſerit Emil. Ferret. conſ. 1. per totũ.

25 Octauò ſpeciale item eſt ratione communionis, vt inſtrumenta ad rem communem pertinentia penes fiſcum reſideant, d. l. Senatus. §. Senatus cenſuit: nec mirum, quia apud digniorem inſtrumenta communia permanere debent. l. fin. ff. de fide inſtru. & l. procurator. C. de eden.

26 Nonò ſpeciale eſt, vt re debitoris, priuato, deinde fiſco obligata, poſſit fiſcus rem ipſam totam vendere, ſic tamen, vt ex illius pretio priori creditori fiſcus ſatisfaciat, vel emptor ex mandato ſibi iniuncto. l. res. §. 1. ff. eo. tit. de iure fiſ. & ſi emptor priori creditori perſoluerit, vel habenti portionem in re vendita, tutus erit emptor, ſic Bar. in dicta l. 1. C. de vend. re. fiſ. Bal. in l. 1. colum. 2. C. de hæred. vend.

27 Sed dubium eſt, an vtilitates camerarijs debitæ, puta in ratione quinq; pro centenario pretij, debeantur pro toto pretio, an verò pro parte tantum, quæ in cameram deſiuit: & conſiderato negotio, viſum fuit, non pro pretio confluente in priuatum anteriorem creditorem, vel in habente portionem in re iure dominij. Ex pluribus primò, quia ius illius tertij nimium lęderetur, quia quandoq; creditor priuatus non cõſequeretur totum ſuum creditum. Item dominus rei, cuius portio, eo inuito venditur, non haberet integrum pretium. Secundò, quia fiſcus habet intereſſe limitatum pro certa portione, igitur ad eam quoque limitari, & reſtringi debet ratio vtilitatũ officialium, ſicuti etiam ad eam ſummam debitam reducuntur pœnę, ad quas debitores fiſcales ceſſantes tenentur.

28 Nonò emptor fiſcalis, pro re per eum empta non poteſt conueniri per fiſcum, ad aliud, quàm ad pretij ſolutionem, nõ ad alia debita. l. pen. & l. fi. vbi Bart. C. de fide inſtr. lib. 10. niſi ad debita ex cauſa tributorum, etiam pro tempore præterito. l. prædijs. ff. de iu. fiſ. l. Imperatores. ff. de public. Sublimitando tamen, quando pro tributorum debito facta fuiſſet venditio: nam nec pro tributis præteritis vlterius conueniri poſſet. d. l. fin. vbi Bart. ita diſtinguit: quod nota, vt emens fundum libellarium venditum ad inſtantiam domini ex cauſa libellorum decurſorum, non poſſit conueniri pro libellis ante decurſis, & non comprehenſis in actu venditionis, & emptionis.

29 Decimò ſpeciale eſt: quòd re aliqua per fiſcum ſolemniter vendita, non poteſt fiſcus eandem rem ab emptore euincere, quamuis ſtatio, ſeu camera actrix, plus iuris haberet, quàm ſtatio illa, quæ vendidit. l. 1. & 2. C. ne fiſcus, lib. 10. Et vtrobique Bar. & Doct. ſi tamen ſtatio, ſeu camera vẽditrix, nullum ius vendendi habuiſſet, equidem venditio illa nullum præberet impedimentum. l. quæro. ff. de ſolut. Bar. in d. l. 1.

Illa autem ſtatio, ſeu camera, quę plus iuris haberet, pretium aduocare poterit, vt deciditur in dictis iuribus, de facto tamen vidi obſeruari conrrarium: nam ſcriptum fuit per officia ſuperiora de reuocatione venditionum hic Paduę factarum, non de tranſmiſſione pretij. Adde, quòd iſta practica procedat, cum vtraq; camera intromiſit bona eiuſdem debitoris: prior verò in alio caſu.

30 Vndecimò, quamuis iure communi

emptor

emptor hæreditatis, vel bonorum, non teneatur creditoribus,& legatarijs, ſed actiones ſuas dirigere debeant contra venditorem: ille vero aduerſus emptorem.l.2.C.de hæred.vend.l.hæreditatẽ. ff.de dona. & l.quamuis hæres. ff.de legat.1.per illam rationem,quia ſemel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.l.& ſi fine.§.ſed quod Papin. ff.de minoribus. Et quia perſonales actiones nõ ſequuntur rem, ſed perſonam.l.1.§.ſi hæres.ff. ad Trebell.l.fi.§.fin. ff.de contrah.emp. in fiſco tamen ſpeciale eſt,vt emptor creditorũ actiones ſuſcipere teneatur. l.eũ qui.ff.de iure fiſ.l.1.C.de hęred.vend.eo tamen non exiſtente ſoluendo, fiſcus in ſubſidium tenebitur. glo.Cy. & Bald.in d.l.1.num.6.argu.tex.& quod ibi notatur in l.fi.ff.de eo per quem fac.er.intellige,vt fiſcus teneatur pro menſura eius, quod ad eum peruenit,ad text.in l.1.§. an bona.ff.tit.iſto,& alibi dixi.

31 Emptor fundi cum fructibus pẽdentibus fructus cõſequitur,quia ſunt pars rei.l.fructus pendentes. ff.de rei vẽd.l.Iulianus.§.ſi fructibus. ff.de act.emp. l.fin. §.pen.ff.de his,quę in fraud.cred.& l.fi. ff.de iure fiſ. idq; generale eſſe in omni actu alienationis, & tranſlationis aſſeuerat ex pluribus Tiraq. de retra.mun.§.1. glo.7.nu.42.& 43.

32 Adeo,vt ea ratione, & per illa iura Lud.Rom.cõſ.309.videtur prima fronte,ſenſerit fructus pendentes etiam pro portione colonica emptori deberi, & ita conſuluit: Cuius ſententiam ſubſequitur Iaſ. in l.cum filiofamil. ad finem. ff.de leg.1.in caſu quando emptor ignorauit fundum coli per colonum partiarium. Secus autem ſi ſciuerit:quia videtur emiſſe ius, quod habebat dominus in fundo vendito, & ſic partẽ fructuum ad eum ſpectãtem,ad tex.in l.qui tabernas.ff.de contr.empt.

Ego autem exiſtimo etiam, quòd emptor ignoraſſet, adhuc fructus pro ſua portione pertinere ad colonum partiarium,tùm ea ratione, quia venditor cenſetur vendidiſſe ius ſuum.d.l.qui tabernas.& l.ſi domus.§.fi.ff.de leg.1.cũ concord. Præſumptio enim de qua in dictis iuribus ſumitur ex alienãtis mente,non acquirentis: tùm quia colonus partiarius habet medietatem fructuũ pro opera,& impenſa culturę:conſtat autem impenſas factas gratia fructuum quærendorum ſemper deduci, etiam à malæ fidei poſſeſſore.l.fructus, vbi late Iaſ. poſt alios. ff.ſol.mat.l.ſi a domino.§.vlt.ff.de pet. hæred. l.fundus qui. ff. famil. erciſ. cum adductis per Tiraq.de retr.lignag. §.15.gl.1.& per Menoch. de recup. poſ. in 15.remed.num.575.

Sanè ſi venditor ipſe impenſa ſua fundum coluiſſet, quem fructibus plenum alienaſſet, puto non iure eum de detrahenda portione colonica cum emptore contendere, prout nec de alijs impenſis factis in agro colendo. Pau. Caſt. in l.ſi filius.§.cũ fundum.ff.de verb. oblig. niſi coniectura aliqua reſiſtat.

33 Item in fiſco ſpeciale ius eſt:quia licet emptor à priuato rem cũ fructibus conſequatur adeo, vt nec etiam pro eo anno teneatur ſtare colono,conductori,& ab eo pretium in contractu locationis cum venditore conuentũ accipere. l.emptorem. C. locati.l.ſi merces.§.1.ff.eod. pleniſſime notatur in l.filioſam. §. ſi vir. ff.ſol. matr. quo caſu conductor contra auctorem ſuum ad intereſſe agit,vt in dictis iuribus.Emptor tamen fiſcalis, conductoribus fiſcalibus ſtare tenetur, nè alioquin fiſcus colono ad intereſſe teneatur. Caſus eſt in l.fin.in verſ.Papin.ff.de iure fiſ.& inde colligit Bart.Alex.in d.§. ſi vir.nume.5.Bal.in l.diuortio.in princ. ff.ſol.matr.

34 Rurſus emptor priuati:ſi emit rẽ reddentem fructum induſtrialem, puta domum locatam,vel nauim ad vecturã conceſſam: merces ſeu penſio pro rata temporis, ante vẽditionem, ad venditorem ſpectat: pro rata autem temporis poſt venditionem, ad emptorem. l.Iulianus. §.ſi fructibus,vbi Alber.& Pau. ff.de act. empt.Ac ideo venditor,pro rata temporis ad emptorem ſpectãte, eidem actiones contra conductorem cedere cogitur,vt ibidem aduertunt glo.Bar.Alber. & Pau.



& Pau.idẽ de diuiſione pro rata,firmauit Bar.in l.fi.§.fi.ff.de iure fiſ.Bal.in c.cũ Marcus,col. 2. extra de conſtitu. quem ad hoc retulit Tiraqu. de retrac.lignag. §.5.gloſ.3. pulchrè Salyc. in l.fructus.C. de actio.empt. Are.conſilio 160.in quinto dubio,Didac.variarum reſolut.lib.3. capit.15.

35 Si verò emit rem reddẽtem fructum naturalem: ſi quidem fructibus in fundo extantibus,fructus ad emptorẽ pertinent, vt proxime fuit dictum: ſinautem fructibus perceptis,vt quia emerit ad finem menſis Octobris,nihil de fructibus perceptis ſibi debetur. Et ſi fundus ad penſionem pecuniariam fuiſſet locatus, quamuis dies ſoluendæ penſionis adueniſſet, poſt contractam emptionem, vt quia ſoluenda eſſet in feſto S.Martini, tota deberetur venditori. ſic ſanè decidit Bar.in d.l.fi.§.fin. reprobata opinio. Dyni per tex.in l.defuncta.ff.de vſufru. vbi hoc idem in vſufruct.conſtitutum reperitur.& per text. in d.l.Iulianus. §. ſi fructibus. Et quia penſio ſoluitur propter fructus, ideoq; ad cauſam penſionis debitæ recurrendum eſt: Quæ talis eſt, vt ad emptorem non pertineat, & opin. Bart.ſequuntur communiter ſcriptores, Pau.Caſtren.in d.§.ſi fructibus. Bald.& Salyc.in d.l.fructus. C.de actio. empt. Bald. d.c.cum Marcus, Aretin.in d.conſ. 160. in quinto dubio, Anchar. conſil.193. Alex. conſ.28. col.1. in primo,& conſ.82. colum.vlt.in ſecundo, & conſ.40.nu.18.in tertio,cum alijs,vt per Didac.loco præalleg.

Quorum opinio veriſſima eſt: quicquid aliter ſenſerit Rom. ſecutus Dyn. conſ.10.quæſtionis propoſitę.

Illud tamen verum eſt, quòd vendito fundo poſt collectam partem fructuum, alia parte pendente, puta poſt meſſes ante vindemiam, affictus per colonum debitus pro rata fructuum pendentium debebitur emptori, ſic Salyc. in d.l.fructus. Alexand.d.conſ.82.col.vlt.& dicto conſ.40.nume.18.& ita ſpecifice conſuluit Rom.d.conſ.10.

Quibus ſanè auctoritatibus,& ea ratione, quia fructuum perceptio ac pendentia conſideratur:arbitror,q etiam ſi venditor percepiſſet affictum à conductore ante perceptionem fructuum: emptori affictus portio eſſet reſtituenda pro rata fructuum pendentium tempore emptionis,maximè ſi ignoraſſet prærogatam ſolutionẽ, & in puncto ſic decidunt Bal.& Saly.d.l.fructus in emptore, tamen fiſcali ſpeciale ius eſt, vt penſio per colonum ſoluenda poſt diẽ emptionis, quauis fructibus iam per colonum ex fundo collectis, debeatur emptori, non autem fiſco venditori.d.l.fi.§.fi.vbi Bar.rationem adducit:quia ad emptorẽ fiſci tranſit de neceſſitate ius coloni fiſcalis, ideo cum in hoc grauetur, fas eſt, vt in alio releuetur, ad l.eum qui.ff.de iu reiur. vnde attenta hac ratione, poſſet quidẽ attẽtari,quòd in caſibus, in quibus emptor tenetur ſtare colono, eidẽ quoque deſeruiat deciſio illius tex.vt ſic penſiones futuras à colono debendas conſequatur, quamuis pro fructib.ante venditionem perceptis.

37 Speciale item ius eſt in vẽditionibus fiſcalibus, vt re euicta fiſcus non teneatur, niſi ad ſimplum, quamuis procurator Cæſaris ſub pœna dupli de euictione promiſiſſet.l.ſi procurator.ff.de iure fiſ.glo. in l.ſi dictum.ff.de euictio. Pariſ. conſ.101.nu.14. in 1.Caballin. in tract. de euict.§.1.num.88.poſt Rebuf.in titulo de dilatio.articu.2.gloſ.prima,numero 32.vbi teſtatur,quòd in Regno Franciæ,idem in omnibus ſeruatur, quòd in fiſco: Et ita eſt ſub hoc Sereniſſ. Dominio,nam re euicta per priuatum à priuato non tenetur venditor, niſi ad pretij cum ſumptibus litis reſtitutionem.& ſic ſeruatuum vidi,intellige cũ fiſcus vendit rem vti ſuam, in quibus terminis loquitur tex.in d.l.ſi procurator. vbi propterea Bartol. ſubdit legem illam eſſe correctam,per textum in l.omnes.& in l.bene a Zenone, C. de quad. præſ. de quibus ſupra diximus. verum quia illarum legum deciſio fallit in compluribus caſibus, idcirco vtilis adhuc eſt illius legis ſanctio: cæterum cum fiſcus rem

vendit vti ſui debitoris, planum eſt non
teneri de euictione, nempe tenetur de-
bitor, cuius res venditur, toto titulo cre
ditorem euictio.pign.nõ deb.debet au-
tem fiſcus præſtare in re debitoris ven-
dita ſe potiorem omnibus illius credito
ribus, vt in illis iuribus, ideoq; re debi-
toris vendita pro credito fiſcali, euicta,
iure fideicommiſ. non tenetur fiſcus de
euictione, etiam ad pretij reſtitutionẽ;
quia ita iure cautum eſt: verum in Came
ra iſta Patauina, & vt audiui in toto hoc
Sereniſ.Dom.Clariſſ.Dom.Camerarij,
dum vendunt bona debitoris fiſcalis,
obligant in caſu euictionis bona illius
debitoris, & Camerã ipſam: Et promit-
tunt, quòd emptor in caſu legitimæ eui-
ctionis non extrahetur de ſuo poſſeſſu,
niſi prius reſtituto pretio, cum expẽſis,
& cum melioramentis in re factis. Quę
ſane clauſula in damnum fiſci deuiaret à
iuris regulis, ſi aliter intelligeretur,
quàm de iure ſit intelligenda.

38 Ius quoque precipium fiſci eſt, vt in
venditionibus fiſcalibus, de rebus mobi
libus, & ſe mouẽtibus, ædilitium ædictũ
ceſſet, quamuis locum habeat in vendi-
tionibus minorum, & R.P.l.1.§.illud.ff.
de ædil. æd. & nota quia generaliter lo-
quitur de venditionibus fiſcalibus, nec
ſe reſtringit ad venditiones de reb. fiſci.

39 Item ſpeciale videtur eſſe in fiſco,
prout in minore, quod nõ teneatur de-
nunciare auctori ſuo litem motam, & ſe
cuta euictione agere poſſit cõtra aucto-
rem ſuum. Rub. Alex.in repet. §. morte.
col.105.nu.704.ff.de ope.no.nunc.

40 Emptor fiſcalis iure ſpeciali fiſci, tene
tur ſtare locationi factæ per fiſcum, licet
ſecus in emptore priuati: caſus eſt in l.fi.
ff.de iure fiſc.vbi Bar.poſt Dy. in verſic.
Papin.in l.pen.vbi Bar. C.de mancip. &
colon.lib.12.dixi ſupra, nu.32. fiſcus ta-
men non tenetur ipſe ſtare colono ven-
ditoris, nedum ſi voluntarius ſucceſſor
ſit, iuxta regulam iuris cõmunis, de qua
in l.emptorẽ.C.loc.ſed ẽt ſi ſucceſſor ne
ceſſarius ſit, ob fiſci priuilegium. gl.ma-
gna, in l.ſi fundus.ff.locat. Iaſ.in l.diuor-
tio, col.10.verſ.limita iſtã. ff.ſolut.matr.
Cęſal.conſ.255.nu.46.vbi ampliat ad ec
cleſiam. Duenas Reg.240. in 8.limit.

41 Emptor fiſcalis pro re à fiſco empta,
in iudicio cõuentus, ſpeciali iure, poteſt
cauſam trahere ad iudices fiſcales. l.fin.
C.ſi adu. fiſc. vbi Pau. Caſtr. no. dixi la-
tius in 2.par.in princ.nu.5.

42 Fiſcus inſuper in ſuis cõtractibus ven
ditionum, ſpeciali priuilegio vtitur, vt
alius offerens meliorem conditionem,
audiatur. l.fin.in princ.vbi Bart.no.ff.de
iure fiſc.l.Lucius.§.fin. ff.ad municip.l.ſi
tempora. C.de fide inſtru. libro 10. vbi
Bar. & alij notant: idem Bart. in l.licita-
tio.in princ.ff.de publican. Sed attende:
quia in partibus non hoc iure vtimur,
dixi ſupra.num.5.

43 Rurſus dubitatur, an fiſcus vendere,
& alienare poſſit res debitorũ ſuorum
ſubiectas alicui conditioni fideicommiſ
ſariæ, vel hypothecæ creditorum, diſtin
gue: aut fiſcus vendit pro debito proue
niente ex contractu, puta cum gabella-
rio, vel ex alia cauſa, & non vendit, niſi
pro iure ſui debitoris, ſalua conditione
rei.l.Statius.§.Cornelio. ff.de iure fiſ.&
hoc iure vtimur.

Aut vendit pro debito reali ipſarum
rerum, puta pro debito tributorum, col
lectarum, & dadiarum, & ſubdiſtingue,
aut illud onus erat ordinarium impoſi-
tũ ex lege, & auctoritate Principis ante
conſtitutum fideicõmiſſum, & tũc quia
fiſco erat acquiſitum ius hypothecæ in
bonis. l.Imperatores. ff.de publican.l.cũ
poſſeſſor.§.fi.ff.de cenſibus.l.1.C.ſi pro-
pter publ.penſitat. Idcirco, vẽditionem
impediri non poſſe, videtur: quia iã res
erat affecta fiſco, toto tit.C.debit. vend.
pignor.imped. non poſſ. l.filiusfamil.§.
Diui.ff.de legat.primo, & in terminis eſt
caſus in d.l.1.& no.Bald.in l.ſi fundum.
per fideicommiſſ.in verſ. item oppono.
ff.de legat.primo, & ita fuit iudicatũ Pa-
duæ die 17. Septemb. 1574. & fuit ſen-
tentia cõfirmata in Excel.Conſi.de XL.
die primo Feb.1575.more Veneto, ſed
& aliter quandoque.

Aut verò onus nõ erat ordinariũ, ſed
extraordinarium, veluti ſunt ſubſidia, &

præ-



præſtantiæ, & hoc caſu: quia bona non
ſunt hypothecata fiſco, niſi ex die indi-
ctæ collectæ, ac ſubſidij extraordinarij,
vt ſignanter inquit Pau. Caſtr.in d.l.Im
peratores, idcirco non videtur, bona fi-
deicommiſſo, ſeu alteri cõditioni ante-
riori ſuppoſita, vendi poſſe in præiudi-
cium illius, cui ex cauſa illa anteriori af-
fecta ſunt, & ita in terminis decidit Pau.
Caſtr.d. loco. intelligo quo ad hunc ef-
fectum, vt à poſſeſſore rem vendicare va
leat pretio refuſo, niſi lex Principis aliud
diffiniret, veluti captum fuit ſuper bonis
incultis, ad culturam redigendis. obſer-
uandum tamen eſt, quòd vbi ex fructi-
bus bonorum ſatisfieri poteſt, oneribus
realibus, nõ facile proprietas bonorum
ſubhaſtetur, maximè in præiudicium
ſubſtitutorum.

44 Item quęro, an priuati cogantur eme
re res infiſcatas per fiſcum ſubhaſtãdas,
concluſiue concludendum eſt pro nega
tiua per text. in l.nec emere. C. de iure
delib. & in l.licitatio.§.ad conducẽdum.
ff.de publican. & in puncto, ſic cõſuluit
Natta conſ.500.per totum.

45 Iterum quæro, an emptores à came-
ris principum teneantur pro fructibus
illorum bonorum ad vectigalia, tributa,
collectas, & ad alias angarias realeſ, put
tenentur pro alijs ſuis bonis, & prout te
nentur pro fructibus aliorum ſuorũ bo-
norum, & videretur, ꝙ non: quia Prin-
ceps cuius locum emptor tenet, adhæc
ſibi ipſi non tenebatur: quia in eodem
ſubiecto actio, & paſſio nõ cadit, & opti
mè cõferunt, quæ dixi in tit. ſeq.nu.24.
& 25. Sed contra facit: quia reales iſtæ
præſtationes, & vectigalia, ſoluuntur ex
natura ipſius rei, quoniam lex vniuerſa-
lis eſt ad omnes res, ac idcirco res præ-
ſumũtur veneitæ cum ſuo onere, ad tex.
in l.ſi fundum.ff.de leg.commiſſ.

46 Et quia prohibitio temporalis, do-
nec res fuit penes dominum, non vide-
tur operari in perpetuum. l.Imperator.
ff.de poſtulando. l.ſtatuliberum. §.1. ff.
de leg.2.& ceſſante cauſa priuilegij, ceſ-
ſat priuilegiũ. l.Titia Seio. §.vſuras, vbi
Bar.ff.eo. & mutatione perſonæ priuile-
gium quoq; mutatur, l.Paulus.§.1.ff.de
acq.hæred.vbi Bar. & Doct.l.filiusfami-
lias.ff.ad leg.Falc.l.ſed ſi reſtituatur.§.1.
ff.de iud.l.fi.C.de inof.teſta.Bald. in l.1.
q.7.C.de ſeruit.& aq.Solutio.aut in cõ-
tractu venditionis fuit circa hoc proui-
ſum, & ſerua legem contractus, & in his
terminis conſuluit Siluan.conſ.66. latiſ-
ſime Bertazol.cõſ.33.nam ex forma cõ-
tractus ſatis dignoſcitur: an res fuerit
vendita immunis, vel non, & an immuni
tas ſit realis, vel perſonalis: aut nihil fuit
dictum: & tunc, aut res illę fuerunt per
longiſſima tempora poſſeſſæ immunes
à dictis gabellis, & contributionibus, &
eo caſu, emptor ſatis tutus videtur: aut
non per longiſſimi temporis ſpacium, &
res in priuatum reuerſa, videtur reſtitu-
ta priori, & antiquæ ſuæ naturæ: ſic in re
feudali ad dominum reuerſa, & poſtea
in feudũ, nulla mentione facta de aliquo
ſeruitio conceſſa, determinauit Afflic.in
c.1.nu.251.& infra, ex quibus cau.feud.
amit. Nota quia quæſtio iſta, quò ad ve-
ctigalia habet in ſe probabilem dubita-
tionem ex ſupra conſideratis; immo ſta-
tim quòd fuit ĩcorporata inter res fiſci,
videtur quòd res ſit facta immunis. ſed
quò ad contributiones reales minus du
bij ineſt: nam res tranſit in principem, ac
illius fiſcum cũ ſuo onere, & tãtominus
ſoluunt priuati, proinde res vendita per
fiſcũ alicui priuato, indubitanter tranſit
in eum cum onere contribuendi, ſic in
ſpecie Iacobin. in ſuo tract. de Homag.
col.4.ſecutus eſt Boſ.ĩ tit.de fiſco.nu.43.
& in puncto, per aliquas ex præmiſſis ra
tionib. ſic conſuluit Clariſ. Purpurat. in
feudalib.mihi conſ.27.vbi pręterea ad-
ducit: ꝙ emens bona eccleſiaſtica, nõ eſt
exemptus à ſolutione collectarũ, prout
erat eccleſia, ad textum in c.non minus,
de immun.eccleſ.ad quod inducit deciſ.
Spec.in eodem tit. de immun.eccleſ. in
fine, Gemin.in c.quamquam, colum.vlt.
de cenſibus in 6.Feder.Senenſ.conſil.3.
Quæſtio talis eſt, & Io.de Platea in l.Se-
natorum.C.de dignit. libro 12. Et huic
concluſioni, quam ego ſemper veram
credidi, conſonat deciſio Illuſtr. Card.

Albanus, in ſua eruditiſſima diſput. de immun. Eccleſ. quatenus concludit, Eccleſiã, & perſonas eccleſiaſticas pro bonis à laicis de nouo per Eccleſiam quęſitis, immunes eſſe à contributione talearum, tributorum, & collectarũ, de cuius dicti veritate non ſcribo, & ſatis erit meminiſſe, contrarium ex profeſſo conſuluiſſe Barth. Cępo. in nouis nunc editis. conſ. 3. vbi Salutellus concordantes congerit: ſed idem, quod Albanus, voluit Siluan. quoque conſ. 32. & in terminis propoſitis, verior eſt Purpur. opinio, cui addo, quòd in collectis, poſſeſſoris perſona inſpicitur: ſicuti poſt Archid. & Io. And. tradidit Alex. conſ. 35. nume. 18. in 4. & Rolan. à Val. conſ. 61. nu. 6. volum. 4. & quia collectæ imponuntur perſonis, pro rebus. ideo tempus impoſitæ collectæ pro bonis obſeruandum eſt, & qui poſſidet, grauatur, niſi perſona priuilegio aliquo exempta ſit, vt grauari nequeat. In re autem principis naturaliter immuni à contributionibus realibus, & à vectigalibus, quòd immunitas in quemcũq; tranſeat ſenſu, idem Siluan. conſ. 73. Riminal. conſ. 202. & Bertazol. d. conſ. 33. nume. 4. & colum. 3. in fine, & in cõſ. 42. nã quò ad hæc, ſui natura, immunia nullum ſit præiudicium vniuerſitati, ſi in priuatum cum ſua immunitate trãſeant: ſic arguunt Siluan. d. conſ. 66. nume. 7. Bertaz. d. cõſ. 42. nu. 29. & fuit ante eos, conſideratio Barbat. conſ. 26. col. 8. in 2.

47 Vltimo quęro, an pro venditionibus, & emptionibus fiſcalibus debeantur priuatis dominis vtilitates, quæ deberẽtur eiſdem pro venditione facta priuato, veluti laudimia, & capſolda pro rebus feudalibus, & emphyteuticis, nam cũ in iure huiuſmodi venditiones non reperiantur exemptæ, detrahendum non eſt iuribus priuatorum.

48 Sed aduertendum eſt, ꝙ emptor tenetur ſoluere laudimia, & capſolda, nil mirum: quia ſoluuntur pro laudatione, & inueſtitura de re vendita per dominum facienda, ſic glo. notab. in l. fi. in verbo, & ne auaritia. C. de iure emphy. quam cõmuniter receptam profitetur Iaſ. ibi, nume. 40. prout etiam tenetur emptor ad alias gabellas. glo. in l. debet. ff. de edil. ædic. quam Doct. ibi, & vbiq; notant. Et ſic ſeruatur in camera iſta: nã emptores rerũ venditarũ, vti de bonis debitoris fiſcalis ſoluũt directarijs laudimia pro inueſtituris obtinẽdis, & idem quoq; cenſeo, cum fiſcus vendit bona vti confiſcata, vel vacantia, aut aliter in eũ deuoluta.

## DE CONDVCTORIBVS & emptoribus gabellarum, & rerum fiſcalium.

## Tit. V.

1 *Vectigal quid ſit, & quantum pro vectigali de iure communi ſolui debeat.*

2 *Vectigales fundi qui ſint.*

3 *Vectigalia iure communi triẽnio locantur.*

4 *Conductores fiſcales finita conductione liberi ſunt.*

5 *Conductores fiſcales præferuntur nouis conductoribus, ſi augumenta facta per alios ſuſcipere velint.*

6 *Reconducere tamen tenentur quibuſdam concurrentibus.*

7 *Duobus in licitatione fiſcaliũ eodẽ tempore vocem emittentibus, vter præferatur.*

8 *Minores 25. annis non poſſunt vectigalia conducere.*

9 *Filijſfamilias an vectigalia conducant.*

10 *Mulieres vectigalia non conducunt.*

11 *Debitores fiſcales vectigalia conducere nequeunt.*

12 *Tutores & curatores minorum vectigalia non conducunt.*

13 *Conductores fiſcales ſublocare poſſunt.*

14 *Conductores fiſcales non ſoluentes conſtitutis temporibus expelli poſſunt.*

15 *Conductores fiſcales priuilegio fori potiuntur.*

16 *Mercatorum libris ſi credatur, intelligitur ſtatutum de concernentibus mercaturã.*

17 *Publicani tenentur edere libros etiam contra ſe.*

*Conductores fiſcales tenentur edere libros etiam contra ſeipſos.*

18 *Datiarij exigere debent datia a quibuſcunque perſonis.*





19 *Exemptio non prodeſt a datijs niſi nominatim id dictum ſit.*

20 *Exempti ab oneribus realibus, & perſonalibus non ſunt exempti a datijs.*

21 *Exemptus a ſolutione gabellarum pro vſu ſuo an ſit exemptus pro illis de ſua familia.*

21 *Exemptiones, & immunitates non poſſunt concedi niſi per Principes, & qui ſummam R.P. gerunt.*

22 *Datia multis in caſibus non ſoluuntur.*

*Vectigalia non ſoluũtur plurib. in caſibus.*

24 *Princeps an teneatur ad ſolutionẽ gabellæ.*

25 *Priuati contrahentes cum principe ſoluunt gabellam.*

26 *Res emptæ a principe ſi alio tranſportantur ſubijciuntur oneri gabellarum.*

27 *Res quibus caſibus in commiſſum incidãt.*

28 *Merces illicitæ cadunt in commiſſum, cum ijs quæ coadiuuant,*

29 *Merces illicitæ quæ ſint.*

29 *Merces licitæ comportatæ cum illicitis an publicentur.*

30 *Merces illicitæ ex cauſa neceſſitatis, vel per tranſitum tranſuectæ non incidunt in commiſſum.*

31 *Merces ratione fraudatæ gabellæ quando incidant in commiſſum.*

32 *Pœnæ indictæ conductoribus mercium per contra bannum pertinẽt ad datiarios, & firmarios gabellarum.*

33 *Datiarij & gabellarij iura fiſci habent.*

34 *Augumenta gabellarum an pertineant ad gabellarios.*

35 *Mercium ductores in pluribus caſibus excuſantur ob gabellam non ſolutam.*

36 *Plures obligati principaliter contrahendo tenentur pro virilibus.*

37 *Plures obligati acceſſorie pro alio tenentur inſolidum prout ille.*

38 *Fideiuſſorum approbatores illis exiſtentibus non ſoluendo an teneantur.*

39 *Fideiuſſorem cum iudex approbat requiritur partis citatio.*

40 *Conductores, & emphyteutæ prædiorum fiſcalium conueniuntur pro rata tantũ fundorum quos poſſident.*

41 *Conductores gabellarum, & datiorum refici debent propter ſterilitatem, peſtem, vel bellum.*

42 *Conductores redituum fiſcalium an debeant habere cõdemnationes, & mulctas.*

43 *Marito debentur emolumenta quæque prouenĩetia ex iuriſdictione caſtri ſibi in dotem traditi.*

44 *Tempus delicti commiſſi, an vero condemnationis, attendatur, quo ad hoc cui pœna debeatur.*

VISO de emptionibus, & venditionibus fiſcalibus, videamus modo de conductoribus, & emptoribus vectigalium, & redituum fiſcalium.

1 Vectigal eſt: vt Alcia. tradidit in l. eũ qui vectigal. ff. de verb. ſig. quod pro rebus ciuitati inuectis, vel euectis, publico ſoluitur, & de iure communi, eſt octaua pars. l. ex præſtatione. C. de vectig. Sed ex conſuetudinibus locorum, diuerſimoda præſtatio conſtituta reperitur.

2 Sunt & fundi vectigales, qui ciuitatũ ſunt, & municipibus ita locantur, vt certũ vectigal Reipub. pendant, ſicuti idem Alciat. ſcripſit, & iterum. lib. 3. diſpunct. c. 3. de quibus in tit. ff. ſi ager vectiga. vel generaliter dicas, vectigalis nomine contineri omne, quod fiſco penditur. l. 2. §. ſi quis. ff. ne quid in loco pub. cum alijs adductis per Cum. in conſ. 162. col. 1.

3 Vectigalia autem iure communi non minori ſpacio triennij locantur. l. penes. C. de vectig. vbi Bal. & Saly. no. Boer. deciſ. 249. Conſuetudo tamen regionum, & in hoc diuerſimode obſeruat.

4 Finita autem cõductione, fiſcales conductores liberi ſunt, nec in eis locum habet tacita reconductio. l. non intelligitur. §. cum quinquennium. ff. de iure fiſ. licet ſecus in fundis R. P. vel priuatis, l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati.

5 Priuilegiati tamen iure cõi in hoc reperiuntur, quòd ſi augumenta ab alijs propoſita ſuſcipere velint, nouis conductoribus iure congruo præferantur. ad l. congruit. & l. fi. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Afflict. in c. 1. in verbo vectigalia, nume. 116. in tit. quæ ſint regal. non tamen admitto, quòd durãte cõductione

admittatur licitator plus offerẽs, prout ſenſiſſe videtur gl. in l.ſi tempora. C.de fide inſtru.per tex.in d.l.fi. quia text.ille intelligitur finita illa conductione,Bart. ibi,& idem ſenſit gl.in d.l.fin. per text.in l.licitatio.§.ad conducẽdum. ff.de publ.

6 Reconducere tamen iure communi tenentur pro eodem pretio,tribus concurrentibus. Primò ſi proximo tempore præterito conduxerint. Secundò ſi maxime ſuperlucrati fuerint. Tertiò ſi pro futuro tempore conductores nõ reperiãtur.l.cotem ferro. §.qui maximos. vbi Caſtr.ſic notat.ff.de publican. Bald. in l.1.col.2. C. de hæred. vend. aliàs reconducere non tenentur,l.licitatio.§.1. ff.de public.Bar.& ſcribentes, in d.§.qui maximos,idem eſt, vt reconducere non teneãtur, ſi ſuperuenerit bellum,vel peſtis,Boer.deciſ.249.num.2.Licet autem iure ſcripto hæc conſtituta reperiuntur: attamen ſub hoc Ser.Dom.veteres conductores nec recõducere tenentur, nec nouis licitatoribus anteponuntur, ſed in publica licitatione plus offerenti vectigalia ipſa conceduntur.

7 Quo caſu quæſtionari cõtingit, duobus eodem tempore vocem emittentibus, vter eorum præferatur: ſanè Ang. in l.1.C.de fide inſtru.lib.10.ſenſit, locũ eſſe gratificationi, veteri autem conductori aſſentiendũ eſſe ratio congrui ſuadet: in camera autem iſta moris eſt, vt denuo ſubhaſtentur.

8 Minores autẽ 25. ann. nec vectigalia fiſci,nec fundos fiſcales cõducere valẽt, nè alioquin beneficio ætatis aduerſus fiſcum vtãtur.l.in fraudem. §.minoribus. ff.de iure fiſ.& ita hoc iure vtimur.

9 Filij verò familias maiores annis 25. conducunt,& obligantur.l.3.§.vnde Iulianus.ff.ad Maced.& id eſt ſecũdum regulas iuris communis ad l.filiusfamilias. ff.de act.& oblig.& in l.tam ex contractibus.ff.de iud.Verùm apud nos filijfamilias non aliter conducunt, nec in cameris ſe obligant, niſi cum patrum conſenſu, nil mirum, quia ſtatutum Paduæ irritat obligationes per filium contractas citra patris conſenſum.

10 Mulieres quoque,nec ipſæ vectigalia conducunt, ſicuti ex Alber. in l.adeo. in princ.ff.pro ſocio, ſenſit Mart. de laude in tract.de fiſco.q.190.

11 Debitores itidem fiſcales vectigalia conducere prohibentur:niſi idoneos fideiuſſores pſtiterint de ſoluendo debita prius contracta,l.licitatio. §. licitatores.ff.de publ.alias Rectores Ciuitatum communi tenerentur,ſic Caſt.in d.l.licitatio.§.ſocij.& id quoque ex legib. huius Sereniſſ.Dom.ordinatũ reperitur.

12 Tutores item, & curatores minorũ, qui tutelæ, & curæ adminiſtratæ rationes non reddiderunt,vectigalia conducere nequeunt, & conducentes pœna falſi coercentur. l.1. C.de tutor. & cur. l.1.§.tutores. ff. ad leg. Corn. de falſ.& vtrobique per glo.& Doct.

13 Sublocare tamen poſſunt fiſcales cõductores,ꝑut priuati.l.moſchis. §.Emilius.cum glo.ff.de iure fiſ. & l.viam veritatis.C.locati.

14 Et ſi conſtitutis temporib.penſiones debitas non ſoluerint,expelli poterunt, prout priuati.l.vectigalia.§.nõ ſolutis.ff. de publ.l.quæro.§.inter locatorẽ. ff.loc.

15 Priuilegio tamen fori fiſcales conductores potiuntur,vt coram fiſcalibus iudicibus conueniantur. l. ſi quis. & l.cum aliquid. C. vbi cau. fiſ. intellige in quæſtionibus prouenientibus ex cauſa conductionis, aliàs ſecus, & ita ſeruatur apud nos: nil mirum.

16 Quia priuilegium reſtringitur ad cauſam,ob quam conceditur, idcirco ſtante ſtatuto, quòd credatur libris mercatorum vſque ad certam ſummam,ſtatutum intelligitur de partitis concernentibus artem,& mercaturam:non autem ext.cãm negociationis.Io.And.in addi. ad Spec.in tit.de inſtru. edit. §.nunc dicendum.in magna additione:per tex.in l.idem ait. §. eodem modo. ff. nau. cau. ſtabul.ſequitur Rom. conſ.204. pro diſcutienda.nu.3.& in cõſ.ſeq.Aret.conſ. 33.conſultatio.in 1.col.optimus text.in l.ſi quis ex argentarijs. §. rationem,vbi Iaſ.not.ff.de eden.& idẽ Iaſ. in l.Age.C. de tranſ.& præterea fiſcales cõductores priui-



priuilegiati ſunt, vt à muneribus municipalibus immunes ſint,l.ſemper.§. con ductores.ff.de iure immun.

17 Conductores autem vectigalium, & publicani libros ſuos etiam contra ſe facientes edere tenentur:ne illicitas committant exactiones,quod maxime curare debet Pręſes prouincię.l.3.§.illicitas. ff.de offi.præſid.ſic Bal.in l.diſſolutæ.C. de cond.ex lege,Franc. Lucan. de fiſco, nume.7. Sed vtrum ipſis edi debeat ad fundandam illorum intentionem, pro vt fiſco,ſcripſi in vlt.par.

18 Sanè conductores gabellarum,& vectigalium indifferenter ab omnibus datia, & gabelias exigunt, & exigere debent: nempè in hoc omnium æqualis eſt inſpectio, qui vitam degunt priuatã, ſic tex.in l.omnium.C.de vectigal. & ibi notatur,adeo,vt nec etiam milites excuſentur.l.ex præſtatione.C.eo.

19 Ideoque reſcriptum exemptionis nõ prodeſt ad immunitatem vectigalium, & datiorum, niſi inſerta ſit clauſula derogatoria ad illam legẽ,ſic Bal.ibi, Bart. in l.vacuatis.C.de decur.lib.10.pulchre Iaſ.conſi.101.immunitas,lib.3.

20 Sereniſſimum autem Dominium noſtrum ex Senatuſ. diei 11. Iunij 1536. prouidit,vt exempti per priuilegium ab omnibus oneribus realibus,& perſonalibus,& ab omnibus contributionibus, non intelligantur exempti à datijs,& vectigalibus,ſed requiratur ſpecialis à datijs,& vectigalibus exemptio.

21 Quo caſu dubitare contingit, an exẽptus à ſolutionibus gabellarum pro vſu ſuo,intelligatur exemptus pro ijs, quæ emit pro vſu familiæ ſuæ:nam pro negatiua decidit Albe.in l.hoc legatum. per illum text.ff.de lega.3.& idem Alber.in ſecunda par.ſtatut.q.208. ſequitur Socinus ſenior,conſil.72. colum. 1. in 4. & idem quoque tenuit Alber.ipſe poſt Iacob.de Aret.in l.vniuerſi.C. de vectiga.

Contra verò decidit gloſſ.in d.l.vniuerſi. quam ſubſequitur Ioan. Fab. pro qua optime iuuat tex.in l.2.§.primo, & in l.penultima.§.primo,ff.de vſu, & habit. & in l. in lege Cenſoria. §. primo,ff. de verborum ſignificat.& in l.ſi publicanus.§.primo,ff.de publican. & hæc communiter tenetur,vt Firman. ait in tract. de gabella.in 7. par. quæſtione 11. & in practica ſeruatur Boer.deciſio.213. numero 6.& 7.

22 Exemptiones autem, & immunitates à ſolutionibus gabellarũ, & ab alijs oneribus publicis per magiſtratus inferiores concedi nequeunt. Sed tantum per Principes,& per cõſilia maiora,quę ſummum Reipublic.Imperium tenent: ideoque factæ, ſeu conceſſæ à Rectoribus Ciuitatum nullæ, & inualidæ ſunt: idem ſi per conſilium ciuitatis, vel vniuerſitatis,quæ ſubdita ſit.Bart.in d.l.vacuatis, & eſt caſus in l. vectigalia. ff. de public.Alex.conſi.101.num.7.in primo. Quocirca Sereniſſ. Domi. ex Senatuſc. diei 30.Ianuarij 1485.& ex alio diei 7. Decembris declarauit irritas, & inanes omnes exemptiones, & immunitates conceſſas per quoſcũque magiſtratus, etiam per Excell.Collegium, non roboratas auctoritate Senatus,& idem quoque captum fuit in Excelſo Decem Virum Conſilio 1504.17.Decemb.generaliter quo ad omnes,etiam quo ad monaſteria,& ſub anno 1522.die 14.Martij deputati fuerunt viginti Senatores cum auctoritate Senatus ſuper negotio exemptionis, irritando omnes conceſſiones non confirmatas per illud officium, & idem denuo fuit confirmatum in ſupra relato Senatuſconſ. diei 11.Iunij 1536.generaliter quo ad omnes perſonas ſeculares,& eccleſiaſticas,vt ad ſolutionem gabellarum teneantur. Nouiſſime autem cognitio ſuper exemptionibus à datijs, & gabellis per Senatuſcon. diei 18.Aug.1569. demandata fuit Exc. Collegio X.Sapientum cum 15. adiunctis, cum interuentu Aduocatorum Fiſcalium.

Et his adde, quòd nec etiã ex auctoritate Excel.Collegij,aut alterius magiſtratus,datia minui poſſunt,ſed tantum cum auctoritate Senatus, ſicuti Senatus decreto cautum fuit 1512. die 23. Iunij.

Adde

Adde etiam, quòd exemptio, vel conceſſio gabellarum, non protenditur ad gabellas de nouo indictas, ſed ad eas tunc ſolitas exigi, ſic apud nos diffinitũ fuit, binis Senatus decretis 1551.27.Iunij, & 1554.16.Febr.

23 Sunt tamen nonnulli caſus in iure, pro quibus vectigalia non deberi, conſtitutum extitit: ſcilicet pro rebus, quas Rectores *terrarum*, & prouinciarũ pręſides, pro vſibus ſuis, & procuratorum ſuorum aduehunt, & reuehunt, & idem in illis, qui exercitibus præſunt d.l.ſi publicanus.§.de rebus.ff.de publi. idem in ijs, quę ad vſum ſuum quiſque priuatus defert, vel ad fiſcum vel ruris exercendi cauſa d.l.vniuerſi.C.de vectigal. Quæ ſanè lex in ijs, quæ vſus priuati cauſa, vel ruris exercendi gratia, deferuntur, diuerſimode ſecundum regionum diuerſitatem ſeruatur de facto: quamuis ſummiſtæ dixerint contrariam conſuetudinem vti iure improbatam non valere, veluti conſtat ex relatis per Franciſ.Becium conſi.96.nu.9.

Item res exercitui paratæ vectigaliũ præſtationi non ſubijciuntur.l.licitatio.§.res. ff. de public. & de facto obſeruatum vidi.

Item nauicularij excuſantur. l. omnium, in fine.C.de vectigal.

Item legati pro rebus, quas deferunt extra cauſam vſus ſui vectigalia pendũt quas verò à nobis ad ſuos licite portãt, non ſubijciuntur vectigalibus. l. à legatis.C.e.Inſuper, earum rerum vectigal, quarum nunquam præſtitum eſt, pręſtari non poteſt: quod ſi præſtari conſuetũ eſt, & indulgenter publicanus exigere omiſerit, alius exercere nõ prohibetur: ſic tex.in l.licitatio.§.earum.ff. de publi. Nec mirum, quia in vectigalibus conſuetudo ſpectatur. d. l. ſi publicanus. §. in omnibus, vlterius excuſatur, qui nõ ſoluere præſcripſit, ſic glo.in d.l.ſi publicanus.§. de rebus, quæ connumerat caſus præmiſſos: adducit tex.in d.l. licitatio.§. earum, vbi glo.idem tenuit, & ſequũtur Bar. Alber. Ange. Paul. & cęteri ſcriben. dixi latius in titu.de præſcript. num.17.

Sereniſſ. autem Dominium noſtrum ex Senatuſcon.diei 18.Auguſt.1569.reiecit præſcriptiones à ſolutionibus datiorum.

24 Res quoque fiſcales, & fiſcus ipſe, ab omnium vectigalium pręſtationibus immunis eſt: ſic glo.præalleg.per tex.in d.l. licitatio.§.fiſcus, ex quo tex.Dyn. Rain. Bar.& Paul.Caſt.inferunt, quòd ſi princeps, vel communitas aliqua vendit, aut locat gabellam ſalis, vel vini, aut rei frumentariæ, vel cõtractuum: deinde fiſcus emat, & contrahat, pro qua emptione, & cõtractu, priuatus teneretur ſoluere gabellam, non tenebitur princeps, vel communitas ſoluere gabellarijs, quod etiam firmarunt Bal.& Sal. in l.emptor. C.de hæred.vend. Alexan.conſi.109.colum.2.in ſecundo, Afflict.in cap.1. num. 59.in titu.de duobus frat. & in cap.1.in verbo, vectigalia, nume.108.in titu.quę ſint regal.Bertach.de gabel.in 7.par.numero 25.Boer.deciſi.213. num. primo, Ruin.conſil.89. *in* primo. Vbi ampliat etiam, quòd princeps mercimonij cauſa emat, aliàs ſi vſus ſui cauſa nihil iuris plus haberet, quàm priuatus, quæ ſane ampliatio tuta non eſt, quia cõtrarium retulit Roland.conſi.61.nume.23. in 4. poſt Parpal.& Nattam per eum relatos. Rationes huius ſententiæ, quæ communis eſt, ſunt iſtæ.

Primò, quia in generali conceſſione exigendi vectigalia, à quacunque perſona, non videtur includi perſona loquentis.l.obligatione generali.ff. de pignor.l. inquiſitio.C.de ſolutio. Glo. in d.l.emptor.quam Doctores ſequuntur, vbi determinat, vendita hæreditate emptorẽ non poſſe hæreditarias actiones contra venditorem dirigere, quaſi aduerſus eũ non translatas.

Secundò, quia princeps à ſeipſo vectigal exigere nequit; igitur tale ius non poteſt videri in emptorem translatum, quia non entis nulla poteſt videri translatio.Barto.verò, in conſi.226. cautetur ſtatuto: contrarium determinauit, pro gabellario, quia fiſcus, & princeps legibus ſubijciũtur, l.digna vox.C. de legib.

& prin-



& principis contractus lex eſt. l. Cęſar. ff.de pub. & quia prouiſio de ſoluenda gabella generaliter loquitur.

25 Notandum eſt dum Barto.pro abſoluto præſupponit priuatos cum fiſco cõtrahentes teneri pro portione ſua ad ſolutionem gabellarũ: etiam, quòd fiſcus eſſet priuilegiatus: nã ſic emptores frumenti, aut alterius mercaturæ à principe tenerentur ſoluere gabellam, ac ſi à priuato emiſſent, & idem quòd emẽtes, & conducentes ab immuni teneantur ad ſolutionem gabellarum, determinauit Boer.in deciſion.213.ſub nume. 19. quia alia eſt perſona, ſed contra in emptoribus ab exẽpto, determinauit Bald. conſi.31.in primo, quia ſic venditor minus venderet, quantum capit gabella, & ſic priuilegium ſuum ſibi nõ prodeſſet, & ita de facto practicatum vidi pro emptore aduerſus gabellarios.

26 Planum autem eſt: Ementes à fiſco, vel principe, pro rebus, quas ipſi reuendunt, aut alio tranſportant, teneri ad ſolutionem gabellarum, Dyn.Bar.Albe.& Pau.in d.l.licitatio.§.mercatores, Salyc. in d.l.vniuerſi, Bald.d.conſ.31. Dec.cõſilio 48. pleniſſime omnium Roland. d. conſi.61.in 4.Iaſ.conſi.20.in primo, vbi generaliter extendit ad omnes habẽtes cauſam ab immuni, Tiraquel.de retrac. mun.§. 1.gloſſ.13.nume.12.Ego autem in negocio iſto formulam priuilegiorũ plurimum intuendam eſſe cenſeo.

27 Quibus autem caſibus, res in commiſſum incidant: diſtingue poſt Barto. & Pau.in locis infra allegandis, & Saly. in l.neque.C.de vectigal.

28 Nam aut merces erat illicita, & indubitanter in commiſſum cadit, l.cotem, in princi.& §. Dominus, & §.illicitarum.ff. de publica. Et eo caſu, publicantur quoque naues, & equi, & quæ coadiuuant ad tranſuchẽdum merces ipſas tranſuehi prohibitas, Pau.de Caſt.in d.§.Dominus.*Boer*.deciſ.175.num.22.

29 Merces autem illicitæ ſunt, veluti cũ ex lege particulariter prohibentur, vel duci, veluti certum genus pannorũ, vel abduci, puta ad hoſtes noſtros, ſiue ſint infideles, ſiue etiam Chriſtianæ Religionis cum noſtris bellumgerentes, ad text. in l.prima, & ſecunda, C.quæ res expor. non poſ.& in d.l.cotem, & in d.l.2.C. de commerc.& in l.vſurpatione.C.de vectigal.& in c.ſignificauit, extra de iudæis, vbi canon.plene ſcribunt, late Alexand. conſi. 130.ſuper eo.in 7.Boer.dicta deciſio.nume.18.& ſequen.vbi diſcedit, & benè, iudicio meo, ab Alexan.cum merces deferuntur ad hoſtes noſtros Chriſtiani nominis, nempè ſenſit Alexan.licite deferri poſſe, & malè, & contra tenuerunt Bal.in l.mercatores.C.de commer. Ioan.Annan.in capitu. ita quorundam, extra de iudæis.

30 Sed vtrum, ob merces illicitas, publicentur etiam licitæ, quæ ſecum ducebãtur.concertant ſcriptores in l.cum proponas.C.de nau.feu.& in d.c. ſignificauit, & in d.§. dominus: mihi autem placet perutilis diſtinctio Salyc. in d.l.cum proponas, quam probauit Boer.d. deciſio.178. nume. 24. vbi plura in materia, & per Afflict. d.c.1. in verbo vectigalia, quæſtio.63.

30 Limita cum ex cauſa alicuius neceſſitatis, merces illius tranſueherentur, ad tex.in l.Cæſar.& in l.fin.§.ſi propter neceſſitatem.ff. de public. aut ſi per tranſitum ad alia loca, l. ſi quis poſt hanc. vbi glo.Cy.Faber, Alber.& Ang.C.de ædif. priu.Iſern.in rub.quæ ſint regal. colum. vltima.Boer.d.deciſio.178.nume.12.Afflict.dicto cap.primo, in verbo, vectigalia, num.115.

31 Aut verò merces non erant prohibitæ, ſed agitur, vt incidant in commiſſum ratione fraudatæ gabellæ, & ſubdiſtingue, aut ductor non denunciauit, nec ſoluit gabellam, & res tota incidit in commiſſum ad commodum gabellarij, niſi lex particularis aliud conſtituat, l. commiſſa.l.fi.§.licet.ff.eo.

Amplia, vt etiam, quæ coadiuuant, confiſcentur, ſic Pau.in d.§.dominus, apud nos autem aliter ſeruatur.

Amplia, vt omiſſa denunciatione, res in commiſſum incidat, quamuis ex priuilegio perſonæ, gabella nõ deberetur,

veluti

veluti in vino pro ſcolaribus empto, ad l.fina.§.Diuus quoque Pius.ff.eod. vbi Barto.Angel.& Paul. niſi talis eſſet res, pro qua notorie gabella nō deberetur: veluti ſunt libri ſcolarium, ſic Roma.ibi, Afflict.d.loco num.159.

Amplia etiam, quòd ductor eſſet forenſis,& allegaret ignorantiam gabellæ conſtitutæ, d.l.fin.§.licet: nam eiuſmodi ignorantia de re apud gentes in vſu frequenti vti ſupina, non releuaret, cum de facili certior fieri poſſet, ad l. nec ſupina.ff.de iur.& fac.ign. Bart. & alij in dicto §.licet.

32 Amplia, vt etiam aliæ pœnæ indictæ extra pœnam commiſſi pertineant ad conductores, & firmarios gabellarum, niſi aliud actum ſit, vel niſi conſuetudo aliter ſe habeat. ſic Bald.in l.creditor.in princ.poſt Cyn.ibi.ff.de actio.emp. Alexand.in addi.ad Barto.idem Bald.& clarius Sal.in d.l.ſi quis.C.de vectigalibus, idem Alexan.in l.ſi quis id quod,& Iac. a S.Georgio, poſt eum.ff.de iuriſdictio. omnium iudicum. Ang.in l. at vbi,ff. de peti.hæred. Ange.Are.in §.pœnales, columna quarta, inſtitu.de actio.cum pluribus adductis per Firman.in tract.gab. in ſecunda parte, quæſtione 19. Boer. deciſio.180. & per Decium in conſil. 4. & pulchre Soc.conſi.36.nume.12. in 4. vbi id confirmat ſiue pœnæ ſint indictæ per nomina multiplicatiua, puta in duplum, vel in triplum, ſiue aliter.

33 Nec mirum, quia emptores,& cōductores gabellarum, quo ad hæc iura fiſci habent, d.l.creditor. vbi Bart. & Bal. idem Bald.& Saly.in d.l.ſi quis. & idem Bald.conſi.256.in 4. Guido Papa quæſtione 413.

34 Notandum tamen eſt, quòd augumēta gabellarum non pertinent de iure ad firmarios,& conductores, cum tempore contractus certa reperiebatur conſtituta ſolutionum menſura, aliàs ſecus. ſic Ange.in d.l.at vbi.Boer.dicta deci.180. numero ſeptimo, Decius dicto conſilio quarto.

35 Limita primò, vt res in commiſſum non cadat, cum ductor iuſto aliquo errore captus non denunciaſſet: nam eo caſu ſiquidem ignorantia fuit probabilis, excuſatur. ſi minus probabilis, tenetur ad duplicatam gabellam, d.l.fi.§. diui. ſecundum primum intellectum glo. cui Doctores ſubſcribunt: pulchre Cuman.conſi.5.colum.2. Rolan. conſi.42. num.17.in 3.

Et iuſtus error per illius iuramētum probaretur ad ſui excuſationem, vt inquit Hippol.in l.fin.nume.127.ff.de iuriſdict.omnium iudicum. Idem eſſet, cum gabella foret inſolita, aut de nouo in eo loco indicta, Bald.in l.leges, in fin.C. de legib.Roland.d.conſi.42.ſub nume.12. aut de rebus, pro quibus iure communi gabella non deberetur, Franc.Becius conſi.97.num.13.

Limita ſecundò, ſi a publicano fuiſſet deceptus, nam eo caſu immunis ſeruatur a gabella, & publicanus duplicatam gabellam ſibi perſoluit, dicta l.fin.§.diui, ſecundum primum intellectum gloſ. Nota tamen, quod gabellarius non tenetur admonere,& inſtruere tranſeuntem, d.l.fi.§.Diuus quoque Marcus. vbi Bart.notandum dicit.

Limita tertiò, cum propter aliquam neceſſitatem onus expoſitum fuiſſet, vt ſupra dixi.

Limita quartò, non in præiudicium veri domini, cum dominus argui nō poteſt conſenſiſſe in ductorem, l.fraudatę. & l.cotem.§.dominus.ff. eod. Sed ſi ductor fuiſſet eius factor,& inſtitor, an domino ob non ſolutam gabellam præiudicet, pulchre ſcripſit Grammaticus in conſilio 6.

Limita quintò, cum res a domino aufugiſſet,& in commiſſum incidiſſet, veluti equus, d.l.fina.§.ſerui.vbi Barto.not. Pau.vero refert vidiſſe ſeruari cōtrariū.

Limita ſextò, quando poſt commiſſum, datiarius recepiſſet datium, aut admiſiſſet profeſſionem, nam diceretur remiſiſſe commiſſum, ad l.poſt diem.ff.de leg.com.& in l. Emilius.ff. de minor. ſic Bal.conſi.256.nu.4.in 6.

Limita ſeptimò, cum ductor denunciauit, ſed non ſoluit: nam ad duplicatā





gabellam tenetur. Barto.in d.l. commiſſa. Salyc.in d.l.ſi quis, cum adductis per Rolan. dicto conſilio 42. numero octauo, in tertio.

36 Rurſus quæro, an plures conductores gabellarum teneantur quilibet inſolidum, an verò pro virilibus: de iure regula eſt plures principaliter contrahentes pro virilibus teneri, ad tex. in l.reos. §.cum in tabulis.ff.de duobus reis, & in l.1.C.ſi plures vna ſent. quæ etiam procedit in publicanis, & vectigalium conductoribus, l.aufertur.§.fin.ff.de iure fiſci,& l.cum in contractibus.C.eo.Barto. in l.fraudatæ.ff.de publ.

37 Plures vero acceſſoriè obligati tenētur inſolidum, pro vt ille tenebatur, l. inter fideiuſſores.l.ſi contendat.& l. inter eos.ff.de fideiuſſor.Barto.in l. eandem, colum.2,ff.de duobus reis.Corn.conſil. 237. in 3. Ex prouiſionibus autem huius Sereniſſ.Dom.conductores,& caractatores tenentur inſolidum, vſque ad ſatisfactionem totius debiti,& ita ſeruatur in Camera iſta.

38 Item quæro, nam gabellarij tenentur præſtare idoneos fideiuſſores de ſoluēdo l.licitatio.in princ.ff.de publ.l.3. vbi glo.& Bal.C.de vectigal. quid ſi fideiuſſores recepti, & approbati ſint non ſoluendo, an fiſcus recurſum habeat contra approbantes, videtur quòd ſic, per tex.in l.cum oſtendimus.§.fin.ff.de fide iuſ.tut.& ibi Bal.not. vbi inquit, caueas, ne permittas te annotari pro nominatore, vel pro approbatore fideiuſſorum in Camera fiſci, quia teneberis, & idem concludunt Ange.& Pau. in l.ſi verò. §. qui pro rei.ff.qui ſatiſ.cog. Mart. Laud. de fiſco, q.99.& 199.Franc. Luca. num. 63.ad hęc optimus tex.in l.quicunque. C.de fund.patrimo.lib. 11. Adde idem eſſe in eo, qui in iudicio nominauit aliquem in fideiuſſorē pro idoneo, ſic Fulgoſ. in d. §. qui pro rei. vbi ſic intelligit tex.in d.§.fin. Verum Alexan.in d.§.qui pro rei, cui Iaſ.adhæruit: intellexit illum text. in eo, qui pro officio ſuo conſtitutus fuerat ad approbādos fideiuſſores, vt teneantur.per text.in l. 1. §. Diuus.ff. de mag.conuen. ſecus in alio, niſi doloſè affirmaſſet illum idoneum, l.& elegāter, §.fi.ff.de dolo. Tu vero caute agas ne incidas in controuerſias, & opiniones ſcriptorum.

39 Et nota incidenter, quòd vbicunque iudex approbat fideiuſſorem pro idoneo, requiritur partis citatio, aliàs declaratoria illa eſſet nulla, Rom.conſi. 72. & probatur ex notatis in l. arbitro. ff. qui ſatiſd.cog.

40 Conductores autem prædiorum fiſcalium,& emphyteutæ, poſſunt prædia ipſa, ſaluo Canone fiſco debito, libere alienare, l.1.C.de fund.patrimo. lib. 11. vbi Barto. ſpeciale dixit in emphyteuta fiſci. Et iſti pro rata fundorum, quos poſſident conueniendi ſunt, & excutiendi, non pro toto debito,& cenſu, ſic determinauit Guid.Pap.q.432.per text. in c. conſtitutus.extr.de relig. dom. vbi hoc idem adnotarunt Anchar. nume.13.& Abb.nume.8. Immo, quòd plus eſt, colligunt ex eo text. quòd penſio ab initio conſtituta pro pluribus rebus videtur tacitè diſtributa in ſingulas res, vt ſic quælibet res pro rata teneatur, quod eſt notandum, ad plures res in emphyteuſim conceſſas, in quo tamen puncto in emphyteuſi priuati obtinui ego pro domino, quemlibet poſſeſſorem inſolidum conueniri, & excuti poſſe, quibus adde quæ ſcripſi infra, de pignoribus, numero 52.

41 Item fiſcales conductores iure communi vtūtur, vt ob nimiam ſterilitatem, peſtem, vel bellum, refici debeant, pro vt priuati, ad l.ſi vno.§.1.ff.loca.& l.forma. §.1.ff.de cenſib. Barto. in l.cotem.§. qui maximos.ff.de publi.& in diſput.ſua, Publicanus, Alexan.conſi.107.in 3.Corn. conſilio 23.in 2.& ita in curijs ſeruatur, Guido Papa, quæſtione 630.Boer.in deciſione 249.

42 Alia occurrit quæſtio in materia, vtrum ad emptores introituum, & redditūum rerum fiſcalium Principis, aut Regalium, pertineant confiſcationes bonorum,& pœnæ: nam videtur, quòd ſic, ex Bal.in l.1.nume.16.C.de fruct.& lit.

exp.vbi inquit,quòd bãna domini, ſunt fructus iuriſdictionis: quia iuriſdictio eſt eorum productiua, toties, quoties expedit,& ideo ea ratione infert, quòd emptores gabellarum lucrantur pœnas & banna,quia ſunt in fructu.idem Bald. in rub.ff.de rerum diui.num.4. Contra adducitur deciſio Old.conſi.148. factū eſt tale:Quidam Comes,ſequitur Albe. in rub.C.de vſufr. colum.2. in ver. item quæritur, quos in id refert Boer. deciſ. 180.nume.6.

Sed certe Old. deciſio non huc pertinet,vt videri poteſt, quia in alijs terminis verſatur. Immo ſi rectè aduertatur, potius ſeruit in hanc partem pro firmarijs,& emptoribus introituum,& maxime quãdo verba eſſent vniuerſalia.Huc autem propius ſpectat deciſio Barto. poſt Petr.in l.fina.ff.ſolut. matrimo. vbi determinat.

43 Quòd ſi vxor dederit viro ſuo in dotem caſtrum aliquod iuriſdictionale, pœnæ confiſcationes, & emolumenta quæque prouenientia ex exercitio iuriſdictionis, vti fructus rei dotalis pertineãt ad virum,& licet Bald. & Ange. limitent deciſionem non procedere in confiſcatione bonorum immobilium cohærentium territorio,quos ſequitur Ioan. de Annan. in c.fin.ne prælati vic.ſuas,attamen Bart. deciſio communiter tenetur Imol.& Alexan.in d.l.fin.Angel. Alexã. Aret. & Iaſ. in l.diuortio.§.ſi vir.ff.eod. Bald.in l.1.C.de fruct.& lit.expenſ.cum alijs concord.adductis per Tiraquel. de retr.mun.§.10.glo.vnica,nume.18.& 19. & per Alex.in ſua diſputatio. Rex Aragonum: Verum tamen eſt, quod idem Tiraquel. ad finem tituli ſub num. 106. refert Bald. aſſertionem circa immobilia crebriori Doctorum calculo eſſe receptam.

Prior Barto. opinio verior eſt, quia mulctæ, pœnæ, confiſcationes,& huiuſmodi ſunt fructus iuriſdictionis, ſicuti poſt ſupra relatos tradiderunt Soc. ſen, conſi.36.num.18.in 4.Corn. conſ.243. nume.7.in 3.Iacob.a S.Georg. in ſua in ueſt.feu.in verbo Marchio in Italia,col. 2.& Dec.conſi.4.Ioann.de Amic.conſil 49.num. 10.Natta conſi. 580. cum alijs adductis per eundem Tiraq. de retract. conuen.§.5.glo.4. nume.21. Et ideo ad eum ſpectant, ad quem fructus iuriſdictionis pertinent,veluti præfati Doctores concludunt: vbi propterea inferũt, magis ad vſufructuarium, quàm ad proprietarium pertinere.

Notandum tamē eſt, quia ad eos nō pertinēt xenia,& donatiua, quæ ſubditi liberaliter principi ſuo impartiri ſolent, Old.conſi.129.Bald.Imo.Alex. & Iaſ.in d.l.diuortio. §. quod in annos. Boer. d. deciſ. 180.num.9.

44 Huic autem ſuccedit alia proximior quæſtio, an ſcilicet pertineant ad eum, qui erat dominus, & exactor fructuum iuriſdictionalium tempore delicti commiſſi:an verò ad eum, qui dominus eſt, & exactor tempore condemnationis latæ. Sanè communis Doctorum opinio eſt,veluti retulit Tiraq.d.glo.4. tempus delicti ſpectandum eſſe, quia commiſſo delicto, ſtatim quæſitum fuit ius priori domino,l.quæcũque actiones.ff.de act. & obl. item quia finis condemnationis habet neceſſariam dependentiam à cauſa delicti, ideoque ad illud principium reducitur. Et in delictis eſt text. in l. quod ait.§.1.vbi Barto.ff.de adult.& in cap.vltimo,extra de ſent. excommunic. vbi Panor.not.

Contra verò tenuit Bal. in d. l.1.col. 2.C.de fruct.& lit.exp.Imo.& Are. in d. l.diuortio.§.ſi vir.moti, quia pœna ante ſententiam fiſco non debetur, vt late dixi ſupra,in 2.par.in tit.de cri. quæ mor. non exting.ideoque ante ſententiã, pœnæ cenſentur veluti fructus pendentes, & hãc de ſtylo in Delfinatu ſeruari aſſerit Guido Papa quæſti.535. Baro, & eſt verior,iudicio meo. Quidam tamen diſtinguunt inter pœnas certas,& ordinarias, & in his procedat prima recitata communis ſententia. Et inter pœnas arbitrarias, & in his ſeruetur ſecunda opinio. hos autem retulit Tiraquel. dicto loco,nume.25.

Afflict.verò in cap.1.in verbo, pœna-

rum,



rum,num.37.in.tit. quæ ſint Regal. aliter diſtinxit,quia aut proceſſus erat concluſus,& pertinēt ad priorem iudicem, aut non,& pertinent ad ſecundum: fortius ergo lata ſententia ante executionem factam, ſi iudex functus officio ſuo recedat,vtilitates inde prouenientes ad eum pertinebunt.

## DE PIGNORIB. ET HYPOTHEC. Titu.Sextus.

1 *Hypothecam fiſcus habet ex die contractus in omnibus bonis debitoris præſentibus, & futuris.*

2 *Non tamen in alienatis ante contractum cum tranſlatione poſſeſſionis.*

3 *Hypotheca contrahitur in bonis etiam per debitorem venditis;modo poſſeſſio tranſlata non fuerit in emptorem.*

4 *Mercimonialia an cadant ſub hypotheca bonorum.*

*Hypotheca bonorum an vinculet mercimonialia,& pecunias.*

5 *Pecunia an includatur in generali hypotheca bonorum.*

6 *Pecuniam ſolutam poſteriori creditori, an prior creditor aduocare poſſit.*

7 *Quid autem iuris ſit in priuato creditore, diſcutitur.*

8 *Creditor anterior an poſſit aduocare pecuniam ſolutam poſteriori.*

9 *Pupilli bona fiſco ex contractu non obligantur.*

10 *Fiſcus contra pupillum non vtitur iure priuilegiato.*

11 *Fiſcus cum pupillo contrahens retinet hypothecam in re,quæ ad pupillum tranſit.*

12 *Hypothecam non habet fiſcus in pœnis, niſi ex die condemnationis late.*

13 *Hypotheca conuentionalis ſuper ſorte non porrigitur ad pœnam.*

14 *Fiſcus priuato ſuccedens non habet ius tacitæ hypothecæ.*

15 *Hypotheca priuati anterior,ſiue generalis, ſiue tacita præfertur.*

*Hypothecæ priuati poſteriori etiam expreſſæ in poſt quæſitis.*

*Hypotheca fiſci poſterior præfertur hypothecæ priuati anteriori in poſtquæſitis.*

16 *Hypotheca tacita priuati anterior præfertur hypothecæ fiſci.*

17 *Hypotheca dotis poſterior præfertur priuatæ anteriori in poſtquæſitis.*

18 *Hypotheca anterior priuilegiata præfertur in omnibus fiſco poſteriori.*

19 *Bona fuiſſe poſtea quæſita, an fiſco probare incumbat.*

*Tempus allegans, & in tempore ſe fundãs probare tenetur.*

20 *Specialia plura non poſſunt ſimul concurrere.*

21 *Fiſci cauſa in concurſu præualet priuato.*

*Fiſcus in pari cauſa antefertur priuato.*

22 *Creditores duo priuati, ſimul concurrunt in hypotheca cum de anterioritate non apparet.*

23 *Lex non puto.ff.de iure fiſci, optime declaratur.*

*Dubia cauſa,quæ ſit declaratur.*

24 *Fiſcus in pari cauſa pignoris præfertur priuato etiam poſſeſſori.*

*Dotis cauſa in paritate pignoris præfertur priuato etiam quod poſſideat.*

25 *Poſſeſſoris cauſa in re pari præualet.*

26 *Teſtamētum ad pias cauſas in re pari præualet teſtamento pro priuato.*

27 *Scriptura pro reo præualet ſcripturæ pro actore.*

28 *Poſſeſſio non releuat priuatum, in re pari, cum cauſa priuilegiata.*

29 *C.ſi a ſede,de præb.in 6.optime declaratur.*

*Intellectus ad c.ſi a ſede,de præb.in 6.*

30 *Lex matrem.C.de prob.declaratur.*

31 *Fiſci cauſa potior eſt ſiue de damno, ſiue de lucro contendat.*

32 *Dotis cauſa præualet fiſco.*

33 *Fiſci cauſa non eſt adeo priuilegiata prout dotis.*

34 *Fiſcus poſſeſſor in pari cã præfertur doti.*

35 *Horæ anterioritas efficit vt vnum inſtrumentum alteri præferatur.*

36 *Probatio certior de die præfertur probationi incertæ etiam in cauſa priuilegiata.*

*Inſtrumentum priuati cum die præfertur fiſco ſi de die certa non probet.*

37 *Inſtrumentum cum die, & hora an præferatur inſtrumento eadem die confecto ſine horæ appoſitione.*

*Hora neceſſario non eſt adhibenda in inſtrumentis.*

38 *Ordo prothocollorum deſignat prioritatem inſtrumentorum.*

*Prothocolli ordo deſignat prioritatem inſtrumentorum.*

39 *Præſumitur prius factum, quod eſt neceſſarium ad validitatem alterius.*

*Emancipatio filij ex ordine præcedit donationem factam a patre in filium.*

40 *Fiſcus conuentus a priore creditore per hypothecariam excipere poteſt, vt prius excutiantur bona principalis debitoris, licet poſteriori tempore alienata.*

41 *Fiſcus agens contra tertium poſſeſſorem bonorum ſui debitoris habet intentionem fundatam.*

42 *Fiſcus pro officio primipilatus præfertur vxori in cauſa dotis.*

43 *Primipilatus officium quid ſit.*

44 *Fiſcus non excuſſo principali an agat contra tertium poſſeſſorem.*

45 *Fiſcus non exequitur contra fideiuſſorem niſi prius excuſſo principali.*

46 *Fiſcus an contra omnes poſſeſſores bonorũ debitoris pro rata, an contra vnum inſolidum agere poßit.*

47 *Poſſeſſor quilibet per hypothecariam pro toto excuti, & conueniri poteſt.*

48 *Omnis, in numero ſingulari actum cuilibet inſolidum tribuit.*

49 *Fiſcus pro debito tributorum, & collectarum, dimiſſo principali debitore, poteſt agere contra quemlibet poſſeſſorem.*

50 *Fiſcus pro debito tributorum, & collectarum poteſt inſolidum exequi contra vnũ ex pluribus corporibus in libro æſtimi deſcriptis.*

51 *Poſſeſſor exactus a fiſco pro ſuo credito collectarum, non agit pro toto ad reintegrationem contra ſingulum poſſeſſorem, ſed aduerſus omnes pro rata.*

52 *Emphyteutæ plures tributarij, & feudatarij fiſci, vel alterius diuidentes inter ſe rem: an quilibet inſolidum teneatur ad præſtationem penſionis.*

53 *Emphyteutæ poſſunt inter ſe ſine conſenſu domini diuidere fundum.*

54 *Emphyteuta vno ex pluribus ceſſante ſoluere res, tota cadit in commiſſum.*

55 *Fiſcus non poteſt vendicare fundum è manibus antiquioris creditoris ſibi ſolemniter venditum.*

56 *Fiſcus in perſonalibus habet priuilegium prælationis.*

1 FIscvs ſpeciali iure vtitur, vt ex contractu, etiam citra expreſſam pignoris conuentionem, bona ſecum contrahentis, ſint ſibi obligata, & hypothecata.l. aufertur. §.fiſcus.ff.de iure fiſ.l.ſecunda, C.de priuil.fiſ.l.ſecunda, C.in quibus cau.pigno. præſentia, & futura, vt indicant illa iura, & clare tex.in l.ſi quis poſthac.C.de bo. proſcript. Amplia ad eum, qui ſucceſſit debitori fiſcali, nam ex tunc fiſci priuilegijs ſubijcitur.l.eum qui.ff. de iure fiſ.

2 Alienata verò, ante contractum cum fiſco celebratum, tacitæ fiſcali hypothecæ non ſubijciuntur. l. ſi debitor. C. de priuileg.fiſci.l.prima, cum materia.C.de iure fiſci.

3 Intellige modo exierint debitoris dominium, cæterum ſi debitor ſimpliciter vendidiſſet, aut donaſſet rem, citra traditionem poſſeſſionis veræ, vel fictæ, fiſcus poſtea cum eo contrahens in ea re, hypothecam ſibi acquireret, ac idcirco iure pignoris priuato illi potior eſſet, dicta l.prima, cum gl. in verbo perfectam, C.de iure fiſ.lib. 10.

Quinimmo, idem eſſet in priuato, ſecundo loco, contrahente, ſub obligatione, & hypotheca bonorum, vel habente ex legis beneficio tacitam hypothecam, caſus eſt in l.fin.§. Lucius.ff. de donatio.notant vtrobique Bar.& communiter Doctores, Alex.ad Bar.in l.ſi quis argentum.§.primo, C.de donatio.Dec. conſilio 239.colum.4.notatur in l.quoties.C.de rei vend.

4 Ampliatur concluſio, ad omnia bona debitoris fiſcalis mobilia, immobilia, iura, & actiones. Item & ad mercimonialia extantia tamen tempore, quo fiſcus agit, & occupat debitoris bona: nam alienata non reuocat, ne commercia impediantur, vel quia in iſtis vna





res loco alterius ſubrogatur. ſicuti pulchre poſt Iacobum de Arc. docuit Bald. in l.vbi adhuc, numero ſeptimo, C. de iure dotium.

5 Ampliatur etiam ad pecuniam, vt ea in generali bonorum hypotheca includatur.l.cum tabernam.§.fina.ff. de pig. l.idemque.§.fin.ff.qui pot.in pign.hab. Alexand.in l.ſi conſtante, in tertia quæſtio.tertiæ quæſtio.princ.ff.ſolut.matrimo.Neguſant.in tracta. in primo membro, 2.par.num. 11.

6 Quamobrem mirum videri non debet, quòd fiſcus per hypothecariam vẽdicet pecuniam extantem ſolutam per debitorem ſuum, priuato, poſteriori creditori, ad textum in l.deferre.§.fin. cum ll.ſequen.ff.de iure fiſci, licet ſpeciale ſit, vt ea conſumpta, fiſcus eam condicat ab illo priuato, ſicuti eſt caſus ibi, & notatur per gl.& Doctores in l.prima. C. de cond.ex lege.

7 Quid autem iuris ſit in priuatis creditoribus, glo.in dictis iuribus, idem voluit, in priuilegiatis tamẽ, veluti pro dote, pro tutela, & ſimilibus, per tex.in l.3. ff.quod cum eo.& in l.ex facto.§.primo ff.de pecul.

Quibus ſanè caſibus, reuocata pecunia, reintegrãtur creditori primæ actiones, cum ſuis hypothecis, & fideiuſſionibus, d.l.deferre.§. finali, cum legibus ſequentib.

8 Verum in hac materia ſubſiſtendum eſt, & recurrendum ad doctrinam Bart. in l.pupillus.ff.quæ in frau. cred.vbi plene ſcribit, an creditor anterior poſſit reuocare pecuniam, vel aliam rem poſteriori creditori in ſolutum datam: & refert diſtinctionem Iacob. de Aret. quibus conſonat diſtinctio Ioann. And. in addition.ad Specul. in titulo de obliga. & ſolutio.in rubrica, in verſiculo, nunc videamus, quod aut res fuit data, & ſi extat, poſſit vendicari per hypothecariã. l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff. de pign, aut non extat, & ſi quidem dolo deſijt poſſidere, conueniri poterit, ac ſi poſſideret.l.is qui dolo.ff.de rei vendi.aut ſine dolo, vt quia res ſit conſumpta, vel perempta, & conueniri non poterit, niſi in ſubſidium in eo, quod ſibi remanſiſſet vltra ſuum creditum, ad text. in l.prima.ff.de diſtr.pign.nam ad pretium inde redactum non teneretur, niſi creditor ſecundus eſſet ex cauſa lucratiua, ſicuti cenſuit Barto.poſt glo.in dicta l.prima, ſequuntur Fulgoſius, & Salyce.poſt Bald.glo.Barto.& Bald.in l.mater.C. de rei vendi. & eſt communis opinio. Alexand.& Iaſo.in l.eum ſeruum.ff. ſi cert. petat.Paul.Caſtren. conſilio 62. in primo.Alexand.conſilio 108.columna vltima, in quinto. quod locum habet etiã in creditore priuilegiato, puta pro dote anteriori, ſicuti ex communi tradidit Hieronym. Gabriel conſilio 37. contra Neguſantium in tractatu pignorum, in quarto membro, ſecunda parte, nume. quinquageſimo octauo.

Aut verò ſecundo creditori non fuit ſoluta res, ſed quantitas, & tunc quia genus perire non poteſt, l.in ratione.ff. ad legem Falcidiam.Poterit prior creditor aduocare conditione ex lege, l.fina.§.ſin vero creditores. C. de iure deliberand. & hanc doctrinam probarunt Angelus, Salicetus, & Paul. in dicta l. pecuniam: Cumanus in dicta l.pupillus.qui tamen pecunia conſumpta, ab ea receſſit, & idẽ Ioann. Faber in §. item ſi quis in fraudem, numero vigeſimotertio, inſtitutio. de action. Hanc etiam contra priuilegiatos creditores, pecunia conſumpta, habuit Fulg.in d.l.pecuniam, & in d.l.ex facto.ff.de pecu.

In hoc perdifficili puncto, licet pro priuato creditore hypothecario anteriori videatur extare communis Doctorum ſententia, ſicuti ex relatis conſtat, & in caſu de facto fuerit pro eo reſponſum per plures celeberrimos Iureconſultos, attamen iudicia manarunt pro ſecundo creditore, cui bona fide ſolutum fuit, ſiue pecunia extet, ſiue non, ne aliàs confundantur, & cõturbentur commercia, ſic Afflict. deciſi. 190.pulchrum fuit. vbi refert ita fuiſſe deciſum in ſacro cõſilio cum auctoritate Regia. ſecutus eſt Gramm.q. 1.Pariſ.conſi.69.in 4.Capic,

deciſ.178.in cauſa Iuliani,facit quod ſupra dixi de mercimonialib.ex Bald.in l. vbi adhuc,num.7.C.de iure dot.

At in creditoribus priuilegiatis,communis ſentẽtia per Doctores recipitur, ſic Afflict.in dicta deciſione, nempe pro fiſco,eſt caſus in dicta l.deferre.§.fi.& ll. ſequ.& à fiſco ad dotem, & alias cauſas priuilegiatas arguunt glo. & Doctores. Et ita deciſum fuiſſe in Granatenſi prætorio retulit Didac.in pract.cap.29. Cephal. conſilio 448. nume.33. Et de iure ita eſſet concludendum, pro qua parte, reperio conſultum per Bald.conſi.360. concluſio,in primo. Mihi autem, vt verum fatear, maximum negocium facit deciſio illa Bald. de mercimonialibus ſæpius allegata,tex.autem in l.fin.§.ſin vero creditores.C.de iure deli.& in l.ex facto.ff.de pecu.ſuas habent particulares rationes.

Quare fiſci ſpeciale priuilegium erit, intellige ſiue ſecundus ſit creditor ex cauſa lucratiua, ſiue ex cauſa onероſa, quia iura illa indiſtincte loquũtur, & ſic communiter intelliguntur, vt ex multis retulit Dida.d.c.29.vbi plures refert.

Contra verò, quòd iura illa non habeant locum in ſecundo creditore ex cauſa onероſa, tenuit Io. Fab.in d.§. itẽ ſi quis in fraudem.ſecutus eſt Gram. d. q.1.nu.67.& poſt eos D.Ceph.conſ.86. vbi cõſuluit pro creditore ex cauſa onероſa,& D.Menoch.conſi.25.

Intellige,cũ principalis debitor non eſt ſoluẽdo. nempe in ſubſidium agitur contra ſecundum creditorem, cui fuit ſolutum,ſic ſentit text. in d.l.pecuniam. Bar.in l.ſi non expedierit.ff. de bon.aut. iud.poſſid.Alexan.d.conſil.108. colum. vltima, in quinto, Cæphal. dicto conſil. 86. numero 13.& 14. Menochius dicto conſi.num.10.

9 Limitatur principalis concluſio pluribus modis. Primò in pupillo contrahente cum fiſco: nam bona pupilli fiſco non obligabuntur, niſi quatenus à fiſco in pupillum perueniſſet, vt quia fiſcus vendidiſſet pupillo, vt eſt caſus in l.2.iũcta glo.ff.de rebus eorum, per quam ita concludit Iaſ.in repet.l.ſi conſtante, nu. 67.ff.ſolu.mat. & ſecutus eſt Neguſant. de pigno.in 4.memb.2.par.nume. 113. Quorum opinio vera eſt.

10 Quia fiſcus contra pupillum contrahentem non vtitur iure priuilegiato:immo beneficium ætatis prodeſt minoribus 25.annis in contractibus fiſcalibus, vt eſt caſus in l.in fraudem.§.fi.ff. eo. & in l.1.& 2.C.ſi aduer.fiſ.& in l.ex cauſa. §.pen.ff.de minoribus, & in l. Imperatores.ff.de publ.

11 Quare fiſcus ſatis priuilegiatus eſt, ſi in re ſua hypothecam habeat,quam tamen priuatus cum pupillo contrahens non haberet,vt eſt caſus in l.2.ff. de rebus eorum, de cuius intellectu quo ad priuati cauſam,pleniſſime ſcribunt Cur. iun.conſil.146.& 147. Tiraquel. de retrac. conuent. ad finem tituli,nume.13. Borgnin.Caualc.in tract.de tutore, nu. 246. Arius Pinell. in repetitio.l. primę, in tertia par.princip.nume.52.C. de bonis mater.

12 Secundò limita in pœnis fiſcalibus, quod intellige, vt ſcilicet ante condemnationem fiſcus non habeat bona condemnati hypothecata, poſt vero condẽnationem ſic.quia in iudicijs quaſi contrahitur l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecu.itẽ ante ſententiam fiſcus non eſt creditor, poſt ſic,l.eius qui.ff.eodem.l.ſi qua pœna.ff.de verborum ſignifi.Bal.in l.aduerſus,num.4.C.de furtis,& in l.alia. C. de indign. Non tamen iſta hypotheca ſic contracta præiudicat creditoribus anterioribus,l.in ſumma.ff.de iure fiſ.l.1. C. pen.fiſcal.credi.præ. lib.10.& eſt communis Theorica,de qua per Bar.in l.aufertur.§.fiſcus.ff.eod. per Alex. & Iaſ.in l.reſcriptum, in princ.ff. de pact. Et per Neguſan.d.4.membro nume. 115. Boſ. de pub.bon. nu. 81. Ideo fideiuſſor pro reo, de eo præſentando ſub certa pęna ſi aufugerit, condemnatus ad pœnæ ſolutionem propter fugam ipſius rei, præfertur in illius bonis fiſco, ſi contingat illius bona infiſcari,aut pœna aliqua affici, ſic Franciſcus Becius conſilio 57. per totum.





13 Nil mirum autem ſi pro pœnis fiſcus non habet priuilegium:nam & aliàs hypotheca cõuentionalis priuilegiata pro ſorte,non ſe extendit ad pœnam in contractu adiectam,Paul.Caſt. in l. ideo. ff. de compenſa. & pignus obligatum pro ſorte,non poteſt retineri pro pęna,odio pœnarum. Bald. in l. pignoribus. C. de vſuris, & horum dicta refert, & probat Neguſant. de pigno. in primo membro 5.partis princ.num.41.

14 Tertiò limita,quando fiſcus ſuccedit priuato creditori.l.fiſcus,qui in priuati. ff.eo.glo,& Bar.in l.aufertur.§.fiſcus.declarando,vt ibi per Bar.

15 Secundum priuilegium eſt: quia licet aliàs priuatus habens anteriorem generalem hypothecam pręferatur poſteriori creditori,etiam in poſtea quęſitis per debitorem.l.ſi ignorante.C. de remiſ.pigno.l.fin.in principio. ff. qui potior.l. licet.C.eod. & l. hac edictali. §. omnibus. C.de ſec.nup.Neguſant.in 2. membro, 5.par.principal.nume.5.& latius,nume. 39.Ripa in l.priuilegia. nume. 16.ff. de priuil.cred.attamen in fiſco ſpeciale eſt, vt in quæſitis poſt ſuum contractũ, præferatur creditori anteriori, quamuis generalem, & expreſſam hypothecam habenti,caſus eſt in l.ſi is qui.ff. de iure fiſ. vbi Barto.& alij.

16 In quæſitis autem ante,creditor priuatus hypothecarius anterior pręfertur,ſiue nitatur expreſſa, ſiue tacita hypotheca,l.ſi pignus,& l.Titius. in princ. & §.fina.ff.qui potior. & l.ſi fundum.C. eod.l.vnica.C.rem alien.ger.Barto.poſt Dyn.in d.l.ſi is qui. Neguſant. dicto loco.nume.42.Socin.& Modernio.in l.1. ff.ſolut. matrimo. vbi ſic concludunt in tacita hypotheca,& eſt communis opinio.Didac.var.reſolu. in primo lib. cap. 16.ſub num.2.Capic.deciſ.129. quamuis contra ſenſerit gloſ.in d.l. ſi pignus. quam obiter ſequitur Ripa in l. priuilegia, numero 46. ff. de priuileg. credito. poſt Bald. in l. fina. numero quinto, C. qui pot.in pigno.& male,quia contra fiſcum eſt caſus in dicta l.vnica, licet hypotheca dotalis tacita præferatur anteriori priuati tacitæ. dicta l. finali,C. qui potior.

17 Ampliatur diſpoſitio d.l. ſi is, qui. etiam ad cauſam dotis, Bald. poſt Iacob. Butriga.in dicta l.fina.numero 6.C.qui pot.in pigno.quia dos, & fiſcus paribus paſſibus ambulãt, vel etiam dos potior eſt fiſco,vt proximè dixi: & idem conſuluit Bald.conſi. 189. Dom. Lanfrancus in 3.ſequuntur Socin.in l.prima,columna prima,& communiter Moder. ff. ſol. matrimo.Ripa in l.priuilegia.nume.31. ff.de priuil. cred. vbi ampliat ad Eccleſiam,& alias cauſas priuilegiatas,ad no. per glo.& Canon.in cap.ex literis,extra de pigno.

18 Limitatur deciſio illius legis, quãdo priuatus anterior eſſet priuilegiatus,puta pro tutela, nam hic ne dum in ante, ſed & in poſt quæſitis fiſco præfereretur, vt eſt caſus in l.fin.in prin.ff. qui potior. quem ſic intellexit Bartol.ibi, & in dicta l.ſi is qui, cui ſubſcripſit Ang. & ſequuntur Doctores,Neguſant.loco præallega. Idem erit in dote anteriori fiſco in tempore,quia par eſt,vel ſuperior fiſco in priuilegijs.Soc.d.l.1.num.11.Cõtra vero in poſt quæſitis tenuerunt Fulgoſ.in dicta l.fina.Salyc.in l.licet. C. qui potiores.

19 Sed dubium eſt, cui incumbat onus probandi de acquiſitione bonorum,ante,vel poſt:Bar.in d.l.ſi is qui, concludit probationem incumbere actori, ſiue fiſcus agat cõtra priuatum poſſeſſorem, ſiue priuatus contra fiſcum, quia aſſerenti incumbit onus probandi fundamentum ſuæ intẽtionis.l.ei, qui dicit.ff. de probationibus. Et quia qui fundat ſe in tempore illud probare debet.l. matrem.C.de probationibus,notatur in l. non ſolum.§.ſed vt probari,per Bart. & Doctores.ff.de ope.noui nunc.& in l.cũ actum.§.fina.ff.de negoc. geſt. habetur in clemen.fina.per glo.& Doctor. de reſcript. & diſtinctio Barto. videtur vera, & communis,quam probauit Neguſan. loco præcitato, ſub numero quadrageſimotertio, quia etiam quod cauſa ſit fauorabilis,adhuc procedit regula præmiſſa,

miſſa,vt clare probat text. in dicta l.matrem. qui loquitur in cauſa libertatis, quæ ęque, vel magis fauorabilis eſt, q̃ fiſci cauſa,l.inter pares. ff. de re iudi.l.libertas.ff.de reg.iur.

20 Item quia aliàs duo priuilegia ſpecialia concurrerent pro fiſco contra priuatum.primum ex dicta l.ſi is qui. ſecũdum, quòd fiſcus actor releuaretur ab onere probandi contra regulam, ei qui dicit. & reus poſſeſſor grauaretur contra regulam,l.qui accuſare, C. de eden. ſpecialia autem nõ debent eodem tempore,& caſu multiplicari.l. prima.C. de dot. promiſ. Bald. in l. ſi non lex etiam Sẽtia.ff.de hæredib.inſt.Bart.in l.cũ propter.ff.de lega.præſt.

Contra tamen pro fiſco etiam agente, tenuerunt Bald. Nouell. de dotibus parte nona in primo priuilegio. Vincent.Hercul.in l.prima, columna tertia. ff.ſoluto matrimonio, moti per text. in dicta l.ſi is, qui, vbi quamuis conſtet de anterioritate priuati, fiſcus tamen in poſt quæſitis eidem præfertur,igitur & in dubio. Quæ ſanè argumentatio nihil concludit, quia cum conſtet de poſt quæſitis,apparet fiſci cauſam præueniſſe illorum acquiſitionem, vnde vnum tantum concurrit ſpeciale.

Ex his infero, quòd ſi eodem tempore fiſcus, & priuatus creditor concurrerent aduerſus priuatum debitorem, in dubio fiſci cauſa potior eſſet,ad text. in l.prima.C.de iure fiſci, libro decimo, & ſtatim dicetur.

21 Tertium fiſci priuilegium eſt, quòd in concurſu duarum cauſarum fiſci, & priuati,cauſa fiſci potior eſt, ideoque ſi proponantur duo inſtrumenta eodem die,de eadem,& ſuper eadem re confecta,alterum cum fiſco, alterum cum priuato:fiſci inſtrumentum præſumitur anterius, & poteſt fiſcus iure pignoris bona à poſſeſſore vendicare, niſi is doceat temporis anterioritatem, caſus eſt in dicta l.prima.C.de iure fiſci, ſecundum intellectum Barto.ibi,& in l. & quæ nondum.§. quod dicitur.ff.de pignor. Bald. in l.ſi debitor.C.de priu.fiſ. Rom. ſing. 158.Soc.Ripa,& comm. Mod. in l.1.ff. ſol.mat.Dida.loco præal.ſub nu.2.

22 Licet ſecus ſit inter duos priuatos creditores,l.ſi fundus.§.ſi duo.ff. de pigno.l.de rebus.C.de don.an.nup. Bald. Sal.& Pau.in d.l.matrem.Neguſ.iam dicto loco,nu.43.& 44.

Immo contra priuatum creditorem præſumitur, ſiue agat, ſiue poſſideat, ſi contendat cum alio priuato prætendẽte non hypothecam, ſed dominium, ex vi ſui inſtrumenti emptionis, vt per plures rationes voluerunt Bald. & Salycet. in dicta l. matrem, Neguſant. in dicto loco.

Redeundo autem ad cauſam fiſci, pro iſta concluſione: vltra tex.in dicta l. prima,allegatur text. in dicta l. ſi is qui. vbi in poſt quæſitis, fiſco datur præuentio in cauſa pignoris,quamuis priuatus ſit anterior in tempore: fortius igitur fiſcus præferendus eſt,cum de anterioritate temporis quæritur.

Tertiò adducitur ratio, nam dos, & fiſcus paribus paſſibus ambulant,l.ſecũda.C.de priuileg. At dotis inſtrumentum in concurſu cum priuato fauore dotis præſumitur anterius,l.1.ff.ſol. matrimo.& ibi notatur.l.in ambiguis.ff.de iure dot.& de regulis iuris.igitur & fiſci inſtrumentum.

Contrarium,poſt Dyn.tenuit Bar.in l.non puto.ff.de iure fiſci,per illum text. ſecutus eſt Alex.in d.l.1.num.2.Matheſil.not.72.Nota.Iaſ.conſ.99. colum. vlt. in 1.Alcia.regul.3.præſump.41. adducunt tex.pro caſu in d.l. non puto, non puto delinquere eum (inquit tex.ille) qui in dubijs quæſtionibus facile cõtra fiſcum iudicauerit.

Horũ opinio fundata per illum text. mihi nunquam placuit, quia ſequeretur, quòd fiſcus eſſet peioris conditionis,quàm priuatus: nã duo priuati creditores æquales in tempore,cum de anterioritate non conſtat, concurrunt ſimul in iure hypothecę,nec vnus aliũ excludit,niſi ratione præoccupationis, l.ſi debitor.l.ſi fundus.§. ſi duo.ff. de pign. & tamen inſpecta deciſione illius text.

non



non delinqueret iudex, qui in paritate temporis iudicaret contra fiſcum: fiſco enim ius commune nunquam aufertur. dixi in principio huius tertiæ partis princip.num.23.

23 Quamobrem omiſſis varijs interpretationibus traditis ad tex.in d.l.non puto,ibi,& in l.1. ff. ſol. matr. placuit mihi tex.illum optime poſſe intelligi, & declarari per tex.in l.admonẽdi.ff.de iureiur. ibi,ſolẽt enim ſępe iudices in dubijs cauſis.appellat enim iureconſult. ibi dubias cauſas,in quib. non habeatur plena probatio, vnde eodẽ modo erit intelligendus tex.in d.l.non puto,de dubijs quæſtionibus, ſcilicet reſpectu probationũ, vt quia non ſint certæ, vel quia cauſa ſit coniecturalis,adeo, quod nõ conſtet de iure;& cauſa fiſci,& ad hoc optime conducit tex.in l.abſentem.ff.de pęnis:quatenus determinat ex præſumptionibus neminem eſſe damnãdum: attamen cõpertum eſt præſumptiones dubiam cauſam efficere,gl.in l.vnica.§.accedit. C.de rei vxor.act. Bar.in d.l.admonẽdi.col.4. in fine. idem eſt cum probationes hincinde plures eſſent:nã ambigua facti quęſtio eſſet:Bal.in Auth.omnes Peregrini. C.com.de ſuc. Dubia etiam quæſtio poteſt accipi quãdo verba eſſent ambigua, & fiſcus vellet ea trahere ad intellectum ſibi proficuum:reus autem ad alium ſenſum:nam reo ad illius intentionẽ fauendum eſſet iuxta tex.cum materia, in l.ſi quis intẽtione ambigua.ff.de iud. in l.in ambiguis orationibus. ff. de reg. iur. in l.veteribus.ff.de pactis.diſtinguendo, vt in dictis iuribus, & eſt optimus text. in l.non intelligitur.§.1. ff.de iure fiſ. & in ſpecie de interpretatione verbi ambigui contra fiſcum,reſpõdit Cęfal. conſ.424. nu.27. Ad hæc, adde communem illam deciſionem ſupra per me relatam,in tit. de bannit.reſtitu.nu.8.9.10.

Rurſus dubiam cauſam accipio, cum iuris quęſtio ambigua eſt,l.in ambiguo. ff.de rebus dub. Ideoque in interpretatione caſus dubij declarando vt ſupra, procedit illius legis deciſio, & optime ſeruit, quod in hoc propoſito Bart. tradidit in l.ſi inter virum. ff. de rebus dubijs, vbi quòd in interpretatione caſus dubij melior eſt conditio poſſidentis.

Cæterum cum cõſtat in facto de iure vtriuſque fiſci,& priuati,per inſtrumenta eo die confecta,cauſa quidẽ fiſci non eſt dubia, ſed par ad cauſam priuati, & in pari cauſa melior eſt fiſci conditio: quia eſt magis fauorabilis. l.inter pares. ff.de re iud.c.ſi.ext.eo.multum enim diſtat inter cauſam parem,& inter cauſam dubiam,vt ex prædictis conſtat. Quare tex.in l.in ambiguis.ff.de iure dot.& ff. de reg. iur. intelligendus erit de cauſis ambiguis,reſpectu iuris, non autem reſpectu probationum in facto, nã etiam in cauſis dotalibus plena requiritur probatio,ſcilicet dotem fuiſſe datam. Bart. in l. ſi conſtante. in prima quæſt. 1.par. ff.ſol.matr.

24 Retenta opinione pro fiſco. Amplia etiã, ſi priuatus poſſideret: prout voluit Bar.in d.l.1.per illum tex.& in d.§.quod dicitur,licet ſecus eſſet in duobus priuatis,nã præueniens in poſſeſſione pręfereretur,dicta l.ſi debitor, d.l.ſi fundus.§.ſi duo. ff. de pigno.& idem eſſet ſi vnus ex priuatis eſſet emptor,vel donatarius, & poſſideret,l.de rebus.vbi Bal.& Doct.C. de dona.ante nup.Bar.in d.§.quod dicitur,& dixi ſupra nu.22. & ita in fiſco, & dote, quòd pro eis præſumatur contra priuatum poſſeſſorem,concludunt Soc. Ripa,& Moder.in d.l.1.ff.ſol.matr.Soc. conſ.67.in 3.Didac.lib.1.var.reſol.c.16. nu.7.ad finem.

25 Sed contra pro poſſeſſore, ex tribus, arguit Iaſ.in d.l.1.Primo de textu in c.ſi a ſede,de præben.in 6. vbi poſſeſſio efficit,vt habens collationem ab ordinario, præferatur habẽti collationem à Papa, eadem die,qui tamen aliàs remoto vinculo poſſeſſionis ſibi prælatus fuiſſet. Secundò,quia commodũ poſſeſſionis operatur, vt in aduerſariũ.reijciat onus probationis.§.commodũ.inſti.de interdict. l.ſi.C.de rei vendic. Tertiò, quia in pari cauſa melior eſt cõditio poſſeſſoris. c.in pari.de reg.iur.in 6.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.oblig.præclare Bar. in l.1.

§.non

§. non autem. ff. de bon. poſſeſ.ſec.tab.
vbi inquit, exhibitis duobus teſtamẽtis
ad fauorem duorum, eadem die confe-
ctis. præſumi pro poſſeſſore,ſecus ſi neu
ter concurrentium poſſideat,& ſequun-
tur communiter Doctores, idem Iaſ. in
l.fi.col.pen.C.de ædic.di.Adr.

26 Vbi tamen inquit,data paritate,præ-
ualere teſtamẽtum pro pia cauſa, ex Ro
man.in Authen.ſimiliter. C.ad leg.Falc.
in 13.ſpeciali piæ cauſæ,vbi in pari con-
curſu, determinat,præualere inſtrumen
tum pro pia cauſa aduerſus priuatum,
arguendo à dote, à fiſco,ad cauſam piã.

27 Quartò,vltra Iaſon.facit: quia quan-
do in iudicio exhibentur duæ ſcripturę
paris fidei, præualet ſcriptura pro reo.
Bald.in l.de rebus.C.de dona.ante nup.
Alexan. conſ.19. admodum,in princip.
volum.2.

Quintò, quia fiſcus in dubio vtitur
iure priuati, vt latius dixi in princ.huius
tertiæ par.princ. priuatus autem agens
contra poſſeſſorem tenetur probare de
anterioritate,d.l.de rebus, & ibi not.l.ſi
fundus. §.ſi duo.ff.de pignor.

Sextò, probari videtur ꝑ caſum.l.ma
trem.Cod.de probat. vbi poſſeſſio onus
transfert in agentem pro libertate.

Et hanc, cum Iaſ. tenuit d.Tiraq. de
iure primigen.quæſtio.17. nume.11.&
num.25.

28 Verumtamen à communi non eſt re-
cedendum fauore fiſci, dotis, & cauſæ
piæ: hæc enim,ſpecialia quædam,nec ſi-
ne ratione,merentur,contra iuris com-
munis regulas, & concluſio communis
optime probatur ex d.l.1. C.de iure fiſc.
item quia,& aliàs, licet in dubio ſit pro-
nunciandum pro reo. l.fauorabiliores.
ff.de reg. iur. fallit cum actor eſt fiſcus,
dos,aut cauſa pia,c.fin.extra de re iudic.
l.inter pares.ff.eo.proinde poſſeſſionem
non releuare priuatum in caſu, quando
pia cauſa concurrit cum teſtamento,ea-
dem die, ad eius fauorem confecto, de-
terminauit Dec.in d.l.fi.colum.vlt.C.de
ędict.Di.Adr.

29 Et ad tex.in d.c.ſi à ſede,omiſſis ſolu-
tionibus aliorum:dico,quòd in materia
noſtra præſumptio contra poſſeſſorem
inducitur, & cedit ad commodum per-
ſonæ,vel cauſæ fauorabilis. Cuius com-
modum durat, poſito, quòd res ſit pe-
nes alium:At in caſu c.ſi à ſede:præſum-
ptio anterioritatis cauſatur fauore con-
cedentis,non autem fauore recipientis,
ideo ceſſat præſumptio, cum tertius poſ
ſidet,ad hoc, vt Princeps concedens mi
nus lędat tertiũ poſſeſſorem,prout regu
lariter eſt de intẽtione Principis. l.2.§.ſi
quid.ff.ne quid in loco publ. l.nec auus.
ff.de eman.lib.& eſt notabilis reſolutio.

Nec cõtra communem obſtat: quòd
ſic concurrerent duo ſpecialia. Primũ,
quòd pręſumatur anterioritas tempo-
ris pro fiſco. Secundum, quòd poſſeſ-
ſor teneatur probare: nam dico vnum
tantum concurrere: quia præſuppoſita
anterioritate in tempore pignoris, ex
tunc fiſci intẽtio eſt fundata ſecundum
regulam: qui prior in tempore eſt po-
tior in iure, in cauſa pignoris. l.ſi prior.
§.fi.ff.qui pot.in pignor.

Alia verò non obſtãt: quia regulæ illę
procedũt inter priuatos parem cauſam
habentes.

30 Non obſt.tex.in d.l.matrem. nam in-
tentio Palinę actricis erat multum incer
ta,& vaga:quia exhibebat inſtrumẽtum
manumiſſionis maternæ ſub certa die,
non tamen docebat de die ſuæ natiuita-
tis, vnde ſi eodẽ die appareret matrem
manumiſſam, & filiam natam, fauore li-
bertatis præſumeretur inſtrumentũ ma
numiſſionis præceſſiſſe, quãuis ipſa age-
ret, & proclamaret ad libertatem, per
ſupradicta.

32 Ampliatur ſecundò communis con-
clu.ſiue priuatus contendat de lucro,ſi-
ue de damno, ita etiam ſenſit gl. in ver-
bo perfectam in d.l.1. & eſt de mente
communiter ſcribentium,in d.l.1.ff.ſol.
matr.ſenſit Bart. in l.& quæ nondum.§.
quod dicitur. ff.de pignor. firmauit Bal.
Nouell.in trac.dot.in 9.par.priui.1.poſt
Ang.in l.matrem. C.de probat. Bald. in
l.ſi debitor. C.de priuil. fiſ. cũ alijs,quos
refert,& ſequitur Didac. var.reſol.lib.1.
cap.16.num.2.

Con-



Contrarium verò tenuit Sal. in d.l.ſi
debitor.quem ſecutus eſt Claud.Aq.in
d.l.1.ff.ſolut. matr. & videtur de mente
Bart.in d.l.1.prope finem.C.de iure fiſc.
mouentur,quia tex. in d.l.1.loquitur in
priuato prætendente cauſam lucratiuã,
ſcilicet ex titulo donationis,in quo ma-
gis præſumitur fraus, quàm in prætẽn-
dente cauſam oneroſam, ad hoc text.in
l.1.§.ſi quis in fraudem,& §. ſi quis mu-
tuam.ff.ſi quid in frau.patr.Sed iſta reſo
lutio ad illum tex. non omnino euacuat
difficultatem: nam cum inter priuatos
agitur,etiam,quòd poſſeſſor prætendat
cauſam lucratiuam, adhuc potior eſt il-
lius conditio.d.l.de rebus. C.de donat.
ante nup. Quare indiſtinctè concludo,
fiſci cauſam potiorem eſſe,ſiue priuatus
cauſam lucratiuam, ſiue oneroſam in re
ipſa agat:puto tamẽ diſtinctionem illam
poſſe optimè conſiderari ex parte fiſci,
an ſcilicet prætendat cauſam oneroſam,
& eo caſu priuilegio locus ſit,an verò lu
cratiuam,& tunc minime,cum nõ ſit ea-
dem,& par ratio lucri,& damni.l.fin.ad
finem. C. de codicill. Et in his terminis
procedere text. in l.non puto. ff. de iure
fiſc. pleriq; arbitrati fuere, vt per Mod.
in l.1.ff. ſol.matr. & per Bal.Nouell.in 1.
priuil. 9.par. princip. & latius ſcripſi in-
fra in 7.par.in tit.de ijs, quæ ſpectant ad
ord.Iud.num.44.& 45.

33 Limitatur modò principalis conclu-
ſio, pluribus modis, primò quando cau
ſa fiſci concurreret cum cauſa dotis, ve-
luti: quia eadem die priuatus cũ vxore,
& cum fiſco contraxiſſet,nec de priorita
te appareret,tunc enim in iſto ambiguo
pro dote eſſet reſpondendum.l.in ambi
guis.ff.de iure dot. & in puncto tradunt
Bald.in l.dotis.C.de iure dot.Iaſ.& com
muniter Doct.in l.1.ff.ſol.matr.Ripa ibi
nu.10.Didac.loco præalleg.ſub nu.8.

Adducunt rationem:quia duab.cau-
ſis ſimul concurrentibus,ea eſt pręferen
da, quæ eſt magis priuilegiata, vt per
Cyn.Bar.& Doc.in Authen.quas actio-
nes.C.de ſacroſ.eccleſ. & eſt text.in l.ve-
rum.§.fi.ff.de minorib.conſtat autẽ cau-
ſam dotis eſſe magis priuilegiatã, quàm
cauſam fiſci:quia fiſcus nõ præfertur cre
ditoribus habentibus hypothec. ante-
riorem tacitam. l.vnica. C. rẽ alien.ger.
no.Bar.in l.ſi is qui.col.2.ff.eod. dixi ſu-
pra nu. 16. quibus tamen præfertur do-
tis cauſa, l. aſſiduis. C. qui pot. in pign.
Contrarium tamen determinat Saly.in
l.2.C.de priuil.fiſc.motus per illum tex.
cum glo.quia cauſa dotis, & cauſa fiſci;
paribus paſſibus ambulant: igitur vna
alteri non erit præferenda in concurſu,
ad exemplum priuatorum, qui ſimul, ſi
pares ſint, in iure pignoris admittũtur.
l.ſi debitor.l.ſi fundus.§.ſi duo. ff.de pi-
gnor.ratio iſta non concludit:quia regu
la illa, quod cauſa dotis, & fiſci, à pari
procedant, non ſimpliciter, & abſolutè
procedit,ſed in aliquibus, videlicet ꝗ ſi-
cut fiſcus,ita dos,habeat priuilegium ta
citæ hypothecæ: item quòd ſicut cauſa
fiſci, ſi eſt anterior, præualet hypothecę
dotali,ita è contra: Quare putarem pri-
mam opinionem eſſe veriorem, & diffi-
cultatem iſtam diffiniendam eſſe ſecun-
dum materiã, quæ habetur in Authent.
quas actiones,& idem dicerem quando
cum fiſco concurreret cauſa pia, eſt ve-
rum, quod Bald. Nouell. loco præalleg.
per nonnullas rationes videtur adhęre-
re huic ſecundæ opinioni pro fiſco. cui
etiam adhæſit Vincent.Hercul. in d.l.1.
numero 5.

34 Crederem tamen, quòd ſi fiſcus repe
riretur in poſſeſſione, & detentione re-
rum, eius conditio eſſet potior, prout
quando agitur inter duos priuatos, &
ita decidit Saly.in d.l.2. & bene,iudicio
meo, quia poſſeſſionis additamentum
efficaciter ampliat iura fiſci. §. commo-
dum.inſtit.de interd.c.ſi a ſede.de pręb.
in 6.not. Bart. in d.l.ſi fundus. §.ſi duo.
nec obſtare, cauſam dotis eſſe potiorẽ,
quia id verum eſt,cæteris paribus.

35 Secundò limitatur, cũ inſtrumentum
priuati appareret anterius etiã per ho-
ram,nam tunc fiſci ratio cederet, prout
etiam dotalis cauſa: quia in pignoribus
ſtatim ius reale acquiritur, & in illis re-
gula eſt, qui prior in tempore potior in
iure,l.ſi prior.§.fin.ff.qui pot. in pign. &

in

in terminis, quòd ratione horæ vnũ inſtrumẽtum dicatur antiquius altero, tradit glo. in l. ſi ex pluribus. §. fi. ff. de ſolut. tex. in l. ſi fundus. §. ſi duo. ff. de pign. notat Bald. in l. Imperator. col. 2. ff. de ſtat. hom. & in c. 2. extra de confeſ. Soc. in l. j. in primis verbis. ff. ſol. matr. Dec. conſil. 689. col. 1. Ioan. And. in c. ſi duobus. de reſcript. in 6. vbi ita tenet in collatione ordinarij, vt ratione horæ præferatur collatione Põtificis, & latè ſcribit Fely. in c. paſtoralis. ſub num. 5. ext. de reſcrip. & voluit expreſſe Bald. in d. l. de rebus. quinimo etiam prioritas in puncto videtur attendenda, vt per Dec. in d. c. paſtoralis. nume. 7. & ſenſit Neguſant. d. loco ſub num. 45.

36 Tertiò limitatur, quando alia ratione inſtrumentum priuati de iure præſumi deberet anterius. ad quod Doc. adducunt plura exempla: primũ eſt, quando inſtrumentum priuati haberet diem certam: obligatio autem dotis, vel fiſci nõ eſſet certificata de die, puta quia per teſtes probaretur, qui tamen de die non recordarentur: tũc enim pro inſtrumento priuati eſſet pronunciandum. ſecundum Bal. in l. de rebus. C. de dona. & Sal. in l. ſi debitor. C. de priuil. fiſ. quos ſequuntur Soc. Ripa, & magis communiter Moder. in d. l. 1. ff. ſol. matr. Felyn. in d. c. paſtoralis, extra de reſcrip. nume. 6. & Io. de Plat. in l. 1. C. de iure fiſc. lib. 10. Neguſant. loco ſupra alleg. nu. 46.

Mouentur iſti Doct. quia dubia probatio illius priuilegiati nõ infringit probationem liquidam, & determinato modo ſe habentem, vnde is vincere debet, qui certius probat: adducunt etiã quia quando probatio aduerſarij eſt potentior, priuilegium commune nihil operatur. Bal. in c. fi. ext. de re iud. quẽ ad hoc Socin. refert in d. l. 1. col. 2.

Aduerte quia rationes iſtę non omnino concludunt: nam poteſt eſſe, cauſam dotis præceſſiſſe, & ideo in huiuſmodi ambiguitate pro dote videtur reſpondendum, l. in ambiguis. ff. de iu. dot. ad hoc tex. in d. l. 1. C. de iure fiſ. itẽ quia poſſet eſſe, quòd inſtrumentum priuati confectum fuiſſet in vltimis dieb. anni, non tamen recedo à communi ſentẽtia per tex. qui ĩ terminis videtur, in d. l. matrem. C. de proba. & in d. l. non puto.

37 Secundum exemplum Doctorũ eſt, cum in vno inſtrumento eſſet appoſita hora diei, in alio vero inſtrumento eſſet appoſitus dies, ſed non hora: nam primum dicta ratione certioris, & liquidioris probationis præſumendum eſſet anterius, & quia cum inſtrumẽta non concurrant in hora, idcirco non vidẽtur cõcurrere in data, & ita per has rationes concludunt Soc. Iaſ. Ripa, & communiter Moder. in d. l. 1. ff. ſol. matr. Decius conſ. 169. colum. vlt. cum alijs adductis per Tiraq. de retr. municip. §. 11. glo. 1. nume. 10. declarando tamen niſi ex tenore inſtrumenti appareret de vltima hora diei, nam vna præſumptio aliam ſecluderet.

Sed aduertendum eſt, quòd appoſitio horæ neceſſario nõ infert præcedentiam huius inſtrumẽti, quia poteſt eſſe, quòd inſtrumentum priuilegiatum præceſſerit, & idcirco adhuc videtur militare præſumptio legis, pro illius anterioritate, & eo magis, quia hora nõ ſolet, nec apponi debet in inſtrumentis, vt habetur in c. inter dilectos. ext. de fide inſtr. & in Authen. vt præpon. nom. Imper. Quibus rationibus contrarium tenuerunt Felyn. in d. c. paſtoralis. ſub num. 6. Soc. ipſe ſibi contrarius conſ. 67. eadem die, in 3. Alcia. in d. l. 1. ff. ſolut. mat. Dec. in d. c. paſtoralis. num. 8. & in l. in ambiguis. ad finem. ff. de reg. iur. quando ſcilicet is qui probat de die eſt in poſſeſſione, licet ſecus concludat, quãdo non eſt in poſſeſſione: & plures etiam tenuerunt contrarium, quos refert Tiraq. dicto loco. num. 10. ſequitur Alciat. reg. 3. præſump. 43. num. 8. Mihi placet iſta ſecunda opinio fauore fiſci, & dotis: per d. l. primã, & per d. l. in ambiguis, etiam quòd priuatus poſſideret per caſum eiuſdem l. primæ, & indubitanter quando cauſæ ipſæ priuilegiatæ reperirentur in poſſeſſione, prout dicebat Decius, & ideo eſto cautus, qui iura fiſcalia tueris,





vt ſemper poſſeſſionem bonorum apprehendas.

38 Tertium exemplum eſt, cũ idemmet notarius conſcripſiſſet vtrumque inſtrumentum, & ex ordine prothocollorum appareret inſtrumentũ priuati præcedere: nam ex ordine ſcripturarum reſultaret valida præſumptio anterioritatis, pro inſtrumento priuati, ita Bald. in d. l. de rebus. & idem Bald. poſt Bart. in §. quibus, in proh. C. cum alijs, vt per Ripam, & Moder. in d. l. 1. ff. ſolut. matr. & tradit Felyn. in d. c. paſtoralis. ſub nu. 9. faciunt, quæ de ordine ſcripturæ cumulat Iaſo. in l. 2. §. ſi prius. nume. 20. & 21. ff. de vulg.

39 Quartum exemplum eſt, quando ex natura inſtrumentorum, vnum deberet eſſe anterius altero. pone, reperitur, ꝙ eadem die, pater emancipauit filium, & eadem die eidem donauit quędam prędia, nec apparet de præcedentia, fiſcus allegat nullitatem donationis vti factã à patre filio exiſtenti in poteſtate, & ideo pro debito paterno poſtea cõtracto vẽdicat prædia illa. ex aduerſo filius allegat donationem valuiſſe: quia factã ſibi emancipato, & adducit præſumendum eſſe emancipationem præceſſiſſe, pro actus validitate, quia factũ præſumitur prius, quod ad alterius validitatem fieri debebat. ita concludunt poſt Cyn. Bald. Ang. & Imo. in l. cum in teſtam. §. 1. ff. de hær. inſtit. vbi hoc volũt etiam, quòd ex ordine ſcripturæ præcederet inſtrumentum donationis. & eſt commune dictũ: quod approbat Alex. cõſ. 81. col. 3. in 3. & conſ. 112. num. 2. in 5. Ripa reſponſ. 5. lib. 3. latè Felyn. in d. c. paſtoralis, ſub numero 7. vbi generaliter cõcludit, actum illum præſumi præceſſiſſe, qui eſt pręambulus ad aliũ, & ideo infert, ꝙ ſi eadem die appareat de conceſſione in emphyteuſim, & de conſenſu ſuperioris, præſumitur ſuperioris licentiam præceſſiſſe: vt per Alex. in dictis cõſilijs. Et nota, quod dictum eſt ſupra etiam, quòd ex ordine ſcripturæ aliter appareat, prout etiam aduertit Fely. dicto loco. nu. 10. vbi propterea limitat, quæ dicta ſunt in 3. exemplo. Adde etiam, quòd vbi vnum inſtrumentum concerneret habitum, alterum verò priuationem: ſemper inſtrumẽtum priuationis pro ſui natura præſumeretur poſterius, licet ſcripturæ ordo aliud deſignaret, vt per Felyn. dicto loco: quia priuatio præſupponit habitũ. l. decem. ff. de verb. oblig. l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iure, de qua materia ſcribit amplè Alciat. regula 3. præſumpt. 42. vbi etiam quid ſi non conſtet actus fuiſſe eodem die celebratos.

40 Quartum vtile fiſci priuilegium eſt, ꝙ conuentus per hypothecariam à creditore anteriore, poteſt excipere contra actorem, vt excutiat prius res debitoris, poſteriori tempore alienatas, ſic Affli. in c. 1. in verbo, & bona cõmittentium. nume. 169. in tit. quæ ſint regal.

41 Quintum priuilegium fiſci eſt: quòd eo agente hypothecaria, contra tertium poſſeſſorem bonorum debitoris ſui, pręſumitur in fauorẽ fiſci. bona illa poſſeſſa fuiſſe per ſuum debitorem, tẽpore contractæ obligationis fiſcalis, modo doceatur bona illa fuiſſe in bonis debitoris, niſi ex diuerſo, tertius ille poſſeſſor probet, bona contẽtioſa fuiſſe ſibi prius vendita, vel aliter alienata. ſic in fiſco concludunt cõiter Doct. per tex. in d. l. 1. C. de iure fiſc. Bart. & ſcriptores, ibi Bal. in l. 1. C. de hære. vend. & in l. ſi debitor. C. de priuil. fiſ. Pau. Caſt. in l. matrẽ. de proba. Bar. in d. l. & qud nondum. §. quod dicitur. ff. de pign. Doc. in l. 1. ff. ſol. mat. Bal. Nouell. de dotib. in 1. priuil. 9. partis, vbi tamen ſecus concludũt in priuato agente hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorem, vt ſcilicet probare teneatur rem fuiſſe in bonis debitoris tempore contractæ obligationis, vel poſtea, per caſum in d. §. quod dicitur. & in l. ante omnia. ff. de probat.

Amplia, quòd de fiſco dictum fuit ad cauſam dotis, vel aliter priuilegiatã. Bal. Nouel. d. loco.

42 Sextum non leue fiſci priuilegiũ eſt, vt pro officio, & adminiſtratione primipilatus, ſi fiſcus creditor ſit, præferatur vxori, in omnibus mariti bonis, etiam

per eam in cauſam dotis traditis, licet mulier eſſet anterior in tempore, in bonis vero parafernalibus, quæ mulier talia eſſe probaret, præfereretur ipſa. l. 1. C.de priuil.fiſ.l.ſatis notum. C.in quib. cauſ.pign.tac.contr.l.vtilitas. C.de primipil.lib. 12.& vtrobique not.

43 Primipilarios autẽ dixit Abb. in c.ex parte. col.vlt. ext. de conſuet. qui primi in hoſtes tela ferebant, ſequitur Ripa in l.priuilegia. nume.44. ff. de priuil.cred. Verùm Didac. in præalleg. loco ſub nume.7. primipilatus officium ex auctoritatibus ſcriptorum de Romanorum geſtis, deſcripſit, Centurionis officium, qui Aquilæ vexillo in legione pręerat, quiq; quadringentos primipilarios milites ducebat, Bal.verò & Ang.d.l.ſatis notum, aſſerunt primipilatus officiũ gerere, qui pecunias Principi debitas colligit, quem nos Camerarium appellamus: Et explicite Ang. in d.l. 1. & idem Ang. in l.aſſiduis.C.qui pot.in pign.& vtrobique dicit, fiſcum creditorem ex tali cauſa pręferendum eſſe mulieri etiam creditrici anteriori ex cauſa ſuæ dotis. ſequuntur Alexan.in l.a Diuo Pio.§.in venditione. col. 10. ff. de re iud. Martinus de Fiſco. q.214. Afflic.in c. 1.num.26.in tit.de fratribus de nouo benef.inueſt. Franc.Parmenſ.in tract.de priuileg.fiſc. in 18.priuil.& pleniſſimè Capic.in deciſ. 129. vbi latè cõcludit fiſcum pro huiuſmodi primipilatus credito, ſcilicet pro debito Camerariorum adminiſtrãtium publicam pecuniã, præferri alijs creditoribus anterioribus, poſt Dynum in c.qui prior. de reg. iur. in ſexto, & Ioan.Petrum de Ferrar.per eum adductos, quamuis contra Reginam, pro creditore anteriori ex cauſa tutelę: votatum fuiſſe, referat.Pau. verò Caſtr.in d.l. 1.aſſerit huiuſmodi officium non eſſe in vſu.

44 Nunc autẽ in materia quæro: vtrum fiſcus, non excuſſo principali debitore, poſſit agere contra tertium poſſeſſorem bonorum debitoris pro credito ſuo cõſequendo: conclude, quòd fiſcus in tacita hypotheca, nõ hoc gaudet priuilegio, vt eſt caſus in l.Moſchis. ff. de iure fiſ.& in l. 1.C.de conuen.fiſ.deb.lib. 10.in expreſſa autem planum eſt quemlibet creditorem, eo iure, non diſcuſſo principali, perſequi poſſe rem ſibi obligatã.l.perſecutione.C.de pignor.quod per Auth. Hoc ſi debitor.iure nouiſſimo immutatum fuit.

45 Vnde quæritur, an fiſcus iure nouo inſpecto teneatur & ipſe prius excutere principalem debitorem, antequã perueniat aduerſus tertiũ poſſeſſorẽ, & videtur, ꝙ ſic: quia fiſcus vtitur iure communi, niſi ſpecialiter reperiatᷣ priuilegiatus.

Item fiſcus non exequitur contra fideiuſſorem, niſi prius excuſſo principali debitore, qui præſens ſit, iuxta text. in Auth.præſente.C.de fideiuſſ. ſic gl.Bar. & alij in d.l. 1.C.de cõu.fiſc.deb.fortius igitur, & multominus contra tertiũ poſſeſſorem, qui eſt magis priuilegiatus. d.Auth. hoc ſi debitor. & ita in fiſco, vt iure communi vtatur in materia diſcuſſionis, tradidit Bal.in l.cum eorum.C.de ſent. Alex.ad Bar.in d.l.Moſchis.

46 Sed dubium eſt, an fiſcus, pro ſuo credito, diſcuſſo principali, poſſit cõtra vnũ ſolum poſſeſſorem de rebus debitoris experiri pro toto credito, an verò cõtra ſingulos poſſeſſores bonorum, pro rata: & videtur contra ſingulos. per text. in d.l.Moſchis. ponderando literam illam, ibi, & multos alios ex eiſdem bonis emiſſe, & ibi omnem poſſeſſorem conueniendum, qui ſanè textus in ſui litera videtur multum clarus, ad hoc etiam tex.in l.fin. C.de debitor.ciuit.lib. 11.

47 Bart. verò ibi concludit, quemlibet poſſeſſorem inſolidum conueniri poſſe, exponendo, omnem, pro quolibet. per tex.in l.quamdiu, & in l.creditoris arbitrio.ff.de diſtract.pign.ſecuti ſunt pract. Pap. de forma libelli, reſponſ. ad actionem hypothecar. nu.24. Cor.cõſi. 135. in 1.& latius conſ.237.in 3.Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem. nume. 128. inſtit.de actionib.Fauenſ.de pignorib.in 1.membro 8.par. princip.num.50. & fuit opin. Spec.in tit. de oblig. & ſolut.§. 1.nu.46. & poſt eos omnes ſubſequitur Didac. lib. 3.variarum reſol.cap. 7.num. 7.





Quorum tamen opinio non eſt ſine controuerſia, nam contrarium placuit Dyno in d.l.moſchis, per illum tex. ſecutus eſt Faber in d. §. item ſi quis in fraudem. num. 26. & hanc æquiorem dixit, & in regno ſeruari, Afflict.in conſt.Neapol.lib, 1.Rub. 17.nu.26.Bar.autem opinio in partibus noſtris ſeruatur, & in parlamentis Franciæ eam quoque ſeruari aſſeuerat Guido Papa quæſt.432.& ſi in priuatis creditoribus præualuit, a fortiori in fiſco, cui ius commune denegari non debet, l.quod placuit.ff.de iure fiſci, & ad tex.in d. l.moſchis. reſpondet Bar. verba illa l. omnem poſſeſſorem conueniendum, diſtributiue accipi.

48 Quia dictio vniuerſalis, omnis, ſingularis numeri, actum cuilibet inſolidum tribuit, Bar.ibi, & in l.hoc articulo, ff.de hæred.inſtitu. quem ſequuntur Imol. & Doctores ibi.non obſt.tex. in l.fin.C.de debito. ciuita. nam ibi perſonali agebatur, non hypothecaria, veluti explicant glo. & Bar. ibi, Corn. d conſi.237.in fi.

49 Planum autem eſt, fiſcum, & cauſam ab eo habentem pro credito tributorũ, & dadiarum realium, dimiſſo principali debitore, agere poſſe contra poſſeſſores bonorum, vnde fiſci creditum profluxit. l.cum poſſeſſor. §. fi. ff. de cenſibus, vbi glo. adnotauit. l. Imperatores. ff.de publica.l. prædijs.ff.de iure fiſ. l.fin. C.ſine cenſu, Bar. in d. l. moſchis. Aret. conſi. 104.& late Afflict. deciſ. 95. vbi concludit poſſeſſorem fundi tributarij emphyteutici, & feudalis reali conueniri poſſe pro debito etiam cauſato ante eius acquiſitionem, & latè D. Cęph. conſilio 200.col. 1.& nu.4.in 2. poteſt etiam debitor principalis dimiſſo poſſeſſore excuti.Pau.Caſt.in d. l.Imperatores.

50 Et notandum eſt, quia ſi plura bona ſunt deſcripta in æſtimo, fiſcus, & eius exactor pro toto debito procedit, & procedere poteſt contra vnum tantum corpus ex multis in ęſtimo deſcriptis, & ita apud nos ſeruatur. Et eſt de iure. d.l.cũ poſſeſſor. & d. l. fi.

51 Ille autem poſſeſſor inſolidũ exactus, ceſſis ſibi actionibus à fiſco, contra ſingulos poſſeſſores bonorũ pro rata agit: non autem contra vnum tantum pro ſolido exequitur: caſus eſt in d.l.cum poſſeſſor.in prin. & ita practicatum vidi aduerſus Re.Monachos Prataleæ, nec mirum, quia fiſci priuilegia non facile protenduntur in alias perſonas: dixi in ti.de his, quę ſpect.ad ord.iudi.nu. 37.& ſeq.

52 Sed vtrum plures debitores fiſci, pro eadem re tributaria ipſius fiſci, diuiſa per partes inter eos teneantur, & inſolidum conueniri poſſint, concluſiue teneo affirmat. ad tex. in l.communi diuidundo iudicium, in prin.ff.com.diui.& idem eſt in priuatis patronis directi dominij, licet enim.

53 Emphyteutę poſſint inter ſe fundum emphyteuticum abſque domini conſenſu per regiones diuidere, ſicuti Bar.cenſuit in l.qui Romæ. §. duo fratres, in 10. q. ff.de verb.obli.cuius opinio eſt cõmunis, Dec.conſi.263.col.pen.& conſ.326. col.vlt.& in conſi. 411.

Attamen ea diuiſio non præiudicat domino, in exactione penſionis inſolidũ ſuper qualibet parte fundi, ſic in ſpecie Corn.conſ.24.nu.17.in 2. adducit Fed. de Senis conſ.228. duo fratres. Et idem concludit Afflic. deciſ. 153. venditur domus. vbi refert ita fuiſſe votatum pro domino, cum res fuit diuiſa eo inconſulto, ſentiens aliud eſſe ſi de illius conſenſu diuiſio facta fuiſſet.

54 Pro hoc etiam deciſio glo.in d.l.communi diuidundo, iudicium. ff.com.diui. quatenus vult, quòd vno hæredum emphyteutæ ceſſante ſoluere portionem ſuam, tota res incidat in commiſſum: cuius opinio eſt communis, Spec.in tit. de locato.§.nunc aliqua, ver.72. Bar. Ang. & Rom.in l.fraudatæ.ff.de public. Alex. & Soc.in l.4.§.Catho. in 5. op.Bar. ff.de verb.obl.Iaſ.in l. 2.nu.61. C.de iu.emph.

Et ad ea, quę ſcripſi ſupra in tit.de cõductorib. ſub nu.40. poteſt reſponderi, vt ea procedant cum plures res ſub diſtincta penſione conceduntur, puta 10. campi ſub penſione ſcutorum decem in ratione ſcuti vnius pro campo, in quibus terminis quilibet poſſeſſor pro rata

conueniendus videtur per tex. in c.conſtitutus,de religio. domib.

55 Iuxta præmiſſa quæro, creditor antiquior,ſeruato iuris ordine, fundum debitoris ſub haſta poſuit, qui quidem in publica licitatione cuidam tertio, vel etiam ipſi creditori deliberatus fuit: emptor per plures annos illum poſſedit,interim vero fundus fuit factus prætioſior. Fiſcus poſterior creditor nunc agit per hypothecariam aduerſus illius fundi poſſeſſorem,excipit ille,conueniri nõ poſſe: ad textum,cum materia, C.ſi antiq.credi. per totum. fiſcus offert pretiũ per illum exburſatum,& replicat de ſuo credito,ac de ſuis priuilegijs:dicens,materiam illam,C.ſi antiq.credi. & C. ſi de venditio.pigno. agatur: locum quidem habere inter priuatos. Super hoc puncto conſultus Fulgoſius,in conſilio 126. per totum: contra fiſcum reſpondit. Cogita tu,caſu eueniente.

56 Reſtat,vt dicamus,an fiſcus in perſonalibus ſit priuilegiatus, glo. & Alberic. in l.priuilegia.ff.de priuileg.credito.concludunt affirmatiuè per tex. in l. quod quis.ff.de priuileg.credito.& eſt rectior opinio, licet aliud ſenſerit Ripa in d. l. priuilegia. nume. 5.

## DE DEBITORIBVS FIſcalibus. Tit. VII.

1 *Debitores fiſcales ſi non ſoluunt, quod debent, ipſo iure ſunt in mora.*

2 *Fiſcus de iure ciuili exigit à debitoribus ſuis vſuras ſemiſſes.*

3 *Fiſcus ſuccedens in ius priuati creditoris ex tunc vtitur iuribus ſuis.*

4 *Fiſcus ſuccedens in ius priuati debitoris, an teneatur ad vſuras, quibus tenebatur ille.*

5 *Debitores fiſcales executiuè in ære,et in perſona aſtringi poſſunt, cum debitum eſt liquidum, alias ordo iudicialis requiritur.*

6 *Adminiſtrator ærarij publici, viſo libro rationum, & repertus debitor abſque alia citatione condemnatur, & exigitur.*

7 *Debitor fiſcalis de conſuetudine in ære, & in perſona coercetur.*

8 *Fideiuſſor, qui pro debitore fiſcali ſoluit, poteſt illum realiter, & perſonaliter excutere.*

9 *Fœmina etiam pro debito fiſcali carcerari nequit.*

10 *Hæres debitoris fiſcalis ex tunc ſubijcitur priuilegijs fiſci.*

11 *Filij debitoris fiſcalis ſi eius hæredes non ſint, non tenentur ad debita paterna.*

12 *Debitori fiſcali dantur dilationes ad comparandum pecunias.*

13 *Debitori fiſcali non poſſunt Rectores terrarum prorogare tempora,& inducias.*

14 *Debitores fiſcales ſupplicant inducias apud Principem,& quis ordo ſit ſeruandus.*

15 *Compenſatio, an poſſit obijci per debitorem fiſcalem,& in quibus caſibus.*

16 *Compenſatio non poteſt obijci petenti decimam,& in pluribus alijs caſibus.*

17 *Debitor fiſcalis lucra ſibi delata repudiare nequit.*

18 *Debitor fiſcalis non poteſt executiuè in perſonam exequi contra ſuos debitores.*

19 *Fiſcus nõ procedit executiuè aduerſus perſonam debitoris ſui debitoris.*

20 *Debitor fiſcalis ſoluens non liberatur, ſi ſolutionis cautio non fuerit notata in Camera.*

21 *Debitor fiſcalis ante diem quandoque conuenitur,& exigitur.*

22 *Debitor fiſcalis non eſt tutus ob ſaluum conductum generalẽ, ſed ſpecialis requiritur.*
*Saluus conductus generalis non excuſat debitorem fiſcalem.*

23 *Debitor fiſci carceratus ad inſtantiam priuati, poteſt per fiſcum arreſtari.*

24 *Debitores fiſcales manifeſtè conuicti non appellant, vel appellando non ſuſpendunt.*

25 *Debitoris debitor, an excuti poſſit à creditore priuato.*

26 *Debitoris fiſcalis debitor in quibus caſibus à fiſco excuti poſſit.*

27 *Scriptura debitoris fiſcalis non probat ad cõmodum fiſci alium eſſe ſibi debitorem.*

28 *Debitor debitoris fiſcalis à fiſco coram iudicibus fiſcalibus conuenitur.*

29 *Curator datur bonis debitoris abſentis, vel defuncti ad inſtantiam creditoris, vt ſic exigi poſſit cõtra debitorẽ illius debitoris.*

*Pœnarum*



30 *Pœnarum pœnæ non debentur.*

31 *Vſurarum vſuræ non debentur.*

32 *Acceſſio acceſſionis non debetur.*

33 *Lucrum de lucro non debetur.*
*Vſuræ dotalis non debentur pro augumento dotis.*
*Contra dotis vſuræ non debentur.*

34 *Creditor fiſcalis debitoris ad quem res,vel pecunia illius citra dolum, & fraudem peruenit,nõ tenetur ad vſuras,vel pœnas*

35 *Debitor fiſci non ex contractu, vel quaſi, ſed ex officio per ſe, vel per alium geſto, nõ tenetur ad vſuras, ſed in ſortem tãtũ.*

36 *Debitoris tributarij hæres repudians eius hæreditatẽ ꝑdit collata in eũ inter viuos.*

37 *Debitor fiſcalis, an poſſit cedere bonis, & cedendo liberari.*

38 *Debitor fiſci,an lucra ſibi delata remittere poſſit in fiſci præiudicium.Et quid in debẽtore priuati.*

39 *Legitimam, & ſupplementum legitimæ nõ poteſt filius remittere in fraudem ſuorum creditorum.*

40 *Lucrum dotale maritus, an remittere poſſit in præiudicium ſuorum creditorum.*

41 *Debitoris hæres lucra debitori defuncto delata,nec per illum agnita,in præiudicium creditorum defuncti remittere nequit.*

1 DEBITORES fiſci, ex ſpeciali fiſci priuilegio abſq; alia interpellatione, ſi non faciunt,quod debent, ipſo iure, ac ipſo facto ĩ mora ſunt;glo.in l. cum quidam.§. fiſcus.ff. de vſur.in verbo,inferunt. Bal. & Iaſ.in l. 1.C.de indig. Roma.in l. ſi ex legati.ff. de verb.obl.Alex.in l. quod te, col.4.ff. ſi cer.pet.cum adductis per Rube. Alex. in rep.§.morte,num.704.ff.de ope. no. nunc.Nico.Euerar. in loco à minore ad fiſcum,niſi iuſta cauſa debitorem excuſauerit, vt quia pretium rei à fiſco emptæ non ſoluerit, quia vacua rei poſſeſſio ſibi tradita non fuerit,ad tex.in l.liberalitatis.§.1.ff. de vſur.vel alia iuſta occurrerit occaſio.

2 Sanè fiſcus,ſecundũm iura ciuilia, ẽt citra interpellationem,vſuras ſemiſſes à debitoribus ſuis, qui tardius pecunias inferebant,exigebat,l.cum quidam.§. fiſcus.ff.de vſu.l.ſi.C.de vſu.fiſc.lib.10.

3 Amplia etiam, quòd fiſcus ſucceſſiſſet in ius priuati creditoris, qui, vel nõ, vel minores,exigebat,d.l. cum quidam.§.ſi debitores,& d.l.ſi.Sed à quo tempore,tex.in d.§.ad literam inquit,poſtquã ad fiſcum tranſierunt, ſemiſſes cogendi ſunt præſtare,glo.vero in d.l.fin. intelligit: poſtquam fiſcus illum retulit intra nomina ſuorum debitorum, ad quod adducit tex.in d.§.ſi debitores,& in l.fiſcus cum in priuati.ff. de iure fiſ. qui ſanè tex. exprimit, ſemiſſes deberi ex tempore, quo fiſcus illum in iudicio conuenit,& ita glo.& Fran.Accur.ibi. Quo verò ad hypothecas, & alia priuilegia perſonalia,fiſcus ex tunc vtitur iure ſuo,cũ nomen illius debitoris relatum eſt inter nomina debitorum fiſci, vt clare explicat ille text.

4 Fiſcus verò,econtra pro ſuis debitis, & contractibus,vſuras non ſoluit,d.l. cũ quidam.§.cum autem, niſi in priuati debitoris ſoluentis ius ſucceſſiſſet: nam ad vſuras tenebitur, ad quas ille tenebatur d.§.cum autem,& l.2.C.de fiſca.vſu. Et quidem pro tempore anteriori planum eſt fiſcum teneri, quia iam debitæ ſunt: ſed pro tempore futuro, an fiſcus teneatur,dubium eſt:nam videtur, fiſcũ poſtquã ſucceſſit, vti debere priuilegio ſuo, d.l.fiſcus cum in priuati,& d.l.ſi.optimè facit tex.in l.ſi is qui.ff.de iure fiſ. Et quidem ſi non ex pacto debebantur,ſed ob moram,ratio fiſci videtur validior. Verum hodiernis temporibus ceſſat huiuſmodi diſputatio, quia iure canonico omnes vſuræ ſublatæ ſunt, vt notũ eſt: principes autẽ debitoribus in ſolutione ceſſantibus,pœnas indixerunt, de quarum materia infra dicetur.

5 Fiſcalis ſanè debitor,pro debito eius liquido,executiue in ære, & in perſona excuti poteſt,l.ſacrilegij.§.vlti.ff.ad leg. Iul.pec.l.qm̃ nonnulli.ff.de appel.l.vlt.ff. de leg.com.l. Paulo Calimaco.§.ſi.ff. de leg.3. & l. miſſi opinatores.C. de exact. tribu. lib. 10. & eſt ſingulare priuilegiũ fiſci,Bal.conſi.90.in 5.

Si verò debitum non eſt liquidum, requiritur ordo,& ſententia,l.hi qui cũ fiſco.C.de conu.fiſ.deb.lib.10. Bald.in l.2.C.quan.fiſ.ſic etiam diſtinguit Lucas de Pẽna,in l.1.col.3.C.de cond.lib. 11.

6 Fallit in officiali, qui adminiſtrauit introitus ærarij,nam reuiſores deputati ſuper computis,& rationibus, viſo libro rationum,abſque alia citatione poſſunt illum condemnare,l.2.§.quod ſi de frumentaria.ff.de admi.rer.ad ciu.pert. & inde Bar. notat Soc. in l.ſi quis arbitratu.ſub nu.30.ff.de verb.obl. Præp.in c.dilecto.in 4.q.prin.& in c.cum ſit,ext. de app.Affl.in c.1.in tit.de nouo benefic.numero 40.

7 Et ita conſuetudo obſeruat,quia cõtra debitores fiſcales,pro eorum debito liquido, proceditur ad capturam perſonæ,& ad tenutam bonorum.l.nemo carcerem.C.de exactor.trib.lib.10. vbi Ange.not.Bal.in l.1.col.2.C.de hẹred.vẽd. Marã.de ord.iud.in 4.par.diſt.9.nu.59.

8 Quod ſane priuilegium competit etiam fideiuſſori, qui pro debitore ſoluerit.l.in fraudem.§.qui pro alio.ff. de iure fiſ.& ita ſeruatur apud nos.

9 Fallit in fœmina,quæ etiam pro debito fiſcali detineri nequit,Bar. in d.l.nemo carcerem.& Ang.poſt eum. Bald.in d.l.1.Martin.de fiſco,q.225.per text.in l.1.C.de off.diuer.iud.Affl.in c.1.in verbo,condemnatorum,in fine, in tit. quæ ſint regal.aliàs autem, an mulier pro debito carcerari poſſit,ſcribit Dec. in l.fœminæ,nu.72.ff.de reg.iur.

10 Hẹres autem fiſcalis debitoris ex tũc ſubijcitur fiſci priuilegijs,l. eum qui. ff. de iure fiſci.l.cum quidam.§.debitores. ff. de vſur. non tamen vltra portionem hæreditariã tenetur.l.2.C. de hẹr.actio.

11 Filij autem debitoris fiſcalis defuncti, ſi hæredes patris non ſint paterna debita ſoluere non tenentur,ex regu.C. ne fil.pro patre:niſi pro debito primipilatus,l.fi.C.de offi.primipi.lib.12.Quod quidem officium exercet nunc Camerarius,quæ Camerlingũ appellamus, Ange.in l.1.C.de priui.fiſ. dixi ſupra in tit. præced.num.43.

12 Debitori vero fiſcali petenti dilationem ad comparandum pecunias,denegari non ſolet,cuius rei æſtimatio iudicantis arbitrio committitur. vt ſcilicet in maioribus ſummis, non plus, quàm tres menſes. in minoribus autem, non plus,quàm duo prorogentur.prolixioris vero temporis ſpacium à principe impetrandum eſt,l.in fraudem.§. fiſcalibus.ff.de iure fiſ.refert Menoch. de arbit.iud.lib.1.q.98.

Verum ſub hoc Seren.Dom.debitores Camerarum ex cauſa vectigalium certis præfinitis temporibus tenentur facere ſuas pagas, aliàs incidunt in pœnam x.pro centenario.

13 Tempora autem prẹfinita ex legibus non poſſunt Rectores terrarum prorogare, vt pẹnam gabellarij euadant, immo nec etiam Clariſ. officium ſuper Cameris poteſt prorogare terminos debitoribus Camerarum terræ firmæ,ſicuti ex Senatuſconſ.diei 7.April. 1479.cautum fuit,& 1498.16.Septemb.

14 Prorogatio igitur ſupplicari,& impetrari debet à principe, cuius rei ordo eſt,vt ſupplicantes in primis depoſitent in Camera, vbi debent, groſſum vnum pro quolibet ducato ſui debiti. item & vlterius ſolidos ſex pro qualibet libra, de quibus depoſitis fidem authenticã ſumere debent, eamque vnà cum ſupplicatione prẹſentare in Aula Principis: alioquin ſupplicatio porrecta non impedit executionẽ:ſic enim ex decretis Excelſi Decem Virum ordinis cum aditione decretum fuit 1569.30.Aug. & 1573. 15.Septemb.

Cæterum debitores fiſcales porrecta ſupplicatione,adhuc ea pendente aſtringi poſſunt, niſi habuerint ſpeciale mandatum ſuſpenſionum ex vi ſupplicationis pendentis: ſuſpenſio autem fieri non poteſt niſi per menſes tres decurrẽdos à die ſupplicationis porrectẹ,& admiſſæ in Excel. Collegio cũ tribus quartis partib.ſuffragiorũ:intra quos tenenẽ debitores per oẽs Clar.Magiſt.ad quos ſpectat,& vlt. loco ĩ Exc.Senatu expediri facere ſupplicationes ipſas q̃b.tranſa-





ctis executio fieri iubetur,non obſt.ſuſpenſionib. quorumcunque Magiſtratuum:ſic enim ex lege Decem virũ diei 16 Decemb.1553. & ex Senatuſconſul. diei 13.Ianuarij 1581. more Veneto captum fuit,& deliberatum.

15 Quid autem ſi debitor fiſcalis idem ſit creditor fiſci, an poſſit compenſationis exceptionem obijcere: iure communi compenſatio permittitur,ſi debitum fiſci eſt liquidum.l.fin.ff.de compenſat. ſi vero non ſit liquidum conceditur fiſcali debitori tantum tempus ad liquidandum,quantum indulgeretur ad ſoluendum.l.aufertur.§.qui compenſationem.ff.de iure fiſc.vbi Bart.not. pulchre Alex.conſi.61. in 3. cum concordan. vt per Tiraquel.de retrac.lignag.§.tertio, glo.tertia,num.11.12.13. Et compenſatio ipſo iure fit ad inhibendum pœnas, vel vſuras fiſco debitas.l. idẽ. ff.de cõp.

Intellige quãdo pro eadem ſtatione idem eſt debitor,& creditor:aliàs ſecus, ne iura diuerſorum officiorum confundantur. idque tenaciter obſeruandum eſt.l.1.C.de compenſat. pulchrè Alciat. cõſ.10.in 6.& cõſ.57. in 8. & ita ſeruatẽ.

Si tamen fiſcus ſuccederet vni,qui eſſet debitor, & creditor diuerſarum ſtationum, ratione confuſionis, fideiuſſores illius liberarentur.l.2.C.de ſolu.vbi Bal.Sal.& alij notant.

Ceſſat etiam compenſatio in compluribus alijs caſibus: veluti cum debitor eſt ex cauſa tributorum, ſtipendiorum, annonæ, aut pro pretio rei emptæ à fiſco, d.l. aufertur. §. vt debitoribus, aut pro vectigalibus.l.in ea.C. de compenſ. Item ſi exactor ſit in ſui ſpecie debitor debitoris fiſcalis compenſare nequit, & cõpẽſatio facta nõ valet,l.pe. C. de cõp.

Ceſſat etiam iure communi, in alijs cauſis compenſatio,ſcilicet cum quis eſt debitor pro alimentis,pro mercedibus, aut ex cauſa fideicõ.l.in ea.C. de cõpẽ.

16 Item decimas exigenti compenſatio non obijcitur,Alex.in addit. ad Bart. in l.1.C.de exact.tribut.lib.10.per glo. in c. de decimis.16.q.1.

17 Fiſcalis debitor lucra ſibi delata in fiſci priuilegiũ repudiare nequit,l.in fraudem.ff.de iure fiſ.vbi Bar.no. licet ſecus in debitore priuati.l.qui autem,in prin. ff.de his,quæ in frau.credi. dixi plenius in tit.de publ.bon.nu.190.vt inf.nu.38.

18 Item quamuis debitor fiſcalis, ſummatim,& executiuè conueniatur, & exigatur,vt ſupra dixi: non tamen ipſe debitores ſuos remedijs fiſcalibus executere valet, ſed illos iure ordinario coram ſuis iudicib.cõuenire debet.l. hi qui. C. de conu.fiſ.deb.lib.10.& ibi nota.quod aliqui intelligunt,niſi ex cauſa fiſcali debitum contraxiſſent.ad tex.in l. non intelligitur.§.multa.ff. de iure fiſ. Sed ego non ſimpliciter admitto, quia mutatione perſonæ,mutatur priuilegium.l.Paulus.§.1.ff.de acq.hær.l. filiusfa.ff. ad leg. Falc.Bald.in l.2.in 7.q.C.de ſer.& aq.cũ infinitis propemodum adductis per Rolan.conſ.61.in 4.Ideoque debitor debitoris fiſcalis,nec ad pœnas, nec ad carceres,immediate arctatur, niſi ſe ſubiecerit illis executionibus in forma Cameræ,Guido Papa q.208.vbi refert ita obſeruari in ea patria,& idem ſenſit Dom. Boer.deciſ.180.num.10. & ita quoque obſeruatum vidi.

19 Immo nec fiſcus executiue procedit in perſonam aduerſus debitorem debitoris fiſcalis.Sal.in l.1.C.de cõd.ex leg.

20 Debitor fiſcalis ſoluẽs in Camera fiſci, nõ aliter à fiſco liberatur,niſi ſolutionis cautio in libris annotata fuerit per Theſaurarios,& ſcribas ad hæc deputatos,nec releuabitur debitor, qui cautionẽ de recepto penes ſe habet annotatã manu ipſius Camerarij, vt eſt caſus in l. oẽs.§.ad hæc.C.de quadr.præſcri. & in l.2.C.de conu.fiſ.deb.lib.10. qui tamen tex. in hoc ſuccurrit debitori ex æquitate,vt fiſcus prius conueniat officialẽ ſuũ ſi præſens ſit,& ſoluendo, vt tradiderũt Bar.& Doct.ibi.

Intellige in debitoribus relatis,& annotatis in Camera pro debitorib. ſecus in contrahentib. qui adhuc non ſint annotati pro debitorib. nã totũ cõtractũ, & ſolutionẽ poſſunt per teſtes probare, l.& ſi inſtrumẽta.vbi Bar. ita diſtinguit.

C.de fide inſtr. lib. 10. Item non intelli-
gas in debitoribus ex cauſa tributorũ,
& onerum realium. l.2. & ll. ſeq. C. de
apoch.publ. lib.10. Facta autem cautio-
ne,vt ſupra,tutus eſt debitor,adeo vt ſi-
bi opponi nequeat de pecunia non nu-
merata, dictis iuribus. & l.ſecuritas. C.
de ſuſcep.& Anchar.vbi Bart.not.latius
ſcripſi in tit.de vend.fiſc.nu. 10.& in tit.
de official.fiſ.nu.3.

21 Inſuper quamuis de iure cõmuni de-
bitor priuati ante diẽ conueniri,& exigi
nequeat, & conuento in pęnam actoris
duplicandæ ſint induciæ. §. plus autem.
inſtit.de action.& §.temporales. inſti.de
except. attamẽ fiſcalis debitor ante diẽ,
deducto interuſurio medij tẽporis, ob
publicas neceſſitates exigi poteſt. l. 1. &
ibi glo.Bal.& Sal.C.de cond.ex lege,Af-
flict.in c. 1.in verbo vectigalia. num.51.
Quinimmo & debitoris debitor, caſus
eſt in d. l. 1. & eſt ſpeciale in fiſco ſecun-
dum Cyn.in l. 1.§.exactio.C.de rei vxo.
act.refert Bald. in Auth.bona damnato-
rum.C.de bon. dam. Remota autẽ iuſta
cauſa,ſi fiſcus conueniat debitorẽ ſuum
ante diẽ, induciæ ſibi ſunt duplicandæ.
d.§.tẽporales.licet olim actio perimere-
tur.l.iuſtas,vbi Bart.C.de iure fiſ.lib. 10.

22 Item debitor fiſcalis,obtẽto generali
ſaluo conductu,tutus nõ eſt,niſi expreſ-
ſe pro debitis publicis ſecuritatem obti-
nuerit, vt eſt expreſſum in Authent. de
mand.princ.in §.publicorum.Bal.conſil.
400.quod Iacobus,in 1.vbi id intelligit,
etiam,ꝙ debitor fugitiuus fuiſſet aſſecu
ratus à principe alieno,ſcribit Ang.con-
ſilio 23.Franc.Lucan.de fiſco nume.32.
Caſſan.de glor.mund.in 5.par.conſider.
23.nume.199.

23 Item debitor fiſcalis carceratus ad in-
ſtantiam priuati,poteſt pro debito fiſca
li ſemper arreſtari, quia fiſcus in hoc eſt
priuilegiatus.l.3.§.fi.ff.ad leg.Iul. pecul.
Bal.in terminis cõſ. 90. in fine volum.5.
Bart. in l.quoties. C. de exactor. tribut.
lib.10.& econtra, ad inſtantiam fiſci car
ceratus,poterit pro priuato debito reco
mendari.Ang.Aret. in §. eum quoque.
col.3. inſtit. de actio.Guido Papa q.61.
ſenſit Bart.in l.2.§.fin.ff.de cuſtod. reo-
rum,& in diſput.ſua Lapus.

24 Debitores fiſcales manifeſte cõuicti
non appellant.l.quoniam. C.de appella.
l. abſtinendum. C. quorum appellatio.
apud nos appellatio interpoſita non ſu-
ſpendit executionem iudicati in mate-
ria publicæ pecunię:ita practicatur,& ſę
piſsime reſcriptum fuit.

25 Debitoris fiſcalis debitor, an à fiſco
excuti poſſit: diſtingue, priuatus enim
creditor debitorem debitoris ſui excu-
tere poteſt mandatis ſibi actionibus:to-
to titulo. ff.& C. de nouatio. & delegat.
& l.1.cum materia. C. de actio. & oblig.
& l.ꝑ diuerſas,& l.ab Anaſtaſio.C.mãd.

Item dato nomine debitoris inſolu-
tũ,citra ceſſionem,vel delegationem,po
teſt creditor vtiles ſui debitoris actio-
nes intendere.l.fi.C.quan.fiſc.

Item priuatus creditor, debitore ſuo
condemnato, eoque exiſtente non ſol-
uendo, tertio ſe illius debitorem confi-
tente,vel per malitiam negante, quæ in-
continẽti edoceri poſſit, aduerſus illum
exequi poteſt.l.a Diuo Pio.§.ſic quoq;.
ff.de re iud.vbi Alex.plene ſcribit.l.2.C.
quan.fiſ.vbi Bal.& alij.

26 Fiſcus verò indubitanter in caſibus
præmiſſis ſimiliter debitorem debitoris
ſui exigere poteſt, quia vtitur iure cõi,
ſed & in trib. caſibus ſpecialibus, fiſcus
debitorẽ ſui debitoris,etiã non condem
natũ, exigit, quos recenſuit tex.in l.non
intelligitur.§.multa.ff.de iure fiſc.

Primus eſt, cùm debitor principalis
non eſt ſoluẽdo,caſus eſt ibi, & in l.non
prius.C.quan.fiſ.& l.1. C. de cond. ex le-
ge, aliàs cum debitor principalis eſt ſol-
uendo, fiſcus non agit contra illius debi
tores.l.1.ſecundum tertiam lecturam gl.
C.de fide inſtrum.lib. 10.

Secundus caſus eſt,quando ex ratio-
ne fiſci apparet debitum fuiſſe contra-
ctum,quod Bar.in d.§.multa.explicat,vt
quia cum fiſci rationale de re ad fiſcum
pertinente contraxerit, quo caſu fiſco
quæritur actio.l.quoties. in princ. ff. de
adminiſtrat.tutorum.

Tertius caſus eſt,cũ ex cõtractu fiſcali
debi-



debitores conueniuntur,d.§. multa, vt
quia ab eo mutuam pecuniam fiſcalem
habuiſſet, vel quia cum conductore re-
rum fiſcalium,vel emptore, de re ipſa fi-
ſcali contraxiſſet.Bar.ibi.

Intellige iſtos tres caſus etiam,quòd
debitor principalis non ſit condemna-
tus,ſecundum Barto.& communiter a-
lios,quamuis glo. Accurſ. aliud ſenſerit
in tertio caſu,quam Bar.improbat.

Item intellige,cum debitor debitoris
fatetur ſe eſſe debitorem,aliàs ſecus: ſic
gl.in d.§.multa.per tex. in l. ſi debitum.
C.quan.fiſ. Sed contra ſenſit glo. in d.l.
ſi debitum.Bal.verò ibi, priorem tenuit
in primo caſu. Mihi videtur ſpeciale ius
conſtitutum in fiſco in dictis tribus ca-
ſibus.

Extra illos tres caſus, fiſcus regulari-
ter non extendit actiones ſuas ad debi-
torẽ debitoris,niſi principalis ante fue-
rit condemnatus,& is ſoluendo non ſit.
d.§.multa.& d.l.non prius.vel niſi debi-
tor priuati, fiſci debitoris, ſit liquidus
debitor,d.l. ſi debitum. & not. quia ego
intelligo illam l.ſi debitum, vt ad conſi-
gnationem debitoris fiſcalis, de aliquo
ſuo debitore liquido, poſſit fiſcus illum
excutere,quod ius ſingulare eſt in fiſco,
& ita obſeruatur in Cameris huius Ser.
Dom.cui practicæ optimè quadrat tex.
in d.l.ſi debitum.nota tamen,quia con-
tra debitorem ſui debitoris fiſcus non
procedit executiuè in perſonam, vt di-
xi ſupra ex Salice.in l.prima.C. de con-
di.ex lege.

27 Item cum fiſcus agit contra aliquem
vti debitorem ſui debitoris, de illius de
bito plene docere debet, nec ſufficit, ꝙ
in libris, ſeu chartulis debitoris fiſcalis,
ille pro debitore reperiatur deſcriptus.
caſus eſt in l.inter chartulas. C. de con-
uen.fiſ.deb.lib.10.text.in l. exemplo.C.
de probat.

28 Sed coram quo iudice conuenietur,
gl.in l.2.C.de primipilo,lib.12. Reſpõ.
coram ſuo iudice, ne debitoris debitor
dupliciter grauetur. Contra vero ſenſit
text. in d.l.ſi debitum, ibi per officium
procuratoris.Et hæc practicatur.

29 Pone, debitor debitoris mei negat
debitum, nec probationes ſunt in prõ-
ptu, & à debitore meo ob illius impotẽ
tiam mihi debitum conſequi nequeo,
quomodo mihi erit ſuccurſum? Bald. in
l.2.ſub nume.3.C.qu.fiſ.dixit,quòd de-
tur curator bonis illius debitoris ſi eſt
abſens,vel defunctus, qui nomine illius
actiones intendat,ad not.in l.ab hoſtib.
ff. ex quib. cau. ma. & ipſemet creditor
poterit creari curator. l. creditor. ff. de
neg.geſt. ſi verò ſit præſens cogetur iu-
ris remedijs actiones ſuas creditori ſuo
cedere,Bald.& Sal.in l.etiam.C. de exe
cu.rei iudica.Angel.Imol. & Alexan. in
dicta l.a Diuo Pio.§. ſic quoque, nume.
quinto.

30 Quæro præterea, an pœna non ſolu-
ta, debitor fiſci teneatur ſoluere pœnas
pœnarum: breuiter de iure planum eſt
pœnarum pœnas,ſicut nec vſurarum v-
ſuras,deberi,vel exigi non poſſe l. fin.ff.
de Mag.conuen.l.prima,C.de fiſcal.vſu.
libro decimo, not.in l. finali. C.de vſur.
rei iudic.

Ampliatur, ſiue pœnæ ſint conuen-
tionales,ſiue legales,gloſ.& Barto. in d.
l. 1. Ampliatur etiam,quòd pœnæ ex pa
cto fuiſſent deductæ in ſortem. ſic gl. &
Bart.in d.l. 1. & in materia,idem Bart.in
l.2.ff.de publ.iudic.

31 Sic pari modo, vſurarum vſuræ non
debentur,l.fi.C.de vſur.l.improbum fę-
nus.C.de infamibus,l.finali. C. de vſur.
rei iudica.

Item intereſſe de intereſſe, non debe
tur.Alberi. in l.ſocium, qui in eo.ff. pro
ſocio,Ruin.conſi.55.nume.15.& conſi.
56.nume.13.in ſecundo,Dec. in c.cum
venerabilis,ext.de excep.

32 Non enim datur acceſſio acceſſionis,
glo.& Bald.in l.neque eorum.ff.de vſur.
Nec officium officij,glo. Bald. & Angel.
in l.hæres furioſi.ff.de pet.hæred. in ver
bo fructuum, & idem Bald. in l.2. C.de
fruct.& lit.expen.vbi inferũt, quòd pro
fructibus iudicis officio debitis, vſuræ
non debentur,de quo eſt caſus in l.eum
qui.in princ.ff.de indig.ſic etiam nec ſer
uitus ſeruitutis eſſe ꝑt.l.1.ff.de vſuf. leg.
Nec

33 Nec lucrum de lucro, ideoque pro augumento dotis conſtituto, & non ſoluto, non deberi vſuras dotales, quia lucrum eſt, reſpondit Corn. conſilio 240. in tertio.

Item nec pro contradote, quia eſt donatio à marito in vxorem, non deberi aliqua interuſuria, quamuis pro dote debeantur: determinatum fuiſſe refert Afflict. deciſ. 291. Et benè, quia vſuræ non debentur ex cauſa liberalitatis factæ. l. liberalitatis. ff. de vſur. & plura in propoſito cumulauit D. Decia. conſilio 49. num. 47. cum plurib. ſeq. in 2.

Et per prædicta determinatum vidi, quòd cum debitor ex cauſa libellorum decurſorum per pecuniam originaliter conſtitutorum, debitum illud in capitale deduxiſſet, nouamque penſionem libellariam addidiſſet, præcedente venditione cum retro acceptione ad libellum in forma, nihil deberi ex ea noua adiectione, nulliterque libellum illum nouiter conſtitutum fuiſſe, ad quod videtur caſus in l. 1. C. de fiſcal. vſur. & ita quandoque iudicatum vidi.

34 His accedit, quòd vbi tertius, in quē res, pecuniave debitoris fiſcalis non dolo, vel fraude peruenit, ſed iure ſuo, quia illius creditor, conuenitur à fiſco, non ad vſuras, vel pœnas tenetur, quia non ipſe debet, ſed res, caſus eſt in l. deniquc. ff. de iure fiſ.

35 Et idem generale eſt, cum quis non ex cōtractu ſuo, vel quaſi, ſed ex officio, quod ipſe, vel alius geſſit, conuenitur, vt in damnum ſortis, non etiam in vſuras teneatur, l. Lucius. §. Paulus, & l. conſtitutionibus. ff. ad municip. niſi in id conueniretur, quia pecuniam in vſus ſuos conuerterit. l. cum quidam. §. pen. ff. de vſur. Bar. ad d. l. conſtitutionibus.

36 Denique in materia debitorum fiſcalium, ſcire te volo notabile fiſci priuilegium: nam hæres debitoris tributarij onus tributorum ſubire compellitur, etiam, quod prædia ſterilia eſſent, quod ſi hæreditatem repudiare maluerit, reſtituere compellitur quęcunque de bonis illius debitoris habuit, ex quocunque titulo etiam inter viuos. caſus eſt in l. hęredes. C. de omni agro deſer. lib. 11. ſcriptores notant, & Barto. extendit ad debitores communis Peruſij: ex cuius dictis colligitur, idem ſenſiſſe etiam in debitoribus ex alia cauſa, quàm tributorū, refert Corſet. ſingulari 135. Rom. in repet. Auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. in 14. ſpeciali piæ cauſæ circa contractus, Euerard. in loco, a fiſco ad eccleſiam, in prima colum.

37 Sed vtrum debitor fiſcalis poſſit cedere bonis, & cedendo liberare ſe à debito, & à carceribus, pulchrè, & latè diſtinguit And. Iſer. in c. 1. in verbo condemnatorum, in titu. quæ ſint rega. & latius Matth. Afflict. ibi in pen. & vlt. col. Illud autem compertum eſt, debitorem fiſci ex maleficio condemnatum, nō poſſe cedere bonis, vt cedendo ex carceribus liberetur, quia in maleficijs, qui nō habet in ęre, luit in corpore, glo. not. in c. peccatum, de reg. iur. in 6. Ang. in l. 2. ff. de ceſ. bonorum, dixi ſupra in titu. de pœnis, & mulctis, nu. 33.

38 Denique quęro, an fiſcalis debitor lucra, & acquiſitiones ſibi delatas in fiſci præiudicium repudiare poſſit: ſanè priuatum debitorem id facere poſſe conſtat, per text. in l. qui autem, in princi. ff. de his, quæ in frau. cred. vbi ratio redditur, quia edictum pertinet ad diminuentes patrimonium ſuum: qui autem ſibi non acquirit, patrimonium non diminuit: ad hoc etiam tex. in l. 1. §. vtrum. ff. ſi quid in frau. patr. vbi libertus in damnum patroni lucra ſibi delata remittere poteſt, nec patronus, factum illud, vti in eius fraudem, reuocat: contra verò, in fiſco eſt text. cum gloſſ. in l. in fraudem, verſi. idem iuris. ff. de iure fiſ. & inde notant Bar. & Alber. vbi dicunt ſpeciale eſſe in fiſco, & licet Pet. de Anch. conſilio 101. colum. penul. & vlti. dixerit, non eſſe ſpeciale in fiſco, ſed ſecūdum iuris cōmunis regulas, quoniam fiſcus ex ſpeciali fiſci priuilegio debitoris bona obligata habet, l. 1. & 2. C. de priuileg. fiſ. conſequenter debitoris iura, & actiones: inferens idem eſſe in priuato creditore ha-

bente



bente generaliter hypothecata iura, & actiones ſui debitoris, & ad text. in d. l. qui autem reſpondet, procedere in creditore chirographario, & eius dicta probauit Soci. ſen. ſeu d. Franciſ. de Peppi, apud eū conſ. 76. in 4. vbi in cauſa dotis, Neguſant. de pign. in 4. part. 4. part. nu. 33. & alij relati per Soci. iun. conſi. 124. in 3. attamen communis Doctorum cōcluſio, poſt Barto. & Albe. in d. l. in fraudem eſt, vt aliud ſit in fiſco, aliud in priuato, ſicuti dixi ſupra in titu. de publ. bono. nume. 190. & text. in d. l. qui autem, locum quoque habere in priuato creditore hypothecario, ſic Ripa in l. 1. num. 7. ff. de pign. vbi tamen inquit magnam eſſe auctoritatem Pet. de Ancha. Boſ. in tit. de publ. bon. num. 29. Soc. iun. dicto conſil. 124. vbi hanc latiſſime tuetur, & contrarijs reſpondet.

39 Saluari tamen poſſet concluſio Ancha. in iuribus delatis, quæ ex lege ipſo iure acquiruntur, veluti in ſupplemento legitimę, ad tex. in l. ſcimus. C. de inofſic. teſtam. & ita in ſupplemento legitimæ, vt per filium in præiudicium creditoris priuati hypothecarij repudiari nequeat. vltra Ancha. tradidit Fabia. in repet. Authen. nouiſſima, colum. 15. C. de inoffic. teſtam. & d. Ripa loco prælegato, in legitima autem pleniſſime conſuluit Clariſſ. Dom. Menoch. conſi 77. per totum, vbi tamen ſecus videtur ſentire in ſupplemento legitimæ. Ego autem non recederem à priorum auctoritatibus etiam in ſupplemēto. Et ſi in inſtrumento debitor expreſſe obligaſſet omnia bona ſua, iura, & actiones prę ſentia, & futura, Anch. opinio tutior eſſet, ex vi illius obligationis conuentionalis.

40 Amplia, quæ dixi de fiſco, vt procedant ne dum in lucris, purè delatis, ſed etiam cōditionaliter, veluti in lucro dotali ex ſtatuto præmoriente vxore ſine communibus filijs: nam licet maritus, in præiudicium creditoris priuati, poſſit poſt mortem vxoris, & multo magis ea viuente, lucrum illud legale remittere, per caſum dictorum iurium: pro vt ſic latiſſime conſuluerunt Pariſ. conſi. 127. in primo, Soci. iun. conſi. 109. & 124. in 3. Rolan. de lucro dotis. q. 40. Fannuc. de lucro dot. glo. vltim. in princ. Diuerſum tamen eſt in fiſco, ſpeciali iure fiſci, etiā in vita vxoris: quia ex ſtatuto ius quoq; marito conditionale acquiritur. §. ex cōditionali. inſtitu. de verb. obli. & ſic deciſum fuit in fauorem fiſci Pataui. creditoris d. Io. Anto. de Miliario, qui vxore viuente renunciauerat lucro dotali ſibi ex ſtatuto delato 1586. 2. Septemb. & aduerte dum dixi de lucris ex lege delatis: nam ſi ex pacto, licet conditionale eſſet, nō poſſet debitor lucra ex pacto cōditionali ſibi debita remittere in fraudem creditorum, etiam priuatorū, quia ex contractu conditionali ius efficax acquiritur. §. ex conditionali, inſt. de verb. obliga. Tiraquel. de retr. mun. §. primo, gl. 10. num. 45.

41 Adde etiam, quòd licet debitor ipſe lucra ſibi delata remittere poſſit: non tamen eius hęres, ſic Soc. iun. d. conſ. 124. nume. 3. per tex. quem ſic intellexit in l. liberto octoginta. ff. de bon. libe.

## DE PRAESCRIPTIONIbus fiſcalibus. Tit Octauus.

1 *Præſcribitur contra fiſcum in actionibus perſonalibus, realibus, & hypothecarijs prout contra priuatum.*

*Fallit in caſibus. l. fi. C. de ſacroſ. eccl.*

2 *Præſcriptio centenaria currit contra fiſcū, in caſibus. l. fi. C. de ſacroſ. eccl.*

3 *Lex fi. C. de ſacroſ. eccl. locum habet in fiſco, & in principe.*

4 *Princeps vtitur priuilegio centenariæ præſcriptionis in rebus patrimonijſui priuati.*

*Prælatus in rebus de ſuo patrimonio non gaudet pro vt eccleſia præſcriptione 40. anno.*

5 *Lex fi. C. de ſacroſ. eccl. non eſt correcta.*

6 *Princeps ſecularis non gaudet priuilegio præſcriptionis centenariæ extra caſus l. fi. C. de ſacroſ. eccl.*

7 *Lex fi. C. de ſacroſ. eccleſ. non habet locum cum agitur contra hæredem, donatoris, venditoris, aut illius, a quo relictum fuit.*

*Præſcriptio*

8 *Præſcriptio triennalis, vel decennalis non currit contra fiſcum in rebus ſuis.*

9 *Præſcriptio non currit in ijs, quæ concernunt ſuperioritatem, & obedientiam.*

10 *Præſcribitur libertas per tempus immemoriale aduerſus ſuperioritatem Imperatoris.*

11 *Præſcriptionum in materia, cum malafides incumbit; attenditur ius canonicum.*

12 *Præſcriptioni etiam immemoriali obſtat malafides de qua vere conſtat.*

13 *Præſcribi an poſſit per inferiorem aduerſus ſuperioritatem domini inferioris.*

14 *Præſcribuntur regalia reſeruata principibus per tempus immemoriale.*

15 *Præſcriptio immemorialis, habet vim priuilegij, conſtituti, & legis.*

16 *Præſcriptio immemorialis currit aduerſus ignorantem.*

17 *Præſcriptio immemorialis, an currat aduerſus agere non valentem.*

18 *Præſcriptio immemorialis non prodeſt data incapacitate poſſidendi.*

19 *Præſcriptio immemorialis data incapacitate poſſidendi minus poteſt, quam priuilegium.*

*Priuilegium quandoque plus poteſt, quàm præſcriptio immemorialis.*

20 *Præſcriptio immemarialis iuuat ea ſola abſque tituli allegatione.*

21 *Laicus ex ſui perſona eſt omnino incapax ſpiritualium.*

22 *Præſcriptio immemorialis quemadmodum proſit laicis in decimis eccleſiaſticis.*

*Decimæ per laicos, an præſcribantur per earum exactionē temporis immemorialis ibidem, & ſub nu. 18.*

23 *Præſcriptionem immemorialem allegantis onus probandi incumbit, & de modis articulandi, & probandi.*

24 *Præſcriptionis immemorialis litis pendentia, & probatio non impedit fiſcū, & principem interim vti iure ſuo.*

*Litis pendentia ſuper præſcriptione immemoriali contra ius non interim impedit fiſcum, & principem vti iure ſuo.*

25 *Præſcriptio immemorialis non prodeſt cum conſtat de titulo nullo & vitioſo.*

*Titulus nullus, & vitioſus de quo vere appareat, impedit effectum præſcriptionis immemorialis.*

26 *Solemnitas præſumitur in antiquis, niſi ex facto conſtet, rem minus ſolemniter geſtam.*

27 *Tollerantia ſuperioris diuturna confirmat titulum aliàs inualidum.*

*Scientia officialium principis in ijs, quæ ad illorum curam pertinent nocent domino.*

28 *Præſcribitur exemptio a ſolutionibus vectigalium per ſpacium 40. ann.*

29 *Præſcribitur exemptio a ſolutione decimarum eodem tempore: item & a ſolutione collectarum, declarando tamen vt ibi.*

*Præſcriptio quadragenaria non currit aduerſus Dominum ignorantem in iuribus ſcilicet incorporalibus.*

30 *Exemptio a ſolutionibus vectigalium non præſcribitur ſingulariter per vnum, vel aliquos ſi alij ſoluerint.*

31 *Præſcribuntur bona fiſco delata, non tamē incorporata ſpatio triennij, & decennij.*

32 *Præſcribitur in quærendis contra fiſcum generaliter ſpatio 20. ann.*

33 *Præſcribitur annis xx. vt de delicto amplius quæri non poſſit.*

34 *Fiſcus poſt 20. annos non poteſt exigere pœnas condemnatorum, pœnas fiſcus non exigit poſt annos 20.*

35 *Pœnæ an in foro conſcientiæ debitæ ſint.*

*Præſcribatur an contra fiſcum in pœnalibus a poſſeſſore malæfidei.*

36 *Bona non confiſcantur, etiam in criminibus priuilegiatis poſt annos 20.*

*Præſcribitur contra fiſcum, vt poſt annos 20. nō poſſit reus pro delicto inquiri, nec eius bona infiſcari, etiam in criminibus priuilegiatis.*

37 *Publicari an poſſint bona poſt quinquennium a die criminis commiſſi.*

38 *Præſcribitur in commiſſis per quinquennium contra fiſcum.*

39 *Præſcribitur contra fiſcum ſpatio quinquennij in criminibus priuilegiatis poſt mortem delinquentis, quo ad hoc, ne bona confiſcentur.*

*Publicari non poſſunt delinquentium bona poſt quinquennium, a die mortis eorum.*

40 *Præſcribitur aduerſus fiſcum quadriennio in quærendis, poſt denunciam factam.*

41 *Litis conteſtatio facta in vna cauſa non interrumpit præſcriptionem in alijs cauſis etiam ad commodum fiſci.*



42 *Præſcribitur aduerſus fiſcum Romanæ Eccleſiæ in rebus immobilibus non niſi ſpacio centum annorum, contra verò aliarum eccleſiarum ſpacio 40, annorum.*

*Fiſcus Romanæ Eccleſiæ gaudet præſcriptione 100. annorum.*

43 *Rom. Eccleſiæ in cognitionibus maleficiorū præſcribitur 20. annorum.*

44 *Mobilia Eccleſiarum inferiorum, & fiſci ſui præſcribuntur ſpacio triennij.*

45 *Mobilia Eccleſiæ Romanæ, & eius fiſci non vſucapiuntur triennij ſpacio.*

46 *Præſcriptio non currit in pœnis ſpiritualib.*

47 *Præſcribit fiſcus prout priuatus, præter caſus in l. 2. C. de quadrien. præſcrip.*

*Fiſcus actiue præſcribit vti priuatus.*

48 *Dominia rerum Eccleſiarum inferiorum, an conſiſtant penes eas, vel apud Papam.*

SVPEREST, vt videamus quanto tempore præſcribantur res, & actiones fiſcales, quā materiam pertractauit Bar. in l. in omnibus. ff. de diuerſ. & temp. præſcri. Abbas in cap. cum nobis, extra de præſcrip. colum. 2. Ange. Aret. in §. res fiſci, inſtit. de vſucap. Sal. in l. 1. C. de quad. præſcri. Balbus in tract. præſcriptio. in 2. par. 5. par. princip. in quo ſanè tractatu, primò videndum eſt, quid in fiſco ſeculari: ſecūdò quid in fiſco Eccleſiæ.

Et communis diſtinctio eſt, quia aut quæritur de rebus, & actionibus fiſco incorporatis, & acquiſitis: (ſic enim incorporata accipio) aut de rebus, & actionibus delatis, & non incorporatis, ſed quærendis.

1 Primo caſu concluſio ſit: Perſonales actiones fiſco competentes, item & reales, pro re per tertium poſſeſſa, ac hypothecariæ pręſcribuntur ſpacio triginta, & quadraginta annorum, prout præſcribitur contra priuatum: ad tex. in l. omnes, & in l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. triginta anno. gl. in d. §. res fiſci, quam ſequuntur Faber, Ange. & alij, Barto. poſt glo. in d. l. in omnibus, Bald. & Sal. in d. l. 1. Areti. conſil. 154. colūm. vltima, Boer. deciſio. 264. nume. 21. Balb. loco pręcitato, & in ſpecie ſub hoc Sereniſſ. Domin. extat Senatuſconſ. diei 11. Iunij 1496. quo cautum fuit, vt poſt annos 30. inquiri non poſſit contra pacificos poſſeſſores bonorum ſub prætextu, quòd ea bona ſint Sereniſſ. Domi. & indebitè vſurpata, quod etiam confirmatum fuit 1506. & nouioribus temporibus, ſic etiam in pleno Excelſo Collegio fuit reſponſum: primò Magnificis Oratoribus Brixiæ 1575. 22. Februarij, mox, & deinde Magnifi. Oratoribus Veronę 1578. 7. Nouemb. in materia bonorum cōmunalium, & generaliter protenſum ſub toto Sereniſſ. Dominio.

2 Fallit in rebus venditis, donatis, ac per vltimam voluntatem relictis: nam in his fiſcus, non niſi præſcriptione cētum annorum, excluditur, l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. quæ quidem lex etiam in fiſcalibus procedit, ſecundum Ioan. Cuius opinioni adhæruit Accur. ibi, nec diſſenſit Barto. Clarè autem Bald. in ſecunda colum. Sal. itidem, & d. Iaſ. colum. prima, Bart. in d. l. in omnibus. Areti. in d. §. res fiſci. Balbus loco dudum allegato, num. 3. & alij relati infra nume. 32. quamuis Pau. Caſt. in d. l. fin. colum. pen. aliud videatur ſenſiſſe, ſed prior opinio eſt communiter recepta.

3 Quæ & ex alia communi iuuatur, nēpè, vt lex illa in caſibus illis priuilegiatis, locum quoque habeat in Imperatore, & quocunque alio Principe ſupremo, ſuperiorem non recognoſcente, habente iura fiſci, in rebus, & bonis, quæ vti princeps habet. Alexan. conſ. 24. nume. 17. & ſeq. in 5. Soc. iun. conſil. 65. nume. 4. in primo, Crauetta, de antiq. temp. in 4. parte, in §. abſolutis, nume. 36. & 37. & pluribus ſequen. nil mirum, quia hæc iuris fiſcalis eſſe cenſentur, ſicuti dixi in princ. primæ par. nume. 8.

4 Quinimmo arbitror, Principem ea prærogatiua vti etiam in bonis, quę ſunt patrimonij priuati, prout in ſpecie voluit Paul. Caſt. conſi. 106. circa, colum. 2. in 2. ſenſit Soc. iun. d. conſi. 65. nume. 5. & 6.

& 6. quamuis Crauet. dicto loco nume. 33.& 34. contra Paul. deciderit, adductus ſimili, quia Epiſcopus, & prælatus eccleſiæ in bonis de ſuo patrimonio, nõ vtitur priuilegio eccleſiæ, circa præſcriptionem, ſed iure communi, glo. in cap. poſſeſſiones, 16.q.4. quam ſequitur Iaſ. poſt Salyc. in Authen. quas actiones, colum. fina. C. de ſacroſan. eccleſ. cum alijs ab eo adductis: nam eiuſmodi ſimile nihil concludit, quia princeps vtitur priuilegijs fiſcalibus in rebus ſuis. l. fiſcus cũ in priuati, in fine, ff. de iure fiſc. & l. fin. C. de quadri. præſcript. dixi ſupra in titulo priuilegia fiſci, nume. 4. Ideoque diſſimilis eſt ratio, vt ex his patet, idem tamen, quod Crauet. cenſuit Didac. in c. prętenſo, par. 2. §. 2. ſub nume. 3. Menoch. conſil. 201. nu. 131.

5 Rectè tamen cenſeo, ſenſiſſe d. Crauet. vnà cum Alexand. in præfato conſil. contra Boerium in deciſio. 264. nume. 22. videlicet dictam legem finalem, C. de ſacroſan eccl. in illis tribus caſibus priuilegiatis de præſcriptione 100. annorũ perdurare. nec correctam eſſe per auth. ſequentem, niſi quo ad eccleſias inferiores ab Eccleſia Romana: ſic enim communiter concluditur in d. Authen. quas actiones: quamuis ea Boerij opinio iuuetur auctoritate Saly. in illa Auth. & in l. 1. C. de quad. præſcrip. ſed contra præmiſſa obſtat deciſio Bald. & Ange. in l. 2. C. commu. de vſucapi. vbi determinant abſolutè, quòd contra fiſcum ſecularem non currat præſcriptio niſi centenaria, prout nec contra fiſcum Eccleſiæ Rom. volentes propterea, quòd

6 Princeps ſecularis in pręſcriptionibus gaudeat priuilegio Eccleſiæ Romanæ, & idem Bal. in l. ſicut, colum. fi. C. de præſcrip. 30. annorum, & in l. 1. colum. 2. C. de annali excep. Alexan. d. conſi. 24. in 5. mouentur auctoritate glo. in §. vt autem lex. in Authẽ. de non alien. ſequitur Fel. in c. ad audientiam, num. 30. ext. de pręſcriptio. & huius quoque opinionis fuit Caſſan. conſi. 66. ante nume. 39. adducit tex. in l. 1. 2. & 3. C. ne rei Dom. vel tẽpl. & in c. 1. §. præterea, in tit. de cap. contr. vbi amplius voluit, quod nec etiam obſtat centenaria pręſcriptio, & in nominibus debitorum deſcriptis in libris, & regiſtris fiſcalibus, quòd non obſtet fiſco præſcriptio 30. annorum, tradidit Afflict. poſt Iſer. in c. 1. num. 9. in titu. de Capita. qui cur. vendidit. ſed certè gloſſ. non dixit id, ad quod allegatur, ſed tantum de caſibus, in quibus loquitur dicta lex finalis, & ſi aliud dixiſſet, malè, quia Princeps, & Principis ſecularis fiſcus, extra illos caſus priuilegiatos vtitur in præſcriptionibus, iure communi: ſic Henricus Boich in c. diligenti, in fine, extra de præſcrip. & concluſum, ac ſeruatum fuiſſe refert Guido Papa q. 416. Boer. dicta deciſ. 264. nume. 25. Balbus loco præallega. num. 5. latiſſime omnium Crauetta præcitato loco, nu. 39. vſque ad num. 48. Ego autem vidi in iſta Camera ſæpius obſeruatum, vt actiones perſonales contra debitores in libris Cameræ deſcriptos, & eorum bona exerceantur etiam poſt annos 40. 50. 60. & vltra. illa autem Caſſan. conſultatio ſupra relata aperte repugnat communi ſcribentium, & gloſſatorum intentioni, in illis iurib. & ſicuti etiam aduertit ipſemet ſub nu. 37. poſt hæc ſcripta, reperi Ioan. Bapti. Ferret. in conſi. 41. num. 1. vbi expreſſe inquit, quòd aduerſus Sereniſſi. Rempu. Venetam, & eius Cameras fiſcales: quia nullum recognoſcit ſuperiorem, nõ currit aliqua præſcriptio, niſi centenaria, & cum bona fide, ſicuti dicitur de Camera Imperiali, & de Eccleſia Romana, in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccle. adducit Ang. in d. l. 2. C. ſi aduerſ. vſuca. & Alex. conſi. 84. colum. 2. in primo, & amplius voluit, quòd quatenus eſſet decurſa centenaria præſciptio, Reſpublica ſit reſtituenda in integrum: quod nota, quia nullibi legi, aduerſus centenariã dari reſtitutionem.

7 Notandum tamen eſt, quod illa lex finalis. C. de ſacroſ. eccleſ. de præſcriptione centenaria, pro rebus venditis, donatis, & per vltimam volũtatem relictis: locum quidem habet, cum agitur cõtra venditorem, donatorem, hæredem re-





linquentis, ſeu aduerſus illorum hæredes: ſecus verò, ſi tertius rem poſſideat: nam hic licet ſingularis ſucceſſor, ab illis cauſam habens, præſcribit ſpatio 30. & 40. annorum aduerſus ciuitatem, fiſcum & Principem, ſic poſt glo. in d. l. fi. tradiderunt Gul. Cum. & Bal. in 2. col. Iaſ. nu. 20 Ang. & Imol. in l. vſucapionẽ. ff. de vſuc. Alex. conſi. 16. nu. 20. in 5. Cra. qui alios refert loco proxime adducto. nu. 47.

8 Secunda concluſio, res fiſci, per tertiũ poſſeſſorem, etiam titulatum, & cũ bona fide non præſcribitur triennio, vel decẽnio, prout res priuatorum. l. iampridem. C. commu. de vſuc. §. res fiſci, inſti. eo. & no. gl. vtrobique, & ſenſerunt Bar. in d. l. in omnibus. Ang. Are. in d. §. res quę. Abbas in d. c. cum nobis, & Saly. in d. l. 1. C. de quadr. præſcri. dum diſtinguũt inter quæſita fiſco, & inter quęrenda, & incorporanda. eſt verum ꝙ Pau. Caſt. in d. l. fi. col. pẽ. in diſcurſu aliud ſenſit: per tex. in d. l. in omnib. & male, quia tex. ille iuxta cõem intelligẽtiã loquiť in ĩcorporãdis.

9 Tertia cõcluſio, in his, quę cõcernunt obedientiam, ſuperioritatem, præeminentiam, & ſubiectionem, priuatus nunquã præſcribit aduerſus Principem ſuũ, & illius fiſcum, veluti in ſolutione cẽſus, tributorũ, & recognitione dominij, ad l. comperit. C. de præſcri. 30. & 40. ann. c. cum ex officij. ext. de præſc. & c. cum inſtantia, ext. de cẽſib. Inn. in c. auditis, extra de pręſc. pręclare Abb. in d. c. cũ nobis, nu. 11. & in c. cum non liceat, & in c. ad audientiam, in fi. ext. eo. Affli. notabiliter in c. 1. in verb. & palatia, num. 20. in tit. quæ ſint regal. Guid. Pap. deciſ. 416. & ex multis firmauit Bellam. conſi. 10. nu. 6. & ſequ. & in ſubdito, ꝙ non poſſit præſcribere iuriſdictionem domini. Bal. in l. 1. nu. 25. C. de ſerui. & adde ꝙ præcitati Doctores intelligunt, vt pręſcribi nõ poſſint hęc, etiam per tempus immemoriale 100. annor. & vltra eos Cy. & Saly. in d. l. comperit: quorum opinionẽ probauit Egid. Boſius in titu. de fiſco, nu. 56. cum ſeq. & ſenſit Bar. in l. licitatio. §. earum, ff. de publican. & eſt communis, & approbata concluſio, vt inquit Vldaric. Zaſius conſi. 16. nume. 12. Balb. de præſcri. in 2. par. 5. par. princip. ſub nu. 7. vbi tamen intelligit reſpectu Papæ, vel ſupremi principis, ſed contra inferiores dominos præſcribi poſſit: ex dictis per D. Abbatem in d. cap. ad audientiam, in vlti. colum. intellige, in dominis recognoſcentibus ſuperiorem, non habentibus fiſcalia, & iura Principis, alioquin nec aduerſus iſtorum ſuperioritatem, ſubditus præſcriberet, & ſic decidit Bar, Soc. conſ. 166. colum. vlt. verſi. ſed clarum, in ſecundo, & in eodem caſu in primo vol. conſi. 86. colum. vlt. hanc etiam concluſionem firmauit D. Iaſon. in l. imperium, colum. 9. & 10. ff. de iuriſd. omn. iudi. & eſt veriſſima concluſio in priuato ſubdito recognoſcente dominum ſuum in ſuperiorem, vt aduerſus ſigna ſubiectionis præſcribere nequeat: quamuis per tempus immemoriale, aduerſus cenſus, & tributi præſtationem, in recognitionem ſubiectionis præſcribi poſſe, reſponderit idem Iaſ. conſilio 208. colum. 1. & 2. in 2. Sed malè, vt ex ſupradictis: nam præmiſſa iura enixe in his prohibent præſcriptionem, ideoque nec immemorialis currit, ſicuti per ea, poſt Butr. Abbatẽ & alios tradidit Felyn. in c. accedentes. num. 16. extra de præſcr.

10 Quarta concluſio, libertas per tempus immemoriale præſcribitur aduerſus ſuperioritatem Imperatoris, per Reges, Principes, Reſpublicas, & Ciuitates liberas, illum non recognoſcentes in ſuperiorem, & qui per tantum temporis ſpatium illum in ſuperiorẽ non recognouerunt: ſic enim cõcludũt communiter maiores noſtri, vt ſupra retuli in primo lib. tit. 2. num. 59. & 60. ideoque dicebat Ange. in l. hoc iure. §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſtiua, quòd ſi nobilis per tẽpus immemoriale per ſe, & ſuos, vſus ſit abſoluto imperio in aliquo loco, fundatam habeat intentionem, quãuis non oſtendat titulum ſui priuilegij, & conceſſionis: ſequuntur Deci. conſi. 85. col. 2. Cur. iun. conſi. 158. num. 11. Ripa in capit. decernimus, nume. 33. extra de iudi. Roland. conſilio 89. numero 9. & 10.

in 2. Intellige non quòd præſcribatur ſuprema Imperatoris auctoritas, ſed vtilis iuriſdictio ſubalternata directæ, quo ad omnia præſcriptionis commoda, acquiratur præſcribenti, veluti pulchrè explicuit Bald. in Auth. quas actiones, nu.14.C.de ſacroſ.eccl. Inno.& Archidi. ab eo relatos, quod ea, quę ſunt de ſupremo Imperio à nullo inferiore præſcribi poſſunt: nã præſcribẽs efficeretur maior ipſo principe, & illum delinquentem punire poſſet, quod abſurdum eſt, quia ſupremus non poteſt habere aliũ ſupra ſe: Bal.conſi.300.ad euidentiam, in 5.

Sed aduerte, quòd licet præmiſſa cõcluſio ſecundum rõnes iuris ciuilis vera ſit, quia eo iure mala fides non nocet in præſcriptionibus iſtis longiſſimis, attamen inſpecto iure canonico, quo malæ fidei poſſeſſor nullo tẽpore pręſcribit, c.fi. ext.de præſc.c.poſſeſſor. de regu.iu.in 6.

11 Quod quidẽ ius canonicũ in tali materia, quia peccati eſt, obſeruãdũ quoq; eſt in foro ſeculari, ex doctrina Barto. & Bal.cõiter recepta in l. priuilegia. C. de ſacroſ.eccl.Corn.conſ.116.in 4. Ripa in repe.c.cum eccleſia, nu.117. extra de cã poſſe.& propri.Nat.cõſi.226.nu.4.& D. Cępha.conſ.40.ſub nu.26.Proinde videtur, ſecũdum leges canonicas, obſeruandas etiã in foro ſeculari, poſſeſſorẽ malę fidei nullo tẽpore præſcribere: & in ſpecie poſt plures. ꝙ præſcriptio, etiã mille annorũ, non proſit malęfidei poſſeſſori: ſcripſit Ferett.d.conſi.41.nu.5.& idem quoq; ſcripſit in cõſi.179.ſub nu.13.vbi in ſpecie interpretatur leges, & partes huius Sereniſſ.Domi.editas in fauorem illorum, qui poſſederunt bona per ſpacium annorum 30.vt non viuent malæ fidei poſſeſſores, & qui conſcientiam rei alienę habuerunt: adducit, quia conſtitutio permittens poſſeſſorem malę fidei præſcribere, eſt ipſo iure nulla. Abbas & alij in c.fi.col.2.& 3.extra de præſcr.

12 Et licet Filip.Dec. in l. traditionibus. col.3.C.de pact.& in conſi. 638. colũ.1. in fine, & Cur. iun. conſil.52. colum.4. ſenſerint malam fidem non obſtare præſcriptioni immemoriali ꝑ aliqua ab eis adducta: attamen malè loquuntur, cum conſtat ab initio de mala fide vera, quia iura illa canonica abſolutè dicunt, nullo tempore currere præſcriptionem, idcirco indiſtinctè intelliguntur etiam in perpetuum, & ita in vera mala fide conſentiunt communiter maiores noſtri, gloſ. in cap.primo, in verbo, niſi de præſcriptio. in 6. quam ibi ponderauit Philip. Franc.colum.vlt.& adduxit Afflict.in deciſio.368.col.vlt.Ange.Areti.in §. furtiuæ, inſtitu.de vſucapio. vbi quod nec in æternum, & cõſuluerunt Oldra.de Cur. & Barthol. de Vulpis de Soncino apud Calcaneum, conſi.6.& conſi.52. Alexandrin. conſi.13. colum.4. quos refert ad hoc, & ſequitur Crauet.in conſ.146.colum.ſecunda, de antiq.temp.in 4. parte, in §.materia iſta.quæſtio.13.& vltra præfatos auctores, idem quoque firmarunt Balb.de præſcript.in 2.par. 3.par.principal.quęſtio.7.nume.4.Cępha.dicto conſilio 40.num.15.Bologner. in repetitio. l.nemo poteſt, nu.236.ff. de leg.1.Vaſq. & alij relati per M. D.Tullium Petrozanum Mantuanum in ſuo eleganti conſilio edito pro Monacis S. Benedicti, mihi num.173. ſed & præter ſupraſcriptos auctores, addo ego Bartho.Cępol.in tracta.ſeruitu.vrban.c.20.in 1.col.Aret.cõſilio 102.colum.pen.& conſi.153. conſultatio, in fine, Fely.in cap. vigilanti, col. pen.& vlti.ext.de præſcriptio. Ripa poſt Iaſo. ab eo relatum, in repe. d.c.cum eccleſia, nume.99.Paril.conſil.66.numero 128.in tertio, & Ioan.Bapt.Ferret. d.conſilio 179. numero 13. Quocirca attenta communi iſta concluſione, parum iuuaret communis illa relata concluſio, quia malæ fidei replicatio elideret præſcriptionis obiectionem, & indubitanter cum de vera à principio mala fide conſtaret: Immo etiam, quòd agatur de præſumpta mala fide, cum ea ex facto tanta ſit, vt præponderet bonæ fidei præſumptæ ex curſu temporis: adhuc malæ fidei ratio præſcribenti obſtat, ſic poſt Felyn.tradidit Crauetta in locis proximè adductis, vbi quoque adducit Boeri. in dicta deciſione 211.columna ſexta.





Adde etiam, quod libertas pręſcribitur, cum inferior facit ea, quæ ad ſuperiorẽ pertinent, & faciendo ſe cõſtituit in poſſeſſione, vel quaſi, eorum actuum. Cæterum ſi dominus, cui ab inferiore, vel à vaſallo ſeruitia aliqua, aut officia, vel obſequia debebantur, ea non poterit, quia ſibi opus non fuit, vel aliter indigentiæ occurrenti prouidit: nunquam ille pręſcribit libertatem, quia præſcriptio non currit ſine poſſeſſione: ſic pulchre ex Barto.colligitur, in l.cum ſcimus.C. de agricol.& cenſ.lib.11.not.Bal. in c. ex parte Adæ, colum.3.ext.de teſtib.Abb. in d.c. ad audientiam, colum.vlt.ext.de præſcr. Fel.ibi colum.6.ver.& in quantis, Abb. Aluaro.in c.1.§.licet, colum.2.in titu. ſi de feudo fu.contr.pulchre Iaſ.in l. falſo. C.de diuer.reſcript.Caſſan. conſi.4. vbi latè, & eleganter, & loquuntur etiam in præſcriptione immemoriali.

13 Sed vtrum præſcribi poſſit aduerſus ſuperioritatem Domini inferioris, puta prælatus aduerſus Epiſcopum iure ordinario ſibi ſuperiorem, vt ei nõ ſubſit, ſed Papæ, & ſimiliter in dominis temporalibus, ſcripſerunt Canon. in d.c. cum non liceat, Balb.in d.ſuo tract. in 1.part. 5.par.prin.nume.91.

14 Quinta concluſio: Regalia reſeruata Principi, ac illius fiſco in ſignum ſingularis priuilegij, qualia ſunt, exactiones, vectigalium, creare Tabelliones, legitimare naturales, & ſpurios, monetas cudere, & huiuſmodi plura, de quibus in c.1.in titu.quæ ſint Regal.cum accumulatis per ſcribẽtes ibi, & per Caſſa.de Gloria Mun.in 5.par.conſiderat.24.Hæc enim per vſum temporis immemorialis præſcribuntur, & acquiruntur.

15 Quia vſus tanti temporis habet vim priuilegij.glo. in cap. ſuper quibuſdam, in §.præterea.ff.de verborum ſignific.& vim conſtituti, & pacti, l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff.de aqua quotidi. & æſtiua. immo & vim legis.l.1.§.fi. & l.2.§. idem Labeo.ff.de aqua pluu.arc. & tantæ eſt poteſtatis, quòd inducit præſumptionẽ iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, ſicuti dixi in primo lib.titu.2.numero 65.adeo, vt omnia quæſibilia priuilegio, quærantur præſcriptione tanti temporis, ſicuti argumentatur Oldrad.conſi.172.quia ferè omnes: cum alijs adductis per Dec. conſilio 534. colum.prima, & ſecunda. Et in terminis, hæc ſic præſcribi, tradidit Barto.in l.ſi publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publican.Abb.in d.c. cum nobis, colum.pen.Guido Papa, quæſt.514. vtrum Barones, Iacob. in ſua inueſtitu. in verbo confiſcationes, & in verbo fluminibus. Afflict.in d.c.1. in verbo vectigalia, nume.20. vbi in vectigalibus, & in monetis, idem Afflict. in verbo monetæ, colum.1.Balb.de præſcriptio.in ſecũda par.5.par.princ.nume.24.& conſulẽdo tradiderunt Bald.conſi.11.in 2.Soc. iun.conſi.76.nume.55.in primo, & cõſ. 6.in 3.Menoch.d.conſi.201.num.128. intellige cum agitur de præſcribẽdo vectigalium perceptionem, quæ nulli competeret, & ſic aduerſus ſupremum, ſecus ſi aduerſus inferiorẽ, cui ex priuilegio, aut ex conſuetudine hæc competerent: nam aduerſus hunc, cum titulo, & bona fide præſcriberetur ſpacio longi temporis, Barto.in dicto §.ſi publicanus, pulchrè Cępola in nouis, conſilio 34. numero 26.

16 Amplia, vt pręſcriptio huiuſmodi immemorialis currat etiam aduerſus Principem ignorantem, adeo, vt de domini neſcientia inutiliter obijciatur, *Salyc.in* l.vectigalia.C.noua vectigal. Alex.conſ. 8.colum.pen.in 1.& conſi.24.nume.15. in quarto, Felyn.d.c.cum nobis, numer. 3.Dec.conſilio 496.numero 5.Balb.loco proxime adducto, nume.19.cum pluribus cumulatis per Roland. conſil. 89. numero 9.in 3.dixi in primo libr.titu.2. nu.66.& nunc addo Ferr.conſ.124.nu. 5.& conſi.142.nu.4.

17 Immo etiam currit aduerſus eũ, qui agere nequiuit, adeo vt in præſcriptione immemoriali ceſſet regula l.1.§. fin. C.de annali excep.ſic Socin.iun.d.conſil.76.num.85.cum ſeq.in primo. Quod tamen dictum perpetuum non eſt, nec locum habet in ijs, quæ ordine ſucceſ-

ſiuo de vno in alium deferuntur. veluti in fideicommiſſar. feudalib. & maiorati bus, ſicuti determinarunt Doctores noſtri ſecundum varias cauſarum figuras in facto eis oblatas, Bal. conſi. 215. proponit in 2. vbi in feudalibus, And. Iſern. & Aluarot. in c. 1. §. hoc quoque, in titu. de ſucceſ. feudi. Sal. in l. cum notiſſimi. §. in his, colum. pen. C. de præſcrip. triginta annorum, Corn. conſi. 43. num. 13. in 2. Alexan. conſi. 59. in 3. Dec. conſi. 267. nume. 4. & conſi. 445. nume. 46. & 468. in fine, & iterum 498. nume. 22. Afflict. poſt And. Iſer. in cap. 1. §. quid ergo, nu. 20. in titu. de inueſt. de re aliena. Rub. Alex. conſi. 13. nu. 13. & conſi. 184. Gra. conſi. 101. num. 42. in 2. Soc. iun. conſil. 126. nu. 27. in 1. Pariſ. conſil. 23. nu. 199. in 1. & idem etiam tradiderũt Crotus, Ripa, Ferd. & Modern. in rep. §. Diui. ff. de leg. 1. Arius Pinel. in repet. Auth. niſi triennale. nume. 49. C. de bon. mater. & nouiſſime in cauſa Montis Ferrati, Ioã. Bapt. Vincemal. conſi. 1. nume. 190. & ſequen. & Ioan. Gallic. in conſi. ſeq. nu. 99. & 100. inſerta inter conſilia feudalia nouiter impreſſa, & vltra eos, Hiero. Gab. conſi. 163. num. 16. & 17. Cęphalus conſi. 464. nume. 12. & eſt in his in practica recepta concluſio.

18 Sed contra præmiſſam concluſionẽ, efficaciter obſtare videtur dictum Ioã. Mon. in c. 2. de præben. in 6. quem ibi ſequitur Ioan. And. quatenus concludũt, laicum per tempus immemoriale præſcribere non poſſe ſpiritualia, & eis annexa: quia illorum eſt incapax, quamuis ex priuilegio Papæ illa habere poſſit, quia nulla temporis præſcriptio facere poteſt capacem eum, qui ex conditione ſuæ perſonæ incapax eſt, licet priuilegiũ ſic; ſecutus eſt Cardina. Zabbar. in conſilio 57. propoſita quæſtion. vbi in iure conferendi, licet per tempus immemoriale per laicum poſſeſſum, vt ea temporis præſcriptio laicis non opituletur, & in decimis prædialibus, idem Cardinal. per laicos poſſeſſis, in conſi. 88. capitulũ Ciuitatenſe, per tex. in c. cauſam quæ, extra de præſcr. & in terminis, quòd laici poſſidentes per ſe, & ſuos auctores, decimas prædiales, quamuis per tempus immemoriale, non ſint tuti aduerſus diœceſanum, ſeu parrochialem vendicantem ius decimandi, niſi doceant de priuilegio Papę, aut de conceſſione ſibi facta, ante Concilium Lateranenſe, de quo in c. prohibemus, ext. de decimis, determinauerunt Hoſtien. & Ioan. Mon. in cap. cum apoſtolica, extra de his, quæ fiunt à prælat. Archidiac. in cap. 2. de decim. in 6. per rationem prędictam, & per tex. in d. c. cauſamque. Addo quòd illud dictũ Ioan. Mon. & Ioan. And. ſecutus eſt, vbique Abb. Panormi. in cap. quanto, in 1. not. extra de conſuetu. vbi infert, quòd inferior nullo tempore etiam immemoriali præſcribere poſſit ea, quę ſunt ordinis epiſcopalis, quia illorum eſt incapax, quamuis præſcribere poſſit ea, quæ ſunt dignitatis, & iuriſdictionis: & idẽ Abb. in cap. fi. nume. 15. ext. eo. vbi idem dicit de conſuetudine, quod de præſcriptione, & idem quoque in c. quod ſicut, nu. 6. extra de electio. & in cap. ſacroſancta, colum. 2. & in cap. Maſſana, nume. 4. per illa iura, ext. eo. tit. & idem Abbas in d. cap. cum apoſtolica, nume. 12. & in cap. nouit. nume. 22. ext. de iudic. & melius in d. c. cauſam quę, vbi per illum tex. colligit, quod ſupra dixi, laicos, quãuis per tempus immemoriale poſſidentes decimas Eccleſiaſticas, non illas præſcribere, quia incapaces ſunt eas habere ſine titulo, & priuilegio Eccleſiaſtico.

19 Vnde infert, data incapacitate perſonę, plus poſſe priuilegium, quàm pręſcriptionem immemorialem: nam priuilegium à ſupremo conceſſum habilitat incapacem, capitulo quamuis, & ibi not. extra de decim. l. quidam. ff. de re iudica. præſcriptio verò non, dicto cap. cauſam quæ, & ſequitur Felyn. ibi, & idem Fely. in capitulo accedentes, numero decimo quinto, extra de præſcription. & ante eum Andr. Barbat. conſilio trigeſimoquinto, columna ſecunda, in ſecundo, vbi ex pluribus concludit, quæſibile per priuilegium, non eſſe quęſibile per præſcriptionem, data incapacita-





te poſſidendi, ex parte præſcribere volentis, ſecutus eſt Franc. Balb. poſt alios per eum relatos, in d. prima par. 5. part. principa. num. 55. Pariſ. conſi. 101. num. 107. in 1. vbi in decimis. Rebuf. in tracta. de decim. quæſt. 13. nume. 64. Quamobrem videtur, quòd priuati, qui ex conditione ſuarum perſonarum incapaces ſunt, habere iura iſta regalia principibus reſeruata, nec illa quoque per præſcriptionem immemorialem ſibi acquirere poſſint.

20 Pro ſolutione difficultatis, notãdum eſt, elegans verbum Barto. in l. cum de in rem verſo, colum. 2. verſic. veniamus ad ſecundum. ff. de vſur. quatenus concludit, quòd vbi quis fundat intentionẽ ſuam ex ſolo curſu, & vſu temporis immemorialis, non habet neceſſe docere de titulo ſuo, nec titulum allegare, prout cum fundat intentionem ſuam in minori tempore, adducit tex. in d. l. hoc iure. §. ductus aquæ, & in l. 1. §. fina. ff. de aq. plu. arc. & in cap. 1. de præſcriptio. in 6. Quod tamen non adeo verum videtur, quia iuris præſumptiones debent allegari, licet eas probare neceſſe non ſit. l. ſi adulterium. §. ijdem Pollioni. ff. de adulte. Iaſ. ex multis in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

21 Secundò aduertendum eſſe cenſeo, quòd laicus ex ſui perſona omnino incapax eſt ſpiritualium, d. cap. ſacroſancta, d. cap. Maſſana, ext. de elec. & d. cap. cauſam quæ, ext. de pręſcrip. & in illis iuribus pleniſſime notatur, & 16. quæſt. 7. cap. primo, adeo, vt nec conſuetudine induci poſſit, vt laici ſpiritualia tractent, ſicuti poſt Io. And. concludit Abb. d. c. fina. nume. 15. extr. de conſuetud. & eſt caſus, in d. c. Maſſana: nil mirum ergo ſi, quod ad hæc, præſcriptio immemorialis laicis non proſit: priuilegium verò Papæ ſic. Priuatus autem in his, quæ regalia ſunt, quia hæc pro ſui natura ad laicos pertinent, non omnino eſt horum incapax, ſed tantum prohibetur reſpectu ſtatus priuati, idcirco immemorialis præſcriptio ſibi prodeſt, ad hoc text. in c. 1. de præſ. vbi licet epiſcopus decimas alterius Diœceſis ſine titulo poſſidere nequeat, & ſimiliter vna parrochialis alterius parrochialis, quoniam ius reſiſtit: quia tamen Epiſcopus, & Eccleſia, capaces ſunt poſſidere, & habere decimas, & ſpiritualia iſta, idcirco data capacitate poſſidendi, ſi non longiſſimo tempore abſque titulo pręſcribere non poſſint, præſcribunt tamen per ſpacium temporis immemorialis.

22 Rurſus notãdum eſt, quia ſcriptores varijs modis declinant dictum illud Io. Mon. & Ioan. And. nam plerique volũt, quod probato vſu temporis immemorialis, & præterea probata fama, de conceſſione priuilegij à Summo Pontifice, ſeu de conceſſione facta auctoribus illius ante Concilium Lateranenſe, in materia decimarum, is obtinere debeat: ſic Felyn. in d. cap. cauſam quæ. col. 1. in 1. limit. poſt plures per eum relatos, ſecutus eſt Sigiſ. Lof. conſi 40. nu. 42. cuius ſententiæ fuit d. Abb. in d. c. cum apoſtolica, nu. 12. poſt Ioan. And. ibi, vbi tamen addit, quod probare debeat ſe vti vaſallum Eccleſiæ poſſediſſe decimas, ideoq; ex mente iſtorum patrum, probata poſſeſſione immemoriali, & quod tanquã vaſallus Eccleſiæ reputabatur, & præterea famam eſſe de ſuo priuilegio, is obtinebit. Addunt aliqui oportere, vt doceat de aliqua inueſtitura, per ſe, vel ab aliquo pręceſſorum ſuorum obtenta ab Epiſcopo, licet de prima non probet: ſic Balb. in d. 1. par. 5. par. princ. nu. 59. ſecutus eſt Rebuf. loco præallegato, nu. 70. ſed iſta qualitas ex intentione præfatorum patrum, non eſt neceſſaria, quia ſatis eſt, quòd probet ſe vti vaſallum Eccleſiæ poſſediſſe.

Nonnulli verò ſentiunt, ſatis eſſe probare poſſeſſionem immemorialem, & allegare priuilegium conceſſum maioribus ſuis à Summo Pontifice, ſeu conceſſionem factam ante Concilium Lateranenſe, & hoc ſufficiat: nam maxima eſt vis tam vetuſtiſſimi vſus per ſic longiſſima temporum curricula tollerati: nil mirum habet vim priuilegij, legis, & pacti, & producit pro poſſeſſore pręſumptio-

ſumptionem iuris, & de iure, ſicuti ſupra dixi:ſic in terminis concludunt But. & Imo.in d.c.cum apoſtolica, Raphael Cuma.conſi.83.Quia cauſa.Alex.d.conſilio 6.colum.vltima,in 1.Barbat.conſil. 35.col.2.in 2.vbi de communi, & hanc vti communem ſequitur poſt nonnullos alios Balb.d.loco,ſub num.60.

Et attenta hac reſolutione obiectum faciliter euadi poteſt, vt ſcilicet procedat,cum poſſeſſor fundat ſe ſolũ in præſcriptione,& vſu temporis immemorialis:ſecus autem, cum vlterius allegat priuilegium ſibi conceſſum,& adducit pro præſumptione conceſſionis priuilegij, temporis diuturnitatem, & iſta reſolutio optime deducitur ex ſcriptis,in l. cũ de in rem verſ.ff. de vſur. & in l.ſi certis annis.C.de pact.

23 Sexta concluſio:allegãti præſcriptionem immemorialem,onus probandi incumbit,ad reg.in l.ei,qui dicit.ff.de probat.quomodo autem probetur, magiſtraliter docuit glo.Ioan.And. in d.c.1. in verbo memoria,de præſcrip.in 6.Secutus eſt Innoc.in c.veniens, de verb.ſigni.Anto.But.& alij in c.quid per nouale,ext.eo.Areti. in c.licet ex quadam. ext.de teſtib.& pulchrè Cur.iun.conſil. 158.vbi docet modum, & formam articulandi.Roland.a Valle conſi.89. num. 30.in 3.Natta in conſi. 99. nume.20. & plenius conſi.636.nume.105. & difficilis eſt huius rei probatio,adeo vt de facili ſubuerti poſſit: ſicuti impugnando ſcripſerunt Signorol.conſi.70.ſub num. 19.Beltrand.conſi.184.per totum,in 2. idem Curt.conſi.61.ſub nume.11.& in Peruſinis Ioſeph.Ludou.deciſ.106.nu. 18.vbi deciſum refert contra ſe fundantem in præſcriptione immemoriali, & pleniſſime D.Tullius in d. ſuo conſilio, nume.164.

24 Notandum tamẽ eſt, quia donec lis, & probatio pendet ſuper præſcriptione,fiſcus & Princeps,quia fundatam intentionem habet,poteſt vti iure ſuo: ſic Fel.d.c.cum nobis,nume.7.Rol.d.conſ. 89.colum.vlt.& ad hoc eſt caſus in cap. cum perſonę,de priuileg.in 6.iuxta quẽ textum eorum dicta intelligo. Nec ſummaria ex aduerſo probatio poſſeſſionis interim lite pendente illum iuuaret, ſicuti ex illo tex.tradidit Didac.in practicis.c.18.ſub nume.6.vbi pulchrè in materia illius interdicti, quod interim appellatur, quod in foro vſitatiſſimum, & frequens eſt,lite pendente. & idem Didac.variarum reſolut.capit.16.numero 10.& 11.

25 Aduerte tamen pro ſingulari limitatione, & declaratione præmiſſorum, ꝙ vbicumque conſtaret, de originali titulo cõceſſionis, & ille titulus eſſet nullus, & inualidus:quia à non habente auctoritatem concedendi, vel aliter eſſet nullus,& vitioſus:præſcriptio,& vſus immemorialis ex vi illius tituli inualidi, nihil operaretur:ſic ſanè determinauit Mod. Pariſ.in titu. de commer. & vſur.nume. 192.Quia veritate manifeſtata,vſus, & conſuetudo cedit veritati: quoniam veritas omnipotẽs eſt,nil mirũ,quia Deus eſt veritas,c.ſi conſuetudinem, & c.conſuetudo,8. diſt. & ante eum reperio, ſic voluiſſe Pau.Caſt.conſi.423. ex puncto transmiſſo,colum.2. in fine, in 2. Egid. Bellam.conſi.10.colum.10. in princi. & colum.13.præclarè Affli.in c.1.§. ſi quis per 30.in primo nota. in tit. ſi de feudo fuer.contr.Pariſ.conſi.66.nume.128.in 3.Crauetta de antiq.tempo.in 4.par.in §.abſolutis,ſub num.60.& ſequen. & in §. materia, ſub nume.2.& iterum in 3. par.in 7.limita.vbi plura adducit,& præterea vltra rationem proximè adductã: quia ex præſcriptione adeo antiqua titulus p̃ſumitur,& verus,& iuſtus: quoniam præſcriptio veritati comparatur. Cum autẽ titulus inualidus, & vitioſus producitur, omnis præſumptio ceſſat, & veritati apparẽti cedit dictis iuribus, & l.continuus. §. cum ita.ff. de verborũ obliga.& vero hęc ſunt,quamuis Vaſ.in c.81.nume.15.Illuſtr. controuerſ. aliud ſenſerit,& retulit Bertazo.conſi.71. nu. 61.& 62.& ad hæc facit elegans deciſio Paul.Caſt.conſi.81.in cauſa,col.3.lib.2. vbi inquit,quòd licet in antiquis ſolemnitas extrinſeca præſumatur ad validi-

tatem



tatem geſtorum, ad not.in l. ſciendum. ff.de verbor.obligat.& l.qui in aliena,in prin.ff.de acq.hæred.vbi latè Alexan. & Iaſ.fallit tamen quando producitur inſtrumentum, in quo enunciatur ſolemnitas, quæ apparet minus legitima, ſequuntur quamplures relati per Craue. in d.7.limita.& vltra eos Iaſ. conſi. 140. colum.vlt.& conſi.148.colum.pen. in 4. Alex.conſi.1.colum.penul.in 4. Afflict. deciſio.107.nume.5. Soc. iun.conſi.56. nume.21.in 2.

Et notandum eſt: quia dictum Paul. de Caſt.debet intelligi, vt dixi, quando ex inſpectione inſtrumenti apparet ſolemnitatem fuiſſe adhibitam, ſed minus legitimè: ſecus ſi nihil de ſolemnitate in eo inſtrumento appareret: nam ſolemnitas extrinſeca ob temporis antiquitatem adhuc præſumeretur:quia extra illud inſtrumentum fieri potuit,& ita prę ſuppoſuit Aret.conſi.36. & clare voluit Dec.conſi.341.colum.6.& 558. circa finem,vbi reprehendit Pau.Caſt.& male, quia nõ loquitur in his terminis, prout & bene aduertit Crauet. loco præalleg. nume.30. Verum, quia ſuper hoc ſunt variæ Doctorum intelligentiæ,vt per Felyn.in cap.ſicut,nume.42.extra de re iudica.per Rol.a Valle conſi. 99. numero 23.cum ſeq.in ſecundo,& per D.Cęph. conſil.152. nume.39. ideo vlterius non proſequor.

26 Aduertendum tamen eſt,quòd titulus nullus, & vitioſus tolleratus à ſuperiore, qui poterat illum infirmare, per vſum, & obſeruantiam longi temporis, confirmatur.text.in l. ſi poſt mortem.ff. de adoptio.Pau.de Caſtr.in conſi. 313. poſtremo,colum.1.in 1. vbi concludit, ꝙ titulus exemptionis minus ſolemnis ab oneribus cõfirmatur,ſi eximens per ſpacium longi, aut longiſſimi temporis paſſus fuerit illum vti, & gaudere exẽptione:ſequitur Crauetta dicta tertia parte in §.vidimus in genere, nume.28. & ad hoc optimè confert,quod Innoc. tradidit in c.2.extra de locato, vbi quòd ſciẽtia ſuperioris de conſtitutione inferioris,accedente tollerantia eius, illam cõfirmat,ſequitur Roma.conſi.218.in fin. ipſe tamen Crau.dubitauit,an in vſu, & præſcriptione requiratur ſcientia ſuperioris,qua in re concluſiue teneo, quòd ſic:vbi conſtat de titulo vitioſo: quia circa ignorata,non poteſt conſiderari ſuperioris confirmatio.l.mater.ff.de inoffic. teſtam. & l. non eſt ferendus.ff. de tranſact.idque in re magni præiudicij obſeruandum foret,& in pũcto,quòd ex diuturna ſuperioris tollerãtia inferatur cõfirmatio,aliqua vtilia tradidit Cur.iun. in tract.feud.in prima quæſt.1.par.princip.ſub nume.9.& 10.Rolan.d. conſilio 99.nume.25.in 2.& conſi.vlt. nume.97. & infra in 4.Cęph.conſi. 148.nume.17. Quibus adde, quod ſcientia officialium Principis,ad quos illius rei cura pertinet, cum eorum tollerantia, ſufficit pro ſcientia Principis, & Principi præiudicat.ſic Barto.in l.ſi publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publica.Alex.conſi.6.colũ. 2.in 1.& conſi.24.nume.16. in 4. Areti. conſi.42.colum.vlt.Sigiſmund.Lofred. conſi.36.nume.10.Bald.de præſcript.in 2.part.5. partis princip.nume.19. & ita in quadam cauſa valde graui per aliqua ex præmiſſis allegauit,Mag.& Excel.D. Ludouicus Tolentinus, mihi à puerilibus annis citra fraterna amicitia coniũctus:contra tamẽ obſtare videtur,quòd tollerantia Principis non iuſtificat geſta quantocumque tempore in ijs,quæ non ſunt quæſibilia,ſine ipſius Principis conceſſione, ſicuti Geminia. tradidit in c.2.de præb.in 6. vbi ita decidit in decimis non ſolutis per laicos longo tempore,per tollerantiam D.Papę,& ſequitur Bertach.de Gabel.in 1.parte, nume.32. verum, quia Geminiani dictum procedit in ſpiritualibus,nec ſatis eſt conſtãs, vt infra dicam.nume.28.ideo priori cõcluſioni inhæreo.

27 Septima concluſio,exemptiones à ſolutionibus vectigalium ſpacio triginta, & quadraginta annorum præſcribũtur aduerſus Principem,& eius fiſcum, iuxta regulam, de qua in prima concluſione.Barto.in l.licitatio.§.earum.ff. de publica.Ange.& Pau.ibi,Corn. conſ.268.

nume.

numc.19.in 4.Cur.iun.conſi.61.in 2.colum.text.notab. in d.c.cum perſonæ,de priuileg.in 6.

29 Nam & a ſolutionibus decimarum exemptio, & immunitas tanto tempore prçſcribitur, ſicuti iuris rationibus docuerunt,poſt plures alios Balb.dicto loco in prima par.5.part. princ.nume.41. Didac.lib.1.var.reſol.c.17.nume. 10.cõtra glo.in c.in aliquibus,extr. de decim. Item & immunitas à ſolutionibus collectarum.Barto.conſi.59. commune Spoleti.nume.3.Curt.iunior d. conſi. Nota tamen quia in iſta quadragennaria præſcriptione ſcientia Domini requiritur, cum illius patientia: quia aliàs poſſeſſio non ſoluendi,non diceretur acquiſita illi priuato prçſcribere volenti,& ſine poſſeſſione nulla currit prçſcriptio, l. ſine poſſeſſione.ff.de vſucap.c.ſine poſſeſſione,ext.de reg. iür. ſic ſanè colligitur ex Barto.in d.l.ſi publicanus.§.fin. & in l.1. §.denique.ff.de aqu.plu.arc.Saly.in l.2. C.noua vectigalia,d. Alex. conſi.6. in 1. vbi diſtinguit inter hanc,& inter prçſcriptionem immemorialem,Iaſ.in l.Imperium,colum.12. verſic. circa primum.ff. de iuriſdict. omnium iud. cum adductis pèr Balb.d.2.parte,5.par.num.19.25.& 26. prout,& in alio differunt, nam hæc non currit aduerſus non valentem agere,l.1.§.fi.C.de ann.excep. centennaria verò,& immemorialis ſic,Soc.iun.conſ. 76.nume.85.cum ſequent. in primo, & dixi ſupra nume.12.adde tamen, quòd ſufficeret ſcientia officialium Principis, ad quos illius rei cura pertinet, dixi proximè nume.26.

30 Item nota,quòd ſi fiſcus,vel R. P.exegit vectigal ab alijs, ſed non ab vno priuatorum, non præſcribit iſte immunitatem:quia ius eſt vnum exigendi ab omnibus,non diuerſa iura contra ſingulos: ſic eleganter Barto.in d.§.earum,adducit tex.in l.vacuatis,C. de decurio. libro decimo, quare conſuetudo vnius priuati non eſt attendenda: quia ius Domini integrum conſeruatur per exactionem ab alijs,ad hoc tex. in l. qui fundum, & l.penultima,ff.quemadmo. ſer. amit. & ſequuntur Angel.& Cuman. ibi, Ruin. conſilio 217.columna quarta, in princi. in primo,Balbus de præſcript.in ſecunda parte,quintæ partis principalis,quçſtio.5.& conſuluit Rolan.Valle,conſilio 5.colum.vlt.in primo.

Ex legibus autem huius Sereniſſimi Dominij, exemptio aduerſus ſolutionẽ vectigalium nullatenus præſcribitur ſub prætextu non ſolutionis, quamuis per longiſſima temporũ curricula : nec probationes de non ſolutionibus gabellarum,licet per longa temporum interualla admittuntur, ſicuti ex decreto Senatus diei 18. Auguſt. 1569. conſtitutum fuit.

Secundo verò caſu principali, cum bona non ſunt incorporata, delata tamẽ fiſco ex aliquibus cauſis,veluti:quia bona ſint vacantia, vel aliter ad fiſcum pertinentia,& adhuc ſubdiſtinguo conſtituendo plures concluſiones.

31 Prima eſt,tertius poſſeſſor cum titulo,& bona fide præſcribit bona fiſco ſeculari delata,ſi mobilia ſint,per trienniũ: ſi immobilia per decẽnium, l. quamuis, cum glo.ff.de vſucap. glo. in dicto §. res fiſci:glo.in dicta l.prima,vbi Bald. & Sal. glo.& Barto.in dicta l.omnibus, Abbas in dicto cap.cum nobis,colum. penulti. Bald.Ange.Aret.& Boer.in locis præallegatis:nec diſtinguitur inter prçſentes, vel inter abſentes,prout in præſcriptione inter priuatos, quia fiſcus ſemper eſt præſens,ſecundum Bald. poſt Iacob. de Rauenna,& glo.in dicta l.prima. Quam tamen opinionem non admittit Salyc. ſed diſtinguit,an procurator fiſci ſit prçſens,vel non,& eſt verior,& æquior opinio,ne fiſcus ſit deterioris conditionis, quàm priuatus,ſequitur Boer.dicta deciſ.264.nume.23.

32 Secunda concluſio,in quærẽdis, necdum fiſco denunciatis,delatis,tamẽ prçſcribitur aduerſus eum in omnibus cauſis ſpacio viginti annorum, niſi ex legibus minora tempora ſint conſtituta.caſus eſt in dicta l.in omnibus.ff.de diuer. & temp.præſc.& ibi Bar.no.& ſequũtur Doct.in locis præalleg.

Amplia



33 Amplia,vt fiſco præſcribatur, etiam quòd ad hoc, vt poſt 20. annos de delicto quæri non poſſit, nedum per viam accuſationis, vt eſt caſus in l. quçrelam, C.de falſ.Sed nec etiam per viam inquiſitionis ex iudicis officio,Barto. Bal. Ange.& Sal.in d.l. quærelam. Alex.in l.Diuus.ff.de re iudic.pulcherrime D. Boer. in deciſio.26.fallit in quibuſdam criminibus,de quibus ſcripſit D.Gigas in ſuo tract. de læſæ Maieſt. in ſecunda parte, quæſtio.29.

34 Ideoque poſt xx.annos, non poteſt fiſcus exigere pçnas condemnatorum in re,vel pecunia indictas,ſic per d.l.in omnibus tradidit Bal.in l.data opera. num. 88.C.qui accuſ.non poſſ.refert Balb. dicto loco,num.1. & in bonis confiſcatis. Socinus iunior conſilio 71.nume.quinto,in ſecundo.

Amplia etiam, quòd poſſeſſor poſſideat ſine tit.ſic Bal.Sal.Abb.Pau. Caſtr. & Balb.in locis præalleg.poſt glo. in dictis iuribus,conſuluit Aretin.conſi.102. col.6.in 5.dubio.

35 Amplia ſecundò,etiam quòd poſſeſſor ſit in mala fide,quia tex.in d.l.in omnibus, ſimpliciter loquitur,& eſt no.caſus in l.2.& 3.ff.de req.reis, per quas ſic determinauit Ange.in l.1.num.4. C. eo. nec mirum,quia in foro conſcientiæ pçnæ non debentur, ſed conſcientia ſalua retineri poſſunt,glo.percelebris:in cap. fraternitas,12.q.2.quam ex pluribus exornant Abb.in c.1.nume.10.& Felyn. nume.52.extra de conſtit. eſtque communis ſententia,nedum apud Canoniſtas, ſed etiam apud Theologos, veluti probauit Didac.in 2.parte, de ſponſal. & matri.c.6.§.8. nume.10. D. Mantica de coniect.vlti.volunt.lib.10.titu.4. nu. 16.vbi propterea poſt Didac. infert, ꝙ hæres, cui fiſcus vti ab indigno aufert hçreditatem,poterit illam ſalua conſciẽtia retinere,& id generaliter in pœnis fiſco delatis.

Sed contra,quòd bona fides requiratur,ſaltem inſpecto iure Canon.decidit Sal.in d.l.1.colum.vlti.C.de quad.præſ. Bald.in d.l.data opera, nume.89. Abb. d.c.cum nobis,colum.vlt.Balb.loco præallega.& Boer.d.deciſ.264.nume.23.& ad hoc videtur caſus in c.2.de prçſcrip. in 6.nec obſ.glo.in d.c.fraternitas, quia glo. illa non procedit in pœnis ipſo facto per legem indictis, vel per ſententiã hominis: nam quia ius quæſitum eſt fiſco, ideo bona ſic confiſcata cum bona conſcientia retineri non poſſunt:ſic eleganter Abb.in d.c.1.ext.de conſtit. per text.in d.cap. 2. & ſecutus eſt Felyn.ibi ſub nume.58.idem Abb. in cap. dilecti, colum.6. extra de arbit. Alias fallentias ad illam glo.adde per Felyn. & Moderniores in dictis locis.Mihi autem in pũcto propoſito placet,vt ius fiſci indiſtinctè perimatur,nec text. in d.c.2. obſtat, quia inducit in eo caſu præſcriptionem ſingularem cum bona fide, & ita tãdem concludit Dida. d. loco ſub numero decimoſexto.

36 Aduerte tamen, quia vbi pro delicto, accuſatio, vel inquiſitio ſpacio 20. annorum perimitur,ſic etiam eodem tẽpore perimitur ius fiſci, quò ad effectũ bonorum confiſcandorum etiam in caſibus priuilegiatis,in quibus, ipſo facto per canonem bona infiſcantur, vel pçna aliqua ipſo iure irrogatur. Et eſt ratio, quia in iſtis requiritur ſaltem declaratoria ſuper facto,quæ quidem per lapſum vicennij ferri nequit: ſic in crimine inceſtus matrimonialis,ex quo bona ipſo facto publicantur,cenſuit Boer.d.deciſio. 264.& quamuis Petr.de Anchara. in d. c.ſecundo,de præſcrip.in ſexto, per illũ textum dixerit,quòd licet ius querelandi, vel inquirendi de crimine, finiatur ſpacio viginti annorum : ſecus autem eſſe, cum agitur de declarando pœnã fuiſſe commiſſam ob aliquod delictũ, quo caſu vult ius fiſco competere per ſpaciũ annorum quadraginta. Cuius dicta refert Alexan.ad Barto. in d.l. querelam. C.de falſis.

Attamen non diſcedo à priori concluſione,quia tex.in d.cap.ſecundo,procedi iure ſingulari in caſu hæreſis,prout aduertit Abb.in d.c. cum nobis, nu. 8.9.& 10.extra de præſcrip. & ſequitur

Fely.

Fely.ibi ſub nume.14. vbi propterea reprehendit dictum illud Anch.

37 Tertia concluſio, contra fiſcum præſcribitur ſpatio quinquennij, quantum ad hoc,vt reus pro delicto condemnari non poſſit in publicatione bonorum. ſic Angel. in l. in cognitione, per illum text.ff.ad Syllan. referunt,& ſequuntur Alexan.in addit.ad Barto.in d.l. querelam. Afflict.in c.primo,in verbo condẽnatorum,nume. 45.in tit. quæ ſint reg. Boſius in titu.de fiſco,numero 52.Fely. in d.cap.cum nobis,nume.14.Barb.cõſilio 70.colum.antepenul.in 4. vbi limitat in fiſco Eccleſiæ.

Ego vero valde dubito,num ille text. procedat in ſuis terminis,quia ſi de delicto cognoſci poteſt vſq; ad annos 20. ad cõdemnationem in perſona: fortius ergo ad condemnationẽ in rebus, quia condemnatio in rebus aaceſſoria eſt, & quia perſonæ ſunt digniores rebus. Et illum tex. procedere in terminis ſuis ſenſit aperte Ang.ad eum, ſi in fonte videatur,nec contrarium voluit Bal. in l.3.C. quibus res iudic.

38 Quarta concluſio, in delatis, & commiſſis ob vectigal non ſolutum,præſcribitur aduerſus fiſcum, ſpatio quinquennij.l.2.C.de vectigal.& commiſ.& eſt cõmunis Docto.traditio ibi.Bart.in l.commiſſa.ff. eodem, Bald. in l.3. C. ſi prop. publ.penſita.Alexand.conſi.31.colum. vltima,in quinto,Soci. iunior conſi. 71. col.1.& 121.in 2.

Amplia ad alios caſus, in quibus bona ipſo iure fiſco applicantur, veluti ſi ex forma ſtatuti bona non cataſtrata fiſco ſint deuoluta, ſic Bartol. in dicta l. commiſſa.

39 Amplia ſecundò, cum ob delictum commiſſum in faciendo bona ipſo iure publicantur,ſic gloſſ. in l.Manicheos.C. de hæret. vbi ita determinat in crimine hæreſis, & generaliter extendit ad alia crimina,& in crimine apoſtaſiæ, eſt caſus in l.ſecunda,C.de apoſtat. & in alijs criminibus, tradit Socinus iunior dicto conſilio 71.colum.ſecunda,Anton.Gomez.delictorum,cap.14. ſub numero 5. Illuſt.Card.Alban.conſi.5. numero 37. Ampliatio iſta non placet: nam in crimine hæreſis,contra glo. eſt caſus in terminis,in dicto c.ſecundo,de præſcr.in 6.& not.Abb.& Fely. in dicto c. cum nobis, colum. penul. Item nec in alijs criminibus ratio cõſentit: quia ſi in alijs minus grauioribus perſecutio non finitur ſpacio quinquennij,ſed vicennij, fortius igitur in iſtis, quæ grauiora ſunt, ſic arguit Abbas in dicto capitulo cum nobis,nume.11.

Quamobrem ampliationẽ puto procedere cum agitur ex criminibus priuilegiatis contra hæredes defunctorum, vt intra quinquennium à die mortis rei defuncti agi debeat,nec vlterius agi poſſit,vt dixi ſupra in ſecunda parte, in tit. de criminib.quæ mor.rei exting.ſub numero 33.& ita cenſuit Fely.dicto c.cum nobis, nume.12.& 13. vbi varijs modis reſpondet ad tex.in dicto cap. ſecundo, qui in crimine hæreſis contra decidit, placet mihi, vt textus ille intelligatur cũ pro crimine bona hæretici delinquentis applicãtur fiſco Eccleſiæ: nam aduerſus fiſcum Eccleſiæ maiora tempora exiguntur, quàm contra fiſcum ſecularem, vt ſtatim dicam,licet Anto. Gomez.in titu.de delictis,c.1.num.81.idem in vtroque fiſco deciderit.

40 Quinta concluſio, fiſcus ſecularis, in quærendis nondum ſibi incorporatis, poſt denunciationem ſibi factam negligens agere quadriennij præſcriptiõne excluditur,l.intra quatuor.ff. de diuerſ. & temp.præſc.l.1.C.de quadr.præſc.§. res fiſci,inſti.de vſucapio.& not.in dictis iuribus.

Intellige quadriẽnium currere à die denunciationis,modo tamen bona tunc fiſco ſint delata.d.l.intra quatuor,& notat in locis præalleg.

Intellige, quòd denunciatio facta nõ perimat vſucapionem, vel præſcriptionem iam perfectam, & conſummatam, puta ſi facta ſit poſt triennium,vel decẽnium,& interim poſſeſſor pręſcripſiſſet, ſeu vſucepiſſet,ad ea,quæ ſupra dixi,ſic Sal.d.l.1.colum.fi.

Item



Item intellige, quòd denunciatio nõ impediat curſum præſcriptionis iam inchoatæ,niſi denũciator iudicialiter poſſeſſorem conuenerit, & cum eo litem ſit conteſtatus, ſic Salyce. dicta l.prima,columna vltima.

41 Præterea adde, quòd denunciatio, ac etiam litis conteſtatio per vnum facta, non interumpit præſcriptionem quadriẽnij, vel viginti annorum ad commodum aliorum, etiam ſi per gratiam nunciator deſtiterit, gloſ.& Barto.in dicta l. intra quatuor, quia interruptio eſt ciuilis,vt Barto.inquit,& pleniſſime not. in l.naturaliter, ff.de vſucapio.& in cap. ex tranſmiſſa, extra de præſcript.ad hoc text. in ſimili in l.finali, ff. de interrogatio. actio. & inde nota, quòd fiſcus non eſt magis priuilegiatus, quàm priuatus in interruptione præſcriptionum.

Sècus ſi per pecuniam nunciator corruptus deſtitit, nam omnibus interrumpit: immo docto de præuaricatione cauſa perimitur: inquit tex. in dicta l. intra quatuor, quia pro confeſſo corruptor habetur, l. in fiſci cauſis. ff. de iure fiſci, gloſ. in d.l. intra quatuor.

Sequitur, vt mox videamus de fiſco Eccleſiæ, in quo conſtituas infraſcriptas concluſiones.

42 Prima eſt, in rebus immobilibus, iuribus,& actionibus, ſiue ſint fiſco incorporatæ, ſiue non, attamen fiſco delatæ, currit præſcriptio aduerſus fiſcum Romanæ Eccleſiæ centenaria, & non minor: aduerſus autem Eccleſias inferiores currit præſcriptio quadragenaria, Authentic. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in Authentic.vt Roma. Eccle. capitulo ſi diligenti, capitul.cum nobis. cap.ad audientiam,extra de præſcrip. Quæ iura licet loquantur in eccleſijs, procedunt quoque in fiſco Eccleſiarum, ſic Bal. & Pau. Caſtren. in l. finali, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, hic ſub numero octauo: ille vero in ſecunda columna. Abbas, & Felyn. in dicto capitulo cum nobis, columna penulti. Boer. dicta deciſione 264. numero vigeſimoquarto, Balbus de præſcription. in ſecundo, quintæ partis principalis,numero quinto, & in his terminis procedit gloſſ. in capitulo accuſatus, de hæretic. in ſexto.

Fallit in caſu capituli ſecundi,de præſcriptio. in ſexto, vbi in caſu ſingulari fauore fidei, hæredes hæretici defuncti, qui communiter pro catholico reputabatur, præſcribunt aduerſus Eccleſiam Romanam ſpacio quadraginta annorũ, de quo tex. plura ſcribunt Abb. & Fely. d.c.cum nobis.

43 Secunda concluſio, in cognitionibus maleficiorum currit præſcriptio viginti annorum,aduerſus etiam eccleſiã Rom. iuxta text. in l. quærelam. C. de falſis, quamuis pœnarum exactiones non præſcribantur aduerſus fiſcum Romanæ Eccleſiæ, niſi ſpacio centum annorum, & aduerſus fiſcum Eccleſiarũ inferiorum ſpacio quadraginta annorum. ſic eleganter Bald. in l. finali, columna ſecunda, C.de ſacroſanct. eccle. quod dictum ſegn. Felyn. dicto capitulo cum nobis, numero decimoquarto, Balb. loco dudum allegato.

24 Tertia concluſio, in rebus mobilibus Eccleſiarum inferiorum,quæ ſacræ non ſint, currit præſcriptio, ſeu vſucapio triennalis aduerſus eas, prout in rebus priuatorum: quia in mobilibus iura ciuilia nihil immutarunt, dicta Authenti. quas actiones. Et in Authent.de Eccl. titu.in §.pro temporalibus, & in Authẽti.hæc conſtitutio innouat.& idem quoque eſt de iure canonico,quia ius canonicũ immobilibus nihil immutauit, Dy. in capitulo poſſeſſor, de regulis iuris in ſexto, plenè Salycetus in l. vnica. C. de vſucapio. transfor. Imol. & Abb. in capitulo primo, extra de in integrum reſtituti. & in capitulo illud, extra eodem. Iaſon in dicta Authenti. quas actiones. & eſt communis opinio. Felyn. in capit. de quarta, ſub numero quinquageſimo tertio, extra de præſcription. Balbus in prima parte, quintæ partis principa. numero decimo. Sed vtrum contra fiſcum Eccleſiarum inferiorum currat vſucapio triennalis in rebus mobilibus

incor-

incorporatis : videtur concludendum negatiue, prout in fiſco ſeculari dictum fuit ſupra, numero octauo : nec enim fiſcus Eccleſię debet eſſe deterioris conditionis, quàm fiſcus Principis ſecularis, & ſic melioris conditionis erit fiſcus Eccleſiæ, quàm Eccleſia ipſa, quod videtur abſurdum, ideo cogita, & vide quæ dixi ſupra, nume. 4.

45 Contra verò Eccleſiam Romanam, ac eius fiſcum mobilia nõ vſucapiuntur triennio, ſed in his quoque gaudet præſcriptione centenaria, quia priuilegium Romanæ Eccleſiæ de præſcriptione centenaria generale eſt, in Authen. vt Eccleſia Romana, & in iuribus ſupra allegatis, ſic Abbas in capitulo cum dilecta, columna ſecunda, extra de confirm. vtili. Felyn. in capitulo ad audientiam, numero trigeſimotertio, extra de præſcri. Salyce. in dicta l. vnica. C. de vſucapio. transfor. & eſt communis, vt Balbus tradidit loco proxim. allegato, numero vigeſimotertio, not. tamen quia ratio adducta per Salyce. in dicta l. vnica, ex eo, quia Romana Eccleſia fiſcum habet, & res fiſci non poſſunt vſucapi, dicto §. res fiſci. non eſt bona ratio, quia non infert ad præſcriptionem centenariam, vt dixi ſupra nu. 1. & nu. 8.

46 Quarta concluſio, in pœnis ſpiritualibus nulla currit præſcriptio, glo. in cap. admonere, 33. q. 2. Fely. d. c. cum nobis, nume. 15.

Quinta concluſio, aduerſus ſuperioritatem Papæ in ſpiritualibus, nulla currit præſcriptio, dixi ſupra in primo lib. titulo ſecundo, numero 60. Item nec in temporalibus reſpectu ſupremæ ſuperioritatis, veluti ibidem dixi numero trigeſimoſecundo.

47 Reſtat, vt videamus de præſcriptionibus fiſcalibus actiuis, ideſt quanto tempore præſcribat, in quo puncto, concluſiuè dico, quòd fiſcus in tali materia non reperitur priuilegiatus, niſi in caſu l. ſecundæ. C. de quadr. præſcriptio. de quo tex. ſcripſi ſupra ampliſſime in titulo de venditio. fiſcal. ſub numero decimoquinto, & ſequent. vnde extra caſus illius legis, fiſcus vtitur iure priuati, ac iure communi, vt dixi ſupra ſub numero ſexto, & faciunt, quæ plenius ſcripſi in principio huius ſextæ partis : & ſi diceretur, quòd ſicut contra fiſcum non præſcribitur cõmuni tempore, ita etiam nec fiſcus ipſe cõtra priuatum communi tempore præſcribat, argum. tituli. ff. quod quiſque iuris. Reſpondetur, quòd in priuilegium fiſci maius tempus introductum fuit in præſcriptionibus paſſiuis, ideo ius commune non poteſt videri fiſco ſublatum in actiuis, quia beneficium iuris communis fiſco non aufertur. l. quod placuit. l. Statius. §. finali. ff. de iure fiſ. & ſic tandem cenſuit Afflictus in capitulo primo, §. ſi quis per 30. columna vltima, in titulo ſi de feu. fuc. contr.

48 Sed hic, pro complemento, ſuboritur notabilis quidam difficultas : nam differentia ſupra conſtituta in præſcriptionibus inter Eccleſiam Romanam, & inter Eccleſias inferiores præſupponit rerum dominia conſiſtere penes ipſas inferiores Eccleſias, quia de natura pręſcriptionis eſt dominia rerum paulatim vni auferre, & præſcribenti adijcere, l. prima. ff. de vſucapio. & toto titulo, ff. de inſtit. eodem titulo: immo inferior eccleſia aduerſus aliam præſcribit, capitulo illud, extra de præſcriptio. Quod tamen non videtur verum, cum rerum dominia non ſint eccleſiarum particularium, ſed apud Papam Chriſti Vicarium, per quem Eccleſia regitur, ſicuti dixi ſupra libro primo, in titulo habent iura fiſ. numero 85. igitur, vel differentia ſupra relata, non recte ſtat, vel fateri oportet rerum dominia penes eccleſias inferiores conſiſtere, quod iuris auctoritate deciſum quoque videtur in capitulo Abbate ſane. de re iudica. in ſexto, ibi iure dominij, vel quaſi, & in titulo, extra de rebus eccleſ. non alienan. per totum. Item quamlibet eccleſiam habere proprium, præſuppo- nunt iura de ingredientibus monaſteria, loquentia, in Authen. ingreſſi. in Authen. ſi qua mulier, C. de ſacroſan. eccle. & in l. Deo nobis. §. huius autem. C. de epiſco. & cler. not. in capitulo ſecundo,





extra de teſtam. & latiſſime not. in c. in præſentia, extra de proba.

Ad hoc etiam quę ſcripſi ſupra de bonis vacantibus per mortem clerici, vt eccleſiæ acquirantur. ſupra lib. 4. in tit. de bon. vacan. num. 10. Et concluſiue rerũ dominia particularibus eccleſijs oblatarum, eccleſijs ipſis acquiri determinauit Ioan. Faber, in §. nullius, inſtit. de rerum diuiſione, ſi tamẽ eccleſia capax ſit: alias eccleſiæ Rom. acquiritur, clem. exiui. §. denique. de verb. ſign. & idem probauit Car. de Turre Crem. in c. videntes, verſ. ad ſecundum, 12. q. 1. Sigiſ. Lof. conſilio 40. num. 29.

Verum, quia ex aduerſo auctoritates maiorum aſſeuerant, quę eccleſiæ offeruntur donum Dei eſſe, c. Saluator. 1. q. 3. c. qui Chriſti, c. nulli liceat, & c. qui abſtulerit, duodecima quęſtio. ſecunda, & propterea Innocen. in cap. cum ſuper, extra de cauſa poſ. & prop. infert, quòd ea, quæ eccleſijs offeruntur, Deo oblata eſſe cenſentur. & inde ex præmiſſis, & alijs auctoritatibus maiores noſtri ſupra relati in primo libro, titu. 3. numero 85. colligunt dominium propriè harum rerum oblatarum non conſiſtere apud eccleſias particulares. Sed apud Papã, qui eſt immediatus Chriſti Vicarius. Idcirco pro cõcordia, ſalua meliori determinatione, dici poteſt: oblata eccleſijs particularibus, Eccleſijs illis acquiri ex intẽtione dãtis, & Chriſti ſunt, quia Chriſti Eccleſiæ oblatę. Papa autem vti Chriſti Vicarius concurrit cum ea eccleſia, & prælato in dominio, & adminiſtratione illarum rerum, ex regula Ioann. Monaci eo loci relata, immo plus poteſt Papa vti Chriſti Vicarius circa earum rerum diſpoſitionem, & alienationem, quàm prælatus eccleſiæ, veluti ibi diſſerui. Differentia autem ex legibus conſtituta circa præſcriptiones inter eccleſiam Rom. & inter eccleſias inferiores, quo ad eccleſias procedit: licet Papa caput ſit tam Romanæ, quàm eccleſiarum inferiorũ, & vnum, & idem.

*Finis Libri Sexti.*

# MARCI ANTONII PEREGRINI DE IVRIBVS, ET PRIVILEGIIS FISCI,

## Liber Septimus.

## DE IVDICIBVS FISCALIBVS. Titulus Primus.

1 *Fiſcus iudices ſpeciales habet in cauſis ſuis.*

2 *Cauſæ fiſcales, quæ ſint.*

3 *Fiſcalis iudex nõ cognoſcit inter priuatos, niſi in cauſis quæ a fiſco pendent.*

*Iudices fiſcales non ſe impediunt in cauſis inter priuatos.*

4 *Fideiuſſor pro reo in aliquo officio ſoluens pro eo, poteſt reum in eo officio conuenire.*

5 *Emptores a fiſco iudices fiſcales habent pro re empta.*

6 *Fiſcus in ſuis cauſis non poteſt conſentire in alium iudicem preterquam in ſuos iudices.*

7 *Soluens in camera fiſci pro debitore fiſcali poteſt illum conuenire coram iudicibus fiſcalibus.*

8 *Ceſſionarius fiſci priuilegium fiſci reſpectu fori conſequitur.*

*Fiſci ceſſionarius in priuilegium fiſci reſpectu fori ſuccedit.*

9 *Fiſcus comparens pro ſuo intereſſe, cauſam trahit ad ſuos iudices.*

10 *Fiſcus trahit ad ſuos iudices etiam illos, quos ex proprio ſuo priuilegio conuenire poteſt.*

11 *Fiſcus non tenetur inſtantiæ cœptæ per priuatum ſuum auctorem.*

*Inſtantia iudicij per priuatum non obligat fiſcum ſucceſſorem.*

12 *Fiſcus appellans a ſententia lata contra priuatum ſuum auctorem, non immutat iudicem: ſed proſequitur coram iudice appellationis.*

13 *Fiſci officiales habent fiſci priuilegium reſpectu fori.*

14 *Fiſcales iudices non recipiunt ſportulas.*

15 *Fiſcus, & fiſci ceſſionarius, an trahat ad ſuos iudices fiſcales perſonas eccleſiaſticas.*

AGGREDIOR quartam, & vltimam, principalem operis partem: quæ circa iudicialia verſatur. in iudicijs autem conſiderantur perſonæ, ordo, & merita cau[1]arum.

Ideoq; de his ſingulis videndũ eſt. Et vt a ꝑſonis ĩcipiamus, q̃ digniores ſunt,

ad l.



ad l. ſi quæramus. ff. de teſtam. Quinque ſanè perſonæ in iudicijs interueniunt: Iudex, Actor, Reus, Aduocatus, & Notarius.

1 In fiſcalibus itaque cauſis, iudex particularis ex Principum cõſtitutionibus, & ex vſu deſignatus reperitur: nẽpe procurator Cæſaris (ſic enim appellatur) de cauſis fiſcalibus cognoſcit, toto titu. C. vbi cauſæ fiſc. in quo non mediocre fiſci priuilegium verſatur contra regulam C. ne quis in ſua cauſa, pro vt aduertit Alciat. conſi. 12. numero vndecimo, libro octauo, vbi propterea infert, quòd fiſcus eſt formidoloſus.

2 Cauſæ autem fiſcales ſunt, cum de crimine non quęritur, ſed de bonis fiſco applicãdis ex cauſa criminis commiſſi, vel aliter. nam de crimine ad pœnam irrogandam Præſes cognoſcit, l. 1. & 2. & l. ad fiſcum. C. vbi ca. fiſ. & l. 2. C. ſi aduer. fiſ. & pulchre docuit Iaſ. conſi. 100. in 1.

Item intellige, cum in prouincia adeſt procurator Cæſaris, aliàs Præſes cognoſcit, ſic Barto. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. 10. vbi ita intelligit illum text. & glo. in l. defenſionis. C. de iure fiſ. eo. lib.

Ideo fiſcus, ſiue actor, ſiue reus ſit, ex quacunque cauſa iudices ſuos habet, vt in dictis iuribus, & l. 1. C. de fide inſtru. eodem libro, & l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſoluto matrimonio, & l. cum eorum. C. de ſentent.

3 Inter priuatos autem, fiſcalis iudex non cognoſcit, l. procurator. C. vbi cau. fiſ. niſi priuatus priuatum conueniat ex cauſa, quæ à fiſco pendeat, l. ſi vendente. C. eod. l. ſi minori. C. de iure fiſc. lib. 10. vbi emptor pro re empta à fiſco, coram iudicibus fiſcalibus à priuato conuenitur.

4 Proinde fideiuſſor ſoluens in camera pro debitore principali fiſci, ſeu emptor alieno nomine, rei per fiſcum venditæ, poteſt debitores ſuos, & bonorũ poſſeſſores coram iudicibus fiſcalibus conuenire, pro vt fiſcus ipſe poterat, vt explicant iura illa, ponderando, ibi elegeris, ad quod etiam eſt tex. in l. in fraudem. §. qui pro alio. ff. de iure fiſc. vnde actoris eſt electio, Bald. Salyce. & Paul. poſt antiquos in dicta l. ſi vẽdente, ideoque inferunt, fideiuſſorem in aliquo officio veluti maleficiorum, ſoluentem pro reo poſſe eundem reum coram eo iudice conuenire pro ſui indemnitate: licet aliàs ſit iudex incompetens, & fuit dictũ Barto. in dicta l. cum eorum, quibus omnibus conducunt, quæ Iaſ. ſcripſit in l. ſi quis. §. rationem. ff. de edendo.

5 Emptores etiam, & cauſam à fiſco habentes iudices habẽt fiſcales, idcirco coram alio iudice conuenti pro re à fiſco empta, petere poſſunt remiſſionem ad iudices ipſos fiſcales, caſus eſt in l. fin. C. ſi aduer. fiſ. & inde colligit Paul. Caſt. & in d. l. 1. C. de fide inſtrumento. & inde not. Ange. & ſic apud nos ſeruatur: parte autem non opponente, nec fiſco remiſſionem petente, valet proceſſus coram ordinario, Socinus ſenior, conſilio 46. in primo dubio, in quarto, vbi plenius ſcribit.

6 Fiſcus tamen in cauſis ſuis non poteſt in alium iudicem conſentire: nec alterius iuriſdictionem prorogare, Bald. in dicta l. cum eorum. vbi adducit, quia iudices ſuos prætaxatos fiſcus habet. Amplia ad emptores fiſcales, qui rem à fiſco cum priuato communem ex fiſci priuilegio emiſſent, l. prima, & ibi Barto. C. de vendition. rerum fiſcalium, libro decimo.

7 Solués item in camera fiſci pro illius debitore iura fiſci aſſequitur, facta tamẽ ceſſione iurium per fiſci adminiſtratorem, & non aliter, l. ſi cum pecuniam, & l. fina. C. de priuileg. fiſ. & ſpeciale eſt, vt inquit Paul. Caſtren. quòd iudex transferat actiones: nam aliàs factum priuati creditoris requiritur, ad l. Modeſtinus. ff. de ſolut.

8 Et nota, quòd ceſſionarius fiſci, nedum aſſequitur iura fiſci circa potioritatem in meritis, vt iura illa dicunt: ſed etiam reſpectu priuilegij fori, Bald. poſt Butrigarium in dicta l. cum eorum, in fine.

9 Ampliatur materia, vt etiam fiſcus comparens pro ſuo intereſſe, cauſam

trahat ad ſuum iudicem,l. ſi minori. ſecundum vnam lectu.C.de iur. fiſ.lib.10. Anch.in c.ea quæ,q.17.de regu.iur.in 6. Pau.Caſt.& Cag.in l. venditor.ff. de iudi.late Capic.deciſ. 197. quicquid contradixerit Caballin. in ſuo tract. de euictionib.§.3.num.124.& Didac. in prac. c.8.num.3.Nam prior opinio pręualet, quam probauit Dec.conſi.vlt.nu.8.

10 Amplia, vt fiſcus coram ſuis iudicibus trahat illos, contra quos ex ſuo priuilegio,vel alia ratione,actiones ſuas dirigere poteſt, veluti debitores ſuorum debitorum,ad l.ſi debitum.C. quan. fiſ. & l.1.C.de cond.ex lege.

11 Amplia tertiò, vt etiam fiſcus ſuccedens in ius priuati, non teneatur ſtare inſtantiæ litis cęptę,per,vel contra auctorem ſuum,ſed coram ſuis iudicib. cauſa agi,& terminari debet: caſus eſt in d.l.ſi conſtante.§.fi.& ibi no.Bal.in l.1. col.2. C.de hær.vend.quamuis ſecus ſit in priuato,l. ſi eum hominem.ff. de fideiuſ.c. quia 5.ext. de iud. Hoc tamen dictum limitatur, cum fiſcus ſuccedit iure hæreditario:tunc enim iudicij inſtantia ab illo iudice non remouetur. Quia fiſcus, cum priuato ſuccedit,in præteritis,& cōnexis priuati iure vtitur. l. fiſcus, qui in priuati.ff.de iure fiſ.ſic ſanè concludunt Bal.Ang.& Caſt.in d.l.ſi conſtante.§. fi. Dec.in d.c.quia 5.nu.10. Alc.conſi. 22. libro 6. & horum opinionem ſequitur Alex.d.§.fi.poſt Imo.in d.l. ſi eum hominem, ne alioquin pereat inſtantia in pręiudicium actoris,& ad tex.in d.§.fina.reſpondet,quòd loquitur in caſu, cum fiſcus ſuccedit in bonis per publicationē non iure ſucceſſionis hæreditario. Verum tamen licet in via diſputatiua multa dici poſſent:circa intellectum d.§.fin. ex ſcriptis per Doct.ibi,& per Dec.in d. c.quia 5.Concluſiuè cū in priuatis cauſis deciſū habeamus tā in actore, quàm in reo,inſtantiā tranſire contra ſucceſſorem,l.ſi petitor.ff.de iud.& d.l. ſi eū hominem:etiam, quòd ſit ſucceſſor bonorum tantum.l.tam ex contractibus.ff.de iud.iuncta l.ſecunda,ff.de caſt. pecul.& d.c.quia 5.Et cum in fiſco contra reperiatur deciſum in dicto §.fi. idcirco ſpeciale in fiſco eſſe,fateri: melius eſt,ea ratione, quia iudices ſpeciales fiſcus habet,ſiue ſuccedat in bonis, ſiue ſuccedat perſonæ,& in bonis.& ſic determinauit Bar.ibi,ſequuntur Bal. in rub.ff. de rerū diuiſ.num.15.Ange.in l. ſi vt proponis. C.de bon.dam.Sal.in l.1.C. ſi pend. appel.Anto.& Abb.d.c. quia 5. & hæc ſeruatur apud nos, vt iudices fiſcales aduocent ad ſe cauſam cum toto proceſſu, & ex ſupradictis iuſtificatur dictum Ang. in l.cum quædam puella. ff. de iuriſdict. omnium iud.dum inquit,quòd præuentio iuriſdictionis non præiudicat fiſco ſucceſſori,ſequitur Mart.Laud.in tract. de fiſco q.91.

12 Limita præmiſſam concluſionē Bart. & ſequacium,quādo fiſcus ſuccedit priuato,durante prima inſtantia: ſecus ſi poſt latam ſententiam in cauſa appellationis: nam eo caſu fiſcus tenetur iudicium appellationis proſequi, ſic Sali.in d.l.prima. C.ſi pend. appellat. per illum text.ſequitur Franc.Lucan. de priuil.fiſ. nume.70.

13 Sunt etiam nonnullæ perſonæ, quæ ex cauſa fiſci priuilegium fori habent, vt l. coram iudicibus fiſcalibus, conueniantur in ciuilibus, veluti officiales cameræ,l.nullum, & l. cum aliquid. C. vbi ca.fiſ.Item conductores fiſcales,d.l.cum aliquid,l.ſi quis.l.domini.& l.fi.C.eo.Et attende, quia iura iſta loquuntur cum quæſtio agitur inter priuatos extra rem fiſci. Modo tamen ex cauſa illius conductionis quæſtio oriatur,ſecus ſi omnino ſit extranea, & ita obſeruatur, dixi in parte præceden.in titu. de conductor.fiſcal.ſub nu.8.

14 Sanè fiſcales iudices in ſignum præeminentiæ, & dignitatis fiſcalis non recipiunt ſportulas pro cognitione,& expeditione cauſarū, ex quo ſunt ſalariati de pnblico,vt in l.ad fiſcum, vbi gloſſ. & ſcribent.not.C.vbi cau.fiſ.Iudices autem priuatorum vtique.C. de ſportula. l.prima,cum materia,& not.Afflictus in capitulo primo,nume. 63.in tit.de frat. de nouo ben.inu.





15 Sed vtrum fiſcus, & fiſci ceſſionarius trahant ad ſuos iudices fiſcales perſonas eccleſiaſticas, quæ itidem ſuos iudices habent, nec coram iudicibus laicis conueniri queunt, ad tex. cum materia in c.ſi diligenti.extra de foro compe.eſt quæſtio tractata per Afflict. in deciſ. 2. Seren.Rex,vbi negatiue decidit.

## DE ADVOCATIS FIſcalibus. Titu. II.

1 *Aduocatos ſpeciales fiſcus habet.*

2 *Aduocatus fiſci intereſſe debet in cauſis fiſcalibus: alias acta non valent.*

3 *Sententia pro fiſco lata abſente fiſci aduocato valet.*

4 *Iudex impartiri debet terminum petenti pro inueniendo aduocato, alias grauatus recte appellat.*

5 *Aduocatus fiſci eligitur, & cōſtituitur per principem, ſeu per commiſſarios ſuos fiſcales.*

*Iudex delegatus a principe non habet auctoritatem eligendi aduocatum fiſcalem in cauſa delegata.*

6 *Aduocatus fiſci non eligitur, qui non ſtuduerit in legibus per quinquennium.*

7 *Fiſci aduocatus non debet calumnioſas actiones inſtituere.*

*Aduocatus fiſci ſollicitus eſſe debet, ſic tamen vt actiones calumnioſas nō moueat.*

8 *Aduocatus fiſci non cogitur contra ſe, & ſuos patrocinari.*

9 *Aduocatus fiſci non debet cauſam fiſci, ſub prætextu ſalarij non ſoluti, deſerere.*

*Aduocatus fiſci in vna cauſa poteſt in alijs contra fiſcum poſtulare.*

*Idem eſt in cauſis priuatorum.*

10 *Aduocatus in prima inſtantia an poſſit contra poſtulare in cauſa appellationis.*

11 *Conſulens pro vna parte, an poſſit aduocare pro alia parte.*

12 *Aduocatus fiſci eligitur de præſtantioribus & duo eliguntur.*

13 *Aduocati fiſcalis officium per biennium durat.*

14 *Aduocatus fiſci decedens intra annum, integrū ſalariū ad hæredes ſuos trāſmittit.*

15 *Aduocatus fiſci dignitatem habet; ac ſpecialia meretur priuilegia.*

*Aduocati ſunt exempti a muneribus perſonalibus, & quod ex officio acquirunt, quaſi caſtrenſe reputatur.*

16 *Notarios ſpeciales fiſcus habet.*

17 *Agere pro fiſco quilibet poteſt.*

1 SICVT fiſcus iudices proprios habet:ita quoq; aduocatos,& procuratores, pro defenſione, & tuitione rerum, cauſarumque ſuarum,peculiares habet,toto tit.C. de aduo.fiſ. Aduocatos autem fiſci primus omnium Adrianus Imperator inſtituit: veluti retulit Bude.in annotatio.ad Pandectas.in titu.de off. quæſt. & poſt eum, Octauian.Veſtr.in tract.de vſu Cur. Roma.lib.2.cap.9. & ſubſequitur Graua.in additionibus.

2 Debet autem fiſci aduocatus intereſſe in fiſcalibus cauſis, adeo vt ſententia aduerſus fiſcum lata eo abſente, ſit nulla,& inualida.l.non intelligitur.§.diuus. l.ſi fiſcus.ff.de iure fiſ.l.2.C. ſi aduer. fiſ. & l.fin.C.de aduoc.fiſ.& ita etiam ex lege Decem virum huius Ser.Dom. 1562. 19.Iulij, cautum fuit. Et præterea lucra fiſco delata inconſulto fiſci aduocato,repudiari nequeunt,l.1.C.de repud.bon. poſ.& ibi not. Contra priuatum autem ſententia lata velamēto abſentię ſui aduocati non reſcinditur, etiam quòd inter duos priuatos contendatur, l. velamento.C.de poſtul.l.1.C. de bono. poſ. contra tab.& vtrobique notatur.

3 Sententia verò pro fiſco lata, quamuis abſente eius aduocato, & procuratore, valet: quia priuilegium ſuum ſibi nocere non debet,l. pupillus.ff. de arbi. l.acta.§.fin.ff.de re iud.& l.non ideo minus.C.de procurato. Nam & aliàs valet ſententia pro,licet non contra.l.poſthumus.§.fi.ff.de inof.teſt.& l. denunciaſſe, §.fi.ff.de adul.gl.not.in d.§. Diuus, quæ idē dicit in procuratore,ꝙ in aduocato.

4 Nota tamen in cauſis priuatorum, ꝙ ſi pars petierit terminū ad ſibi ꝓuidēdū de aduocato, & iudex denegauerit,

poteſt iuſte a tali grauamine appellare. l.ait prætor,ad finẽ,ff.ex quib.cauſ. ma. Bart. in l. 1.C.de ſent.aduer.fiſ. latis,lib. 10.Iaſ.& Dec.in d.l. 1.C.de repud.bon. poſ.Canon. in capit. 1. extra vt lite non conteſt.

5 Aduocatus verò,& procurator fiſcalis eligitur, & conſtituitur per Principẽ ſupremum.l. 1.ff.de off.procur.Cæſ. ſeu per iudices, & commiſſarios fiſcales, in id habẽtes auctoritatem,quia Princeps videretur elegiſſe,ex regula: Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur.Cæterum iudex a Rege delegatus in cauſa fiſcali, non poteſt ipſe eligere aduocatum, & procuratorẽ fiſcalem,in ea cauſa:& ſi elegerit, proceſſus cum eo formatus erit nullus, & inualidus:ſic Afflict.deciſio.360.in pleno,in primo dubio,ſequitur Reſt.de Impe. q. 110.caſu 247.

6 Nullus autem aſſumi poteſt in fiſci aduocatum,niſi ſtuduerit in legibus per annos quinque.l.petitiones.C. de adu. diuer.iud.vbi Bar.Bal.& Sal.

7 Electus verò fiſci aduocatus,pœnam metuens ſollicite fiſci commoda proſequi debet: ſic tamen vt calumnioſas nõ inſtituat actiones,l.pen.C. de aduoc.fiſ. ad exemplum tutoris.l.quoties.§.nec vtique.ff.de admi.tuto. ne inde iniuriarũ naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur, l.meminerint.C.vnde vi,& plurimum ſibi cauere oportet,ne vitio ſui,fiſcus detrimentum aliquod patiatur,l.fin.C. de bo.vac.lib. 10. alioquin ſi calumnioſam inſtituerit litem,meretur in expenſis de ſuo proprio condemnari,ad tex.in l.ſuccurritur,ff.de excuſat.tuto.& per Ioan. Fab.in l.non eſt.C.in quib.cau.tut.hab. Et in terminis tradidit Boer. in deciſio. 324.Gram.deciſio.60.num.21.vbi ſubdit verbum nimis graue,quod etiam capitaliter puniatur, ad text. in l.vniuerſi. C.vbi ca.fiſ.Sed intellige,& reſtringe ad terminos illius legis,& pro qualitate calumniæ. Amplius adde, quòd aduocati, & procuratores fiſci tenentur iurare de calumnia,niſi aliud de conſuetudine ſeruetur:ſic Lucas de Penna,in l.prima.C. de conductor.lib.vndecimo.

8 Non tamen cogitur contra ſe,& ſuos patrocinari.l.petitionem. C. de aduoc. diu.iud.& ibi not.Bald.adducit in argu. tex.in l.amiciſſimos.C.de excu. tuto. & quia prima charitas incipit a ſeipſo,l. præſes. C. de ſeru.

9 Item aduocatus fiſci in vna cauſa, nõ debet eam deſerere,prætextu non ſoluti ſalarij, nec in ea cauſa contra fiſcum poſtulare.l. 1.C.eod.vbi glo.ſecus ſenſit in cauſis priuatorum,per tex.in l.properandum.§.illo.C. de iudi. in alijs autem cauſis poteſt,l.2.C. eo. niſi ſit generalis fiſci aduocatus,Bal.ibi, & bene. Limita, cũ fiſci aduocatus haberet cauſam propriam,filiorum, parẽtumve ſuorum, vel pupilli,cuius eſt tutor:nam contra fiſcũ, cauſam illã agere,& tueri, minime prohibetur.l.pe.& fin.ff.de poſtul.Immo etiam in eadem cauſa,in qua fiſcum iuuauerat,vt dicunt iura illa,& clarè glo.ibi. In priuatorum autem cauſis,abſolutum eſt aduocatum in vna cauſa poſſe in alia cauſa contra aduocare,vt in d.l.2.in eadem verò non poteſt, alioquin præuaricationis crimine inuoluitur.l. Athletas. §.præuaricator.ff.qui nota.infam.l.2.§. quod ſi aduocatio.ff.de præuaric. Spec. in titu.de aduoc.§.nunc tractemus, numero 11.

10 Vtrum autem aduocatus in prima inſtantia pro actore,poſſit eſſe aduocatus pro reo,in cauſa appellationis,dubitant ſcriptores. Nam Accurſius in l.fin.ff. de poſtul.tenuit affirmatiuam,quia alia eſt cauſa,& Specu.dicto loco,ſub num. 12. refert, quòd ita ſæpe contingit in curia Rom.ſubdit tamen honeſtius eſſe abſtinere, quia ſecreta illius cauſæ nouit, & quia cauſa appellationis eſt eadem cum prima,cuius opinionis fuit Ioã. And. in c.ſi.de teſtib.in 6.vbi inquit,non eſſe honeſtum, licet ſit de iure permiſſum: Immo Gugliel.de Cun.quem Bal. refert in l.fin.ff.de poſtu.tenuit,quòd aduocatus tranſiens in cauſa appellationis ad partem diuerſam,ſit tergiuerſator,quia nõ debet primam fidem irritam facere.

11 Quæ verò vni parti conſilium præſti

terit,



terit,an poſſit pro altera parte aduocare,dubitatur:nam glo.in d.l.fin.determinauit affirmatiuè,ſecutus eſt Spec.in loco præalleg.Ioan.And.verò, in addit.ad eum,formaliter dixit, quòd non aduocaret contra eum, cui recepto ſalario conſilium dediſſet: maximè in ſcriptis, & huius opinionis fuit etiam Bald.poſt Gugl.in d.l. fina. vbi formaliter inquit, quòd nudatis ſecretis, improbus eſt, qui diuerſam partem adiuuat,quod eſt verum,ſi ſibi tanquam conſultori fuit ſolutum condignum ſalarium, quia non debet contrarijs partibus conſulere: ſecus autem ſi ſit tentatus à cliẽtulo, quia obuiandum eſt malitijs eorum.l.in fundo.ff.de rei vendi. nam multi ſciſcitãtur oretenus ab aduocatis, quid ſentiant ſuper aliquo puncto, & obiter oſtendunt punctum alicuius fideicommiſſi,vel alterius quæſtionis.Et deinde opera aliorũ aduocatorum vtuntur:nam ea incidens conſultatio nõ impedit aduocatum cõtrariam partem tueri,vt ex Bald. colligitur,& Doctorib.ſupra relatis.

12 Redeundo vnde diſceſſimus, notandum eſt, quòd fiſci aduocatus eligitur de præſtantioribus,l.binos.vbi Bal. not. C.de adu.diu.iud.Et duo eliguntur d.l. binos,& l.poſt duos.C.eod.& ita obſeruatur in Camera fiſcali huius M.Ciuita. Patau.& ſub die 16.Nouemb.1576. Clariſſ. & Illuſtr. Domini Paſcalis Ciconia Prætor tunc Pad.deinde Dux Sereniſſ. & Aloyſius Georgio Præfectus Digniſ. Rectores huius Ciuitatis ob mortem M.& Excellentiſſ.D. Iulij Spironi, & ob ſenectutem M.& Excel.D.Marci Antonij Caballini aduocatorum elegerunt eodem tempore in aduocatos fiſcales, vnà mecum M.& Excell. D. Bartholomeum de Zaghis. In huius locum ob illius obitum ſubrogatus fuit M.& Excel.D. Aloyſius Burlettus mihi vti frater honorandus celeberrimus in criminalibus aduocatus, & poſt nos ſubſtitutus M.& Exce.Dominus Alexander Forteccia mihi compater,& vti frater.

13 Durat autem de iure ſcripto aduocati fiſcalis officium per biennium,l.ſancimus,la ſeconda. C.eo. in partibus verò huius Sere.Dom.eſt ad vitam pro arbitrio tamen Principis.

14 Et fiſcalis aduocatus decedens intra annum, integrum illius anni ſalarium ad heredes ſuos tranſmittit.l.petitionẽ. & l.poſt duos.C.eo.vbi Sal. extendit ad aduocatos priuatorum,qui habent annuum taxatum ſalarium,poſt Bar.in l. 1. §. Diuus.ff.de var.& extraor.cog.

15 Aduocatus autem fiſci dignitatem habet,& meretur ſpecialia priuilegia,d. l.binos,vbi Bald.not.ideoque liberatur à curiali conditione, vel altera viliori.l. cum aduocatio.C.eod. & clariſſimus appellatur.l. 1.l.laudabile,& l.reſtituendæ: C.de aduo.diu.iudicum,& ſpectabilis dicitur.§.vetus,in Authen.de iudic.& l.fi. C.de decur.lib. 10.& exempti ſunt à muneribus perſonalibus, præter arbitrandi,conſulendi, & iudicandi.l. ſancimus, la prima,C.eo.vbi Barto. & Bal. Item & quod acquirunt,peculium eorum,quaſi caſtrenſe reputatur.l. fori. C. eodem, etiam à priuatis,gl.& communiter Docto. ibi, hæc tamen duo vltima communia ſunt etiam alijs aduocatis,vt clarè iura illa decidunt,& plura ſpecialia de aduocato fiſci,ſcribit Alexandri.conſi.36. vbi,quòd præcedit conſiliarium Principis.Concurrẽtibus alijs; de quibus ibi, & aduocatus fiſci ob illius dignitatem cæteros aduocatos, etiam antiquiores, præcedit: ſicuti notarunt Ange.& Imo. in l.qui ſoluendo.ff.de hære.inſt. & ſubſequitur Grauat. in additio.ad Veſtriũ: lib.2.cap.8. vbi amplius voluit, quòd fiſci procurator aduocatos alios (ſi modo aliam non haberent dignitatẽ) præcedat:cum ipſe aduocatus appellari poſſit,ad glo.in verbo:reſtituuntur, in l.nõ intelligitur.§.vltimo,ff.de iure fiſ.Cuius etiam officium nobile eſt, etſi procuratorum,ſecundum regulam, vile ſit munus,Iaſ.in rub.C.de procurato. Ioan.de Platea,in l.vniuerſos.C.de Decurio.lib. 10.Bon.de Curtili in tractat. Nobilit.in tertia parte,numero 142.& multum differt procurator fiſci, à procuratore Cæſaris,ſicuti declarauit Caſt.in l.ſecunda,

C.ſi

C.ſi aduerſ.fiſc.Grauat. in addition. ad Veſtrium,cap.9.

16 Notarios quoque ſuos particulares fiſcus habet,ſicuti iudices,& aduocatos, adeo, vt alij tabelliones fiſcalia acta conſcribere nequeant.l.in fraudem.§. quotiens.ff.de iur.fiſ.Bald.in l.1.col.2.C.de hære.vend.

Et in præſentiarum camera iſta notarium habet,D. Ang.de Augu.compatrem mihi gratiſſimum virum quidem bonum, & in negocio ipſo optime eruditum.

17 Item in fiſco ſpeciale eſt, vt quilibet pro eo agere poſſit,ſic Bald. in c.1.§. iniuria,in titu. de pace ten. Afflict. in c.1. nume.62.in titu.de duobus frat. Barto. poſt gl.in rub.ff.de popul.actio.

## DE IIS QVAE SPEctant ad ordinem iudiciorum. Tit. III.

1 *Priuatus non conuenit Principem,nec eius fiſcum in ius,niſi venia impetrata.*

2 *Vaſallus an poßit conuenire in ius principẽ ſuum,abſque veniæ impetratione.*

3 *Cauſis in fiſcalibus an iudiciarius ordo ſit ſeruandus,& citatio eſt neceſſaria.*

4 *Inſtantia non currit in cauſis fiſcalibus.*

5 *Cauſa fiſci prius agi debet,quàm cauſa priuati.*

6 *Conteſtatio litis in vna cauſa non producit aliquos effectus in alia cauſa.*

7 *Fiſcus plus tempore petens quas pœnas patiatur.*

8 *Inquiſitionis via proceditur in cauſis fiſcalibus ad commodum fiſci.*

9 *Fiſci officiales non occupant bona vti in fiſcum deuoluta ſine principis mandato.*

10 *Lite pendente, an fiſcus poßit ſequeſtrare poſſeßionem rei contentioſæ.*

11 *Edere tenetur reus ad fundandam fiſci intentionem.*

12 *Fiſco probante per teſtes communes reum habuiſſe inſtrumenta,ſi non edantur,præſumuntur ſubtracta.*

13 *Poſſeſſor non tenetur edere fiſco titulum ſuæ poſſeßionis.*

14 *Princeps quo ad iuriſdictionalia, & dominium in genere habet intentionem fundatam.*

15 *Poſſeßio de præſenti arguit dominium.*

16 *Bona intra territorium Principis per neminem poſſeſſa præſumuntur eſſe Principis.*

17 *Poßidens fortilitia in limitibus Imperij, tenetur docere de titulo conceßionis.*

18 *Vaſallus tenetur oſtendere domino titulum ſuæ inueſtituræ.*

19 *Bona omnia vaſalli præſumuntur feudalia, niſi oſtendat inueſtituram in aliquibus.*

20 *Poßidens regalia, tenetur oſtendere titulũ ſuæ conceßionis,alioquin priuabitur.*

21 *Poſſeſſor cogitur titulum oſtendere quando ſine titulo poßidere non poſſet.*

22 *Poſſeſſor per tempus immemoriale non tenetur docere de titulo.*

23 *Edere non tenetur reus fiſco contra ſe in cauſis criminalibus.*

24 *Edere non tenetur fiſcus fiſco aduerſario.*

25 *Edere non tenetur reus fiſco aliunde probationes habenti.*

26 *Edere tenetur fiſcus priuato ſcripturas ad eum iure dominij pertinentes.*

27 *Edere non tenetur fiſcus actori ad fundandam actionem ſed replicationem.*

28 *Edere nõ tenetur fiſcus ſcripturas ſuas priuato contra tertium.*

29 *Edenda ſunt a priuato inſtrumenta contra fiſcum alicui pertinẽtia iure dominij.*

30 *Acta publica ſunt exhibenda priuato contra fiſcum,cum criminaliter quæritur.*

31 *Acta publica ciuilia an contra fiſcum edenda ſint per publicas perſonas.*

32 *Acta exiſtentia penes priuatum,an contra fiſcum ſint exhibenda.*

33 *Fiſcales conductores, & emptores circa materiam editionis vtuntur fiſci priuilegijs.*

34 *Priuilegia fiſci per ceßionem poſſunt in priuatos transferri.*

35 *Ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.*

36 *Emptor a fiſco priuilegijs fiſci vtitur.*

37 *Gabellarij tenentur edere libros ſuos.*

38 *Confeßio facta parte abſente, plene probat ad fauorem fiſci.*

39 *Falſificans acta in cauſis fiſcalibus cadit a cauſa, quid autem in cauſis priuatorum.*

*Conteſtatio*



40 *Conteſtatio litis in vna cauſa reddit reum malæ fidei in alia cauſa.*

41 *Confeßio ficta in vno iudicio non nocet in alio,expreßa vero ſic.*

42 *Ciuilis interruptio præſcriptionis in vna cauſa non prodeſt in alia.*

43 *Sententia in pari cauſa ferenda eſt pro fiſco.*

44 *Sententijs duabus paribus contrarijs:præualet,quæ ſtat pro fiſco.*

45 *Fiſci conditio diſpar eſt,cum agit de damno,& cum agit de lucro.*

46 *Iuramentum ſuppletorium,an deferatur in cauſis fiſcalibus.*

47 *Sententia lata neutra partium inſtante eſt ipſo iure nulla, exceptis cauſis fiſcalibus.*

POSTQVAM vidimus de Iudice,Aduocato, & Notario, in cauſis fiſcalibus, ſequitur, vt videamus de ijs, quæ ſpectant ad ordinem iudicij. Verum, quia tractatus noſter pertinet ad cauſas ciuiles. idcirco de iudiciorum ordine, in ciuilibus tantum ſcribam: conſequenter de priuilegijs,quæ fiſcus habet,vel vti actor,vel vti reus.

1 Primò itaque notandum eſt, quòd priuatus non poteſt conuenire fiſcũ ſui Principis,ſicut nec Principem in ius, citra veniæ impetrationem,ſic Bal. tradidit in l.bene a Zenone.C.de quad. pręſcrip.veluti nec libertus patronum,l.adoptiuus.§. patronum,l. generaliter.ff. de in ius voc.& dictum Bal. ſequitur And. Iſer.in c.1.in prin.in tit. de lege Conrad. Afflict.in c. 1.§.præterea,el ſecondo, de prohib.feud.alien.per Feder. nume.63. vbi præciſe loquitur, cũ quis agere vult contra fiſcum.ſecutus eſt Rol.conſi. 18. num.17.in 2.

2 Verum,quia punctus principalis, an vaſallus poſſit vocare dominum in ius ſine veniæ impetratione,eſt valde controuerſus,quia glo.in cap.1. de milit. vaſal. quam ſequuntur ibi communiter feudiſtæ,tenuit,quòd non ſit neceſſaria venię impetratio. Alex. in d.l. generaliter, vbi alios adducit, & ſequuntur plures relati per Rol.d.conſi.col. prima, quia prætoris edictum loquitur de certis perſonis. Alij vero fuerunt contrariæ opinionis, veluti Iaſ.in d.l.generaliter,& plures relati per Rol.ſub nume.11. Nonnulli autem diſtinguunt inter Principem, & inter dominos inferiores à principe, ſicuti Iac.a S.Georg.in tract. de Homag. in 6.colum. Idcirco, in re controuerſa, & quia veniæ impetratio eſt potius formula quædam ad mores pertinens, vſus in partibus iſtis obtinuit, vt iudicia agantur abſque veniæ impetratione.

3 Planum autem eſt in cauſis fiſcalibus citationem eſſe neceſſariam, l. de vnoquoque.ff.de re iud.c.nos in quemquã, 1.q.1.clem.paſtoralis,de re iud.ſed an in his ordo iudiciarius ſit ſeruandus,Bart. in l.1.C.de conducto. & procura.lib.11. Sentit ſeruandum eſſe, & ſequitur Lucas de Penna ibi, niſi quatenus de iure reperiatur relaxatus, ſequuntur Marti. de fiſco,q.181.Iaſ.in pręlud.feudorum, nume.50.Dec.conſil.61. col.1. cum alijs, vt per Rol.conſi.66.col.vlt.in 3. Tu dic, quòd cauſæ fiſcales ſummariæ ſunt, ac ideo tractantur etiam temporibus feſtiuis,modo non ſint in honorem Dei,caſus eſt in l.publicas, & ibi not. C. de ferijs,& in eis non exacte, ſed ſola facti veritate inſpecta proceditur,ſic Alc.conſ. 54. ad finem in 5. etiam cum fiſcus vti reus conuenitur,Bart.in l.res quæ.§. res autem.ff.de iure fiſ.Pau.Caſt.in l. ſi marito,in prin.ff.ſol.mat.Quocirca dictum Barto.in d.l.1.accipiendum eſt, vt ordo ſit ſeruandus in cauſis fiſcalibus, pro vt in cauſis priuatorum ſummarijs,ad tex. in clem.ſæpe,de verbo.ſigni. Omiſſa autem citatione, compertum eſt,ſententiã fore ipſo iure nullam, quamuis latam à Principe ſupremo,d.clem. paſtoralis, & d.c. nos in quenquam, pulchre Decius conſi.544.

4 Item in cauſis fiſcalibus non currit inſtantia,pro vt in cauſis priuatorũ,l.properandum,in princ.C.de iudi. Item nec in eis iuratur de calumnia, ſecundum quoſdam per glo.in c.1.de conſuetu.recti feudi,quæ id mihi non dicit,ita tamẽ

ſeruatur

ſeruatur apud nos. vnde quo ad hoc loci conſuetudo erit attendēda, Lucas de Penna in d.l.1.

5 Rurſus fiſco,& priuato, mouentibus quæſtionem ſuper eadem re, cauſa fiſci prius agi debet.l. apud Iulianū.ff. de iure fiſ. Spec.in tit.de reo,ver. itē ſi fiſcus, Afflict.in c.1.nume.7.in tit.de fratrib.de nouo ben.& melius in c. 1.§. rei autem, num.9.in tit.de inueſ.de re alie.vbi poſt And.Iſer.plenius ſcribit,& in c.1.§.præterea ducatus,num.66.de proh. fe.alie.

6 Conteſtatio litis facta per fiſcum in vna cauſa,non prodeſt eidem,quo ad aliquos effectus in alia cauſa. caſus eſt, & ibi Bar.explicat in l.fiſcus, in quæſtio.ff. de iure fiſ.& eſt generale in cauſis priuatorum,Barto.in l.2.ff.iud.ſol. not. in l.2. C.de eden. & in his fiſcus iure communi vtitur.

7 Fiſcus plus tempore petens cadebat à cauſa ad inſtar priuati.l. iuſtas, ſecundum primam lect. C. de iure fiſ. lib. 10. Iure autem nouo, duplicantur inducię. §.temporales,inſtit.de except. quæ ſanè duplicatio eſt de tempore, quod ſupereſt:Barto.in d.l.iuſtas. Niſi ſubeſſet iuſta cauſa: nam ante tempus ex fiſci priuilegio deducto interuſurio medij temporis priuatus debitor exigi poteſt.l.1. C. de cond.ex lege,glo.Bal. & Sal. ibi,dixi plenius in tit.de debitor.fiſca.

8 Vtitur autem fiſcus priuilegio,in modo procedendi,quoad hoc,quia licet in ciuilib.iudex ex officio ſuo non inquirat ad priuati vtilitatem,niſi fauore pupillorum in cauſa ſuſpecti tutoris, ad tex.in l. 3.§.præterea.ff.de ſuſpect.tutor. ad fiſci tamen vtilitatem,& commodum,ſpeciali eius fauore,cum bona ex aliqua cauſa ad fiſcum pertinent: Procurator Cæſaris cum fiſci patrono diligenter inquirere poteſt, & debet,l. fi. & inde colligunt glo.Bar.Ange. & alij.C.de bon.vac.lib. 10.not.Bal.in c.1.§.iniuria,in tit.de pace iur.fir. Afflict. ibi nume.23. Lucas de Penna in d.l.1.C.de conductorib. Et accerrima indagatio fieri debet, etſi res expedierit,etiam cum tormentis,glo.in l.defenſionis.C.de iure fiſ.lib. 10. & ibi not.Bal.in l.1.C.de hær.vend.num.7.vbi ampliat etiam,quòd bona ſint delata fiſco ex cauſa non punibili.ad hæc tex. in l.1.C.de natu.lib. Et poteſt procurator Cæſaris compellere notarios,& tertios, penes quos extant inſtrumenta, & ſcripturę bonorum,ad eorum exhibitionē, glo.& Bar.in d.l.defenſionis. Ang. in l.ſi quis.C.de bon.proſ.Mart.de fiſco quęſtio.82.

9 Nota tamen, quòd officiales principis non poſſunt capere bona alicuius vti in fiſcum deuoluta,ſine literis, & mandato principis,vel rectorum ſuorum, alioquin poſſeſſor poteſt de facto impune reſiſtere.caſus eſt,in l.prohibitum.C. de iure fiſ.lib. 10.

10 Lite autem pendente, an fiſcus poſſit inſcribere, deſcribere, vendere, aut ſequeſtrare bona,de quibus controuertitur,diſtingue poſt Bart. in d.l. defenſionis,& in l.fi.ff.de requir.reis, & in l. poſt contractum,colum.vlt.ff.de don. quem ſequitur Pichus nume.44. Quædam eſt deſcriptio per modum inuētarij,vt ſciatur quantitas,& rerum qualitas, & hæc fieri conceditur,l.1.§.penul.ff. de ven.in poſ.mit.l.3.& l.fi.C.de bon.vac.vbi Bar. & Ang.Lucas de Penna,in d.l.defenſionis, per illum text. Quædam eſt deſcriptio,ſeu potius inſcriptio, cū inſignijs, & armis, quæ ſignificat rem eſſe principis,& hæc ante ſententiam,& rerum incorporationem fieri prohibetur, dicta l.defenſionis.

Venditio vero,de rebus,quæ in contentione ſunt,lite pendente,differenda eſt,l.res,quæ.ff.de iure fiſ.

Sequeſtratio autem fieri,quoque pēdente lite,inhibetur,ſicut & ipſius rei in fiſcum incorporatio.d.l.defenſionis facultas,vbi idem Lucas not. & l.fin.C. de bon. vac. lib. 10. Item nec aliter reus de poſſeſſione eijci debet,donec lis finiatur Guido Papa q. 366. ſecutus eſt Didac. d.lib.1.variar.reſol.c.16.nu.9.

Si tamen adeſſet legitima ſuſpicio, vel alia iuſta cauſa, res in ſequeſtro penes tertium,aut penes reum, præſtitis fideiuſſorib.deponi poſſet,l.fi. C. de ord.





cogn.Bart.d.l. poſt contractum,col.vlti. Guido Papa d.loco.Item ſi reus contumaciter abeſſet, quia per contumaciam vehemens contra eum inſurgit præſumptio, ad ſequeſtrū deuenire expediret, d.l.fi.ff.de requir.reis,copioſe dixi, in titu.de publica.bono.nu.174.& 175.

Sed vtrum aduerſarius teneatur edere fiſco,vel econtra. Quæſtio ſcinditur in quatuor partes.Prima eſt, an fiſco edi debeat. Secunda an fiſcus edere teneatur.Tertia an contra fiſcum.Quarta quid in conductoribus fiſcalibus,& à fiſco cauſam habentibus.

11 Quo ad primum, licet regulariter in cauſis priuatorum reus non teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem.l.qui accuſare. C. de eden. cum legib. ſeq. attamen in fiſco ſpeciale ius eſt, vt reus ad fiſci intentionem fundandam edere debeat. caſus eſt, ſecundum communem intellectū, in l.2.§.Diuus.ff. de iure fiſ.vbi Bart.nota.& in l.nec quiſquam.ff.de edendo, & ibi communiter not.Doctores,gloſ. & ſcriptores, in l. 2. & in d.l. qui accuſare, Dec. in l. non iuſtum.C.de eden.& idem Dec.poſt Felynum,in cap.primo,numero 12.extra de probation.

Et editio facienda eſt cum die,& anno,prout voluit Spec.in tit.de inſt.edit. §.6.in verſ. facienda eſt:refert Afflict.in c.1.num.73.in titu. de fratribus de nouo benef.inueſt.

12 Et ſi reus requiſitus,vt edat, negat illa habere: fiſcus vero per teſtes etiam communes probet reum illa habuiſſe, quamuis non ſint docti,& periti de tenore inſtrumentorum,ad not.in c.cum olim, extra de priuileg. ea probatio ſufficit ad conuincēdum reum,vt illa inſtrumenta ad fiſci cauſam pertinentia ſubtraxiſſe videatur, Bart. in d.l.2.§.Diuus, vbi hoc ſpeciale dicit in fiſco Bald.in l.1. col.2.C.de hæred.vend.

13 Sed contra præmiſſam concluſionē communiter receptam obſtare videtur: nam poſſeſſor à fiſco conuentus non cogitur docere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſed fiſcus actor tenetur ipſe implere ſuā intentionem,l.extat.ff. de iure fiſ. vbi gl. adducit concord. quia ſecundum iuris regulas poſſeſſor non tenetur probare, nec dicere titulum ſuæ poſſeſſionis,l. in ſpeciali.ff.de rei vend.l.cogi.C. de petit. hæred.cum pluribus ſimilib. Ange. in l. qui interrogatus.ff.de pet.hære. Alber. Brun.in conſi. 108. & in terminis in fiſco,not.Barto.in l.1.C.de conductor. & procur.lib.10. ſequitur And. de Barulo ibidem,vbi refert, ſic fuiſſe determinatum.Corn.conſ.282.colum.2.in 4. & in eod.vol.in conſi.314.colum.2. Tiraq. in connubial.lege 11.num.11.Iaſ. in pręlu. feud.nu.50.vbi alios refert.

Ratio rationis eſt, quia fiſcus vti actor tenetur implere intentionem ſuā, alioquin reus abſoluendus eſt, d.l. qui accuſare.l.fi.C. de rei vend.c. ex literis, ext.de proba.& l.vti frui.ff.de vſufr.pet. Bart.in l.1.colum.1.ad finem,C. de iure fiſ. Item nec fiſcus actor poteſt excipere,ſeu replicare de iure tertij, ad nota. per Soc.in l.2.ff.de excep. rei iudi. Et in terminis tradidit Soc.iun. conſi.51. nu. 7.in ſecundo.

14 Vnde licet princeps, quo ad iuriſdictionalia, & quo ad dominium in genere habeat intentionem ſuam fundatam in bonis, quæ ſunt intra fines ſui principatus,& Imperij,attamen quo ad dominium rerum particularium, quæ per priuatos,vel per vniuerſitatem aliquā poſſidentur, præſumitur pro poſſeſſore, ſic Abbas in c.ſi diligenti,ext. de præſcrip. Soci.ſen.conſi.127.nume.5. in 1.quod eſt duplicatum in 2.vol.conſi.181.Alex. conſi.76.colum.fi.in 2. Corn.d. conſilio 282.colum.vlti.Dec.conſi.528. colū.2. Afflic.in c.Imperialem.§.illud,num.30. in tit.de prohib.feu.alien.nu.30.

15 Ratio eſt,quia ex poſſeſſione de præſenti dominium præſumitur, l. ſicuti.§. ſed ſi quęratur.ff.ſi ſer.vend.l.1.& quod ibi notatur.ff.famil.erciſ.Bar.& Bald. in l.quidam in ſuo.ff.de condi.inſt. Barto. conſ.209.viſo proceſſu,Pau. Caſt.conſ. 113.contra,in primo,& conſilio 334.in ſecundo.

Et hoc operatur commodum poſſeſ-

ſionis, quia transfert onus probandi in alium.§.commodum, inſt. de interd. & d.c.ex literis,extra de probat.

Ad iſtud obiectum reſpondetur, ꝙ priuatus tenetur edere inſtrumenta ad fundandam fiſci actoris intentionem, vel replicationem,ſed non tenetur edere ad fundandam ipſius rei defenſionẽ, q̃ iure ipſo fundata reperitur per poſſeſſionem rei contentioſæ,& hoc eſt,quod voluit tex.in d.l.extat, & eſt pulchra declaratio in materia.

16 Et ſi diceretur, niſi reus poſſideret, fundata eſſet intentio Principis, vel cõmunis, & ſic fiſci, quia bona exiſtentia intra territorium Principis per neminẽ poſſeſſa præſumuntur eſſe,quo ad dominium,illius Principis, vt ſignãter voluit Pau.Caſt.in d.l.1.in prin.ff.de acq.poſſ. ſequitur Soc.ibi,& in conſi.127. Areti. conſi.15.Reuerende pater.

Reſpon.dupliciter, primò, quòd illa aſſertio Pau.Caſt.eſt controuerſa, nam contrarium tenent alij, vt ea potius in nullius bonis ſint,& occupanti concedãtur,quando ſunt herema,& inculta, Ripa in d.l.1.nu.14.& 15.& dixi ſupra in tit.de bonis vacant.prope finem. Secundò reſpond. quòd ex poſſeſſione priuati reſultat iuris præſumptio pro illius dominio,quæ habet vim liquidæ probationis,quo ad eum, ideo contra iuris regulas non eſt grauandus, vt doceat de ſuo titulo.

17 Sic itaque ad fiſci petitionem poſſeſſor non compellitur edere titulum ſuæ poſſeſſionis, quam tamen cõcluſionem limita,in caſu l.2. C. de fund. limitrop. lib.11.in eo, qui Caſtrum poſſidet in regni limitibus, nam ad petitionem Regij fiſci deberet præſentare titulum ſuę poſſeſſionis, alioquin priuari poſſet, ſicuti adnotarunt ibi Bar.Ioan.de Plat.& Lucas de Penna, niſi vetuſtas temporis illum excuſaret,ſecundum Bar.ibi,nil mirum,quia habet vim priuilegij,& conſtituti,dixi in titu.de ijs, qui hab. iura fiſc. num.61.& idem etiam limitando,vt ſupra,tradidit Afflict. in c. 1. nume.83. in titu.de controu. inueſt. vbi tradidit 20. limitationes ad Reg. de qua in l. cogi. C.de pet.hæred.

18 Secundò limita in Baronibus, & vaſallis, habentibus Caſtra, vel alia bona in feudum, quorum non allegant proprietatem,& plenum dominium, ſed vtile tantum:nam tenentur ad petitionem domini, & fiſci procuratoris oſtendere titulum inueſtituræ.ſic Bal.in l.2.nume.8.C.quomo.& quan. iud. vbi eleganter ſcribit,& limitat dictum Barto. in d.l.1. C. de conductor.lib.10.vt procedat in poſſeſſore, qui prætendit in re plenum dominium,& proprietatem:ſecus in eo qui fatetur rem eſſe alienam, ſed in ea prætendit habere ius aliquod, nam de iure,& titulo ſuo docere tenetur, adducit in ſimili: quia clericus in beneficio Eccleſiæ, cogitur docere titulum ſuum. c.ordinarij.de off.ord.in 6. idem in feudatario,tenuit ipſemet Bal.in l.inſtrumẽta.nume.7.C.de fideicommiſ.Iaſ. in prælud.feudorum.num.50.Roman. conſil.163.colum.vlt.Dec.conſi.61.col.1.& 2. Affl.deciſ.265.num.87.& idem Affl.loco præalleg.nu.86.Rol.Val.conſi.89.nume.21.& 22.in 2. vbi alios refert, & in conſi.66.col.pen.& vlt.in 3. Grammat. conſi.infra allegat.Et nota, quia niſi inſtrumẽtũ oſtenderit,priuabitur feudo. ſecundum Roland. poſt alios,& cenſuit Affl.in c.1.§.illud,num.28.in tit. de prohib.feudi alie.per Fed. quia intentio domini eſt fundata,vt ait Rol.d.conſi.89.

19 Sed attende,quia quòd priuetur feudo,maxima pœna eſt,nec à iure reperitur impoſita, ideoque licet poſſeſſor in hoc grauetur,vt edere teneatur,non tamen ex hoc ſolo,quia non edit, grauari debet,vt cadat à iure ſuo. ideoque ſatis videri debet grauatus,ſi ob id quia non edit, bona omnia ſua præſumi debeant feudalia, ſic ſanè voluit Hoſt. in ſumma de feudis,§.quibus modis, verſi. quid ſi vaſallus confiteatur,Cur.iun.conſi.158. num.3.& conſi.184.col.2.Ruin. conſilio 108.num.23.in 2.Iacobin. a S. Georgio in ſua inueſtitu.in verbo dictique vaſalli promiſerunt recognoſcere,colum.6.ſecutus eſt quoque idem Rolan.conſi.66.





in 1.col.volu.3.Et idem in emphiteota ſcribit Iaſ.in l.2.nu.210.C.de iure emphi. intellige vt omnia pręſumantur feudalia,niſi oſtendat fundos idoneos ad ſeruitium, aut penſionem. vel niſi ſucceſſerit in ius alienum, aut aliam iuſtam ignorantiæ cauſam adducat: ſicuti plenius proſequitur Rolan.dicto conſi.66.

20 Tertio limita in eo, qui regalia poſſidet, nã de titulo ſuæ poſſeſſionis docere cogitur,alioquin ad fiſci regij inſtantiam,& eius procuratoris fiſcalis recte priuari poterit,ſic Lucas de Pẽ. in d.l.2.C.de fundo limitro.ratio eſt, quia horum priuati, ſine titulo, ſunt incapaces,cap.contra morem,100.diſtin.not.in tit.quæ ſint regal. ideo iure cõmuni ab horum poſſeſſione ſunt depellendi. Afflic.in c.1.nu.84.in tit. de controu.inueſt. ſecutus eſt Rolan. d.conſi.89. nu.24. & pulchre Gramma.conſi.9. vbi in eo qui habet molẽdinum in aquis publicis,quæ de regalibus ſunt,c.1.in tit.quę ſint regal.

21 Confirmatur ex his,quæ Ang.ſcribit in l.qui interrogatus, ff.de interr. actio. vbi inquit, quòd poſſeſſio non releuat poſſeſſorem ab onere demonſtrandi titulum, quando res eſt talis, ꝙ ſine titulo poſſideri non poſſet, veluti in Epiſcopo poſſidente in aliena dioceſi,vel in laico poſſidẽte decimas eccleſiaſticas, c.ad decimas, de reſtit. ſpol.in 6. c.1.de reg.iu.in 6.& in beneficialibus late Feli.in c.licet heli,nume.12.extra de ſimo. Et generale eſt in eo,qui poſſidet,quod ad ſe de iure cõmuni non ſpectat,ſed ad alium, ſicuti latius deduxit Lucas de Penna loco præallega.col.2.

22 Declara,niſi illum poſſeſſorem tueretur antiquitas temporis immemorialis: quia per tempus immemoriale per ſe, & auctores ſuos regalia illa poſſediſſet. nã tanti temporis curſus, vim habet conceſſionis à principe,& priuilegij conſtituti ab habẽte auctoritatem,vt late dixi ſupra in 1.part.in tit.de his,qui hab.iura fiſca.nu.34.& in 3.par.ſub tit.de pręſcriptio.nu.10.& 11. Itẽ declara,niſi poſſeſſor ad iuſtificandum ſuum titulum, illum allegaret, & induceret poſſeſſionem 30. annorum,cũ pręſtatione, & recognitione cenſus feudalis, ſic vtrũque Afflict.in c. imperialem. §.illud. nu.30. cum ſeq.in tit.de prohib.feu.alie.per Fede. & cõfirmatur ex ſcriptis à Bar. in l.cum de in rẽ verſo.ff.de vſur.

23 Principalem verò concluſionẽ, ꝙ reus teneat̃ edere fiſco actori ad fundandã actionem,limita primò, vt nõ procedat in cauſis criminalibus.nam in his reus ad ſui offenſam edere nõ tenetur.d.l.2.§.item diui.ff de iu.fiſci glo.& Doct.in l.2.C.de edẽ. Abb.Feli.& Dec.in d.c.1.ſub nu.13.extra de proba. Amplia limitationẽ, nedum ſi agatur de condẽnatione corporali, verum etiã ſi de pecuniaria, nam & adhuc cauſa dicitur criminalis.ad nota.per Bar.in l.3.§. ff. de ſepul.viola. per Dec.in Rub.ext.de iudi.& ita per hanc rõnem reſpõdit Alex. cõſ.132. viſa.col.vlt.in 1.& hanc cõmunem dixit,& ſecutus fuit Egid.Boſ.in tit.de fiſco.nu.11.Contrarium tamen firmarunt Iaſ.in l.1.nu.8.Dec.in l.2.nu.41. C.de eden.idẽ Dec.in d.c.1.nu.14.& bene,iudicio meo, per caſum in d.§.itẽ diui.qui in cauſa nũmaria iubet ęditionẽ, ſecus vero in cauſa capitali: Sublimita tñ limitationẽ,vt nõ procedat in cauſis criminalib.in quibus ſerui contra dños torquent̃. nã in his inſtr̃a fiſco edẽda eẽnt.Bar.in d.§.diuus

24 Secundò limita,quando fiſcus cõtra fiſcum ageret, vel alium priuilegiatum, tunc enim fauor rei præpõderaret.l.verum.§.fi.ff.de mino. c.in pari, de regu.iu.in 6.nam priuilegiatus cõtra priuilegiatum priuilegio ſuo non vtitur. Auth.quas actiones.& ibi plene notatur.C.de ſac.ſan.eccle.c.in p̃ſentia, extra de probatio. tex.notab. in l.ſed & milites,§.1.ff.de excu.tuto. ibi: coęqualitas enim honoris:Et q̃a par in parem non habet imperiũ,l.nã magiſtratus.ff.de arbit.l.ille à quo.§.

tempeſtiuum. ff. ad Trebellianum,& ita tandem concludit Dec. d. cap. 1. ſub nume. 15. Iaſ. in dicta l. ne quiſquam. ff. de eden.

25 Tertio limita, quando fiſcus aliunde habere poſſet probationes: ceſſat enim eo caſu illius priuilegium. Abb. dicto c. 1. colum. 4. Dec. ſub num. 15. adducit rationem: quia priuilegia ſunt reſtringenda, l. quod non ratione. ff. de legib. ad quod adduco text. notabilem in l. ſi apud. ff. de mino. & in terminis in d. l. 2. §. diuus.

26 Circa vero ſecũdam difficultatem, an fiſcus edere teneatur: planum eſt, quòd ſi editio petatur iure dominij: quia fiſcus ſcripturas, & inſtrumenta ad alium pertinentia teneat, ea edere tenetur, ac actori reſtituere, quib. ille contra fiſcum vti poterit, ad hoc tex. in l. in fraudem. §. ex his, vbi Bart. ff. de iure fiſci, & idem Bar. in §. ſeq.

27 Si vero editio petatur iudicis officio, fiſcus quidem non tenetur edere actori ad fundandam eius actionem: edere tamen tenetur reo ad fundandam eius exceptionem, l. iuſtum. C. de eden. & ibi notatur, & pari ratione tenetur edere actori ad fundandam illius replicationem; nã ius actoris in replicando procedit a pari cum iure rei in excipiendo, nil mirum: quia actor in replicationibus ſuſtinet vices rei. ſic communiter cõcluditur in l. fin. C. de eden. & per Cano. in d. c. 1. vbi Dec. ſub nume. 43. verſi. 7. fallit, ex quib. planè habes, quòd fiſcus quantum ad hæc vtitur iure cõmuni.

28 Quandoque vero à fiſco petitur editio inſtrumentorum, vel actorum ſuorum contra tertium, & fiſcus ea edere non compellitur, & ſi edit, illa exhibere debet cum cautione, quòd illis vti non poſſit contra fiſcum, & quatenus contra interdictum vteretur cadat à cauſa. caſus eſt in l. in fraudem. §. neque inſtrumenta, vbi Bart. ff. de iure fiſci. Quo vero ad tertiam difficultatem, an contra fiſcum edi debeat, capiamus nõnullas cõcluſiones.

29 Prima eſt, quòd vbi quis petit ſibi edi inſtrumenta vti ad ſe pertinentia iure dominij, vel vti à ſe mãdante cõfecta, tunc indiſtinctè edenda ſunt. l. procurator, & l. iuſtum, C. de eden. d. l. in fraudem. §. ex his, & not. Bar. in d. §. neq; inſtrumẽta in primis verbis.

30 Secunda eſt, quòd acta publica, & ad publicam vtilitatem confecta, veluti maleficiorum, & cõdemnationum, edi debeant contra fiſcum. d. l. 2. §. diuus. vbi Bart. & d. §. neque inſtrumẽta. etiam non præſtita cautione de illis non vtendo contra fiſcum: quia iura indiſtinctè loquuntur.

31 Tertia concluſio, quòd acta publica veluti ciuilia non ſint cõtra fiſcum edenda, per. tex. in d. §. neque inſtrumenta: qui generaliter loquitur, & ibi hoc ſentit Bart. dum intelligit illũ tex. non procedere in actis publicis, & ad publicam vtilitatem confectis, quod etiam ſentit glo. in d. §. neque inſtrumenta, & clare Alex. in l. 2. col. 2. C. de eden.

Dura tamen videtur cõcluſio iſta, cum a notario editio petitur, cuius officium eſt publicum, quare deſcribendorum actorum cuique poteſtas publica eſſe videtur, ne vel probationum facultas anguſtetur, & ita Dec. ſentit d. c. 1. ſub nu. 63.

32 Quarta concluſio, acta exiſtentia penes tertium, vel etiam inſtrumẽta non debent cõtra fiſcum edi, per tex. in d. §. neque inſtrã., & eſt cõis concl.

33 Circa quartam difficultatem, Bal. in l. 1. §. editiones, colum. vlt. ff. de edẽdo. concludit priuilegium fiſci circa editionem tranſire in fiſci conductores, & cauſam ab eo habentes: quia in ius, & fiſci locum ſuccedunt.

Contra tenuerunt Alex. & Iaſ. in l. ne quiſquam. ff. de eden. Dec. in d. c. 1. ſub nu. 13. moti, quia priuilegium fiſco competens, non tranſit ad habẽtes cãm ab eo. Dy. Bar. Albe. & Paul. in l. licitatio. §. mercatores, ff. de publ. per illum textum, idem Barto. in l. 1. C. de nauicular. libro vndecimo, & in

§.ante



§. antenuptiali, in Auth. de non elig. ſec. nub. Dec. conſilio 48. col. 1. Tiraq. de retra. ligna. §. primo, glo. 13. numero duodecimo, & Salycetus in l. vniuerſi. C. de vectigal.

34 Aduerte, quia planum eſt, fiſcum per ceſſionẽ transferre priuilegia ſua in priuatum, l. fi. C. de priuil. fiſc. vbi Barto. & alij, idem Bar. in l. 1. C. de priuile. dot. & adde quòd iudex transfert priuilegia fiſci abſque facto ceſſionis, d. l. fin. Idcirco in hoc negotio diſtinguendum puto: nã aut loquimur in conductoribus gabellarum Principis, qui loco Principis gabellas exigunt, & hos fiſci priuilegijs vti, dicendum eſt, quia fiſci iuribus vtuntur, & in his terminis veriſſima eſt Bald. deciſio, & hoc iure vtimur in partibus iſtis: nam gabellarij vtuntur iuribus, & priuilegijs fiſci. Sunt enim quodammodo factores, & negotiatores Principis, quod intelligo quantum ad debitores gabellarum: pro contractibus verò per eos celebratis cum aliquibus particularibus veluti caractatoribus, aut qui poſtas aliquas datiorum conduxiſſent, non puto eos fiſci priuilegijs vti, puta reſpectu tacitæ hypothecæ, prælationis aduerſus alios creditores, & huiuſmodi, quia iure hoc cautum non reperitur. conſequẽter priuilegium editionis, non habent, & in terminis, Guido Papa quæſt. 208. optime conferunt, quæ Roman. ſcribit conſi. 111. & Egid. Boſi. in titu. de fiſco. numero 29.

Aut verò loquimur in emptoribus rerum fiſcalium, & tunc ſubdiſtinguo: nam aut non agitur de fiſci intereſſe, & tunc fiſci priuilegio non vtuntur, ideoque priuati cum fiſco contrahentes tenentur ſoluere pro ſua parte gabellam contractus, Barto. conſilio 226. Item & pro rebus ſicuti ſi à priuato emiſſent, & ita procedant, quæ ſupra retuli ex Bart. & alijs in dicto §. mercatores. cum concord. dixi ſupra, in titulo de conductor. fiſcalibus ſub nu. 24.

Aut verò agitur de fiſci intereſſe, vt quia emptor pro re à fiſco empta, vendita de bonis debitoris fiſcalis, vel aliter in iudicio cõuenitur, & eo caſu, cum de fiſci intereſſe agatur, puto emptorem iure fiſci, & illius priuilegijs vti poſſe, & eſt ratio.

35 Quia ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, l. ſi mater. §. idem Iulianus. l. ſi a te. §. Iulianus. ff. de excep. rei iudica. Bart. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff. de aqua plu. arcen. Socinus conſi. 158. numero 28. in ſecundo, Crauetta conſi. 148. numero primo, & ſecundo. Tiraq. de retract. lign. §. primo, glo. 9. numero 130. & 131. Alexander in l. tertia, numero quarto, C. quod met. cau. Quod etiã in ſucceſſore beneficij Eccleſiaſtici procedere, tradidit Gomeſ. in regu. de annali. quæſt. 63.

36 Et idem crederem ſi emptor ageret, quia fiſci loco eſt, & maximè cum venditio facta eſſet cum clauſula, quòd venditor cedebat rem cum omnibus ſuis iuribus, & actionibus, quo caſu emptor omnes perſonales, & reales actiones pro re venditori competẽtes exercere poteſt, Barto. in l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. oblig. Crauetta conſilio 298. num. 7. vbi alios adducit.

37 Sed vtrum gabellarij ipſi teneantur edere aduerſario, dic quod libros publicos exactionis gabellarum edere tenentur, alias verò ſcripturas non: Bald. in l. diſſolutæ. C. de cond. ex lege, dixi ſupra in titulo de conductor. fiſcal. numero ſexto.

38 Speciale inſuper ius eſt, in cauſis fiſcalibus, & publicis, quòd confeſſio facta parte abſente, quæ aliàs faceret ſemiplenam probationem, ad notata in l. admonendi. ff. de iureiurand. in his faciat plenam probationem, Antonius Butrigarius in capitulo ſi conſtiterit, extra de accuſat. refert Mart. Laud. in tracta. de fiſco. q. 88.

39 Item ſpeciale eſt, quòd falſificans acta in cauſa cum fiſco, cadit à cauſa. caſus eſt in l. in fraudem. §. quotiens. ff. de iure fiſci, & ſpeciale eſſe in fiſcalibus cauſis aſſeruit glo. in l. 1. C. de formul. & late defendit Abb. in cap. cum venerabilis, extra de exceptionib. adducit ratio-

nem,quia odia ſunt reſtringenda. item quia in cauſis priuatis nulla lex talem ingerit pœnã,ſecutus eſt Imo. in l.Diuus. ff.de re iudic.verum glo. & Bart. in d.§. quotiens, ſenſerunt non eſſe ſpeciale in cauſis fiſcalibus,ſed generale eſſe in cauſis priuatorum.& hanc communem dicit,& ſequitur Alexan.in dicta l.Diuus. numero ſeptimo,dicens, quòd etiam inter priuatos cauſæ aguntur coram iudicibus fiſcalibus,per tex.in l.cum vendente.C.vbi cau.fiſcal. & dixi ſupra in prin. huius quartæ partis.

Nota tamen, quia non eſt generaliter verum,quòd inquit gloſſ. in dicto §. quotiens, quod committens falſitatem in cauſa,perdat cauſam: nam id verum eſt,cum falſitas committitur circa acta, non circa alia,ſic Barto.ibi,& d. Alex.in addition. & in d.l. Diuus. Abb. in loco præallegato.

40 Rurſus in fiſco ſpeciale eſt, quod litis conteſtatio contra reum in ciuilibus ex vna cauſa, reddit eum malæ fidei etiam in alia inſtantia ex alia cauſa,circa tamẽ eandem rem, adeo vt fiſco obtinenti ex inſtantia ſecunda, fructus debeantur etiam ex prima,glo.prima, in l. fiſcus. in quæſtione.ff.de iure fiſci, per illum text. Sed contra ſenſit glo.in eadem l.in verbo,controuerſia: quam ſequitur Barto. ibi,& eſt verior opinio.

41 Simile eſt, nam ficta confeſſio in vno iudicio,non nocet in alio: expreſſa autẽ ſic,Barto.in l.eius qui delatorem, in fine,ff.de iure fiſci.Guido Papa,quæſtio. 254.Alcia.in l.is apud quem.C. de edẽ. Merzar.conſi.16.col.9.

42 Sic etiam in cauſis fiſcalibus,interruptio ciuilis per litis conteſtationem, nõ interrumpit præſcriptionem quo ad alios,l.intra quatuor.ff.de diuerſ.& tempor.præſcrip.Barto.in l.prima.§. fina.ff. de iure fiſc.

In probationibus autem non video fiſcum magis priuilegiatum, quàm priuatum quemquam, ideoque præſumptiuæ probationes etiam contra fiſcũ concludunt,caſus notab.in l. cum de in rem verſo.ff.de vſur.cum materia,& in l.non puto.ff.de iure fiſci.

43 Sententia in pari cauſa ferenda eſt pro fiſco,quando negotium agitur cum perſona non priuilegiata:quia in re pari præualet ſententia pro cauſa priuilegiata,ad tex.in l.inter pares. ff. de re iudic. in l.lege Iulia.ff.de manumiſ.in l.ſi pars. ff.de inoffic.teſtam. & in cap.fina. extra de re iud.& in ſpecie Bart.& Docto.in l. 1.per illum tex.C.de iure fiſc.lib.10.Ange.in l.ſciendum.ff.de appel.recip. Dec. in c.ex literis.nu.8.extra de proba.Ripa in l.1.nu.4.ff.ſol.mat. Secutus eſt Dida. variarum reſol.lib.1.c.16.num.3.& conferunt,quæ pulchrè ſcripſi in 3.parte, in tit.de pignorib.& hyp.num.21.& ſeq.

44 Et iuuatur horum opinio, quia duabus latis ſententijs,altera pro fiſco,altera cõtra fiſcum,præualet, quæ pro fiſco ſtat,vt dixi infra,in titu.de ſent. aduerſ. fiſcum latis.num.13.

Contra tamen tenuerunt Alexan. & Iaſ.in d.l.inter pares. ff. de re iudic. Matheſil.in not.72.incip.nota, per tex.in l. non puto.ff.de iure fiſc.idem Alexan. in l.1.ff.ſol.matr.Iaſ.conſi.99.colum.vlt. in 1.Felyn.in d.cap.fi.de re iudi.ſenſit Bar. in d.l.non puto.per illum tex.qui tamen tex. non loquitur in fiſci cauſa pari cum cauſa priuati, ſed in cauſa dubia, vt latius declaraui in titu. de pignor. & hyp. nume.23.His conſonat dictum Bal. in l. quicunque,colum.pen.C.de ſeru. fugi. vbi inquit, quòd ius fiſci facilius remittitur, quàm ius priuatorum, & contra fiſcum,ſic arguit Brun.conſilio 27.numero decimo.

45 Alij verò diſtinguunt, an fiſcus agat de damno vitando,& verior ſit prior opinio: an vero agat de lucro captando, veluti in pœnalibus,& confiſcationibus bonorum,& eo caſu potior ſit conditio priuati,per text.in dicta l. non puto, ſic Iacob. de Beluiſi. in l.vnica. §. finali. C. de cadu. tollend.quem ſic retulit, & ſequitur Felyn.in capitulo paſtoralis, numero vndecimo, extra de reſcript. Raſ. Com.in l.prima.ff.ſolu.mat.quem ſequitur Ripa ſub numero quarto, Angelus Areti.in §.fina. inſtitu.quib.mod. teſta. infirm.



infirm.Iaſ.in l.de die.in princ.ff.qui ſatiſda.cog.& in l.1.ff.ſol.mat.num.37. Bald. Nouell.in 1.priuil.9. partis, Dec. in l.in ambiguis.ff.de regul. iur. Didac.d. loco ſub nume.1.Natta conſil.314. in fine,& conſi.500.num.9.& conſi.83.in fi. & alibi ſæpe:Neguſan. in tractatu de pigno. in 4.memb.ſec.par.nu.118.

Nonnulli autem contra diſtinguunt, an priuatus agat de damno,& fiſco præferatur.d.l.non puto, an vero de lucro, & fiſco cedat,per tex.in d.l.1.ſecundum vnum intellectum,C.de iure fiſc. ſic Sal. in l.ſi debitor.C.de priuile. fiſc. dubitat tamen per text. apertum in l. ſi is qui.ff. de iure fiſci.

Ego in hoc negocio iudicis arbitriũ ex facti,& perſonarum conditione, plurimum poſſe concludo: cæterum,tertia relata opinio maximam æquitatem habet, intelligendo tamen quòd fiſcus agens de lucro, in pari cauſa ſuccumbat priuato, qui agat de damno, non ſi de lucro,& ipſe contendat,dixi ſup.de pig. & hyp.num.32.

46 Vtrum autem in cauſis fiſcalibus deferatur iuramentum ſuppletorium,conclude in pœnalibus non deferri, vt per Roma.in l. admonendi.ff. de iureiuran. quem ad hoc refert,& ſequitur Affli. in cap.1.num.101.in tit. de fratr. de nouo ben.& ego id verum cenſeo etiam in nõ pœnalibus,quia fiſcus iurare nequit, & illius procurator de facto alieno iurare non poteſt,aliàs ſi de proprio, pro fiſco procuratoris facto,ageretur,non video rationem obſiſtentem in ciuilibus.

47 Item ſpeciale eſt: quia licet ſententia lata,neutra partium inſtante,ſit ipſo iure nulla,& inualida,ad not.per Barto.& alios in l.1.C. vt quæ deſ. aduoca. & per Paul.Caſt.in l.1.colum.2.C. de iud. vbi propterea refert vidiſſe pronunciari ſententiam nullam,cum concordan. adductis per D.Iaſ.in l.properãdum,& ſi quidem.numero 4.C.de iudic. in fiſcalibus tamen cauſis ſpeciale eſt, ſententia valeat,ſic Iaſ.ibi.per tex.in l.2.§. Senatus. ff.de iure fiſc.& ibi Bar.not.

## DE SENTENTIIS ADuerſus fiſcum latis reparandis. Tit. IIII.

1 *Appellare poteſt fiſcus a ſententia contra eum lata in ciuilibus, & in criminalibus.*

2 *Sententia lata contra fiſcum abſente fiſci aduocato,eſt ipſo iure nulla.*

3 *Sententia lata contra fiſcum per inſtrumẽta de nouo reperta ope reſtitutionis in integrum retractatur.*

*Idem eſt in cauſis publicis,Eccleſiæ, minorum,libertatis,furioſi,& dementis, pijs, & dotis.*

4 *Sententia lata contra priuatum,an per inſtrumenta de nouo reperta retractetur, pulchre declaratur.*

5 *Sententia lata per præuaricationem iudicis,vel aduocati eſt ipſo iure nulla, tam ſi pro actore,quàm ſi pro reo.*

6 *Sententia lata per præuaricationem ambitioſam, vel gratioſam ope reſtitutionis in integrum reſcinditur.*

7 *Sententia ſi ſit nulla ex defectu prolationis,poteſt iterato ex eiſdem actis pronunciari: ſecus ſi ſit nulla ex defectu proceſſus.*

8 *Sententia retractata ope reſtitutionis in integrum, iterũ cognoſcitur ex eiſdẽ actis.*

9 *Sententia poteſt dici nulla, vel aduerſus eam reſtitutio peti,etiam antequam agatur contra procuratorem.*

10 *Sententia lata contra fiſcum prætextu falſorum teſtium, vel inſtrumentorum eſt ipſo iure nulla.*

11 *Sententiæ latæ contra fiſcum per Rectores ab extra Seren. Dominij Venetorum,non exequuntur,niſi fuerint confirmatæ.*

12 *Sententia pro fiſco lata eſt appellabilis.*

13 *Sententijs duabus contrarijs latis præualet ſententia pro fiſco.*

14 *Expenſæ in cauſis fiſcalibus,an debeantur.*

1 SENTENTIAM aduerſus fiſcum latam remedio appellationis reparari poſſe in ciuilibus compertũ eſt: quia id iuris cõmunis ſubſidium eſt.l.illud.ff.de appel.

In criminalibus itidem appellationē concedi, ea ratione, quia nulla lex reſiſtat, fatentur Scriptores: Innocen. & Abbas in cap. cum clamor, extra de teſtib. Grammat. deciſio. 14. in cauſa Magnifici. vbi tamen refert in Regno iuxta ritus magnæ Curiæ Vicariæ non concedi fiſco appellationem in criminalibus.

Refert etiam fiſcum aduerſus ſententiam in criminalibus contra ſe latam petere in integrum reſtitutionem, & ea via fiſco ſuccurrendum eſſe, ſicuti Bald. adnotauit in l. quid ergo. §. pœna grauior. in prima lectu. colum. vltima, Ang. in §. quamuis, colum. item vltim. ff. de infam. vbi referunt, ita conſuluiſſe Bart. & ſeqtur Paris de Put. in tract. ſindicatus, in verbo Condemnatio. & videtur tex. in l. prima, C. de ſenten. aduo. fiſc. lat. intellige reſtitutionem obtinendam eſſe à Principe: nam iudex inferior non reſtitueret fiſcum in criminalibus, aduerſus ſententiam abſolutoriam. ſic Odof. in d. l. prima, ſecutus eſt *Boſius* in titu. ſi aduerſ. rem iudi. numero 9. per text. in l. Diui. ff. de pœnis: ſuccurritur item & alijs remedijs, quocirca vt negotium explicitum habeamus, infraſcriptas conſtituo concluſiones.

2 Prima concluſio, ſententia lata contra fiſcum abſente fiſci aduocato, eſt ipſo iure nulla. l. 3. §. Diuus, l. ſi fiſcus. ff. de iure fiſci. l. fina. C. de aduoca. fiſc. dixi ſupra in titulo de aduocatis fiſcal. vbi latè ſcripſi num. 2.

3 Secunda concluſio, ſententia lata cō tra fiſcum legitimè defenſum, per inſtrumenta de nouo reperta ope reſtitutionis in integrum, retractatur intra triennium olim, vt eſt caſus, in l. prima. C. de ſenten. aduo. fiſ. latis libro 10. hodie verò intra quadriennium. l. fi. C. de temp. in integ. reſt.

Et idem eſt in cauſa publica. l. Imperatores. ff. de re iudic. & ibi glo. ampliat ad cauſas Eccleſiæ, & minorum, & ſequuntur Barto. & communiter Doctores ibi, glo. in l. ſub prætextu. C. de re iu. glo. & Bar. in d. l. 1.

Idem quoque eſt in cauſa liberali: q̃a libertas res adeo fauorabilis eſt, l. 2. in fine. ff. ſi lib. ing. eſſe dic. Barto. in dicta l. Imperatores.

Idem in cauſa furioſi, & dementis, quia pupillo æquiparantur. l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur, Bar. in dicta l. Imperatores, quem cæteri ſequuntur.

Idem in cauſis pijs, quia parificantur cauſis fiſcalibus publicis, & liberalibus. Barto. in l. proxime. ff. de his, quæ in teſt. del.

Idem quoque in cauſa dotis, cum publico fauore, à pari procedat cum cauſa fiſci, ad not. in l. prima. ff. ſolu. matrimo. Et quæ dicta ſunt de inſtrumentis de nouo repertis, intellige etiam in teſtib. de nouo adinuentis, ſic Iaſ. in d. l. Imperatores. col. pen.

4 Priuatus autem per inſtrumenta de nouo reperta non reſtituitur aduerſus ſententiam contra ſe latam, quæ in rem iudicatam tranſierit, dicta l. Imperatores, & l. ſub prætextu. C. de re iud. prout nec aduerſus tranſactionem. l. ſub prætextu. C. de tranſact.

Hoc tamen in priuato pulchre poſt Innocentium in cap. vltra tertiam, extra de teſtibus, temperauit Bartol. in dicta l. prima, C. de ſenten. adu. fiſ. latis, vt ſcilicet priuatus ob id ſolum nō reſtituatur aduerſus ſententiam, ob inſtrumēta de nouo reperta, & ob omiſſam illorū productionem, in quibus caſibus ſuccurritur perſonis, & cauſis, vt ſupra priuilegiatis. ſed ſi allegaret, & probaret adhibuiſſe diligentiam, & ea reperire, & producere non potuiſſe, tunc ex clauſula generali, intra quadriennium reſtitueretur, & eſt concluſio communiter recepta. Ange. Imo. Pau. Alexan. & Iaſ. in dicta l. Imperatores. Iaſo. & Moderniores in repe. l. admonendi, ff. de iure iur. Bald. & Salycet. in dicta l. ſub prætextu, C. de tranſaction. Imo. in conſilio 37. viſis, vbi inquit, quòd iſta declaratio eſt ęqua, iuſta, & rationabilis, & eleganter Pau. Caſ. conſi. 257. in cauſa, quæ vertitur, in ſecū do volum. ac idcirco idem Caſt. Alexan. & Iaſo. poſt Specu. in titu. de execu. ſen. §. fina.



§. fina. in verbo illud, admonet aduocatum, vt ſit cautus, ſi ſuſpicetur contra ſe ſententiam ferri, quòd inſtruat principalem, vt alleget, feciſſe diligentiam, & non potuiſſe reperire inſtrumenta ad ſuam cauſam pertinentia, ac ideo proteſtetur de ſalua habētia iurium ſuorum, in caſu quo illa apparuerint: & nota, q̃ petens reſtitutionem in integrum aduerſus ſentētiam, debet ſummariè oſtēdere de lęſione: aliàs non auditur. Imola in cap. cum ex literis, extra de in integr. reſtitutio. & poſtea in proſecutione plenè docere, ſecundum eum, ſequitur Boſius dicto loco, nume. quarto. Et in terminis, quòd in priuato requiratur probatio diligentiæ adhibitæ, pulchrè ſcribit Curt. iunior conſi. 18. numero 3. vbi & tres tradidit notabiles declarationes. Prima, quòd communis illa traditio procedat in reo, aduerſus quē lata fuit ſententia, non in actore, ex auctoritate Pau. Caſt. dicto conſi. 257. ratio diuerſitatis eſt, quia actor debet venire in iudicio inſtructus, ideoq; ei imputatur, cur inſtrumenta ad cauſam facientia nō parauerit, & adinuenerit, quę ratio vtique in reo ceſſat: cum non fuerit in ſua poteſtate, quando conueniretur. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. hinc eſt, quòd quæ ſunt temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum. l. pure. §. fina. ff. de doli except.

Secunda declaratio eſt, vt reſtitutus, ob inſtrumenta de nouo reperta, illis tā tum vti poſſit, & non alijs probationib. tex. ad hoc in l. admonendi. ff. de iureiu. & ibi not. Bar. & Doct.

Tertia ea eſt, vt ſi lata ſententia fuerit de partium conſenſu confirmata, puta per tranſactionem, vel per pactum: maximè accedente iuramento, amplius non retractetur, nec aduerſus eam detur in integrum reſtitutio, idq́ue ex pluribus deducit, & confirmat: Quæ ſanè declaratio mihi nō adeo ſatisfacit: quia qui confirmat nihil addit, nec intentionis eſt addere. item quia idem error, eademq́ue læſio eſt in actu confirmationis, prout in ſententia ipſa, ad nota. per Bar. in l. ſi. ff. de cond. indeb.

Sanè ex legibus huius Sereniſſ. Dominij permittitur ob inſtrumenta de nouo reperta, ſententias latas retractari, modo tamen earum executio ſub prętextu inſtrumentorum de nouo repertorum interim non retardetur.

5 Tertia cōcluſio, ſentētia lata per prę uaricationem ob pecuniam datam iudici, aut aduocato, ſeu procuratori partis ſuccumbentis, eſt ipſo iure nulla, & in fiſco, & in priuato, glo. & Barto. in dicta l. prima. C. de ſenten. aduer. fiſc. per text. in l. venales. C. quand. prou. & in l. 1. & 2. C. de pœna iud. & eſt caſus in l. 2. §. fi. ff. de cond. cau. da. & idem eſt in eo, qui pecunia delatorem in fiſcalibus cauſis corrupit, nā litem amittit, l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſc. & amplius pœna ſolidorum quingentorum plectitur, l. Imperatores. ff. eo. & intellige quod corrumpens incidat in has pœnas, ſecuta pronunciatione, & declaratione iudicis cōpetētis ſup facto p̃uaricationis, & corruptionis, & nō an̄, de quo fiſcalis iudex erit iudex competens, vti colligitur ex Barto. in l. prima, in principio, in penul. colum. ff. de iure fiſc. verſicu. contra prædicta, & probatur in dicta l. eius qui delatorē, vbi amplius habetur, quòd morte corruptoris, nō impeditur cauſa denuo tractari.

Idcirco ſi præuaricator, & corruptor moriatur ante pronunciationem, pęna amiſſionis cauſæ, & ſolidorum quingentorum, non tranſiret ad eius hæredes. l. eius qui delatorem, & ibi Barto. ff. de iure fiſci.

Sententia autem lata per corruptelam pecuniæ, ex tunc, & ſemper eſt ipſo iure nulla. d. l. venales. Paul. Caſtren. in dicta l. prima, numero quinto. C. de pęna iudic.

Amplia ſupradicta etiam in reo, qui per pecuniam iudicem, vel aduocatum, ſeu procuratorem actoris corrupiſſet. glo. in dicta l. prima, Barto. Bal. & Pau. reiectis opinionibus contrarijs.

Et ex his, quòd ſententia ſit nulla ſequitur in practica, quòd ſi actor, qui p̱

pecu-

pecuniam ſententiam pro ſe obtinuit, agat cõtra reum vigore iudicati, poteſt reus obijcere exceptionem intẽtionis, & facti: quia ſententia nulla eſt. ſi vero reus obtinuerit poteſt actor agere primęua actione, & ſi excipiatur de ſententia, replicabit ipſe de nullitate, ſic docuit Caſt. in d.l.1.

6 Quarta concluſio, ſententia lata per præuaricationem gratioſam, vel ambitioſam, valet quidem, mero iure, ſed ope reſtitutionis reuocatur, intra triennium, olim per tex. in d.l.1.C. de ſentent. adu. fiſ. lat. quem ita intellexit gl. ibi, hodie vero vſque ad quadriennium, dicta l. fina. & idem eſt in priuato, ſecundum glo. ibi, per tex. in l. ſeruo inuicto. §. cum prætor. ff. ad Trebellian. & ſubſequitur Barto. declarando tamen in priuato, vt ſi ſcierit ſententiam latam per gratiam, vel ambitionem, debeat ab ea in termino iuris appellare. l. prima, in principio. ff. de appellatio. & ſi non appellauerit, & tunc quia eſt in lata culpa, indignus redditur, vt ſibi ſubueniatur, ex clauſula generali, & idem tradidit ipſemet Barto. in d. §. cum prætor. Et in materia idem Barto. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic.

7 Quinta concluſio, vbi ſententia eſt nulla, & nullitas concernit prolationem ſententiæ tantum, non autem acta, tunc ex eiſdem actis iterato cognoſci, & decidi debet, aliàs non ex eiſdem actis, quæ nulla eſſe conſtat, quia non entis nullæ ſunt qualitates, & quia quod nullũ eſt, aliquem non poteſt producere effectũ. l. nam & ſi, verſicu. rumpendo. ff. de iniuſto teſtam. & ita concludit Bart. in dicta l. prima. C. de ſent. aduoc. fiſc. & plenius in l. cum quærebatur. ff. de re iudicata, & in l. ſi vt proponis. C. quomodo, & quan. iud.

8 Vbi verò ſentẽtia per reſtitutionem in integrum reuocatur. planum eſt, ex eiſdem actis, iterum agendum eſſe, quia per reſtitutionem in integrum, prima reſtaurabitur inſtantia. l. prima. C. ſi adu. lib. & ita concludunt gloſſ. & Bartol. in præallegat. l. prima, nec mirum, quia reſtitutio in integrum rem in priſtinum reponit. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor.

Vtrum autem nullitas principaliter peti debeat per viam libelli, an verò incidenter ſufficiat, & conſecutiuè, & vtrũ requiratur pronunciatio ſuper nullitate, eſt materia ampla, de qua in d.l. cum quærebatur. ff. de re iud.

9 Sexta concluſio, fiſcus, & perſonæ priuilegiatæ, de quibus ſupra, non tenẽtur prius agere cõtra ſuum procuratorem, vel aduocatum, ſed immediate poſſunt de nullitate ſententiæ dicere, vel reſtitutionem aduerſus eam petere, gloſſ. & Barto. in d.l. prima, & notatur in dicta l. Imperatores.

10 Septima concluſio, ſententia lata contra fiſcum prætextu falſorum teſtium, vel inſtrumentorum eſt nulla ipſo iure, vel ſaltem ope reſtitutionis in integrum retractanda. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. l. Diuus. vbi latè Alexand. ff. de re iudicat. l. qui agnitis. vbi pleniſſime Socinus. ff. de exception. capit. cum venerabilis, vbi latiſſime Abbas, & Cano. extra eo.

Poteſt etiam ſententia reparari, procedendo criminaliter, per quærelam falſi intra annos viginti, toto titulo. C. ſi ex falſ. inſtrument. & l. quærelam. C. de falſis. de qua re copioſè ſcripſit Boſius in titu. ſi ex fal. inſtr.

11 Sereniſſimum autem Dominium noſtrum ſapienter prouidit, quòd ſententiæ latæ in & contra præiudicium fiſci, per Rectores ab extra non exequantur, nec executioni mitti poſſint, ſed remaneant in ſuſpenſo, niſi fuerint confirmatæ cum ſeptem votis ex Clariſſ. officio Decem Sapientum in Riuo Alto cum interuentu Aduocatorum fiſcalium, ne quid contra iuris rationem fortaſſe contra fiſcum exequatur, ſic enim ex Senatuſconſult. captum fuit diei 2. Iunij 1543.

12 Priuatus autem à ſententia pro fiſco lata appellare poteſt, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis. l. non tantum. ff. de appella. l. litigatoribus. C. eodem, l. furti. in prin.



princ. ff. qui not. inf. l. 3. C. de re iud. glo. in l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign.

13 Septima concluſio: Duabus ſententijs latis à duobus iudicibus ordinarijs altera pro fiſco, altera contra fiſcum, ea præualet, & exequenda eſt, quæ pro fiſco ſtat. Spe. in tit. de teſte. §. poſtquam, ſub num. 7. Ioan. And. in c. in noſtra, extra eo. Iaſ. in l. 1. num. 36. ff. ſol. mat. Did. var. reſol. lib. 1. c. 16. num. 4. ad hoc text. in l. lege Iulia. ff. de manumiſ. temperando tamen cum fiſcus non de lucro, & priuatus de damno agit, ad ea quæ dixi ſupra in proximo tit. nu. 45. & not. quia ſæpe in partibus noſtris contingere poteſt, & ſic vidi obſeruatum pro fiſco.

14 Vltimò, pro complemento materiæ iudicialis obſeruandum eſt, quòd fiſcus ex ſui priuilegio, & pro ſui conditione, victor, non exigit, nec ſuccumbens ſoluit, litium expenſas: ſic dictum comperio per Anton. Columban. in tracta. de ordine proce. in cauſ. crimi. Art. 138. allegat tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expẽſ. & idem quoque aſſeuerat D. Boer. in deciſio. 324. in principio, poſt Bal. in l. qui crimen. num. 20. C. qui accu. non poſ. & ita obſeruatur, & obſeruatum vidi in camera iſta Patauina, & etiam in alma ciuitate Venetiarum: cogitabam tamen alias in caſu de facto occurrenti, quòd ſi princeps in prima, & in ſecunda inſtãtia obtinuit, congruere, vt priuatus expenſas ſecundæ inſtãtiæ retribuat, quia non licere priuatis, videatur, erigere ceruicem impunè aduerſus dominum. cum primæ ſententiæ acquieſcere debuiſſet. in fiſco autẽ, quia per alios iura ſua adminiſtrantur, & quandoque negligenter, vel non adeo ex fide tractantur, expedit, vt primæ ſententiæ aduerſus fiſcũ latæ deferendum non ſit: ideoque vt ſupra retuli Sereniſſimum Dominium noſtrum prouidit, quòd ſententia contra fiſcum lata non mereatur executionem niſi confirmata fuerit per alium Magiſtratum in id deputatum, vt ſupra num. 11. Et hic finis ſit labori noſtri ad laudem, & gloriam Dei Omnipotentis. M. D. LXXXVI. die 24. Menſis Maij.

*F I N I S.*

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt Terniones.